BIBLIOTECA NAZIONALE
13
2 E
7
17

Digitized by Google

ROMA

Digitized by Google

olim Jo[anni]s Baptistæ Viganego, ~~et~~ nunc vero Iacobi
Thomæ Lodi

Digitized by Google

DE INCONSTANTIA IN JUDICIIS TRACTATUS

FRANCISCI TIT. S. PRAXEDIS S.R.E. PRESBYTERI CARDINALIS ALBITII

IN QVO

Agitur, quando Judicibus liceat inconſtantes eſſe in Judicium proferendis; Et quando perſonis ad ipſorum Judicium imperium, vel uti Actoribus, vel uti reis, vel tanquam tertiis, vel tanquam teſtibus, vel quomodocumq; accedentibus permittatur variare in actionibus, probationibus, exceptionibus, & appellationibus proponendis, ac in atteſtationibus edendis. Aliæque pertractantur quæſtiones in re hac uſu frequentes.

ADDITIS DECISIONIBUS

S. Rotæ Romanæ, præſertim recentiſſimis, nullibi antea impreſſis,

Et coronidis, ſeu appendicis loco Reſponſum,

R. P. D. MARCELLI SEVEROLI Signaturæ Juſtitiæ Votantis &c.

IN CAVSA FLORENTINA LEGITIMÆ

Inter Illuſtriſs. DD. Fratres Marchiones de Ferroniis.



ROMÆ, M. DC. XCVIII.

Sumptibus Joſephi San-Germani Corbi.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo P. Mag. Sac. Palatij Apoſtolici.

Sperellus Epiſc. Interamnen. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Ioſeph Maria Berti Sac. Theolog. Mag. ac Reuerendiſs. P. Fr. Paulini Bernardinij Sac. Pal. Apoſt. Mag. Soc. Ord. Præd.

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

D. BENEDICTO

S.R.E. DIACONO CARDINALI

PAMPHILIO

FELICITATEM.

QUANTUM ætate ſua FRANCISCUS CARDINALIS ALBITIUS facundia, & forenſi Diſciplina in Urbe floruerit, cum multa EMINENTISSIME PRINCEPS ipſius monumenta, & facta declarant, tum potiſſimum eximia dignitas ei ab INNOCENTIO X. Patruo magno tuo tributa. Qui Pontifex ob rerum humanarum peritiam, & multiplicem ſcientiam longo ſtudio, & publicorum negotiorum uſu collectam in optione perſonarum non aliorum teſtimoniis, ſed quod plurimum Reipublicæ intereſt ſuapte cogni-

gnitione, ac proprio iudicio ducebatur. Huius cum multa Cardinalis ſcripta privatim per manus hominum ferantur, oblatus eſt nobis iſte DE INCONSTANTIA IN JURE tractatus ſane perutilis, quem tui ſub auſpicio nominis edimus; ut cujus merita Patruus tuus Magnus extulit, eiuſdem tu ſcripta complectaris, & majorum tuorum in iis tueare Judicium. Præſertim quia non hæreditario tantum, ſed proprio etiam jure ad horum ſcriptorū tutelam vocaris; quippe qui ejuſdem ſocietate laudis, immo, & longe ſplendidiorum gloria doctrinarum, qua omnium conſenſu celebraris, dignus ſis cujus in manibus non unius tantum Scriptoris opera, ſed omnis rei literariæ Dignitas deponatur. Hanc enim præ ceteris familia veſtra laudem optimo Jure ſibi vindicat, quod gloria maiorum non ad inanem ferociam ſtolidumque faſtum, ſed ad nobilium imitationem facinorum, atque ad incitamentum Virtutis utatur. Hinc doctrina, & pietas inter vos quaſi domeſticum familiæ decus enutritur, & in ramos ab radice funditur. Quo fit ut ſumma virtus, quæ in te atque in fratre tuo excelſi animi viro emicat, ad illius filios adoleſcentes lectiſſimos adeo uberrime permanarit, ut cum litteris, & humanitate atque modeſtia ſint uniuerſæ juventutis exemplum, grauitate morum, & ſenili prope prudentia naturæ curſum, atque annorum beneficium anteuertant. Vale.

E. V.

Humill. & addictiſs. Ser.
Ioſephus San-Germanus Corbus.

L E G E N T I.

POST lauream Doctoratus aſſumptam in celeberrima Bononiæ Vniuerſitate, & poſt collatum munus publici Profeſſoris tam Pontificij, quàm Cæſarei iuris in Patrio Gymnaſio, ſubijt in animum aliquod opus aggredi, quo memoria nominis mei poſteris emandaretur: Incidi in Tractatulum Guidonis Papæ, cui titulus, In quibus caſibus de iure ſit locus pœnitentiæ, & in quibus non, & qualiter, & quando admitti debeat: *Sed materiam, quæ in immenſum opus excreſcere debuerat, doctus ille vir vna, vel altera pagina abſoluit, de quo certè miratus ſum. Ad manus meas poſtea peruenit alter Tractatus Ioannis Baptiſtæ Coſtæ Ticinenſis, inſcriptus,* De re integra, nempe, Re integra, quid liceat, vel non. *Doctiſſimus Auctor licet per plures diſtinctiones diffuſius materiam tractauerit, omnia tamen non eſt complexus, quæ maxima etiam cum difficultate complecti poſſunt. Statui ergo illam latius aggredi, & ſub titulo DE INCONSTANTIA IN IVRE ADMITTENDA, VEL NON, ſtudioſis Legalis Philoſophiæ patefacere, & quæ ſparſim à Doctoribus tractata ſunt, in vnum colligere, partiendo Opus in quinque Tractatus, quorum primus eſſet* de Inconſtantia in Iudicijs. *Secundus* de Inconſtantia in Contractibus. *Tertius* de Inconſtantia in vltimis voluntatibus. *Quartus* de Inconſtantia in Clericis, Monachis, Regularibus, atque Monialibus. *Et quintus* de Inconſtantia hominum circa virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, earumque actus. *Sed cum conſtans in labore eſſe debuiſſem, inconſtans perſæpè manus ab eo retraxi; tum ob curam rerum domeſticarum, tum ob munus publici Profeſſoris, & Aduocationis frequenter impeditus: Dilectiſſima poſtea vxore orbatus Romam petij, vt anno Iubilæi milleſimo ſexenteſimo vigeſimo quinto Indulgentijs fruerer. Vix in Curia pedem fixi, cum à f. mem. Vrbano Octano, qui affinitatem cum familia Albitiorum palam profitebatur, Neapolim miſſus, ibi Magiſtratu Auditoris Nunciaturæ Apoſtolicæ functus ſum, primò ſub Laurentio Tramallo Internuntio; ſecundò ſub Epiſcopo Caſertano; tertiò ſub Cæſare Montio Nobili Mediolanenſi, qui ad Regem Catholicum Nuncius Extraordinarius miſſus, voluit me comitem, vt in arduo illo negocio pacis Caſalenſis illi adiumento eſſem. Varijs ergo occupationibus diſtractus inconſtans opus iam ceptum dimiſi, quæ inconſtantia eò magis creuit, quando Montius fuit in Patriarcham Antiochenum electus, & Ioanni Baptiſtæ Pamphilio Nuncio Ordinario apud Regem Catholicum ad Purpuram euecto ſuffectus, nam onus Dataria, & Fiſcalatus Nunciaturæ mihi demandatum fuit Aucta fuit inconſtantia, dum ad munus Auditoris Generalis præfatæ Nunciaturæ electus fui; magnis enim laboribus preſſus, non ſuberat animus opus aggreſſum perficere. A Legatione Hiſpanica cum Cæſare Montio in Purpuratorum Collegium, cooptato, Romam reuerſus, arduum Aſſeſſoris Supremæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis onus mihi commiſſum fuit; ſed vix annum eo in munere conſumam, cum f. m. Vrbanus Octauus me, vt inſeruirem Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Martio Ginnetto ad Reges, & Principes pro ineunda Pace generali Legato de latere miſſo, deputauit, quocum Coloniam acceſſi, vbi per tempus quindecim menſium moram traxi, dum aeris intemperie, & alijs de cauſis ad Vrbem regredi coactus ſui. Cura Aſſeſſoratus per me iterum adepta (loco enim mei donec abeſſem R. P. D. Buccabella Rotæ Auditor inſeruiuerat) incredibile eſt quantum in ea inſudauerim, additis etiam Congregationibus extraordinarijs, præſertim in quibus agebantur negotia Regnorum Hiſpaniæ; inter quæ arduiſſimum fuit illud expulſionis à Regno Portugalliæ R. P. D. Caſtracani in eo Collectoris Apoſtolici. E viuis interim R. P. D. Franciſco Ingolo ſublato, à Secretis Sacræ Congregationis de Propaganda fide pro interim in locum illius ſuffectus fui, & per aliquot menſes mirabiliter vtroque in munere inſudaui, ſuperadditis etiam laboribus, quos in corrigendis Sacræ Pœnitentiariæ expeditionibus (illius enim Sacri Tribunalis Corrector eram) impendere debueram, itaut nec hora ferè comedendi ſuppeteret. Tranſactis octo circiter annis agitatum eſt in Sacra Congregatione Sancti Officij negocium illud Laminarum Granatenſium adeò accuratè, & diligenter, vt tribus diebus ſingulæ hebdomadæ apud Eminentiſſimum Cardinalem Spadam, eo autem impedito, vel apud Cardinalem de la Cueua, vel Cardinalem de Lugo, Congregationes haberentur, & integrum decennium in huiuſmodi laboribus conſumpſi; ſed huic negocio S. D. N. Innocentius XI. finem dedit per ſuum Breue datum die 6. Martij 1682. Acceſſit poſtremò peruerſa Ianſeniſtarum hæreſis, ad quam profligandam toto animo incubui, & ea diligentia, quæ par erat negocio, quod nedum Galliam, & Belgium, ſed vniuerſalem Eccleſiam Catholicam, non dicam, euertere; quia portæ Inferi aduerſus illam non præualebunt, ſed magna ex parte labefactare poterat. Alſi, inſudaui, ſed non irrito conatu; Spiritus Sanctus enim, qui Summis Pontificibus in materia fidei ſemper aſſiſtit, adſtitit peculiariter glorioſæ memoriæ Innocentio Decimo, itaut aſſtante Aura Diuina ſuo Diplomate illam profligauerit, & euerterit Bone Deus, quot artes, quot calumniæ, quot mendacia, quæ falſitates non fuerunt à Ianſeniſtis inuentæ, vt Sedem Apoſtolicam à deciſione quinque Propoſitionum hæreticalium ex libro Auguſtini Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis excerptarum,*

retraherent? Sed Deus Optimus Maximus eorum machinamenta, fraudes, & aſtutias deluſit, & quamuis adhuc ſubdolis inuentionibus tentent ab obedientia Conſtitutionum Apoſtolicarum ſe ſubtrahere; Rex tamen Chriſtianiſſimus Ludouicus Decimuſquartus ea, qua pollet pietate malitiam euertet, & duritiem mentium franget. Neceſſitate horum compulſus ad inconſtantiam in meo opere me conuerti: fauente tamen Deo, benignitate Innocentij Decimi ſupremi mei Benefactoris, ad Purpuram euectus, paulìſper quietaui, & manum ad opus denuò porrexi, itaut Tractatum iſtum ſic ad finem perductum ſtatuerim typis euulgare.

Hæc non ad iactantiam, ſed ad veras cauſas meæ inconſtantiæ, demùm conſtantiæ explicare volui, vt ſi aliquod imperfectum, vel incomptum, vel tandem errores in Opere inueneris tua humanitate excuſes. Et ſi quæ à me congeſta ſunt, ex alijs Auctoribus tranſcripſerim, ne mireris, non enim tantæ eruditionis Ego ſum, vt quæ à ſolo penu meo prodeunt, auctoritatem apud indigenas, & exteros ſibi conciliare valeant; ſed ſatis mihi gloriæ erit ſi ea omnia ad methodum vberiorem redigam, & quæ ab eiſdem Auctoribus ſparſim tradita ſunt, in vnum colligam, & ſub oculis ponam. Proteſtor me ſtylo Iuriſtarum puro, & ſimplici, non verò politiori, & elegantiori ea exaraſſe; vnde ſi fortaſſe in Barbariſmos incidas, calamo meo parce, qui non ad fucum verborum, ſed ad ſubſtantiam materiæ intentus fuit. Vale.

APPROBATIO.

DOctiſſimas *de Iudiciorum Inconſtantia Diſſertationes*, ab Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Albitio exaratas, ſumma cum animi iucunditate, requiſitus à Reuerendiſſimo Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro, perlegi, nec quicquam in iis offendi, quod ſanæ doctrinæ aduerſetur. Eas itaque publica luce digniſſimas exiſtimo, ad religioſiſſimorum Iudicum immortale documentum, vt conſtantem cuique ſuum reddendi voluntatem perpetuò ſeruent, Eminentiſſimum Authorem imitantes, qui præſtantiſſimis ſumma cum laude muneribus perfunctus, conſtanti ſtudio, atque labore de iuriſprudentia non minus, quàm de iuſtitia, & religione optimè meruit: & præcipuè ſumma in iudicando, & in aſſerendis Sedis Apoſtolicæ iuribus conſtantia, cuius perennem poſteris normam exhibuit in ſuo elaboratiſſimo opere. Ita propterea in ſincerum veritatis teſtimonium cenſeo.

Ego Proſper Bottinius Archiepiſc. Myren.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro S. Palatij Apoſtol.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſger.

IMPRIMATVR,

Fr. Dominicus Maria Puteobonellus Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

INDEX ARGVMENTORVM.

Quæſtio I.
AN, & quando impetrans Commiſſionem, ſiue Reſcriptum ad lites, poſſit inconſtans eidem Commiſſioni, ſiue Reſcripto renunciare.

Quæſtio II.
An Actor, qui Aduerſarium citare fecit abſque libelli oblatione, poſſit inconſtans in iudicio non comparere.

Quæſtio III.
Quid ſi Actor vnà cum citatione porrexit libellum, an poſſit eſſe inconſtans, & in quibus caſibus.

Quæſtio IV.
Quid ſi Actor citauerit Reum ad certam cauſam, an poſſit inconſtans eum comparentem cogere, vt in alia reſpondeat: Et an ſi citauerit Reum coram vno Iudice, poſſit inconſtans pro eadem cauſa coram alio ipſum citare.

Quæſtio V.
Vtrum Iudex, qui citauit pro certa die, & hora ad faciendum actum, poſſit inconſtas extra illam diem, & horam actum agere.

Quæſtio VI.
Si Partes renunciauerint citationi, an inconſtantes aduersùs renunciationem hanc venire poſſint.

Quæſtio VII.
An Executor, qui in executione ſibi commiſſa Partem citauit, poſſit inconſtans non expectando citatum ad executionem procedere.

Quæſtio VIII.
An ille, qui vigore pacti poteſt auctoritate propria ingredi, & capere poſſeſſionem, ſi citata Parte adeat Iudicem, & ab eo petat licentiam capiendi poſſeſſionem, poſſit inconſtans ad viam extraiudicialem redire.

Quæſtio IX.
An in Procuratoribus licita, vel illicita ſit inconſtantia.

Quæſtio X.
An Procurator, qui alium ſubſtituit, poſſit inconſtans cauſam reaſſumere.

Quæſtio XI.
An Procurator, ſiue Aduocatus inconſtans poſſit alterius Partis, quæ fouet iuſtam cauſam, iura defendere. Et an Aduocatus in conſiliis priuatis poſſit modò pro vna, modò pro altera Parte conſulere: Et quænam Doctoris inconſtantis, & varij ſit attendenda opinio.

Quæſtio XII.
Quid in mandante, an poſſit mandatum reuocare, & in quibus caſibus.

Quæſtio XIII.
An licita ſit inconſtantia in Actionibus.

Quæſtio IV.
Quando licita ſit variatio in executiuis.

Quæſtio XV.
An qui intentauit iudicium ordinarium poſſit inconſtans conuolare ad executiuum.

Quæſtio XVI.
An liceat Actori inconſtanti tranſire à via executiua ad ordinariam. Et an Actor, qui intentauit petitorium, poſſit eo ſuſpenſo inconſtans tranſire ad poſſeſſorium. E quid è conuerſo.

Quæſtio XVII.
An is, qui renunciauit poſſeſſioni, poſſit inconſtans petere manutentionem, ſeu reintegrationem.

Quæſtio XVIII.
An detur inconſtantia, & variatio in Reo circa exceptiones.

Quæſtio XIX.
An licita ſit variatio Actori in libello, & quando Actor poſt litem conteſtatam poſſit inconſtans liti renunciare.

Quæſtio XX.
Quando Accuſator inconſtans poſſit ab accuſatione deſiſtere; Et an data deſiſtentia poſſit ad proſequendam accuſationem conuolare. Et quid in crimine adulterij.

Quæſtio XXI.
An is, qui fecerit pactum de litigando coram Iudice non ſuo, poſſit inconſtans ab eo recedere: Et quid ſi paciſcens eſſet Clericus?

Quæſtio XXII.
An qui promiſit ſoluere in vno loco ſuæ obligationi ſatisfacere inconſtans poſſit in alio loco.

Quæſtio XXIII.
An creditor, qui ceſſit actiones contra debitorem ſuum, poſſit eſſe inconſtans.

Quæſtio XXIV.
Quando in confeſſione iudiciali detur inconſtantia: Et an in confeſſione facta in poſitionibus tam ab Actore, quàm à Reo.

Quæſtio XXV.
An articulans poſſit eſſe inconſtans variando, vel etiam contrarios articulos producendo.

Quæſtio XXVI.
An licita ſit inconſtantia in confeſſione, quæ oritur ex inſtrumenti productione; & an producens poſſit productionem reuocare.

Quæſtio XXVII.
An detur inconſtantia in confeſſione emiſſa in precibus, itaut porrigens eam reuocare poſſit.

Quæſtio XXVIII.
Vtrum confeſſio facta in libello poſſit à confitente reuocari.

Quæſtio XXIX.
An reſpondens interrogationibus poſſit eſſe inconſtans, & reſponſionem reuocare.

Quæſtio XXX.
Vtrum confeſſio facta in iudicio criminali reuocari poſſit. Et quid de confeſſione emiſſa in tortura.

Quæſtio XXXI.
An Iudex, qui Reo promiſit impunitatem, ex qua promiſſione confeſſionem extorſit, inconſtans eſſe poſſit illi impunitatem poſtea denegando.

Quæſtio XXXII.
An ſtante Statuto minuente pœnam confitentibus; augente verò negantibus, is, qui primò negauit, & poſtea inconſtans fatetur, gaudeat priuilegio Statuti.

Quæſtio XXXIII.
An qui produxit Teſtes, vt examinentur, poſſit inconſtans pœnitere, illoſque examini ſubtrahere. Et ſi renunciauerit teſtium productioni, an adhuc eos producere poſſit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, præſertim quoad defenſiones: Et an poſt concluſum in cauſa poſſint noui teſtes examinari.

Quæſtio XXXIV.
An In Teſtibus licita, vel illicita ſit inconſtantia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & quid in cauſa hæreſis.

Quæſtio XXXV.
An Teſtes teſtamentarij poſſint inconſtantes dicere ſe non interfuiſſe teſtamento.

Quæſtio XXXVI.
An qui produxit Teſtes, poſſit inconſtans eos reprobare.

Quæſtio XXXVII.
De inconſtantia in Iudicibus tam Delegatis, quàm Ordinarijs; qua occaſione diſcutiuntur variæ, ac vtiles quæſtiones, quæ videri poſſunt in Summario; & præcipuè tractatur illa, an Iudex in conflictu opinionum, adhærere teneatur opinioni probabiliori.

Quæſtio XXXVIII.
Inconſtantia in appellatione iam interpoſita an, & quando admittatur.

Quæſtio XXXIX.
An ſi quis ante ſententiam promiſit non appellare, poſſit inconſtans hoc remedio vti: Et quid in ſententijs, ſeu laudis Arbitrorum, ſiue ſint illi electi voluntariè, ſiue ex neceſſitate Statuti: Et an iuramentum impedire poſſit reclamationem: Quid etiam in cauſis commiſſis *appellatione remota?*

Quæſtio XL.
An qui appellauit omiſſo medio poſſit inconſtans appellare ad ſuperiorem immediatum: & quando liceat appellare omiſſo medio. Et an appellans ad plures ſuperiores, vel alternatiuè, vel cumulatiuè, poſſit facta electione variare.

Quæſtio XLI.
An, & quando Iudex poſtquam detulit appellationi, poſſit inconſtans in cauſa ſe ingerere.

Quæſtio XLII.
An Princeps, qui conceſſit priuilegium, ne poſſit ad eum appellari, poſſit nihilominus inconſtans appellationem admittere.

Quæſtio XLIII.
An capto pignore in cauſam iudicati, creditor poſſit eo dimiſſo ad aliud inconſtans ſe conuertere: Et an in ſubhaſtatione, & deliberatione pignoris licita ſit inconſtantia, tam reſpectu ſubhaſtantis, quàm reſpectu offerentis; Et quid attenta læſione? Et an in locatione gabellarum.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Inconſtantia quomodo hic accipienda.*
2 *Reprobatur inconſtantia, & laudatur perſeuerantia.*
3 *Inconſtantia vitium opponitur prudentiæ, & iuſtitiæ.*
4 *Inconſtantia vocatur iniquitas, eſt legibus inimica, & doli mali plena.*
5 *Inconſtantia reprehenſibilis in Eccleſia an, & quando ſit, & num.* 46.
6 *Præſertim Romana.*
7 *Item in Summo Pontifice, & num.* 8. *ac* 47.
9 *Conſtantia qualis in Papa requiratur.*
10 *Papa varians præſumitur circumuentus.*
11 *Inconſtantia vitanda à Cardinalibus.*
12 *Ab Epiſcopis.*
13 *Ab omnibus Eccleſiaſticis.*
14 *Eccleſiaſtici debent eſſe conſtantes.*
15 *Inconſtantia damnanda in Imperatore an, & quando, & num.* 49.
16 *In Rege.*
17 *In omni Principe.*
18 *Princeps quantum debeat eſſe conſtans, & num.* 19.
20 *Princeps debet eſſe plenus Philoſophiæ.*
21 *Philoſophia exigit conſtantiam exactam.*
22 *Princeps aſſimilatur Deo, & dicitur Deus in terris.*
23 *Immutabilitas connumeratur inter attributa, & perfectiones Dei.*
24 *Inconſtantia damnanda in Senatu.*
25 *In Fiſco.*
26 *Fiſcus retractare nequit quod ſemel vendidit.*
27 *Iudices puniunt inconſtantiam.*
28 *Virtus conſtantiæ, & fortitudinis exigitur in Iudicibus.*
29 *Iudex grauis eſſe debet, & conſtans.*
30 *Aduocatus defenſionem ſemel ſuſceptam deſerere inconſtans non poteſt.*
31 *Iniuſtam tamen litem debet deſerere.*
32 *Aliàs peccat mortaliter.*
33 *Patrocinium improbæ cauſæ in ſcelere eſt.*
34 *Procurator mandatum ſuſceptum non poteſt inconſtans renunciare.*
35 *Inſtrumentum varium, & inconſtans ſuſpicionem falſitatis inuoluit.*
36 *Teſtis fidem adimit illius inconſtantia, & variatio.*
37 *Reſponſa variare, & vacillare turpe eſt.*
38 *Inconſtantia reprehenſibilis in omnibus hominibus.*
39 *Mulier fragilis conſilij, leuis inconſtans.*
40 *Inconſtantia damnanda in muliere.*
41 *Variatio, & inconſtantia multis in caſibus permittitur.*
42 *Conſilium mutare in melius ſapientis eſt.*
43 *Errorem per ſe ipſum corrigere melius eſt, quam ab alio corrigi.*
24 *Sapientis hominis eſt reuocare, quod malè loquitur.*
45 *Viri in Republica præſtantes permanere perpetuo debent in vna ſententia.*
48 *Sancti ſe ipſos aliquando correxere in melius.*
50 *Operis methodus.*

1 INCONSTANTIAM voco mutationem illam voluntatis, quæ quandoque illicita eſt, quandoque licita.

2 Licet enim regulariter variatio, & inconſtantia reprobetur, *l. in cauſæ, verbo cæterum, ff. de Procurat. l.4. §. 1. l. penult. ff. de lege commiſſoria, cap. cum in multis, in fin. de reſcript. in 6. cap. quod ſemel placuit 21. cap. mutare 33. de reg. iur. in 6.* Bart. *in l. de rebus, ff. rer. amot.* Alex. *in l. ex toto, §. fin. de legat. 1.* Angel. *in §. is itaque,* in Gloſs. *in verb. aduertit inſtit. de iuſt. & iur.* Dec. *in l. nemo poteſt mutare 75. num. 2.* & ibi Cagnol. *num. 12. ff. de reg. iur.* Barboſ. *in d. cap. quod ſemel*, vbi ex Diuo Bernardo laudes perſeuerantiæ adducit, Felyn *in cap. cum olim, de re iudicata, & in cap. præſentata, de teſtibus,* Clem. 1. *de renunciat.* Dauid Marot. *in l. 168. num. 5. de reg. iur.* Franciſcus de Petris *conſ. 13. nu. 8.* & eruditè in tractatu feſtiuarum lectionum, *cap. 1. ſub nu. 6. ver. conſtans inquam,* Themud. *deciſ. 22. num. 20. par. 1.* Magon. *deciſ. Florent. 2. num. 11.*

3 Eſt enim inconſtantia vitium, quod opponitur prudentiæ, S. Thomas *2. 2. qu. 5.*

Digitized by Google

art. 5. Franciſcus Salernus conſ. 19. nu. 36.
opponiturque iuſtitiæ, de Petris d. conſ. 13.
num. 8. in fine.
4 Et ab Imperatore vocatur iniquitas in l.
ſi quis ius iurandum, C. de reb. credit. & ibi
Gloſs. in verb. iniquitatis, Roman. ſingul. 42.
de Petris loco citato, & inimicam legibus,
& doli mali plenam dicit Bald. conſ. 327.
num. 4. lib. 1. Tuſcus litt. V, concl. 21. nu. 1.
Nouar. de elect. for. tom. 1. quæſt. 3. num. 2.
Thor. comp. deciſ. Neap. tom. 5. par. 3. ſect. 3.
verſ. variatio an competat Clerico, verſ. vltra
quod, Rice. deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap. 107.
num. 4. tom. 4.
5 Ideo primò reprehenſibilis eſt in Eccle-
ſia Dei, argum. cap. 1. de pactis, Durand. de
modo Generale Concilium celebrandi rub. 29.
Larath. conſ. 7. num. 18.
6 . Præſertim in Eccleſia Romana, Du-
rand. loco citato.
7 Secundò reprehenſibilis eſt in Summo
Pontifice, Clem. cum illuſio de renunc. cap.
quidem, eod. tit. Bald. d. conſ. 327. num. 3.
8 lib. 1. Io. Andr. in cap. 1. de renunciat. in 6.
Decian. conſ. 25. num. 24. lib. 1. Pariſ. de
reſignat. lib. 9. quæſt. 25. num. 18. 19. & 20.
Mantua de Concil. nu. 188. Add. ad dec. 217.
num. 471. par. 9. recent. Gonzalez ad reg. 8.
gloſ. 9. §. 2. num. 31. & 32. vbi quod Papa
debet eſſe conſtans, & immobilis, ſicut
lapis angularis, & ſicut polus in cælo, &
vnum ſolum calamum, & vnam linguam
9 habere, & non plures, Pariſ. de reſign. lib. 3.
quæſt. 18. nu. 92. cum alijs per dictum Gon-
zal. alleg. &c. & vltra eos R. P. D. Fagnan.
in cap. cum olim à num. 5. de ſent. & re iudic.
& in cap. conſult. de Cler. ægrot. à num. 57.
10 cum ſeqq. Ideo Papa variando præſumitur
circumuentus, cap. cum olim, de re iudicata,
Zabarell. conſ. 136. & 142. num. 3. Tuſcus
d. concluſ. 21. num. 8. R. P. D. Fagnan. dicto
cap. cum olim à num. 10. de ſent. & re iudic.
vbi concluſionem ampliat, & declarat
multis modis.
11 Tertiò vitanda itidem eſt à Cardinali-
bus, Bald. l. 1. col. 4. C. de latin. libert. toll.
Pariſ. de reſignat. d. quæſt. 25. nu. 22. Man-
doſ. reg. 32. quæſt. 18. num. 3.
12 Quartò ab Epiſcopis, Felyn. in cap. cum
olim num. 5. ver. & dicit Rot. Pariſ. loco cit.
num. 22.
13 Quintò, & ab omnibus Eccleſiaſticis,
dicta Clem. cum illuſio, Io. Selua de benefic.
quæſt. 14. num. 16. par. 2. cap. cum ita 22.
quæſt. 2. cap. ſuper his, de pœnis, Zabarell. di-
cta Clem. cum illuſio num. 2. & ibi Anchar.
num. 2. Felyn. d. cap. cum olim num. 5. Tuſ-
cus d. concl. 21. num. 1. Leoncill. deciſ. 54.
num. 24. Themud. deciſ. 103. num. 9. par. 2.
qui loquitur de Monialibus, Borgnin.
deciſ. 35. num. 54. par. 2. R. P. D. Fagnan.
in cap. cum olim numer. 4. de ſentent. & re
iudic.
14 Debent enim eſſe conſtantes, cap. irri-
ſor. de pœnit. diſt. 3. cap. inter dilectos, de ex-
ceſſ. Prælat. cap. 2. de elect. in 6. Zabarell.
dicta Clem. illuſio num. 2. Staffileus ſuper
comm. litterarum iuſtitiæ, verſ. poſt num. 66.
Mandoſ. regul. 34. quæſt. 28. num. 6. Pariſ.
de reſignat. lib. 1. quæſt. 13. numer. 6., &
lib. 6. quæſt. 1. num. 32. & lib. 11. quæſt. 2.
num. 30.
15 Sextò damnatur in Imperatore, Bald.
d. conſ. 327. lib. 1. Tuſc. d. concluſ. 21. nu. 10.
Decian. reſponſ. 25. num. 25. lib. 1.
16 Septimò, damnatur in Rege, Cutellius
ad leges Siculas Martini cap. 22. in 1. fol.
mihi 517.
17 Octauò damnatur in omni Principe,
l. 1. & 2. C. ne Fiſcus rem quam vendidit &c.
lib. 10. & ibi eruditiſſimus Amaya, Dec.
in reg. nemo poteſt mutare num. 3. de reg. iur.
Decian. d. reſp. 25. num. 26. Caſtill. de ter-
tijs Decimarum lib. 6. cap. 18. num. 38. Add.
ad deciſ. 217. num. 471. par. 9. recent. Bor-
gnin. deciſ. 35. num. 54. par. 2. Richter.
deciſ. 4. num. 22. Rot. deciſ. 33. num. 17. de
præben. in antiquis, Bellamer. deciſ. 742. nu. 9.
18 Principi enim conuenit illud ſemel locu-
tus eſt Deus, & quod ſcripſi, ſcripſi licet
virum iniquiſſimum habuerit Auctorem,
Cagnol. dicta reg. nemo poteſt mutare nu. 12.
Bellon. de poteſtate corum, quæ fiunt incon-
tinenti &c. cap. 143. num. 1. ideo dicebat
Baldus in conſ. 277. lib. 3. quod Princeps
debet habere vnum calamum, & vnam
19 linguam, & non plures, quia ſcriptum
eſt: quæ procedunt de labijs meis, non fa-
ciam irrita, & debet eſſe immobilis ſi-
cut lapis angularis, & ſicut polus in cæ-
lo, quæ rea ſumpſit, Menoch. conſ. 282.
num. 38. lib. 3. Mandoſ. in reg. 4. quæſt. 7.
num. 7. Decius conſ. 197. in fine, & conſ. 488.
in fine, & conſ. 580. num. 5. & conſ. 689. col.
vlt. Decian. dicto conſ. 25. num. 25. vol. 1.
Add ad dictam deciſ 217. num. 473. Marta
de iuriſd. par. 4. caſ. 52. num. 18. Boſſius de
Principe num. 18. & 19. cum alijs per Sal-
uianum de Olena, & Souſa de foro Eccle-
ſiaſtico par. 1. quæſt. 13. num. 7. Richter. d.
deciſ. 4. num. 22. R. P. D. Fagnan. d. cap.
cum olim ſub num. 7. & cap. conſultationibus
de Cleric. ægrotan. num. 57. & 58.
20 Cum enim Philoſophiæ plenum debere
eſſe Principem iura decernunt, l. cum Syl-
lanian. C. ad Senat. Conſ. Syllan. in Philoſo-
21 pho exactaconſtantia exigitur, l. ſi quod
venditor, ff. de ædilit. edict. Franc. Salern.
conſ. 19. num. 36. lib. 1. Imò cum aſſimile-
22 tur Deo, & ſit Deus in terris, Ancharan.
conſ. 310. num. 3. Borell. ad Bellugam in ſpe-
culo Principum rub. 6. lit. D, in principio, De-
cian. d. conſ. 25. nu. 25. lib. 1. Peregr. conſ. 4.
num. 10. lib. 4. Bellon. iun. conſ. 5. num. 122.
qui multos adducit, Adden. ad d. deciſ. 217.
num. 45. par. 9. recent. imitari Deum debet,

23 cui inter alia attributa, & perfectiones conuenit immutabilitas, vt videbimus in prima quæſtione alterius tractatus *de inconſtantia in fide*.

24 Nonò, damnatur in Senatu, qui loco Principis eſt, vt de Senatu Mediolanen. dicit Menoch. *dicto conſil.* 282. *num.* 37. *&* 38.

25 Decimò, damnatur in Fiſco Principis, *d. l.* 1. *&* 2. *C. ne Fiſcus rem quam vendidit, &c.* vbi Imperatores Honorius, & Theodoſ. AA. Palladio PP. Orientis aiunt re-

26 tractare Fiſcum, quod ſemel vendidit æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur, & ibi latiſſimè Amaya *à num.* 9. *per multos.*

27 Vndecimò, damnatur in Iudicibus, quia eam in aliis puniunt, *l. in cauſa*, §. 1. *de Procurat. cap.* 2. *de reſcript. in* 6. Clem. 1. *de renunciat.* Marſil. *ſingul.* 166. Vincent. *in l. in ratione, in princip.* §. *fin. ff. ad l. falcid.* Rebuff. *in l. quod iuſſit, in princip. ff. de re iudic.* Menoch. *conſ.* 488. *num.* 17. *lib.* 5. Vbert. *de mod. cit. par.* 5. *formula* 13. §. *variatio*.

28 *In Iudicibus* enim exigitur virtus conſtantiæ, & fortitudinis, Vitius *deciſ.* 189. Stephan. Naten. *de iuſtitia in adminiſtratione vulnerata, cap.* 3. *num.* 1. de Petris *d. cap.* 1. *lib.* 1. *feſtiuarum lectionum à num.* 6.

29 grauem enim, hoc eſt conſtantem Iudicem eſſe oportere, ex Diuo Bernardo, tradit Gabriel Velaſco in Iudice perfecto, *rubr.* 6. *annot. vnica in princ. verſ. Grauis ergo.*

30 Duodecimò, damnatur in Aduocatis, quia defenſionem ſemel ſuſceptam, ſine crimine leuitatis, & inconſtantiæ deſerere non poſſunt, *l. properandum* 13. §. *illo proculdubio* 9. *C. de iudiciis*, Ioannes Trachinus *in vindiciis Palatinis, in præfatione, num.* 63. ſed vbicumque ex litis improbi-

31 tate læſam habent conſcientiam, patrocinium ſuſceptum deſerere debent, Specul. *in tit. de Salario Aduocat. num.* 1. Mager. *de aduocat. armat. cap.* 11. *num.* 484.

32 alias mortaliter peccant, Corat. *de communi opinione lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 39. eo quod

33 in ſcelere patrocinium præſtare legibus, & ipſi naturæ contrarium ſit, *l.* 6. *C. de defenſ. Ciuit.* Mager. *loco citato num.* 48 5. de quo latè dicemus infra in hac priori parte operis de inconſtantia iudiciali.

34 Decimotertiò, damnatur in Procuratore, qui poſt ſuſceptum mandatum inconſtans pœnitere non poteſt, & illud renunciare, Clem. 1. *de Procurat. l. ſi mandauero*, §. *fin. ff. mandati*, Gaill. *obſeru.* 46. *num.* 3. de qua re pariter videbimus infra in hoc tractatu.

35 Decimoquartò, damnatur in Notariis, quorum inſtrumenta, ſi varia ſint, ſuſpicionem falſitatis arguunt, *l. eos qui*, vbi Bart. *ff. de falſ.* Decian. *conſ.* 91. *num.* 21. *lib.* 3.

36 Decimoquintò, damnatur in teſtibus, quorum variatio, & inconſtantia fidem illis adimit, Decian. *dicto conſ.* 91. *num.* 21. *lib.* 3. Ciriac. *controu.* 681. *num.* 8. Zuccar. *deciſ. crimin.* 19. *num.* 7. Turpe enim eſt

37 aliquem vacillari, vel variare in ſuis reſponſis, *cap.* 1. *vt benef. Eccleſ. cap. fin. de iureiur. in* 6. Goffred. Zabarell. & Anchar. *dicto cap.* 1. Teſt. *alleg.* 6. *num.* 200.

38 Decimoſextò, denique in omnibus prorſus hominibus reprehenſibilis eſt, *l. in cauſa, ff. de Procurat.* & ibi Gloſs. *in verb. recuſauit*, & ab omnibus repellenda, Gloſs. *in l. ſi impubes*, §. *quoties, verſ. totam*, de Carbon. *edict. & in l. ex filio, ver. ex momentaneis, ff. de inoffic. teſtam. l. fin.* §. *fin. ff. de mod. mulctan.* Franciſcus Salernus *dicto conſ.* 19. *num.* 36. Scurph. *conſ.* 12. *num.* 9. *cent.* 3. Themud. *deciſ.* 103. *num.* 9. *par.* 2. Rot. *deciſ.* 33. *num.* 17. *de præben. in antiquis*, Reipublicæ enim non expedire dixit Ricther. *deciſ.* 4. *num.* 22.

39 Decimoſeptimò, quin, & in mulieribus, quæ licet cum ſint fragilis conſilii, *l.* 2. §. *verba ibi*, ibi, *infirmitas enim fœminarum, ff. ad Velleianum, l. mulier, C. eodem*, ibi, *ex conſequentia ſuæ fragilitatis*, cum aliis par. Aldobrand. *in rubr. de ſatisd. tutor. num.* 36. Odd. *de reſtit. in integrum quæſt.* 2. *num.* 41. Rubens *ad deciſ.* 81. *par.* 8. *recent. num.* 12. *& ad deciſ.* 262. *num.* 171. *eadem par. ſint variæ, & inconſtantes, l. ſi filia, C. de inoff. teſtam. cap. forus* 10. §. *teſtes*, & ibi Gloſſ. *in verb. varietatem, de verb. ſignificat.* vbi addentes hos verſus inſcribunt:

Quid leuius fumo? flamen; quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier; quid muliere? nihil.

Quos pariter adducit poſt Catalan. & Paramum Caſtill. *deciſ.* 182. *num.* 10.

Et alter Poeta dicebat:

Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.

De Petris *dicto cap.* 1. *& numer.* 5. vbi eruditè:

Et ter in hora mutari docet idem Rubens *loco citato*.

40 Nihilominus in eis inconſtantiam damnari ſcripſit Sanctus Leo *epiſt.* 90. ad Ruſticum *cap.* 13. *&* 14. *regiſtr. in cap. Puellæ* 20. *quæſt.* 1.

Non inde tamen inferre debemus variationem, & inconſtantiam nunquam licere.

41 In multis enim caſibus, quod ſemel nobis placuit circumſtantiis mutatis diſplice-

re nobis debet, & quamuis rationem ma-
li res non inuoluat, poteſt nihilominus
aliquando eſſe variabilis, vt bene aduertit
Bardus ad regulam, quod ſemel *num.2. de*
reg. iur. Hine prodijt Axioma illud, con-
42 ſilium mutare in melius ſapientis eſt, *l.*
nunquam, ibi Gloſs. *ff. de collat. bonor. inſtit.*
de legat. in principio, Rebuff. *de nominat.*
quæſt.17. num.4. cum alijs per Barboſ. *axio-*
mate 55. num.3.

43 Et eo magis licita eſt variatio ſi conſtet de errore, melius enim, ac minus verecundum eſt ſeipſum corrigere, quam expectare ab alio corrigi, ad Text. *in §. 1. in fine, in Auth. de nupt.* ſic Pontifex monuit quoſdam Iudices *in cap. qualiter 17. de accuſat.* ibi - *ſi contra præſcriptum ordinem tamquàm homines exceſſiſtis, non pudeat vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores.*

44 Ideo Diuus Auguſtinus *in cap magnæ 22. quæſt. 4.* dicit, *ſapientiæ eſt reuocare hominem, quod malè locutus eſt*, & Beatus Iſidorus *in lib. 2. de ſynonimis regiſtr. in cap. in malis, ead. cauſa, & quæſt.* ait, *in malis promiſſis reſcinde fidem, & in turpi voto muta decretum, quod incautè vouiſti, ne facias; turpis eſt enim promiſſio, quæ ſcelere adimpletur*, ibidem Turrecremat. Petr. Pecchius ad regulam non eſt obligatorium *de reg. Iur. in 6.* Mantua in Gymnaſio ſcholaſtico in verbo *variatio*, vbi quod in nullo animalium genere tanta eſt ingeniorum, & morum varietas, vt in homine, ex quo fit, vt neque mirum ſit, ſi nulla alia animalia inter ſe diſſideant, vt homines, namque Cicada Cicadam, & Formica Formicam amat.

45 Hinc Cicero, qui licet docuerit nihil eſſe, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda ſeruare conſtantiam, nihilominus aſſeruit nunquam præſtantibus in Republica viris perpetuam in vna ſententia permanſionem laudatam fuiſſe.

46 Ideo Eccleſia mutat ſententiam ſuam in melius, *cap. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Anchar. *conſ. 67. num.* 1.

47 Et Papa paratus eſt ſe corrigere in melius, *cap. nos incompetenter 2. quæſt. 7.*

48 Imò, & Sancti ſe correxere in melius, *cap. certe 12. quæſt.1.* Anchar. *dicto conſ. 67.* Tuſc. *in concluſ. 435. num. 7,*

49 Et Imperator non erubeſcit ſe ipſum corrigere, Anchar. *dicto conſ. 67. num. 2.* Tuſc. *loco citato num. 8.*

50 Cum ergo variatio in Iudicijs, in vltima voluntate, in contractibus, & in alijs actibus humanis per ſæpè fiat; de hac variatione, & inconſtantia tractaturi, opus aggredimur ab inconſtantia in Iudicijs.

DE

DE INCONSTANTIA IN IVDICIIS.

QVÆSTIO I.

ARGVMENTVM.

An, & quando impetrans Commiſſionem, ſiue Reſcriptum ad lites, poſſit Inconſtans eidem Commiſſioni, ſiue Reſcripto renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetrans poteſt illi inconſtans renunciare.*
2 *Inuitus nemo agere compellitur.*
3 *Intereſſe illius contra quem fuit obtentum reſcriptum non conſideratur ante citationem.*
4 *Reſcriptum principaliter conceſſum dicitur fauore impetrantis.*
5 *Inducta ad fauorem alicuius non debent in eius odium, & præiudicium redundare.*
6 *Commiſſioni expeditæ* Motu proprio *ad priuatam vtilitatem impetrans, poteſt renunciare.*
7 *Quid de Commiſſione impetrata in Signatura Gratiæ.*
8 *Quid ſi contineat aliquid fauorabile alteri parti.*
9 *Impetrans Commiſſionem excitatoriam iuriſdictionis poteſt illi renunciare.*
10 *Commiſſio excitatoria iuriſdictionis an efficiatur ſtatim communis.*
11 *Commiſſioni coram Iudice præſentatæ poſt decretam, ſed nondum executam citationem renunciari an poſſit.*
12 *Actor, qui obtinuit decretum citationis poteſt ante executionem inconſtans pœnitere.*
13 *Lis quoad Actorem introducta dicitur per ſolum decretum citationis, etiam illa non executa, & num. 28.*
14 *Subrogationem ad impetrandam lis non dicitur cæpta, niſi citatio ſit executa.*
15 *Triennalis poſſeſſio ad impediendum effectum Regulæ, an interrumpatur per citationem non executam.*
16 *Decretum citationis impetratum à Procuratore Actoris, ac per Principalem ratificatum, an cauſet introductionem litis, quamuis citatio non fuerit executa.*
17 *Citationis decretum non cauſat introductionem litis, quando Actor inconſtans ante executionem illi renunciauit.*
18 *Attentatum non eſt, quod Actor innouauit poſt citationem cui renunciauerat.*
19 *Renuncians commiſſioni impetratæ non poteſt per Aduerſarium cogi ad illius vſum.*
20 *Commiſſio non fit communis alteri parti ante executam citationem.*
21 *Commiſſio an efficiatur communis ante citationem, itaut impetrans non poſſit ea non vti quando tribuit ius conſiderabile alteri parti.*
22 *Reſcriptum Papæ, quo mandatur aſſecurari iudicium per impetrantem, an tribuat ius conſiderabile alteri parti.*
23 *Reſcriptum concernens publicam vtilitatem à die datæ imprimit iuriſdictionem Iudici, & tribuit ius cuicunque volenti, & valenti proſequi publicum intereſſe.*
24 *Iudex, cui fuerunt directæ litteræ in cauſa Inquiſitionis, poteſt ex officio procedere, & intereſſe publicum proſequi.*
25 *Quid inuito, deſiſtente, renunciante, vel contradicente eo, qui litteras impetrauit.*
26 *Commiſſionem obtinens poſtquam citauit Ac-*

uerſarium, non poteſt illi amplius renunciare.
27 *Commiſſio an, & quando efficiatur communis, etiam non citata parte* ad dicendum contra Commiſſionem, *ob vſum impetrantis.*
29 *Decretum citationis perpetuat iuriſdictionem Iudicis reſpectu Actoris.*
30 *Ceſſio rei, ſuper qua fuit impetrata Commiſſio, an importet illius renunciationem.*
31 *Vel litem extinguat.*
32 *Inconſtantia non præſumitur.*
33 *Voluntatis duratio eſt præſumenda.*
34 *Citatio in dubio præſumitur executa.*

1 LICITAM eſſe Incon-
ſtantiam, & Impe-
trantem poſſe Reſ-
cripto renunciare,
dixit Baldus *in l.* 1.
C. vt lit. pend. Socin.
in cap. fin. de crim. falſ.
Doctor. omnes *in cap.*
Ex conquæſtione, de reſtit. ſpoliat. vbi Anchar.
num. 8. Zabarell. *num.* 11. Abbas *num.* 10.
ad finem, Bellamer. *num.* 10. Imol. *num.* 9.
Butr. *num.* 12. Felyn. qui alios cumulat *in*
rubr. de reſcript. num. 3. Achill. *deciſ.* 10. *de*
reſcript. Gallerat. *de Renunciat. centur.* 1. *re-*
nunciat. 5. *num.* 4. Ridolphin. *in praxi par.* 1.
cap. 13. *num.* 519. Buratt. *deciſ.* 138. *num.* 4.
& ibi Addentes *litt. B*, & *deciſ.* 871. *per tot.*
vbi dicit, hanc eſſe communem opinio-
nem, quam ſæpè Rota tenuit Adden. *ad*
deciſ. 552. *Gregorij XV. num.* 7. & Rota
deciſ. 181. *num.* 5. *par.* 8. *recent.*
2 Ratio eſt, quia nemo inuitus agere
compellitur, *l. vnic. C. vt nem. inuit*, An-
charan. *dicto cap. Ex conquæſtione num.* 8.
Butr. *num.* 12.
Secundò, quia ante citationem non
3 conſideratur intereſſe eius, contra quem
eſt Reſcriptum, ideo Impetrans poteſt
pœnitere, *l. de ætate, §. fin. ff. de interrogat.*
action. Ancharan. & alij *dicto cap. Ex con-*
quæſtione, Rota *in Salamantina Penſionis* 15.
Ianuarij 1584. *coram Bubalo.*, *penès* Mar-
cheſ. *de Commiſs. par.* 1. *pag.* 172. Dunozett.
iun. *deciſ.* 574. *num.* 4. Bichius *deciſ.* 384.
num. 5. & 6.
4 Tertiò, quia Reſcriptum ad fauorem
Impetrantis principaliter eſt conceſſum,
ideo ſi non daretur pœnitentia, in eius
5 odium, ac præiudicium redundaret, con-
tra diſpoſitionem Textus *in l. Quod fauo-*
re, ff. de legib. Rota *in d. Salamantina num.* 1.
Amplia primò, concluſionem habere
6 locum, etiamquod expedita ſit Commiſ-
ſio *Motu proprio* ad vtilitatem tamen pri-
uatam, Abb. *in dicto cap. Ex conquæſtione*
num. 10. *verſ. Et puto*, & ibi Adden. *litt. B*,
Felyn. *in rubr. de Reſcript. num.* 3. *verſic.*
Etiamſi Motu proprio.
7 Amplia ſecundò, etiamſi Commiſſio
eſſet impetrata à Signatura Gratiæ, & in
8 ea contineretur aliquid, quod eſſet fauo-
rabile alteri parti, Ancharan. *in dicto cap.*
Ex conquæſtione num. 9. & ibi Imol. *item nu.* 9.
Hoſtien. *concl.* 3. *in fin.* Io. Andr. *col.* 2. *in fin.*
Butr. *num.* 13. Abb. *num.* 1. Rota *in dicta Sa-*
lamantina Penſionis coram Bubalo, Addent.
ad dictam deciſ. 552. *Gregor. XV. num.* 7.
Romana Legati 4. *Iulij* 1642. *coram Emi-*
nentiſs. Cerro, relat. per Bich. *deciſ.* 582. *ſub*
num. 9.
Amplia tertiò, ſiue commiſſio infundat
nouum habitum iuriſdictionis, ſiue ſim-
9 pliciter excitet iuriſdictionem, quicquid
enim voluit aliàs Rota *deciſ.* 61. *de appel-*
lat. in non. & Felyn. *in d. rubr. de reſcript.*
d. num. 3. tenentes commiſſionem, quæ
excitat iuriſdictionem, effici ſtatim com-
munem, ab eorum tamen opinione re-
ceſſit Rota, vt per Mohed. *deciſ.* 4. *de*
10 *reſcript.* Caputaq. *deciſ.* 178. *lib.* 1. *in Ma-*
nuſcript. cum alijs per Rotam *deciſ.* 317.
num. 3. *par.* 2. *in recent.* Addent. *ad dictam*
deciſionem 552. *Gregorij XV. verſ. Item pro-*
cedit.
Amplia quartò, etiamſi commiſſio eſſet
Iudici præſentata, & ab eo decreta citatio,
11 ſed non executa, Abbas *in dicto cap. Ex*
conquæſtione num. 10. Felyn. *loco citato num.* 3.
verſ. 3. *limita* Aretin. *conſ.* 33. Rota *dicta*
deciſ. 317. *num.* 3. *ante finem*, Addent. *ad*
dictam deciſionem 552. *Gregorij XV.* Bichius
deciſ. 384. *num.* 6.
Et licèt contrarium latè defendat Bel-
lamer. *in dicto cap. Ex conquæſtione num.* 7.
& 8. Non eſt tamen recedendum à ſupra-
dicta ampliatione, quam ſemper ſecuta
eſt Rota, vt in *Burgen. de Arrorij* 24. *No-*
uembris 1593. *coram Litta*, penès Marcheſ.
de commiſs. par. 1. *pag.* 171. Bichius *dicta*
deciſ. 384. *num.* 13.
Certum eſt enim, quod Actor, qui ob-
tinuit decretum citationis, poteſt ante
12 illius executionem Inconſtans pœnitere,
Rota *deciſ.* 17. *aliàs* 402. *de dol. & contum.*
in nouis, & antiquis, Bellamer. *deciſ.* 406. &
462. Achill. de Graſs. *deciſ.* 10. *aliàs* 26.
de reſcript. Put. *deciſ.* 234. *in fin. lib.* 2. *in*
correct. latè Lancellott. *de attentat.* 2. *par.*
cap. 4. *in præfat. num.* 46. Vbert. Concinis
meus, poſt hæc ſcripta viſus, *de citat. to.* 3.
cap. 12. *num.* 34. Dunoz. iun. *deciſ.* 574. *nu.* 4.
Hinc propterea infertur, quod licèt
quoad Actorem lis per citationem decre-
13 tam dicatur introducta *Clement.* 2. *vt lit.*
pend. cap. Cum M. Ferrarien. de Conſtitut.
Gloſs. in dicta Clement. 2. Lancellott. *loco*
citato num. 3. Buratt. *d. deciſ.* 871. *num.* 6.
Bichius *deciſ.* 12. *num.* 2. Dunozett. iun.
d. deciſ. 574. *num.* 2. etiamquod citatio
non fuerit executa, Rota *deciſ.* 6. *aliàs* 7.
de lit. pend. in non. & *deciſ.* 17. *aliàs* 402.

Digitized by Google

de dolo,& contum. in non. cum alijs allegatis à Lancellotto *loco citato num.* 36. Buratt.
14 *decif.* 262. *num.*2. licèt ad effectum impetrandæ ſubrogationis lis non dicatur cępta, niſi citatio ſit executa, iuxta *decif.* 971. *num.* 3. *coram Dunozett. iun.* de qua materia vid. Baron. *de citat. to.* 1. *quæſt.* 45. *ſub num.* 36. *verſ. Sextus effectus, cum num. ſeqq.*
15 *decif.* 64. *par.* 12. *recent. num.* 11. vbi de regula triennali.

Imò ſolùm fuerit impetrata à Procuratore Actoris cum cautione de rato, &
16 deinde per eundemmet Actorem ratificata, Seraph. *decif.* 20. Lancellott. *loco cit. num.* 43. Intrigliol. *decif.* 46. *num.* 48.
17 Ceſſabit tamen litis pendentia, ſi Actor Inconſtans citationi renunciet ante illius executionem, Achill. *decif.* 10. *aliàs* 26. *de dolo, & contum.* Lancellott. *loco cit. num.*46.
18 Et propterea quid demum geſſerit Actot poſt renunciationem, non cenſebitur attentatum, vt ex pluribus deciſionibus Rotalibus tradit idem Lancellott. *loco citato, verſ. Sciendum tamen eſt num.* 47. Bich. *decif.* 383. *num.*9. *&* 582. *num.*8. *&* 9.
19 Amplia quintò, *vt hiſce* caſibus impetrans commiſſionem non poſſit cogi à Parte aduerſa, vt commiſſione impetrata vtatur, Abbas *in dicto cap. Ex conquæſtione num.* 10. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.*13. *num.* 520. Rota *d. decif.* 317. *par.* 2. *in rec.* Buratt. *d. decif.* 138. *num.* 4. Bichius *dicta decif.* 384. *ſub num.* 8.
20 Non enim ante citationem executam fuit illi facta communis, Bellamer. *in dicto cap. Ex conquæſtione num.* 3. Zabar. *prope finem*, Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 517. Rota *in citata decif.* 317. Buratt. *d. decif.* 138. *& decif.* 871. Addent. *ad dict. decif.* 552. *Gregorij XV.* Rota *decif.* 264. *par.* 10. *recent. num.*4.

Limita primò, vt ceſſet Inconſtantia, quando reſcriptum non concernit ſimpli-
21 citer inſtantiam impetrantis, ſed vlterius dat ius conſiderabile alteri parti, eo enim caſu videtur commiſſio facta communis, *arg. l. fin. C. de pact.* Bald. *in l. poſtquam liti, in fin. C. de pact.* Felyn. *d. rub. de reſcript. num.*3. Rota *dicta decif.* 317. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* vbi tamen deciditur non dici datum ius conſiderabile alteri parti, ſi in commiſſio-
22 ne Papa mandauit, aſſecurari iudicium per impetrantem, prout de iure; Quia ſiue illa clauſula conſideretur in vim conditionis, ſiue in vim modi, nihil ponit in eſſe ante deliberationem; vel ſi ſecuta deliberatione præſcribat modum in agendo ſemper pendet à præambula deliberatione impetrantis, ſi velit vti reſcripto.

Sed circa hanc limitationem vide, quæ dixi *in ampliatione ſecunda*.

Limita ſecundò, ſi commiſſio eſſet impetrata in cauſa tangente publicam vtili-
23 tatem, nam in ea imprimitur iuriſdictio à tempore datæ, & quæritur ius ex litteris cuicunque valenti, & volenti proſequi intereſſe publicum, Doctores *in d. cap. Ex conquæſtione*, vbi Abbas *nu.* 10. Butr. *nu.*12. Bellamer. *num.* 3. Felyn. *in d. rubr. de reſcript. num.* 3. *verſ.* 5. *Et cæteri*, & innuit Rota *in d. Salamantina coram Bubalo*.
24 Et propterea, ſi impetrentur litteræ in cauſa Inquiſitionis, Iudex poteſt ex officio proſequi intereſſe publicum, *cap. Cum oporteat, de accuſat.* Imò non ſolùm impe-
25 trante deſiſtente negotium proſequi, ſed etiam eo inuito, renunciante, aut quoquo modo contradicente, *cap. Quoniam Apoſtolica*, §. *Is autem de offic. deleg. cap. Licèt, de accuſat. cap.* 1. *&* 2. *de colluſ. deteg.* Abb. *in dicto cap. Ex conquæſtione num.* 10. Butr. *num.* 12. Bellamer. *num.* 3. Hoſtien. *num.*8.
26 Limita tertiò, ſi fuerit præſentata commiſſio obtenta citatio, & executa, tunc enim ceſſat Inconſtantia, Doctores omnes *in d. cap. Ex conquæſtione*, Rota *d. decif.*138. *&* 871. *coram Buratto*, & in alijs *ſupra citat.* Addent. *ad dictam decif.* 552. *Gregor. XV. nu.*8. Ridolph. *in prax. par.*1. *cap.*13. *nu.*521.
27 Limita quartò, ſi quoquo modo conſtet de vſu impetrantis commiſſionem, puta quia vigore illius deuenerit ad plures actus, tunc enim efficitur communis, etiamſi Pars non fuiſſet citata *ad dicendum contra commiſſionem*, vt tenuit Rota *in Hiſpalen. præheminentiarum* 16. *Decembris* 1618. *coram Vbaldo*, Adden. *ad dict. decif. Greg. XV.* 552. *verſ. Prædicta tamen omnia*, Rota *decif.* 264. *par.* 10. *recent. num.* 7.
28 Sed hanc deciſionem coram Vbaldo benè declarat Burattus *d. decif.* 871. *nu.* 6. qui dicit, quod in caſu illius deciſionis Procurator impetrantis obtinuerat
29 decretum citationis, per quod dicitur inchoata lis quoad Actorem, & perpetuata iuriſdictio quoad Iudicem; vlterius vſus fuit commiſſione, dum inhibitionem, quam eius vigore acceperat, præſentari curauit Nuncio Hiſpaniarum, ac alios actus iudiciales fecit, ex quibus vſus commiſſionis confirmatur.
30 Non erit tamen ſufficiens ſignum Inconſtantiæ, & renunciationis, ſi rem, ſuper qua commiſſionem, & citationem, Actor
31 impetrauit, ceſſerit ſaltem ad effectum litem extinguendi, Put. *decif.* 362. *lib.* 3. Lancell. *d. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.*49.
32 Et in dubio Inconſtantia non eſt præſumenda, tum quia præſumitur eadem
33 voluntas durare, arg. Text. *in l. fideicommiſſa* 11. §. *Si rem, poſt princip. ff. de leg.* 3. *decif.* 189. *num.* 8. *par.* 12. *recent. decif.* 19. *poſt* 2. *par. tract.* Nouar. *de elect. & variat. for. num.* 12. Tum etiam quia in dubio
34 præſumitur citatio executa, Rota *dicta decif.*17. *aliàs* 402. *de dolo, & contum. in non.*

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

ARGVMENTVM.

An Actor, qui Aduerſarium citare fecit abſque libelli oblatione, poſſit Inconſtans in Iudicio non comparere.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui obtinuit ſimplicem citationem abſque oblatione libelli, tenetur ad Iudicium accedere, & de ratione.*
2 *Actor an, & quando teneatur comparere in præciſo termino citationis.*
3 *Iudex non poteſt prorogare Actori terminum ad comparendum.*
4 *Reus non tenetur expectare Actorem per diem, nec per horam.*
5 *Moram Actor non tam facile purgare poteſt, quàm Reus.*
6 *Contumacia Actoris maior eſt, quàm illa Rei.*
7 *Iudex an, & quando poſſit cogere citatum, vt expectet citantem.*
8 *Iudex poteſt cogere citantem, vt expectet citatum.*
9 *Æqualitas in Iudicijs ſeruanda eſt.*
10 *Miles iuſto caſu detentus, qui propterea ad diem commeatus non venit, non habetur pro deſertore.*
11 *Actor non comparens in termino citationis per ipſum factæ condemnatur ad reficiendas expenſas Reo.*
12 *Actor contumax non auditur, niſi reficiat expenſas contumaciales.*
13 *Quid in cauſa diuerſa.*
14 *Vel ſi Actor ſit minor.*
15 *Aut Eccleſia.*
16 *Aduocatorum, & Procuratorum expenſæ reficiendæ ſunt inter contumaciales.*
17 *Expenſæ reficiendæ vti contumaciales, quæ dicantur.*
18 *Expenſæ factæ in hoſpitio reficiendæ an veniant inter contumaciales.*
19 *Expenſas contumaciales, qui reficere debet, an teneatur ad damna.*
20 *Damna non veniunt appellatione expenſarum.*
21 *Artifex, qui vocatus ad Iudicium lucrari non potuit in arte ſua, an petere valeat ab Aduerſario ſuccumbente lucrum amiſſum.*
22 *Lucrum amiſſum non venit ſub appellatione damnorum.*
23 *Doctori, qui propter litem fuit impeditus ne clientibus inſeruiret, an debeantur à ſuccumbente lucra, quæ amiſit.*
24 *Expenſæ taxantur arbitrio Iudicis.*
25 *Expenſæ contra Actorem contumacem taxari an poſſint ſine illius citatione.*
26 *Actor contumax an admittatur ad cauſam proſequendam non præſtita cautione de fideliter comparendo, & quomodo præſtetur iſta cautio.*
27 *Reus comparens Actore contumace abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*
28 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, an Actoris citationem requirat, & quomodo practicari debeat iſta citatio.*
29 *Delegati Iudicis iuriſdictio an, & quando expiret per ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij.*
30 *Inſtantia eſt temporalis.*
31 *Inſtantia perit per ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij.*
32 *Iuriſdictio eſt perpetua.*
33 *Citatio circumducitur Actore non comparente.*
34 *Citatio circumducta perinde eſt, ac ſi non interueniſſet.*
35 *Præſcriptio an, & quando interrumpatur per ſolam citationem.*
36 *Actor non comparens in termino citationis, cenſetur illi renunciaſſe.*
37 *Actor tenetur comparere in termino citationis etiamſi illa non ſit legitima, vel non legitimè executa.*
38 *Actor eſt certus de facto ſuo.*
39 *Actor nullum incurrit præiudicium ex eo, quod non comparuerit in termino citationis, per ipſum factæ, ſi in eodem termino non compareat Reus, & accuſet contumaciam.*
40 *Quid ſi Reus à Iudicio recedat de licentia Iudicis.*
41 *Reus citatus tenetur expectare donec Iudex diſceſſerit à Tribunali, & accuſare contumaciam.*
42 *Actore non comparente, & Reo contumaciam non accuſante, vel à Iudicio recedente ſine licentia Iudicis an, & quando circumducatur citatio ex vtraque parte.*
43 *Contumacia cum contumacia compenſatur, & abſentia cum abſentia.*
44 *Citatio ad totam cauſam quando circumducatur, & quando ſit licita.*
45 *Actor non comparens in termino citationis iuſto impedimento occupatus nullum incurrit præiudicium.*
46 *Impedimentum quando dicatur iuſtum, & quomodo probetur arbitrio Iudicis remittitur.*
47 *Actor non comparens ex eo, quod Iudex abſit à loco iudicij, dicitur legitimè impeditus.*

1 ILLICITA eſt Inconſtantia quando
fuit executa ſimplex citatio abſque
libelli oblatione, iuxta Text. *in cap.* 1.
de dol. & contum. in 6. tenetur enim Actor
ad iudicium accedere, ne Iudicem con-
temnere videatur, Textus eſt *in d.cap.*1. *de
dolo,& contumacia in*6. vbi etiam Gloſsa,&
Archid. Gemin. Io.Andr. Butr. Anchar.
Monac. & Franc. Scacc. *de Iudic. cap.* 91.
*num.*3. *ante fin.lib.*1. Soccin.*de Citat. art.*31.
*num.*19. Rot.*decif.*7.*aliàs* 885.*de verb. ſignif.
num.*4. *lib.*1. *in antiq.* Viuius *deciſ.*11.

Nec ſolum Actor tenetur in iudicio
comparere, ſed in termino præciſè cita-
2 tionis, itàut terminum in eadem citatio-
ne præfixum præuenire non poſſit, An-
char. *in d.cap.*1. *nu.*2. qui declarat, hóc ha-
bere locum, quando terminus eſt præfi-
xus ad explicandum aliquem actum mo-
mentaneum, puta ad litem conteſtan-
dum, iurandum de calumnia, & ſimiles
actus, ſecùs ſi ad actum, qui requirat in-
terualla temporum, vt ad probandum,
non enim debet ſe in fine termini coar-
ctare, ſed infra totum illum terminum
debet eſſe ſollicitus, *vt notat* Bart. *in lege
Qui ante Kalendas, de verb. obligat. num.*5.
D.Vbertus Conciuis meus, poſt hæc ſcrip-
ta viſus, *in tract.de citat.to.*2. *cap.*10.*nu.*562.

Nec Iudex terminum Actori proroga-
re poteſt, cum enim citans termino pre-
3 fixo, quem ipſe appoſuit, conſenſerit,
non licet ei Inconſtanti prorogationem
petere, *cap. Oblatæ, de appell.* Bald. *con-
ſil.*208. *num.* 2. *in fin. lib.*1. *& in l. Si ea, C.
Qui accuſ. non poſ.* Tiraquell. *de retract. li-
gnag.* §. 8. *Gloſs.*2. *num.*10.

4 Neque Reus tenetur expectare Acto-
rem, ſaltem per diem, vel horam, Bald.
*in cap.*1. *num.*11. *de indic. in* 2. *lect. per text.
in l. vt vitem*, §. *fin.* & ibi Pegn. & Bart.
ff. Quod vi, aut clam. Tiraquell. *loco citato
num.*11. *& ſeqq.* & ratio eſt, quia non tam
5 facile moram purgare poteſt Actor, quàm
Reus, Bald. *in l. Etſi poſt tres, ff. Si quis caut.*
Bart. *in l. Hæc conditio, la* 2. *ff. de condit. & de-
monſtr. & in l. Si inſulam, q.*9.*ff. de verb. oblig.*

6 Maior enim eſt contumacia Actoris,
quam Rei, *cap. Cauſam, de dol. & contum.
cap. vlt. de eo, quis mittit. in poſſeſs. d.cap.*1.
de dol. & contum. in 6. & ibi *Gloſs.* Rota
*deciſ.*53. *aliàs* 384. *de appellat. in nou. & de-
ciſ.* 458. *in antiq.* cum alijs per Tiraquell.
loco cit. num. 12. Fermoſ. *ad cap. fin. de li-
bell. oblat. quæſt.* 4. *num.* 20. *tom.* 2. *de indic.*
Barboſ. *dicto cap.*1. *nu.*5. Viuius *deciſ.* 11.
*lib.*1. *num.*10. Seraphin. *deciſ.*684. *num.*7.

7 Dicit tamen Bald. *in dicto cap.*1. *extr. de
indic. in ſecunda lect.* Quod ſi æquitas mo-
ueat Iudicem, id debeat decernere, vt ex-
8 pectetur Citator, nam hoc poteſt facere
è contrario, vt ſcilicet Citator expectet
Citatum, *cap. Conſuluit, de offic. delegat.*
9 æqualitas enim ſeruanda eſt in iudicio,
l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. & tandem
concludit, quod hoc reſidet in arbitrio
Iudicis, quia poteſt eſſe, quod citans, &
citare faciens fuerit impeditus, ad Text.
in l. 3. §. *Ad diem, ff. de re milit.* qui tamen
Text. vt aduertit Tiraquell. non bene ad-
10 ducitur ad propoſitum, nam ibi tractatur
de milite, qui ad diem commeatus non ve
nit, vt pro deſertore non habeatur, ſi ca-
ſibus quibuſdam detentus ſit, per quos
venia dignus eſſe videatur, & propterea
dicendum eſt, quod ſi ex actu citationis
ius eſt quæſitum parti, nullo modo Iudex
poterit terminum prorogare bellè Panor-
mit. *in cap. Sæpè contingit, de appellat.* qui di-
cit hoc caſu limitari, Text. *in cap. Conſu-
luit, de off. delegat.* ſequitur Felyn. *in d. cap.
Conſuluit, num.*4. *verſ.*2 limita Tiraquell.
*loco cit. num.*13. Rot. *d. deciſ.* 17. *alias* 402.
de dol. & contum. in nouis.

Plura autem Actori ſic Inconſtanti pa-
rantur præiudicia; etenim primo condem-
11 natur in expenſis factis à Reo clarè Text.
*in dicto cap.*1. *de dol. & contum. in* 6. & ibi
Gloſs. Hoſtien. *num.*1. Monac. *in princip.*
Butr. *num.*1. Anchar. *num.*5. Archid. *nu.*1.
Scacc. *d.cap.*91.*n.*9. latè Azeued. *lib.*4.*tit.*3.
*leg.*5. *num.*3. Rota *dicta deciſ.*7. *alias* 885. *de
verb. ſignific. in antiq. & deciſ.*69. *in nou.* Veſtr.
*in praxi lib.*4. *cap.*4. *num.*2. Fermoſin. *de
indic. to.*2. *ad cap. fin. de libell. oblat. quæſt.*4.
*num.*19. §. 1. Baron. *de citat. tom.*1. *qu.* 47.
*num.*8. Oliban. *de Act. par.*1. *lib.*3. *cap.*4.
*num.*30. Carpan. *ad Satut. Mediolan. par.* 1.
*cap.*10. *num.*149. Anichin. *de recent. Inſtr.
cap.*3. *quæſt.*7. *num.*12.

12 Et adeo hoc verum eſt, quod ante
quam has expenſas reficiat Actor audiri
non debet, non ſolùm in illa cauſa, ſed
13 etiam in alia diuerſa, Marant. *in Specul.
par.*6. *tit. de contum. num.*15. Marſil. *in l. de
Vnoquoque, num.* 197. *ff. de Iudic.* Azeued.
*loco cit. num.*4. Borell. *in Summ. deciſ. tit.*46.
*num.*80. Viuius *deciſ.*11. *lib.*1. *num.*5.

14 Quod procedit ſiue Actor ſit minor
Marſil. *loco citato num.* 200. Azeued. *dicto*
15 *nu.*4. ſiue Eccleſia Menchaca, *Controuerſ.
vſufrequent. par.* 2. *cap.* 9. *num.*19. Burgos
de Paz. *conſ.*12. *num.*12. Menoch. *de Arbitr.
lib.*1. *quæſt.*36. *num.*1.

Expenſæ autem, quæ ſunt reficiendæ
illæ ſunt, quas paſſus eſt Reus occaſione
dictæ citationis, Franc. *in d. cap.*1. *num.*2.
vbi dicit tenendum menti, quod licèt
16 aliàs expenſæ Aduocatorum, & Procura-
torum veniant reficiendæ, vt per Gloſs.
& Innoc. *in cap. in noſtra, de iur. iur. & in
l. Non ignorat, C. de fruct. & lit. expenſ.* ta-
men propter contumaciam in non com-
17 parendo veniunt ſolum expenſæ, quas fe-
cit comparens ex ſua comparitione, & ra-
tione illius contumaciæ, Anchar. *in dicto*

Digitized by Google

cap.1. num. 5. vbi exemplificat in expenſis
18 factis in hoſpitio Actorem expectando.
An autem ſub huiuſmodi expenſis veniant damna? videtur negatiuè reſpon-
19 dendum, eo quia Text. in d. cap. 1. ſolum de expenſis mentionem facit, qua-
20 rum appellatione damna non veniunt, cap. in noſtra, de iniur. Roman. ſingul. 342. Boer. deciſ. 2. num. 3. Azeued. loco cit. n. 14. & ſeqq. Surd. deciſ. 261. num. 1. Hodiern. ad eand. deciſ. 261. num. 1. & 3. Bichius deciſ. 73. num. 18. & 123. num. 3. Sed contrarium tenuit Gloſs. in d. cap. 1. in figuratione caſus, verſ. Contrarium, Bart. in l. 1. col. 2. ff. de Alien. iudic. mut. cau. fact. & ibi Alex. in Addit. per Gloſs. in l. 1. §. fin. ff. Si quis ius dicen. non obtemp. idem Bartolus in leg. Eum, qui temerè, colum. 2. ff. de Iudic. Alex. in l. ſi fracta, §. Iulianus, num. 80. ff. de damn. infect. Burgos de Pazz. in proœm. legum Tauri, num. 154. Azeued. loco citato num. 17. Plot. in repet. l. ſi quando, C. vnde vi, num. 674. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 3. littera E, concluſ. 637. Menoch. de arbitr. caſ. 154. num. 1. Surd. dec. 261. num. 2. Bichius deciſ. 497. num. 12. & deciſ. 123. numer. 4. qui exemplificat in Artifice, qui
21 vocatus ad iudicium, in arte lucrari non potuit, Theſ. deciſ. 67. num. 4. verſ. Intrinſeca autem damna, licèt contrarium tueatur Bellon. iun. conſ. 89. num. 5. & 6. vbi quod
22 damnorum appellatione non continetur lucrum amiſſum, & loquitur de Doctore,
23 qui ſub prætextu, quod ſuis clientulis non potuerat inſeruire propter litem, quam ſubſtinuerat, illud non debeatur.
24 Solent autem huiuſmodi expenſæ taxari arbitrio Iudicis, l. Sancimus, C. de Iudic. Menoch. d. caſ. 154. num. 2. Theſ. dicta deciſ. 67. n. 6. Couuarr. pract. quæſt. cap. 27. nu. 6.
25 Qui quidem poterit abſque citatione Actoris contumacis illas taxare, vt ex Bald. & Marant. tenet Azeued. loco citato num. 5. Carpan. ad Statut. Mediolan. par. 1. cap. 10. numer. 123. Borell. in Summ. deciſ. tit. 46. nu. 132. & tit. 44. nu. 392. 393. & 394.
Cuius tamen contrarium voluit Petrus Barboſ. in l. eum qui temerè, num. 267. ff. de iudic. vbi reſoluit ad hanc taxationem faciendam contumacem eſſe citandum, ex Boer. deciſ. 285. num. 6.
Quamuis ad iſtarum expenſarum ſolutionem non requiratur citatio, Hippolyt. ſingul. 377. Gratian. regul. 103. num. 1. Iacob. Philip. Port. in tract. comm. opin. lib. 1. concluſ. 43. limit. 50. & limit. 57. Borell. in ſumma deciſ. tit. 44. num. 391. & 46. num. 59. 131. & 132. Auguſt. Barboſ. in l. ſancimus, C. de iudic. Veſtr. loco cit. num. 2.
26 Secundò, non admittitur Actor contumax ad cauſam, niſi prius præſtita per eum ſufficienti cautione, quod in termino fideliter comparebit, vt patet ex Textu in d. cap. 1. verſ. Ad citationem, & hanc eſſe iuris noui diſpoſitionem, dixit Innocent. relatus per Gloſs. in d. cap. 1. in addit. quicquid dixerit Hoſtien. ab eadem Gloſs. reprobatus, quàm ſequuntur, Anchat. in d. cap. 1. num. 7. Io: Andr. num. 2. Monac. num. 1. Archid. item num. 1. Veſtr. loco cit. num. 3. & ibi addent Scacc. de Iudic. dicto cap. 91. ſub num. 9. Rot. deciſ. 7. aliàs 885. num. 3. de verb. ſignif. in antiq.
Et hæc cautio debet eſſe cum fideiuſſore, vel pignore, Gloſs. in d. cap. 1. verbo ſufficienter, Archid. ibidem num. 1. Franc. num. 5. Monac. num. 3. Pontifex enim in d. cap. 1. vſus eſt verbo ſufficienter, quod importat cautionem cum pignore, vel fideiuſſore, vt latè pluribus allegatis dicit Felyn. in cap. Ad noſtram, num. 7. de iur. iuran. Franc. d. cap. 1. num. 5.
Dicit tamen Gloſs. in d. cap. 1. in verbo ſufficienter, quod ſi Actor contumax cauere cum pignore, vel fideiuſſore non poſſet, iuratoria cautio ſufficeret, quod latè proſequitur Franc. in d. cap. 1. num. 5. dicens, quod ſi propter paupertatem, vel aliam iuſtam cauſam non poſſit Actor dare fideiuſſorem, vel pignus ad iuratoriam admitteretur cautionem, ſed cum promiſſione pœnæ ſecundùm Innocen. quod etiam voluit Bart. in l. Niſi, §. Quamuis, ff. ſi cui pluſquam per legem falcid. Imò debebit tunc obligare ſe, & omnia bona ſua, & ſic facere cautionem ſibi poſſibilem, ſecundum Bald. in l. an omnes, §. In hac, ff. de Epiſc. & Cleric. & hanc doctrinam amplectitur Monac. in d. cap. 1. num. 3. & ſequitur Archid. num. 1.
27 Tertiò, Reus citatus comparens poterit petere abſolutionem ab obſeruatione iudicii, Franc. in d. cap. 1. num. 4. Marant. de ordin. Iudic. par. 5. princ. num. 49. Ridolphin. in praxi par. 3. cap. 2. num. 133. Scacc. loco cit. num. 9. Rot. d. deciſ. 885. ad fin. & deciſ. 14. alias 345. de dolo, & contum. in nou.
28 Requiritur tamen, quod ad iſtum actum citetur Actor ad inſtantiam Rei, Innoc. in cap. Conſuluit, de off. deleg. Franc. in d. cap. 1. Rot. d. deciſ. 885. num. 4. Quidquid contra ſcripſerit remiſſiuè Baron. de citat. quæſt. 46. ſub num. 21. referendo Petr. Barboſ. in l. ad Peremptorium, nu. 5. de Indic.
Etſi per audientiam contradictarum procedatur, requiritur trina citatio, & quarta ex ſuperabundanti, vt notatur in d. cap. Conſuluit, & ibi Innoc. & in cap. ad petitionem, de accuſat. Rota deciſ. 3. aliàs 69. de dolo, & contum. in nou. vbi dicitur, quod ſi fiat hæc abſolutio per delegatum, non
29 per hoc expirat ſua iuriſdictio, quo minus ſi infra annum Actor denuo Inconſtans veniat ad iudicium in vim primæ
30 commiſsionis, poſsit procedere Iudex in cauſa citato, & vocato Reo de nouo, vt

31 per Innoc. in d. cap. Conſuluit, licet enim
32 pereat inſtantia iuriſdictio tamen rema-
net, quia perpetua.
33 Quartò, citatio ipſa Actore Inconſtan-
te non comparente circumducitur per
34 indeque ac ſi nulla citatio interueniſſet,
l. & poſt Edictum, §. 1. ff. de iudic. Marant.
in praxi par.6. de contum. num.1. Grauat. ad
Veſtr. lib.4. cap.4. num.14. Petrus Barboſa
ad l. properandum, num.5. ff. de iudic. Tira-
quell. de retract. lignag. §. 8. Gloſs.2.num.28.
Azeued. loco cit. num.2. Carpan. ad Statut.
Mediolan. d. cap.10. num. 152. Baron. de ci-
tat. tom.1. quæſt.46. à num. 20. cum ſeqq. vbi
multa ad materiam, & propterea niſi
Actor compareat, & accuſet contuma-
35 ciam Rei, non interrumpitur præſcrip-
tio, quæ aliàs per ſolam citationem inter-
rumpitur, l. ſicut, l. cum notiſſimi, C. de
præſcript. vt benè docet Bald. in l. nam, etſi,
§. 1. ff. de inoff. teſtam. Tiraquell. dicto §.3.
Gloſs.2. num.150. Gratian. cap.66. num. 41.
Fontanell. deciſ.274. num.24. diſtinguendo
tamen inter præſcriptionem merè fauora-
bilem, odioſam, vel mixtam, quam ma-
teriam latè tractant Caſtill. de Tertijs Re-
gijs, cap.35. num.6. Surd. deciſ. 5. nu. 2. &
ſeqq. alijque relati à Carleual. de iudic. to.2.
lib.1. tit.3. diſput.4. num.22. Baron. de citat.
quæſt.45. tom.1. num. 29. videtur enim ta-
36 citè Actor renunciare citationi Tiraquel.
& Bald. vbi ſupra, Surd. dicta deciſ. 5. ſub
num.5. verſ. Quando citatio.

Neque has pœnas, ſiue præiudicia eui-
tabit Actor non comparens in termino
37 citationis, ſi citatio non fuerit legitima,
vel legitimè executa, Scacc. d. cap.91. nu.5.
Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 1. cap. 10.
num.151. Borell. in ſumm. deciſ. par.1. tit.46.
num. 165. cum enim Actor certus ſit de
38 facto ſuo, vt dicit Rot. deciſ.53. alias 384.
in fin. de appell. in nou. ſequitur quod reſ-
pectu eius nihil refert, an citatio ſit legi-
tima, necne Scacc. loco cit. num.5. ad fin.

Sed ad hoc, vt Actor Inconſtans huiuſ-
modi præiudicijs oneretur, requiritur
39 primò, quod Reus citatus in termino ci-
tationis compareat, & accuſet contuma-
ciam Actoris, Franc. in d. cap.1. in princ.
Rebuff. ad conſt. Franciæ, tom. 3. tit. de con-
tumacia, art.7. Gloſs. vnic. num.9. Azeued.
loco cit. num.1. Carpan. ad Statut. Mediolan.
par.1. cap.10. num.151. Caccheran. deciſ.3.
num.2. deciſ.71. num.48. & 49. Baron. de
citat. quæſt. 45. num.81. Borell. in ſumm. de-
ciſ. tom.1. tit.44. num.509.

40 Secundò, quod accuſata contumacia
Actoris de licentia Iudicis à iudicio rece-
dat, Alex. in l. ſi finita, §. Iulianus, nu. 25.
ff. de damn. infect. Azeued. loco cit. num. 2.
Duen. reg.153. limit.1. & 2. Baronius, qui
alios cumulat de citat. to.1. quæſt.47. num.3.

41 Vel expectet, donec Iudex diſceſſerit
de Tribunali, & accuſet contumaciam,
Abb. in d. cap. Conſuluit, num. 7. Duen. &
Azeued. locis citatis, Baron. de citat. tom.2.
in addit. ad quæſt.47. ſub num.7. cum ſeqq.

42 Etſi vnum ex his deficiat, circumducta
redditur citatio tam ex parte Actoris,
quàm Rei, Bart. in d. l. ſi finita, §. Iulianus,
ff. de damn. infect. not. in cap. Conſuluit, de
offic. deleg. & ibi Innocent. Doctores in
l. calumniam, ff. de pœn. Franc. in d. cap. 1.
num.1. Rebuff. loco cit. art.1. Gloſs.1. num.1.
Azeued. loco cit. verſ. 29. Scacc. loco cit.
num. 12. & compenſabitur contumacia
43 cum contumacia, ſiue abſentia cum ab-
ſentia, Archid. in dicto cap.1. & Io. Andr.
in princ. Gloſs. in addit. ad fin. l. ſi ambo,
ff. de compenſ. Scacc. loco cit. Petrus Anchar.
conſ.97. per tot. Oliban. de act. par.1. lib.3.
cap.4. num.30. Fab. in Cod. lib.3. tit.1. de
iudic. diffinit.29. & 30. Aſin. in praxi, §. 17.
de litis conteſt. cap. 1. verſ. Præcedens conclu-
ſio, Fontanell. deciſ.274. num.10.

Quod tamen intellige de citatione par-
ticulari ad certum actum, non autem de
44 citatione generali ad totam cauſam, nam
licèt quo ad terminum, in quo neuter
comparuit, ſit circumducta citatio, non
tamen quoad totam cauſam, & alios actus
Franc. in d. cap. Rot. d. deciſ.14. alias 345.
de dol. & contum. in nou. Hieronym. Porto-
les ad Molin. verb. Actor, num.6. Baron.
qui alios refert de citat. to.1. q.46. num.23.

Quando autem licita ſit citatio ad to-
tam cauſam, vide Grauat. ad Veſtr. dicto
cap.4. num.15. Borell. in ſumm. deciſ. par. 1.
tit.44. nu.482. Baron. de citat. quæſt.16. to.1.
num.150. Vbertus de citat. tom.1. cap.7. verſ.
de citatione generali, num.113. & ſeqq. & ca-
pit.9. num.409. Rota rec. par.5. deciſ.199.
nu.16. & deciſ. 291. nu.2. & 3. par. 10. rec.

Euitabit tamen Actor Inconſtans hu-
iuſmodi præiudicia, ſi iuſto impedimen-
45 to, vel cauſa legitima detentus ad iudi-
cium accedere non potuit, Franc. in dicto
cap.1. num.3. Butr. item nu.3. Archid. nu.1.
Io: Andr. item nu.1. Anchar. nu.18. Scacc.
loco cit. nu.8. Couuarr. pract. quæſtion. cap.27.
num.3. poſt Rebuff. Azeued. loco cit. nu.7.
Afflict. deciſ. Neapol. 29. nu.3. Gaill. pract.
obſeruat. lib.1. obſeruat.59. num.2.

Quæ verò ſit legitima cauſa, vel iuſtum
impedimentum, & quomodo probetur,
46 an per iuramentum partis, an per alium
probandi modum arbitrio Iudicis remit-
tendum eſſe, voluere Archid. Io: Andr.
Franc. Anchar. & Butr. in d. cap.1. Rebuff.
& Azeued. locis citatis, qui exemplificant
47 quando Iudex eſſet abſens à loco iudicij,
quod expreſsè voluit Archid. in d. cap. 1.
num.2. & ad materiam vide Doctores, quos
refert Borell. in ſumm. deciſ. par.1. tit. 64.
nu.37.38.39. & 40. Vbertus de citat. cap.10.
num. 448. cum ſeqq.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

ARGVMENTVM.

Quid ſi Actor vnà cum citatione porrexit libellum, an poſſit eſſe Inconſtans, & in quibus caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui porrexit libellum, tenetur exercere litem vſque ad finem, & num. 9.*

2 *Aliàs Reus abſoluitur ab obſeruatione Iudicij.*

3 *Ac etiam ab impetitis per ſententiam definit.*

4 *Dilationes Actori aſſignandæ pendent ab arbitrio Iudicis.*

5 *Reus per definitiuam abſoluitur etiam lite non conteſtata quando Actor porrexit libellum, & poſtea amplius non comparuit.*

6 *Actor non tenetur ſubſtinere litem Reo conſentiente.*

7 *Actor non tenetur comparere quamuis libellum porrexerit, quando Reus quoque eſt contumax.*

8 *Petitorium intentans an, quando, & quomodo tranſire poſſit ad poſſeſſorium, & petitorium ſuſpendere.*

10 *Actor inuita parte non poteſt liti renunciare.*

11 *Modum Iudicij Actor mutare poteſt etiam inuita parte.*

12 *Iudicium ſolemniter cæptum, an debeat ſolemniter terminari.*

13 *Actor liti renunciare poteſt.*

14 *Actor renunciare poteſt inſtantiæ remanentibus ſibi actionibus, pro quibus libellauit.*

15 *Reus excommunicatus an, & quomodo poſſit cogere Actorem ad perſiſtendum ſuper actione intentata.*

16 *Iudex poteſt ex officio cogere Actorem ad perſiſtendum in Iudicio.*

17 *Solemnitates* Auth. Qui ſemel, C. quomodo, & quando Iudex, *an ſeruandæ ſint in foro Eccleſiaſtico.*

18 *Dilationes abbreuiantur ſecundum conſuetudinem Fori.*

19 *Actor citare faciens perſonam Eccleſiaſticam coram Iudice ſeculari pœnas, & cenſuras incurrit.*

20 *Citatio ſufficit, vt citatus dicatur in iudicium trahi.*

21 *Citari faciens perſonam Eccleſiaſticam coram Iudice ſeculari, an, & quando, poſſit pœnitere ad euitandas pœnas, & cenſuras, & num. 24.*

22 *Deus facere non poteſt, quod factum non ſit factum.*

23 *Pœnitentia non datur in præiudicium alterius partis, cui fuit ius quæſitum.*

1 CERTVM eſt, quod vbi Actor
vnà cum citatione portexit libellum, illicita eſt Inconſtantia, ille
enim tenetur vſque ad finem litem exercere, Textus eſt expreſſus *in Auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando Iudex.* & ibi Gloſs. & Doctores præſertim Bart. Corn. Odofred. Caſtrenſ. Innocent. *in cap. 1. vt lit. non conteſt. in princip.* Soccin. *cap. 2. de libell. oblat. num.* 145. Afflict. *deciſ.* 173. *num.* 5. Rota *d. deciſ. 7. aliàs* 885. *in antiq. de verb. ſignific.*

2 Si autem ſit Inconſtans, tunc Reus ſeruata forma tradita in dicto Textu, *verſ. Qui ſi cauſam*, poterit petere à Iudice non ſolùm abſolutionem ab obſeruatione iudicij, iuxta Textum *in d. cap. 1. de dolo, & contumacia*, ſed etiam abſolutionem à pe-
3 titis per ſententiam definitiuam, vt diſponit idem Textus Odofred. ibidem Corneus, & cæteri Doctores, Innocentius *in dicto cap. Conſuluit, de offic. deleg.* Rota *dicta deciſ. 7. aliàs* 885. *de verb. ſignific. in antiq. & deciſ 3. aliàs 69. de dolo, & contumacia, in nou.* Petrus Barboſa *in dicta l. properandum num. 11. ff. de iudic. qui num.* 12. ſubiungit, quod licèt vt procedatur ad ſententiam in ea lege dentur dilationes longæ Actori abſenti, & non comparenti, tamen prædictæ dilationes conſuetudine ſunt abroga-
4 tæ, & tantùm aſſignantur dilationes arbitrio Iudicis, Gloſs. *in d. Auth. Qui ſemel, verb. per interualla*, & ibi Bart. *num.* 14.

Et hæc abſolutio à ſententia diffinitiua poteſt peti à Reo, etiam lite aliqua non
5 conteſtata, quia eſt ſingulare in hoc caſu, vt voluit Textus *in d. Auth.* ibi, *& ſi lis cæpta non ſit*, Corn. *ibid. num.* 11. Odofred. *num.* 3. Rota *d. deciſ. 3. aliàs 69. de dolo, & contumacia*, Petrus Barboſa *in dicta l. properandum num. 10. & 11.*

6 Licita tamen erit Inconſtantia, ſi Reus conſentiat, nam Textus *in dict. Auth.* ibi, *Reo poſtulante*, ſupponit ad inſtantiam Rei poſſe Actorem cogi ad ſubſtinendam litem vſque ad finem, Soccin. *in d. cap. 2. de libell. oblat. num. 5. verſ. Et hoc procedit*, Cagnol. *in l. edita num. 181. C. de edend.* vbi dicit hoc ſeruari in practica.

7 Dic ſecundò, licitam eſſe Inconſtantiam, ſi Reus quoque ſit contumax, *l. ſi priuſquam, ff. de oper. nou. nunciat.* Alexand.

ibid.

Digitized by Google

*ibid.nu.*42. Felyn.*d. cap.*2.*de libell.oblat.n.*18.
8 Dic, tertiò licitam eſſe Inconſtantiam,
& Auth. prædictam non habere locum in
caſu, *cap. Paſtoralis de cauſ.poſſeſs.& propriet.*
nam in caſu illius decretalis ex permiſſione
iuris poteſt Actor ſuſpendere petitionem
primò productam iam in petitorio,& tran-
ſire ad poſſeſſorium, nouam petitionem
9 producendo, Roman. *in l. Si tibi num.* 3.
ff. de Carbon. edict. Felyn. *in d. cap.* 2. *nu.* 18.
*verſ.*3. *Limita,* Alex.*in d. l. priuſquam nu.*42.
Hinc dicit Caſtrenſ. *in l. Si conuenerit,*
*verſ. Quæro quid ſi num.*6. *ff.de iuriſdict. omn.*
Iudic. quod licèt Actor litem incohatam
peragere teneatur, nec illi in parte inuita
10 liceat renunciare, tamen in modo litis
exercendæ ſecus eſſe, & repetit Sola *ad*
conſuetudines Sabaudiæ tit. de cauſis miſerabi-
lium perſonarum, gloſsa 2. *numerò* 21. vbi
quærit an iudicium ſolemniter cæptum
11 debeat ſolemniter terminari, & conclu-
dit, quod ex conſenſu tacito, qui elicitur
ex actibus ſolemnibus non infertur, quod
12 in alijs non ſit locus pœnitentiæ,& Gloſsa
ſolemnis *in Clemen. ſæpe* §. *fin.de verb. ſigni-*
fic. Felyn. *in cap. Cum ordine de reſcript.*
De qua Inconſtantia dicemus infra ſuo
loco:
13 Dic quartò, poſſe eſſe Actorem incon-
ſtantem, ſi vellet liti renunciare iuxta ter-
minos, *l. poſtquam, C. de pact.* Bart. *in dicta*
l. edita, num. 11. Soccin. *in dicto cap.* 2.
num. 145. Gallerat. *de renunc. centur.* 1. *re-*
nunc. 18. *num.* 14.
De qua Inconſtantia dicemus pariter ſuo
loco.
14 Sed poterit tamen Actor renunciare
inſtantiæ remanentibus ſibi actionibus,
& cauſa, per quam libellauit, vt per *dictam*
Auth.qui ſemel, voluit Bart. quem ſequitur
Curt. iun. *in d. l. edita num.*143. *C. de edend.*
Borell. *in Summ. deciſ. par.* 1. *tit.*49. *nu.*159.
15 Dic quintò, poſſe Actorem eſſe incon-
ſtantem, ſi Reus eſſet excommunicatus, is
enim non poteſt cogere Actorem ad per-
ſiſtendum ſuper actione intentata, Abbas
in cap. Cum inter priorem de except. Anton.
de Butr. *in cap. Intelleximus de iudic.* Felyn.
latè diſputans articulum *in cap. Cum inter*
Priorem nu. 9. *verſ. Vtrum excommunicatus,*
de renunc. Afflict. *deciſ.* 268. *num.*3. *ad finem.*
Sed licèt Reus excommunicatus non
poſſit cogere Actorem ad perſiſtendum
16 in iudicio, hoc tamen poteſt facere Iu-
dex ex officio, Dec. *in dicto cap. Intellexi-*
mus num. 72. *de Iudic.* Contard. *ad l. diffa-*
mari, C. de ingen. & manum. ampliat. 14.
Alphan. *ad dict. Auth. qui ſemel collect.*.80.
Dicit tamen Felyn. *in dicto cap. Cum inter*
*Priorem num.*10.quod ſi tractaretur in caſu
noſtri Textus de præiudicio irreparabili
excommunicati, illius diſpoſitionem for-
tè poſſet practicare.
De Inconſtantia in Iudicijs.

17 An autem in foro Eccleſiaſtico ſolem-
nitates *dict. Auth.* ſeruandæ ſint? Negat
Butr. *in cap. Cauſam de dolo, & contumacia,*
num. 11. Roman. *ſingul.*409. & licèt dicat
hoc dictum ſibi non videri verum, tranſit
18 tamen cum eo, à quo non recedas, quia
tum, vt ſupra dixi, huiuſmodi ſolemni-
tates non ſeruantur de conſuetudine; Tum
quia dilationes abbreuiantur ſecundùm
conſuetudinem Fori, Bart. *in dicta Auth.*
qui ſemel. num. 14. *addit. ad Roman. dict.*
ſingul. 409. *vt ſupra.*
Sed an qui citauit perſonam Eccleſia-
ſticam coram Iudice ſeculari poſſit pœni-
19 tere, itaut pœnis, & cenſuris non ligetur
fulminatis contra laicos trahentes Cleri-
cos, vel perſonas Eccleſiaſticas ad iudi-
cium ſeculare iuxta Textum *in cap. Placuit*
11. *quæſt.* 1. & per Canoniſtas *in cap. ſi dili-*
genti de foro compet. & per allegat. à Graſſo
effect. 1. *numero* 413. & adeſt Conſtitutio
Martini Quinti, de qua per Scacc. *de iudic.*
par. 1. *cap.* 11. *num.*45. & ſucceſſiuè Bulla
20 in Cœna Domini: Quia trahere ad iudi-
cium intelligitur per ſolam citationem,
Abbas *in cap. Significantibus de libelli oblat.*
Maran. *in Speculo par.* 4. *diſſ.* 11. *num.* 2.
Bellon. *de internall. cap.* 207. *num.* 1.
21 Et illicitam eſſe Inconſtantiam, quia
iam pœna eſt incurſa per citationem, vt
voluit Syluеſter *in Summ. verb. Iudex il primo*
num. 3. Graſs. *d. effect.* 1. *num.* 415. ex quo
22 nec etiam Deus poteſt facere, quod fa-
ctum non ſit factum *l. furtiuè*, vbi omnes
Scribentes *ff. de furt. l. in bello,* §. *factæ, ff.*
de cap. Rimin. iun. *conſ.* 46. *num.* 89. *lib.* 1.
Ruin. *conſ.* 2. *num.*4. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 429.
*nu.*55. *lib.*3. Barz. *deciſ.*47.*num.*28. Fermoſ.
poſt hæc ſcripta viſus *de iudic. quæſt.* 16.
23 Secundò, quia per talem citationem
eſt acquiſitum ius Clerico conuento, ideo
in præiudicium ipſius illicita eſt Incon-
ſtantia *l. Sicut, C. de action. & obligat.* cum
alijs per Graſs. *loco cit. num.* 421.
Contrarium tamen, licitam eſſe Incon-
ſtantiam, ſi incontinenti, & ſtatim quis
24 pœniteat; quia, quæ incontinenti fiunt,
videntur ineſſe *l. lecta, ff. ſi cert. pet.* voluit
Abbas *in cap. Si diligenti num.* 18. *&* 19. *de*
foro compet. Bellon. *de internall. d. cap.* 207.
num. 2. Graſs. *d. effect.* 1. *num.* 430.
Imò locum eſſe Inconſtantiæ ante litem
conteſtatam voluit Caſtrenſ. *in l. in crimi-*
nali num. 4. *in fin. C. de iuriſdict. omn. Iudic.*
& hanc opinionem veriorem, & beni-
gniorem reſtatur, & ſequitur Angel. *ibid.*
num. 5. & tradit Gloſs. *in cap. Si diligenti de*
foro compet. in verbo cauſam perdant, Io. Andr.
ibid. Imol. *num.*3. Abbas *nu.* 19. dicit eſſe
locum pœnitentiæ vſque ad ſententiam,
Georgius Natt. *in Clemen. ſæpe, in princip.*
*n.*25. *de verb. ſignific.* cum aliis per Daniel.
de Nobilibus *in ſelectis diſput.* 1. *num.* 35.
B

QVÆSTIO IV.

ARGVMENTVM.

Quid ſi Actor citauerit Reum ad certam cauſam, an poſſit Inconſtans eum comparentem cogere, vt in alia reſpondeat: Et an ſi citauerit Reum coram vno Iudice, poſſit Inconſtans pro eadem cauſa coram alio ipſum citare.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui citauit Reum pro certa cauſa an, & quando Inconſtans poſſit illum cogere, vt reſpondeat in alia cauſa, & num. 4. cum ſeq.*

2 *Præſens in iudicio non eſt citandus.*

3 *Iudex, qui citaret præſentem in iudicio fatuus eſſet.*

6 *Iudicium inceptum coram vno Iudice non poteſt intentari coram alio.*

7 *Iudicium vbi eſt captum, ibi debet terminari.*

8 *Iudici ad inceptionem ſufficit ſola citatio.*

9 *Citatio ſola inducit pendentiam litis reſpectu Actoris.*

10 *Iudicium coram vno Iudice inceptum etiam ante litis conteſtationem non poteſt intentari coram alio.*

11 *Cauſa principali incepta coram vno Iudice non poteſt coram alio intentari cauſa connexa, vel dependens ab ea.*

12 *Iudicium voluntariæ iuriſdictionis coram vno Iudice propoſitum non poteſt intentari coram alio.*

13 *Iudicium inceptum coram Arbitro an, & quando poſſit intentari coram Iudice ordinario.*

14 *Iudicibus pluribus delegatis vbi Actor comparuit coram vno eorum, non poteſt Inconſtans eo relicto coram altero comparere.*

15 *Quid ſi primus Iudex negligens eſſet in exequendo delegationem.*

16 *Primo executore pronunciante litteras Apoſtolicas non eſſe exequendas, non poteſt adiri alius Executor, ſed appellari debet ad Metropolitanum, vel ad Papam, & num. 18.*

17 *Executor litterarum Apoſtolicarum recuſans illas exequi ex iuſta cauſa, non dicitur negligens in exequendo.*

18 *Iudicium inceptum coram Ordinario non poteſt trahi coram Delegato.*

19 *Iuriſdictio Papæ præueniri poteſt niſi deinde Papa cauſam auocet ex certa ſcientia.*

20 *Reſcriptum impetratum tacita citatione iam emanata non ſuffragatur.*

21 *Iudicium ex cauſa neceſſitatis inceptum coram vno Iudice poteſt perfici coram alio.*

22 *Quid ſi neceſſitas ſuperueniat.*

23 *Suſpicionis fuga iudicio incepto coram vno Iudice an poſſit ad capturam deueniri coram alio.*

24 *Miſerabilibus perſonis competit electio Fori.*

25 *Et an poſſint iudicium inceptum coram Iudice ordinario relinquere, & ad forum Principis conuolare.*

26 *Quid poſt litem conteſtatam.*

27 *In qualibet parte iudicij.*

28 *Et poſt concluſum in cauſa.*

29 *Vel in ſecunda, ac vlterioribus inſtantijs.*

30 *Perſona miſerabilis variatione ſemel facta an, quando, & quoties poſſit redire ad primum Iudicem, & num. 32. cum ſeqq.*

31 *Inconſtantia eſt licita quando electio competit de iure.*

34 *Variatio in iudicio damnatur.*

35 *Variatio tanquam odioſa, & legibus exoſa vitanda eſt.*

36 *Variatio non competit Actori priuilegiato, quando Reus pariter eſt priuilegiatus.*

37 *Paria priuilegia ad inuicem conquaſſantur, & res ad ius commune reducitur.*

38 *Inter priuilegia diuerſæ ſpeciei attenditur, quod eſt potentius.*

39 *Plurium miſerabilium perſonarum priuilegijs concurrentibus quale dicatur potentius.*

40 *Reus contumax non poteſt litis pendentiam allegare.*

41 *Reus, qui citatus dixit nolle comparere in iudicio, contumaciam incurrit, etiamſi inconſtans deinde compareat.*

42 *Quid ſi compareat antequam Iudex à iudicio diſcedat.*

43 *Reus contumax contumaciam purgare paratus mediante refectione expenſarum poteſt litis pendentiam allegare.*

44 *Variatio an, & quando permittatur in iudicio executiuo.*

45 *Variatio admittitur de vno Iudice ad alium quando Actor coram primo Iudice non poteſt conſequi complementum iuſtitiæ.*

46 *Quid ſi primus Iudex non poteſt ſe ingerere ſuper cauſa principali.*

47 *Vel citatio facta coram primo Iudice eſt nulla.*

48 *Vel præiudicaretur iuriſdictioni alterius.*

49 *Exceptio litis pendentiæ opponenda eſt ante litem conteſtatam alias non operatur.*

50 *Iudicium intentatum coram vno Iudice non*

Digitized by Google

eſt nullum ex eo, quod cauſa pendeat coram alio niſi parte opponente.

51 *Litis pendentiam opponens appellare debet ab vlteriori proceſſu.*

1 QVOAD primam partem, illicitam eſſe in Actore Inconſtantiam voluere Innocentius *in cap. Licèt num. 2. de offic. delegat.* Bald. *in l. ſi accuſatoribus, C. de accuſat. & in l. eum fratrem in fin. C. quibus vt indig.* Marſil. *in repet. l. de vno quoque num. 176. ff. de iudic.* Abbas *in cap. Paſtoralis num. 6. de cauſ. poſſ. & propriet.* Aſin. *in prax. Florent. §. 7. cap. 5. limit. 90. n. 9.* Prax. Luſitan. *lib. 2. cap. 5.* Græu. ad Gaill. *concluſ. 51. conſider. 1.* Ratio eſt, quia licèt 2 Reus comparuerit, & ſic præſens in iudicio minimè citandus ſit, *l. de vno quoque, ff. de re iudicata,* Surd. *conſ. 227. num. 16.* Schrader. *de feud. par. 9. cap. 7. num. 49.* Poſt. *de manut. obſeruat. 102. nu. 46.* Gregor. *deciſ. 576. num. 1.* vbi Add. *nu. 15. deciſ. 166. par. 12. recent. num. 10.*

3 Imò fatuus eſſet Iudex, qui præſentem in iudicio citaret, Aſin. *loco citato num. 3.* Græu. *d. concluſ. 51. conſiderat. 2.* Borell. *in Summa deciſ. par. 1. tit. 44. num. 15. & 16.*

Cum tamen comparuerit deliberatus ad vnam cauſam, non poteſt cogi ad reſpondendum in alia, ad quam deliberatus non acceſſit, Bald. *in dicta l. accuſatoribus, num. 13. C. de accuſat.* Marant. *in ſpecul. verb. & rectè concipiatur citatio num. 13.* Verall. *deciſ. 123. num. 4. par. 3.*

4 Sed contrariam opinionem, quod licita ſit Inconſtantia, voluere Alex. *in d. l. de vno quoque, num. 2.* Iaſon. *in l. 1. num. 9. & 12. ff. de in ius vocan.* Felyn. *in cap. 1. num. 18. de iudic.* Gaill. *d. concluſ. 51.* & ibi Græu. *conſid. 2.* cum quo Gaill. videtur tranſire Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 88. nu. 25.* communiorem dicit Fermoſin. *de iudic. ad Text. in cap. 1. de cauſ. poſſeſs. & propriet. quæſt. 7. num. 1.*

Non eſt tamen recedendum à priori opinione, quam tenet Rota, vt per Verall. *deciſ. 107. num. 2. par. 1. & deciſ. 123. nu. 3. par. 3.*

Vel fœdere diſtinctionis vtramque opinionem compone, vt ſcilicet præſentia 5 Rei ſufficiat ad hoc, vt mutatam petitionem, ſeu libellum accipere teneatur, non autem vt illicò teneatur reſpondere, vt cum multis diſtinguit Græu. *d. concluſ. 51. conſider. 2. num. 6. & 10.*

Hæcque concluſio eò magis habebit locum, ſi Actor citet Reum apud Iudicem, qui iuriſdictionem in cauſa expreſſa in citatione tantummodo habeat, tunc enim nullo modo Inconſtans poteſt à priori cauſa in citatione expreſſa recedere, bellè Kilchennius *in l. edita num. 31. verſ. Octaua declaratio, C. de edend.*

Quouerò ad alteram partem, an Actor, qui citauit Reum coram vno Iudice poſſit Inconſtans pro eadem cauſa coram alio Iudice ipſum citare?

Materia eſt legis *vbi cæptum, ff. de iudic.* quam latè examinant Felyn. *in cap. Ex tenore à num. 14. de reſcript.* Gabriel. *de iudic. concluſ. 1. lib. 2.* Trentacinq. *variar. eodem titulo reſolut. 3. lib. 2.* Tuſc. *litt. I, concluſ. 487.*

6 Dic ergo illicitam eſſe Inconſtantiam, nec poſſe Actorem, qui citauit Reum ſuper vno negotio, ſuper eodem eundem Reum coram alio Iudice citare, *d. l. vbi cæptum, ff. de iudic. l. nulli, C. eodem titulo,* Gloſs. *in dicto cap. Ex tenore de reſcript. §. Quoniam Auth. de Teſtam.* regulariter enim 7 vbi cæptum eſt iudicium, ibi debet terminari *d. l. vbi cæptum,* Afflictus *deciſ. 354.* Diaz. *reg. 382.* Gabriel. *d. concluſ. 1. de iudic.* Tuſc. *loco citato litt. I concluſ. 487.* à Ponte *conſ. 70. num. 1. & 2.* cum pluribus relatis à Giurb. *deciſ. 23. num. 1.* Nouar. *de elect. for. ſect. 1. quæſt. 1. num. 19.* Viu. *deciſ. 459. nu. 11.* Cabedus *deciſ. Luſit. 25. par. 1.* Rota *deciſ. 91. num. 19. par. 6. recent.* & hoc caſu 8 iudicium dicitur cæptum per ſolam citationem, Guido-pap. *deciſ. 421.* Iaſon. *in l. cum quædam Puella num. 6. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Caſſan. *conſ. 45. num 27.* Tuſc. *loco citato num. 2.* Surd. *conſ. 542. num. 2.* licèt non figat pedem, Menoch. *de arbitr. caſ. 202. num. 7. 8. & 9.*

9 Quo enim ad Actorem ſola citatio inducit litis pendentiam, Rota *deciſ. 17. num. 4. de dolo, & contumacia in nou. & deciſ. 6. vt lit. penden. in nou.* Menoch. *loco citato, num. 8. & 9.* Buratt. *deciſ. 871. nu. 6.* Bichius *deciſ. 12. num. 2.* Dunozett. iun. *deciſ. 574. num. 1.*

10 Et propterea etiam ante litis conteſtationem illicita erit Inconſtantia, Gloſſa, & Doctores *in d. l. vbi cæptum,* Guido-papa *dicta deciſ. 421.* Gabriel. *loco citato, num. 1. verſ. 1. Declara -*

11 Quod primò amplia, vt non ſolùm illicita ſit Inconſtantia in cauſa principali, ſed etiam in connexa, vel ab ea originem trahente, Felyn. *in d. cap. Ex tenore, num. 19.* Bald. *in cap. 1. de controuerſ. inueſt.* cum alijs per Gabriel. *loco citato num. 5.* Polyd. Rip. *obſeruat. 140. num. 2. & 3.* Facchin. *controuerſ. lib. 11. cap. 78. verſ. Et maximè il ſecondo,* cum alijs per Giurb. *d. deciſ. 23. num. 1.*

Amplia ſecundò, vt ceſſet Inconſtantia in iudicio voluntariæ iuriſdictionis, in 12 ijs enim habet locum regula *dictæ l. vbi cæptum,* Lap. *allegat. 78. in 2. quæſt.* Lancell. Dec. *in dicta l. vbi cæptum, colum. 1.* Philip. Dec. *in dicto cap. Ex tenore de reſcript. nu. 33.* vbi Felyn. *num. 19. verſ. Amplia,* qui omnes mouentur per Textum *in l. 1. ff. de offic.*

Conſul. Gabriel. *citata concluſ.* 1. *numer.* 4.
Calà *de modo articul. in Summ. gloſs.* 1. *nu.* 34.
13 Amplia tertiò, etiamquod Actor ci-
taſſet Reum coram Arbitro, ſi ex forma
Statuti laudum habet paratam executio-
nem, Caſtrenſ. *in l. pecuniam, num.* 2. *ff. ſi
cert. pet.* Alex. *ibidem num.* 11. Iaſon. *nu.* 6.
Lancell. Dec. *in l. vbi cœptum, numer.* 2.
Philip. Dec. *d. cap. Ex tenore dicto num.* 33.
Felyn. *ibid. num.* 19. qui dicit ſecus eſſe, ſi
laudum non habeat paratam executio-
nem, quia tunc Inconſtantia licita eſſet,
nam poſſet Actor, omiſſo iudicio coram
Arbitro, citare aduerſarium coram Ordi-
nario, ſoluta tamen pœna in compromiſ-
ſo apposita, *l. ſi quis rem, ff. de arbitr.* Mant.
deciſ. 121. *num.* 10. & 11. quia ſententia
Arbitri non habet in ſe efficaciam, nec
inducit actionem, neque exceptionem, ſi
Actor Inconſtans paratus eſt ſoluere pœ-
nam, Caſtrenſ. *in dicta l. pecuniam, num.* 2.
ff. ſi cert. pet. Gabriel. *loco citato num.* 5.

Licita autem non eſſet Inconſtantia
quamuis laudum executionem non ha-
beret, ſed ſolùm pareret actionem, vel
exceptionem, Caſtrenſ. *in d. l. pecuniam,
& l. qui fidem, ff. de tranſact.* Felyn. *in dicto
cap. Ex tenore num.* 19. *verſ. fallit* 10. ad
quem recurre.

Amplia quartò, vt illicita ſit Incon-
ſtantia etiam coram Iudicibus delegatis,
14 quia Actor, qui citauit Reum coram vno
ex dictis Iudicibus, non poteſt eo relicto
citare Aduerſarium coram altero, vt eſt
Text. *in dicto cap. ex tenore*, & ibi Abbas,
Anchar. & Felyn. Gabr. *loco citato num.* 6.
Dec. *in d. cap. ex tenore num.* 33. Vbert. poſt
hæc ſcripta viſus, *de citat. cap.* 12. *nu.* 351.
Greg. XV. *deciſ.* 46. *num.* 8. *deciſ.* 91. *par.* 6.
rec. num. 20.

Quod tamen intellige, niſi daretur ne-
gligentia in primo Delegato, ſeu Execu-
15 tore, quia tunc Actor poſſet ſecundum
adire, Garz. *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 60.
& ſeq. vbi plures refert Rotales Deciſion.
Rot. *deciſ.* 773. *par.* 1. *recent.* cum alijs per
Addent. *ad dicta deciſ.* 46. *Gregor. XV.* vbi
16 quod ſi primus Executor pronunciat, lit-
teras non eſſe exequendas, non poteſt adi-
ri ſecundus, ſed debet appellare ad Me-
tropolitanum, ſeu ad Papam, Garz. *loco
cit. num.* 63. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 92.
num. 31.
17 Non enim dicitur negligens, qui ex
cauſa recuſat exequi litteras Apoſtolicas,
Rot. *deciſ.* 273. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* Ad-
den. *ad deciſ.* 46. *Gregor. num.* 10. *in fine*.
Et quod in caſu negligentiæ primi Execu-
toris non habet locum *d. l.* vbi cœptum
voluit Gabr. *loco citato num.* 25. & 26.
18 Amplia quintò, vt nec licita ſit Incon-
ſtantia, ſi Actor vellet citatum Reum co-
ram Ordinatio, illum trahere coram Dele-
gato, Abb. *in cap. cum Eccleſia, de appellat.*
Decius *in dicto cap. ex tenore, num.* 33. Ga-
briel. *loco cit. num.* 7. qui *nu.* 9. ſubampliat
etiam reſpectu Papæ cuius iuriſdictio po-
teſt præueniri, niſi cauſam ex certa ſcien-
tia auocaret, ex Franc. *in cap. vt debitus,
col.* 13. *de appellat.*

Amplia ſextò, vt nec Actor Inconſtans
poſſit eſſe impetrando reſcriptum tacita
20 citatione iam emanata, Gabr. *vbi ſupra,*
poſt Lupum, *in cap. per veſtras, num.* 12.
Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 202. *num.* 7. & 8.

Dic tamen primò, licitam eſſe Inconſtan-
tiã, quando ex cauſa neceſſitatis iudicium
21 cœptum eſt coram vno Iudice, quia co-
ram alio poteſt perfici, *l. ſed & ſi reſtitua-
tur, §. Sed ſi dies, ff. de iudic.* & ibi Bart. &
Gloſs. idem Bart. *in l. vbi cœptum,* vbi am-
22 pliat, ſiue neceſſitas inſit à principio,
ſiue ſuperueniat ex poſt facto, Angel. *in
dicta l. vbi cœptum*, & ibi Caſtrenſ. Bald. &
Angel. Felyn. Brun. & Corſet. quos alle-
gat Gabr. *loco cit. num.* 13. addo Grat. *di-
ſcept.* 906. *num.* 19. vbi inſert, quod ſi eſſet
23 cœptum iudicium ob ſuſpicionem fugæ
coram vno Iudice, licita eſt Inconſtantia,
cum Actor poſſit ad capturam coram alio
Iudice deuenire, vbi reprobat Guid. Fo-
ian. & Caccialup. contrarium tenentes.

Dic ſecundò, licitam eſſe Inconſtan-
tiam, quando Actor, qui citauit coram
24 vno Iudice, eſt perſona miſerabilis, cui
competit fori electio, nam is omiſſo illo
iudicio, ad Principis forum conuolare
poterit, in his enim perſonis miſerabili-
bus ceſſare diſpoſitionem Text. *in d. lege
vbi cœptum*, voluere Soccin. *conſ.* 94. *nu.* 3.
vol. 3. Neuizan. *ſilu. nupt. lib.* 6. *num.* 38. &
ita iudicatum dicit Parpal. poſt Afflict. *in
Conſt. Regni, de officio Magiſtri Iuſtitiæ, qu.* 13.
num. 36. Natt. *conſ.* 590. *num.* 15. Franch. *de-
ciſ.* 100. *num.* 20. Theſaur. *deciſ.* 177. *num.* 6.
Carauit. *in rit.* 233. *num.* 9. Nouar. *in praxi
var. for. ſect.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 20. plenè Carle-
ual. *de iudic. diſput.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 7. *nu.* 601.
26 vbi quod iſtæ perſonæ miſerabiles poſ-
ſunt eſſe Inconſtantes etiam poſt litem
27 conteſtatam, & in qualibet parte litis
28 etiam poſt concluſum in cauſa, atque
item in inſtantia appellationis ſecunda,
29 Cancer. non relatus à Carleual. *var. reſol.
par.* 2. *cap.* 2. *num.* 27.
30 Sed an facta ſemel variatione Incon-
ſtans poſſit ad primum Iudicem redire,
vel alium eligere? Afflict. *in Conſtit. Sicul.
rubr.* 37. *num.* 36. tenet opinionem affirma-
31 tiuam, quia vbi electio datur à Iure, lici-
ta eſt Inconſtantia, *l. eum qui certarum, §.* 1.
de verb. obligat. quem ſequuntur Foller. *in
praxi crimin. in verbo audiantur excuſantes,
num.* 99. & 100. Carauir. *in d. rit.* 233. *nu.* 8.
Muſcatell. *in praxi in Gloſs. competens, lib.* 1.
par. 2. *num.* 3. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de ci-*

tat. reſolut. 2. num. 2. Franc. d. deciſ. 100. ad
fin. quamuis dicat, quod rarò vidit variaſ-
ſe viduam à magna Curia ad ſuum Iudi-
cem ordinarium; hos omnes refert, & ſe-
quitur Nouar. ſect. 1. qu. 3. qui dicit hanc
opinionem eſſe tenendam, quia ſeruatur
in praxi, de qua teſtatur Thorus in com-
pendio, verb. variatio de vno Tribunali, &c.
tom. 5. & fuſius in verb. Vidua, an poſſit ab-
ſentibus, eod. to. 5. Intrigliol. lib. 1. ſingul. 17.
& ibi Add. Scacc. de appell. quæſt. 7. n. 121.
Maſtrill. deciſ. 147. ex num. 28. & deciſ. 268.
ex num. 24. & conferunt tradita ab eodem
Afflict. deciſ. 146. & ibi Vrſill. Carleual.
de Iudic. tom. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 7.
num. 609.
32 Contrariam tamen opinionem per Tex-
tum in l. ſi quis iuſiurandum, C. de reb. cre-
dit. voluit Bald. in Auth. habita col. 9. quæſt. 1.
in fine, Cod. ne fil. pro patr. & in l. 1. col. fin.
C. de furt. Bart. in l. poſt legatum, num. 3.
de his, quibus, vt indig. Iaſon. in l. Quicquid
adſtringendæ, nu. 9. ff. de verb. oblig. Marcheſ.
de commiſs. tit. de auocat. cauſ. part. 2. §. 2.
num. 85. vbi latè examinat, & reprobat ad-
ducta per Afflict. loco ſuperius citato, San-
felicius deciſ. 73. nu. 14. & 15. Azcued. in
l. 8. & 9. num. 5. tit. 3. lib. 4. recopilat. Couuar.
pract. quæſt. cap. 7. num. 5. verſic. nonò.
33 Concordat has opiniones Cumia in rit.
Sicil. cap. 38. num. 466. vt prima habeat lo-
cum iuſta ſubſiſtente cauſa, quæ de nouo
ſuperueniat; ſecunda nulla ſuperuenien-
te cauſa, cum qua tranſire videtur Carle-
ual. de Iudic. tom. 1. tit. 1. diſput. 2. qu. 6. ſect. 7.
num. 611. & tunc ſolùm bis permittatur
electio, & vnica tantum variatio; Si au-
tem adeſſet ſuſpicio colluſionis, ceſſaret
Inconſtantia, Carleual. vbi ſupra num. 612.
plenè Capi-blanco in pragmat. 8. par. 1. ex
num. 340. & 345. de Baronibus, eò maximè
ſi à Curia ſupremi Principis recederetur,
& citatio fieret ſecundò coram Ordinario,
Franc. d. deciſ. 100. Carleual. ſuperius citat.
qui alios refert num. 614. ad fin. Io: Campa-
34 na Aduocatus Neapolitanus, in Conſultat.
ſiue allegat. pro vidua, relata per Thor. dicto
verb. Vidua, verſ. quoad ſecundum, circa pun-
ctum colluſionis, vbi dicit, quod quando
vidua elegit forum Regium, deinde In-
conſtans vult variare ad Curiam inferio-
35 rem, tunc magis ſubſiſtendum, quia
variatio in iudicio erubeſcenda eſt, Bar-
tholom. de Capua in Conſtit. Regni obſcuri-
tatem, n. 7. Campagn. Conſt. Regni 41. n. 15.
Bald. conſ. 326. num. 4. vol. 1. Calder. conſ. 21.
de iurepatr. ac tanquam odioſa, & legibus
inimica vitanda eſt, Marcheſ. de commiſ.
tit. de auocat. cauſ. par. 2. §. 2. num. 86.
36 Ceſſabit tamen hoc in caſu Inconſtan-
tia Actoris, ſi Reus citatus haberet ſimile,
vel par ius eligendi forum, nam priuile-
gia conquaſſantur, & res reducitur ad ius
37 commune, Vincent. de Franch. deciſ. 188.
Aloyſ. Ricc. par. 1. collect. 1. verb. 1. Scacc.
de appell. par. 7. num. 128. Azeued. in dict.
l. 8. num. 7. Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 4.
ſub num. 131. verſ. Quartò non procedit,
Rota deciſ. 557. num. 1. par. 1. diuerſorum,
& 193. nu. 25. par. 7. recent. Grat. diſcept. 182.
num. 21. cum alijs per Nouar. dicto tract.
ſect. 4. quæſt 62. per totam, vbi latè, & ad
ſaturitatem, qui tamen ſub num. 23. con-
cludit non procedere regulam, quod pri-
38 uilegiatus non vtatur priuilegio contra
pariter priuilegiatum, quando priuilegia
ſunt diuerſæ ſpeciei, nam tunc attenditur,
quod eſt potentius, l. verùm, §. fin. vbi
Bart. & Bald. ff. de minor. & latè quod
39 dicatur potentius priuilegium in hiſce
terminis à num. 24. vſque ad finem, latè Ri-
dolphin. in praxi dicto cap. 4. à num. 134.
cum pluribus ſeqq. Rota dicta deciſ. 557.
par. 1. diuerſorum, in quibus plures limi-
tationes habentur ad regulam.
40 Dic tertiò, licitam eſſe Inconſtantiam,
ſi Reus coram primo Iudice citatus ſit
contumax, nam is non poteſt de litis pen-
dentia coram dicto Iudice opponere, Bart.
in d. l. vbi cæptum, & in l. ſepulchri, ff. de
ſepulch. violat. & in l. quamuis, ff. de damn.
infect. Corſett. in ſingul. verb. iudicium, ad
fin. plures alios refert Gabr. loco cit. nu. 19.
Trentacinq. variar. dicta reſolut. 3. de iudic.
lib. 2. num. 9. Nec ceſſabit contumacia, ſi
41 citatus dixerit, ſe nolle venire ad iudi-
cium, etiamſi inconſtans poſtea accedat,
gloſ. in Clem. 2. de dol. & contum. Bartol. &
Bald. in l. Dinus, de integr. reſtit. cum alijs
per Fermoſin. de iudic. & for. compet. qu. 15.
42 par. 1. niſi accederet ad iudicium ante-
quam Iudex recederet è loco iudicij,
Fermoſin. loco cit. num. 2.
43 Si verò Reus contumax reficeret Acto-
ri expenſas, ceſſaret inconſtantia, vt de
veriori, & communiori opinione teſtan-
tur Gabriel. loco cit. num. 23. verſ. Tenendo,
Trentacinq. loco cit. num. 9.
44 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam
in iudicio executiuo, Iaſ. conſ. 9. in 2. reſ-
ponſ. & in conſ. 28. vol. 1. Gabr. loco cit. nu. 31.
Mandoſ. de inhibit. quæſt. 93. num. 5. Veſtr.
in prax. lib. 2. cap. 4. num. 2. Zacchias de oblig.
Camer. quæſt. 11. num. 25. ſecundùm moder-
nam impreſſionem, plenè Merlin. deciſ. 623.
per tot. & præſertim propè fin. Quod tamen
non procedit, ſi Reus comparuiſſet co-
ram primo Iudice: Nam in executiuis
licita eſt variatio de Iudice ad iudicem,
ſi Reus ſit contumax, non autem ſi com-
pareat in terminis, Rot. deciſ. 56. num. 10.
poſt tract. Zacch. de obligat. Camer. ſecundùm
modernam impreſſionem, Penia deciſione 3.
num. 8. De qua tamen limitatione vide
infra.
Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam,

Digitized by Google

ſi Actor coram primo Iudice non poteſt
45 conſequi iuſtitiæ complementum propter impotentiam de facto ortam, Abb. in cap. Poſtulaſti in primo notab. & ibi Anan. de homicid. idem Abb. in cap. Propoſuiſti nu. 12. de for. compet. Corſet. in ſingul. cit. verb. iudicium, Gabr. loco cit. num. 27.

46 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam, quando Actor citauit coram vno Iudice, qui non poteſt ſuper cauſa principali ſe interponere, Felyn. in dicto cap. Ex tenore num. cit. dicta limit. cum alijs per Gabr. loco cit. num. 28. Trentacinq. loco cit. num. 10.

47 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi citatio coram primo Iudice nulla erat, quia ſuper eodem negocio poteſt adiri alius Iudex, Corſett. dicto ſingul. verb. iudicium, Gabr. loco cit. num. 32.

48 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam, quando ageretur de præiudicio iuriſdictionis alterius, Bald. in cap. Si Imperialem, §. Præterea, col. pen. de prohibit. Feud. alien. Decius in d. cap. Ex tenore, col. fin. Corſett. dicto ſingul. verb. iudicium, Gabr. loco citato num. 36.

Declara primò, opponendam eſſe exceptionem inconſtantiæ non licitæ, & ſic
49 de litis pendentia coram primo Iudice ante litem conteſtatam, aliàs exceptio non operatur, Bald. in l. Peremptorias, in fin. ff. quæ ſent. reſcin. non poſ. & in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. Gabr. qui alios loco cit. num. 34. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 7. num. 56. Gregor. deciſ. 369. num. 3. & 4.

50 Iudicium enim in iſto caſu non eſt nullum, donec opponatur, ideo requiritur oppoſitio, Innocent. in dicto cap. Cum M. Ferrarien. de Conſtitut. Lancellott. Dec. in dicta l. vbi captum, col. 1. Bartol. in dicta l. Sepulchri, in fin. ff. de ſepulc. violat. Felyn. in dicto cap. Ex tenore num. citat. 9. fallent. Dec. ibid. num. 36. Afflict. deciſ. 354. cum alijs per Gabr. loco cit. num. 18. & per Carleual. de Iudic. to. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 3. num. 900. Rota deciſ. 91. num. 10. par. 6. recent. vbi
51 quod nedum requiritur oppoſitio, ſed etiam neceſſaria ſit appellatio ab vlteriori proceſſu.

QVÆSTIO V.

ARGVMENTVM.

Vtrum Iudex, qui citauit pro certa die, & hora ad faciendum actum, poſſit inconſtans extra illam diem, & horam actum gerere.

SVMMARIVM.

1 *Citatione facta pro certa die, & hora non poteſt Iudex inconſtans extra illam diem, vel horam actum gerere.*

2 *Sententia lata extra diem, vel horam in citatione expreſſam, eſt nulla.*

3 *Modus pronunciandi* prout in cedula, *de iure ſubſtinetur.*

4 *Quid ſi conſtet tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam, vel publicatam ſententiam.*

5 *Dies pronunciationis ſententiæ, ſub qua cadit citatio apponi debet in ea, non autem dies ſubſcriptionis.*

6 *Reo contumace in ipſa die citationis* ad ſententiam, *an valeat ſententia lata die immediatè ſequenti.*

7 *Concluſio in cauſa non ſufficit loco citationis* ad ſententiam, *quando ſententia eſt lata longè poſt ipſam concluſionem.*

8 *Reo comparente in termino citationis* ad ſententiam, *non valet ſententia lata poſt illum.*

9 *Sententiæ nullitas ex defectu citationis, eſt inſanabilis.*

10 *Quid ſtante clauſula* Arbitrio.

11 *Vel ſi defectus citationis non ſit totalis.*

12 *Arbitrium quando intret ad ſanandam nullitatem ex defectu citationis.*

13 *Sententia lata extra locum, ad quem Reus fuit citatus, quando ſubſtineatur.*

14 *Præſentia Partis ſupplet defectum citationis.*

15 *Iudex an, & quando prorogare poſſit diem, vel horam in citatione appoſitam.*

1 ILLICITAM eſſe in hoc caſu inconſtantiam voluit Bartol. in l. aut qui aliter in princ. & in l. vlt. §. fin. ff. quod vi, aut clam, & conſ. 176. Pluries contingit lib. 1. Ruin. conſ. 209. num. 16. lib. 1. & conſ. 28. num. 21. lib. 4. & conſ. 61. num. 4. lib. 5. Alex. conſ. 213. num. 8. volum. 2. Crauett. conſ. 122. num. 17. Afflict. deciſ. 387. num. 5. Encrard. de temp. ad locum num. 2. Vant. de nullit. ex defectu citat. num. 73. Felyn. in cap. 1. nu. 22. de iudic. Antonell. de tempore legali lib. 4. cap. 32. num. 6. Gratian. diſcept. 333. num. 18. cum ſeqq. Rota coram Vbaldo deciſ. 21. num. 1. deciſ. 41. & deciſ. 67. nu. 1. in recent. dec. 548. num. 4. par. 4. to. 3.

Et propterea dicunt Doctores ſupràcitati, & infrà citandi, quod non poſſit Iu-
2 dex citrà vitium nullitatis ferre ſententiam extra diem, vel horam in citatione

expreſſam, l.2. & 3. C. de ſent. & interlocut.
omn. Iudic.cap.fin. de re iudic. in 6. Clem. ſapè
vbi gloſs. in verb.in ſcriptis, de verb. ſignificat.
Gabriel. de cit.concluſ.1. ampliat.23. nu.116.
Rota deciſ.252. num.1. & deciſ. 340. num. 1.
par.1. in recent. Gregor.XV. deciſ.546. nu.6.
Rota in Regien. ſeu Salernitana bonorum 19.
Iunij 1643. coram Carillo, quæ eſt deciſ. 179.
num. 6. poſt Zacch. de obligat. Camer. ſecundùm modernam impreſſionem; & inter eius
impreſſas deciſ.272. num. 7. Bichius deciſ.63.
nu.4. Rota in recent. par. 10. deciſ.131.nu.8.
& deciſ.348. num.4. par.9. to.2.
3 Quamuis enim modus pronunciandi,
prout in cedula de iure ſubſtineatur,
Bald. in l.3. num.12. C. de ſent. quæ ſine cert.
quantit. proferunt, & in l. 1. ad fin. C. de ſent.
ex breuiloq. recitan. Bec. conſ. 78. num. 36.
Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. num. 12. Rota
deciſ. 705. num. 3. par. 3. lib. 3. diuerſ. & deciſ.252. num.2. par.1. in recent.
Non ſubſtinetur tamen ſententia lata,
4 prout in cedula, quando conſtat tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam, exhibitam,
& publicatam ſententiam, Pariſ. conſ. 49.
num.91. lib.3. Paleor. deciſ. 350. Rota dicta
deciſ.252. num.2. Gratian. diſcept.438. nu.9.
Ridolphin. in prax. par.1. cap. 8. num. 155.
Gregor. XV. dicta deciſ. 546. num.7. & 8.
& ibi Beltramin. qui addit aduertendum,
5 non eſſe apponendam diem ſubcriptionis
in ſententia, ſed diem pronunciationis,
quia ſub eadem die cadit citatio, Rota
deciſ. 705. par.3. lib. 3. diuerſ. Gratian. dicta
diſcept.438. num.9.& 10. Rota in Foroliuien.
fideicommiſſi, 27.Nouembris 1609.coram Card.
Pamphilio iuniore, poſtea Sanctiſs. D. Noſtro
Innocentio X. Dunoz.ſen. deciſ. 68.nu.1.
Licitam tamen eſſe Inconſtantiam, ſi
6 accuſata Rei contumacia in ipſa die, qua
cadebat citatio, Iudex ferret ſententiam
die immediatè ſequenti, vt, quicquid
velit Bald. in l.cum non eadem, C.quando prouoc. non eſt neceſs. Caſtren. conſ. 258. num.3.
par. 2. de veriori, & communiori opinione teſtatur Alexan. in l. ſi finita, §. Iulianus
num. 48. ff. de damn. infect. Ruin. conſ. 136.
num.2. lib.5. pro qua opinione eſt Text. &
ibi Doctor. in cap. Conſuluit, de offic. deleg.
faciunt notata per Alex. in l. de vnoquoque
num. 7. de re iudic. Gabr. de citat. concluſ. 1.
69. limit. num. 447. & 449. Rota deciſ. 365.
num.4. par. 1. in recent. & deciſ. 409. num. 2.
eadem par. 1. coram Bichio deciſ. 72. num. 1.
deciſ.348. num.6. & 7. par.9. to. 2. recent. &
deciſ.709. poſt Zacch. vt ſupra num. 11. vbi
dicit Rotam improbaſſe ſtylum proferendi ſententiam Reo exiſtente contumace
in ipſa die, in qua cadebat citatio poſt
aliquot dies abſque alia citatione.
7 Sicut etiam non ſufficit concluſio in
cauſa loco citationis ad ſententiam, quando ſententia lata eſt longè poſt ipſam
concluſionem, Rota in pluribus deciſion.
adductis à Beltramin. ad deciſ. 140. numer.14. Gregorij XV. Dunozett.ſen. deciſ.6.
num. 3.
8 Si tamen Reus comparuiſſet in die,
ſeu termino citationis, ceſſaret inconſtantia, Rota dicta deciſ. 409. num. 2. par. 1. in
rec. & d.deciſ.179. n.10. poſt Zacch. vt ſupra.
9 Aduertendum tamen eſt, quod licet
ſententiæ nullitas ex defectu citationis ſit
10 inſanabilis, etiam ſtante clauſula Arbitrio,
Poſth.de manut.obſeru.12.n.58.& 61. & inſp.
23.nu.202.de ſubhaſt. Barboſ. clauſ.10.nu.15.
& latè fuit dictum in Rota in illa dec. 365.
par. 1. in recent. & in deciſ. 323. 4. par. to. 2.
rec.& dec.51.ead.par.& to. Canaler.dec.396.
nu.6. & 486. num. 1. Roxas deciſ.291.nu.4.
11 Hoc tamen procedit totali exiſtente
citationis defectu, Cæſar de Graſs. deciſ.4.
in fin. de reſcript. Veſtr. in prax.lib.5.cap.13.
num. 2. deciſ. 486. num. 2. par. 4. in recent.
Rota dicta deciſ. 51. num. 2. vbi propterea
dixit, quod intrabat arbitrium ad effectum ſanandi nullitatem ſententiæ, quæ
prætendebatur ex defectu citationis. Quia
citatio præceſſerat, quamuis non in loco,
vbi erat pronunciandum? Sanata ergo
fuit per Rotam nullitas ſententiæ ex in-
12 conſtantia Iudicis procedens, qui cum
debuiſſet eam proferre in Palatio Epiſcopali, ad quem locum directa erat citatio,
extra illud pronunciauit; in iiſdem terminis, & in eadem cauſa Rota coram
Dunozett. ſen. deciſ. 219. num. 3. cum ſeqq.
13 Quod eo magis procederet, ſi citatus
comparuiſſet ad alium locum, in quo Iu-
14 dex inconſtans ſe contuliſſet, quia præſentia ſupplet defectum citationis, in terminis Soccin. de citat. art. 5. princip. num. 21.
verſ.vbi à contrario, ad propoſitum Gregor.
deciſ.27. n.3. vbi Adden. n.9. & 10. allegat
concordantes Dunoz. iun. dec.816. num. 3.
15 Licita quoque inconſtantia erit, ſi Iudex procedat per viam prorogationis,
nempe prorogando diem, vel horam in
citatione appoſitam, cap.Conſuluit, de offic.
deleg. vbi Abb. & Felyn. num.3. Barrol. in
l. ſi finita, §. Iulianus, verſ. Quæro vtrum primum, ff. de damn. infect. Io.Andr. in addit. ad
Specul. tit. de ſent. prolat. §. Iuxta, verſ. Eſt
etiam nulla, Crauett. conſ.122. num.17. Cyriac. controuerſ.523. num.8. Gratian. diſcept.
333 num. 19. & ſeqq. Antonell. de tempore
legali lib.4. cap.32. ſub num.7.
Dummodo tamen non eſſet ius quæſitum parti, quia tunc ceſſaret inconſtantia,
vt puta, ſi per non comparitionem in die
termini deſerta eſſet appellatio, Gloſs. in
cap. Sæpè, in verb. peremptorium, de appell.
de quo dicto magnum feſtum facit, ibid.
Abb. dicens eſſe bene notandum ad limit.
cap. Conſuluit, de offic. deleg. Felyn. dicto cap.
conſuluit num.4. verſ. ſecundò limita.

Digitized by Google

QVÆSTIO VI.

ARGVMENTVM.

Si Partes renunciauerint citationi, an inconſtantes aduersùs renunciationem hanc venire poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Citatio tolli an poſſit per Principem, vel per Statutum, & num.9.*
2 *Siue per pactum, & num.5.*
3 *Citatio concernens defenſionem naturalem; quæ ſit.*
4 *Quæ ciuilem.*
6 *Notificatio qualis qualis adhuc fieri debet illi, qui citatione renunciauit.*
7 *Aduerſus pactum ſuum venire an liceat, & quando, cum num. ſeq.*

1 QVÆSTIO hæc ab ea pendet, an per pactum poſſit tolli citatio? certum eſt enim, quod nec per Principem, neque per Statutum tolli poteſt, *Clement. Paſtoralis, de re iudic.* Vbert. *de citat.cap.13.num.61.& prius cap.8.nu.59. verſ. Statutum*, Roland. *conſ. 29. num. 41. lib. 1.* Ricc. *collect. deciſ. 1753.* Baron. *de citat. quæſt. 15. ſub num. 36. & num. 61. cum ſeqq.* vbi tractatur materia concordando cum diſtinctione pugnantes Doctor. opiniones, *& in addit. to.3. num.19.* Dunozett. iun. *deciſ. 942. num.2.*

2 Quod autem citatio per pactum tolli non poſſit, voluere Rota *deciſ.416. num.2. par.1. diuerſ.* Vbert. *de citat.cap.8. num.131.* Nicell. *in concord. gloſs. num.284.*

Contrarium tamen, citationi Partes poſſe renunciare, videtur probari ex Text. *in l. diem proferre, §.Si quis litigatorum, ff. de recept. arbitr.* quod voluit Specul. *in tit. de citat. §. Sed viſo, verſ. Sed poſſe*, Bald. *in dicta l. diem proferre, §. Si quis litigatorum, in fin.* Roman. *conſ. 142.* Marſil. *in l. de vnoquoque nu.81. ff. de re iudic.* Nicell. *in 52. concord. 39. fallen.* Gabr. *de citat. concluſ. 1. num. 371. 29. limit.* Carthar. *deciſ. execut. Genuæ deciſ. 95. num. 4.* Vbert. *de citat. dicto cap.8.num.131.* Scacc. *de iudic. lib.1.cap.88. num. 21.* Denozett. iun. *deciſ.1005. num. 5. & 996. num.6.*

In hac contrarietate dici poſſet, dupli-
3 cem eſſe citationem, altera, quæ concer-
nit defenſionem naturalem; altera, quæ concernit defenſionem ciuilem.

Exemplum prioris citationis habemus *in Clement. Paſtoralis in fin. de re iudic.* & per Gloſs. in Extrauag. *Rem non nouam, de dol. & contum.* & per Doctor. *in cap. 1. de cauſ. poſſeſs. & propriet.*

4 Exemplum ſecundæ habemus *in l. contumacia, ff. de re iudic. & in l.conſentaneum, C. quomodo, & quando Iudex cap. 1. de dilat.* & & ibi Gloſs.

Priori ergo citationi, quæ naturalem concernit defenſionem minimè Partes renunciare poſſe, Tuſch. *pract.concluſ.268. num.17.verb.citatio*, Baron. *de citat. quæſt.1. num. 10.*

Secundæ verò de iure ciuili introductæ
5 vtique renunciari poſſe per Partes, di-
cendum eſt Mantic. *deciſ.299. nu.1.2. & 3. dicta deciſ.416. par.1. diuerſ. num.2.* & hanc diſtinctionem bellè probat D. Vbertus Conciuis meus *dicto tract. de citat. quæſt. 8. num. 131.* vbi tamen dicit, quod requiri-
6 tur qualis qualis notificatio tanquam
concernens naturalem defenſionem, ſecundùm Bald. *in l. eos, §. Apoſtolos, C. de appellat.* Soccin. *de citat. art.7.num.60.*

Priori ergò caſu licita erit inconſtantia, ſecundò minimè.

Neque verum puto, quod dicit idem Vbert. *loco cit.num.139.* valere pactum, per quod fuit renunciatum citationi, itaut,
7 nec vnus, nec alter paciſcentium poſſit
inconſtans dicere de nullitate ſententiæ, cum non liceat aduerſus ſua pacta venire, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.*

8 Quia Regula illa procedit, dummodo pactum aliàs ſit licitum, & honeſtum, ad Text. *in l.1. C. ſi mancipium ita venierit.*

Si ergo non licet citationi, quæ ſapit defenſionem naturalem, renunciari per Partes, non video, quare, eo pacto non obſtante, inconſtans eſſe non poſſit paciſcens.

Hanc eandem diſtinctionem reſpectu
9 Principis, vel Statuti tradunt Veſtr. *in*
prax. lib.3. cap.2.num.7. vbi Adden. *nu.22.* Rouit. *pragmat. 2. de ordin. iudic. num. 1.* Capyc. Latr. *deciſ. 188. num. 34. & ſequ.* Rota coram Canaler. *deciſ. 396.* & coram Buratt. *deciſ. 849.* quod ſcilicet tolli quidem poſſit citatio iudicialis, in quantum reſpicit cauſæ ſolemnitatem, vti de iure ciuili introducta, non autem citatio omnimoda, quæ introducta eſt de iure Diuino, & naturali; ex qua ratione contra ſtylum magnæ Curiæ Vicariæ aliorumque Tribunalium laicalium Ciuitatis Neapolitanæ,

litanæ, in quibus vbi agitur de exequenda obligatione, quam nominant *penès acta*, cum nimio inordinato rigore relaxantur litteræ executoriales ad ſolam creditoris incuſationem nulla debitoris, nec quidem vnica præmiſſa citatione, inuehit Cardin. de Luca *in tract. de credit. diſc.* 116. *num.* 22. dicens hunc eſſe abuſum manifeſtum, & in puncto iuris nullateuus ſubſtentabilem.

QVÆSTIO VII.

ARGVMENTVM.

An Executor, qui in executione ſibi commiſſa Partem citauit, poſſit inconſtans non expectando citatum ad executionem procedere.

SVMMARIVM.

1 *Executor, qui aſſumpſit viam iudicialem, an, & quando inconſtans poſſit ea omiſſa tranſire ad viam extraiudicialem, & in ea procedere, & num.* 3. 19. *&* 31.
2 *Duplicem habens poteſtatem, & vtramque publicam, non poteſt alteri renunciare.*
4 *Arbiter, ſeu Arbitrator qui cæpit procedere iudicialiter tanquam arbiter, an, & quando poſſit inconſtans variare, & poſtea procedere tanquam Arbitrator, & num.* 20.
5 *Ex duabus vijs, quæ competebant vna electa ea debet patere.*
6 *Eligens vnam viam non poteſt variando inconſtans illam mutare.*
7 *Eccleſiaſtico Iudici fortiùs prohibita eſt variatio.*
8 *Renunciatio, vel declaratio tacita reſultat ex facto contrario.*
9 *Tacita renunciatio, ſeu declaratio, maximè in iudicio, idem operatur quod expreſſa.*
10 *Par eſt iudicium, & virtus taciti, & expreſſi.*
11 *Iudex deueniens ad actus iudiciales declarat ſe velle procedere iudicialiter.*
12 *Citatio eſt actus iudicialis.*
13 *Via ordinaria ſi cæpit agere cui competebat via executiua, non poteſt inconſtans pœnitere, & redire ad viam executiuam, & num.* 24. *vbi de ratione.*
14 *Natura ſemel alterata ſemper remanet alterata.*
15 *Citatio facit Citatum legitimum Contradictorem.*
16 *Proceſſus iudiciales, & extraiudiciales ſunt inter ſe contrarij, & ad inuicem oppoſiti ſicut albedo nigredini.*
17 *Poſitio vnius contrarij importat remotionem alterius.*
18 *Executor litterarum Apoſtolicarum admittens articulos pro iuſtificatione narratorum, an faciat ſe executorem mixtum.*
21 *Arbiter, ſeu Arbitrator nullam habet iuriſdictionem, niſi à compromiſſo tributam.*
22 *Iudex habet auctoritatem à publico.*
23 *Tacitum, & expreſſum non parificantur vbi tractatur de annullando actum.*
25 *Partes in iudicio quaſi contrahunt.*
26 *A quaſi contractu recedi non poteſt.*
27 *Citatus dicitur legitimus Contradictor quoad partem, non autem quoad Iudicem.*
28 *Actus ſeparati non poſſunt conſiderari tanquam inter ſe contrarij.*
29 *Executor qui cæpit procedere extraiudicialiter poteſt deinde ſe inconſtans transferre ad viam iudicialem.*
30 *Iudex ſeruans ordinem iudicialem nocere non poteſt.*

IN hac quæſtione tres inuenio Doctorum ſententias:

Prima eſt Baldi *in cap. dudum num.* 18. *in fin. extrauag. de præſumpt.* dicentis licitam
1 eſſe inconſtantiam, & poſſe Executorem omiſſa via iudicij tranſire ad viam extraiudicialem, quia potius videtur citaſſe ad cautelam, quam vt præcluderet ſibi viam poteſtatis, argum. *l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* Quod idem voluit *in l. neque natales, C. de probat. nu.* 17. ea ratione, quia cum habeat
2 duplicem poteſtatem, & vtraque ſit publica, non poteſt alteri renunciare, iuxta notata *in l. eum qui, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Idem voluit Anchar. *conſ.* 224. *aliàs* 222. Berou. *conſ.* 14. *num.* 8. 9. *&* 15. *lib.* 1. Felyn. *in dicto cap. dudum num.* 22. & hanc opinionem in terminis citationis, ſequitur Rota *in Vercellen. Coadiutoriæ* 25. *Ianuarij* 1608. *coram Card. Lancelloto, & in Pacen. Puritatis* 11. *Decembris* 1609. *coram Patriarcha Hieroſolymitano*, vbi Ancharani conſilium canonizatur, idem voluit Cavaler. *deciſ.* 359. *num.* 10. & his omnibus, & alijs citatis, Archiep. Auenionen. *de legit. contradict. quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 2.

Secunda eſt opinio negatiua, nempe illicitam eſſe inconſtantiam, quando Exe-
3 cutor, qui poteſt iudicialiter, & extraiudicialiter procedere, partes Iudicis aſſumit, & citat partem, itaut redire non poſſit ad viam extraiudicialem, tenet Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 8. & latè defendit Salgad. *de protect. Regia par.* 2.

cap. 13. à num. 97. & ſeqq.
Primò quia, vt ipſe dicit, magis recep-
tum eſt inter Doctores, quod quando
4 compromiſſum eſt in aliquem, vt Arbi-
trum, & Arbitratorem, ſi is aſſumpſerit
partes Iudicis, iudicialiter procedendo,
intelligitur viam Arbitri elegiſſe, ideo non
poterit inconſtans variare, nec redire ad
naturam Arbitratoris extraiudicialiter vo-
lens procedere, Speculàt. Dyn. Bartol.
Alexan. Roman. & Felyn. alios allegans
in cap. Ex officij num. 23. de præſcript. Maſ-
card. de probat. concluſ. 125. to. 1. per totam,
& communem dicit Baptiſta de S. Blaſio
in tract. de arbitr. quæſt. 4 num. 12. & quæſt. 48.
& quæſt. 67.
Ea eſt ratio, quia ex quo procedendo
5 iudicialiter eligere maluit viam iudicij,
debet ſibi via patere, quam elegit, l. Si
mulier, §. fin. ff. quod metus cauſ. l. quod in hæ-
redem, §. Eligere, ff. de tribut. act. l. ſi duo actu,
6 ff. de noxal. Nec inconſtans variando po-
teſt viam mutare, l. Si dominium, ff. de furt.
l. Si quis iuſiurandum, C. de reb. cred. l. ſicut,
C. de act. & obligat. Clement. cum illuſio, de
renunciat. reg. quod ſemel placuit, de reg. iur.
in 6.
Quod magis procedit in Iudicibus Ec-
7 cleſiaſticis, quibus fortiùs prohibita eſt
variatio, cap. Cum autem, de iurepatronat.
Clement. 1. de renunciat. Felyn. in cap. Ex parte
Decani, de reſcript. & in cap. 1. de præſumpt.
num. 34. & med.
Secundò, ſi expreſſa declaratio, quam
facit Executor viæ iudicialis, ſe aſſumptu-
rum partes Iudicis, operatur vt non poſ-
ſit amplius eſſe inconſtans, vt videbimus
ex Felyn. inferiùs allegan. idem debet ope-
rari tacita declaratio, quæ reſultat ex mo-
8 do procedendi, quia tacita renunciatio,
quæ reſultat ex facto contrario, idem
9 operatur, quod expreſſa, maximè in iu-
dicio, & eius calòre, l. ad ſolutionem, C. de
re iudic. cap. Sollicitudinem, de appell. cap. Gra-
tum, de offic. & poteſt. Iudic. delegat. Par
10 enim iudicium, & virtus eſt taciti, & ex-
preſſi, l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Bald. in l. 3.
de teſtam. tutel. Euerard. in loco ab expreſſo
ad tacitum.
11 Satis enim, & clarè inſinuat, & demon-
ſtrat Iudex iudicialiter, & extraiudiciali-
ter valens procedere, voluntatem ſuam.
12 iudicialiter velle procedere ſi ad actus iu-
diciales; qualis eſt citatio, procedat, Spe-
cul. de citat. in cap. princip. Cyn in l. quia, ff.
de iuriſdict. omn. Iudic. Caſtr. conſ. 338. vol. 1.
cum aliis per Salgad. loco cit. num. 84. 85.
87. & 88.
13 Tertiò, probat ſuam opinionem; nam
ille, qui potuit agere via executiua, ſi cæpit
agere via ordinaria, non poteſt inconſtans
pœnitere, & redire ad viam executiuam,
l. minor annis cui fideicommiſſum, ff. de minorib.
Bald. in l. per diuerſas quæſt. 10. C. mandat.
Caſtren. conſ. 78. lib. 1. Dec. conſ. 146. & 400.
Burgos de Paz. conſ. 39. num. 7. Azeued.
l. 1. num. 144. tit. 21. l. 4. recopill. Parlad. rer.
quotid. cap. fin. 5. par. §. 11. num. 20. Cæſar de
Graſs. deciſ. 2. num. 2. & 3. de ſent. & re iudic.
Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 30.
num. 9. Rota deciſ. 551. num. 5. lib. 3. par. 3.
diuerſ. Gonzal. ad reg. 8. gloſs. 6. num. 192.
Guttier. lib. 3. pract. qq. cap. 39. Scacc. de
iudic. lib. 1. cap. 62. num. 33. & de appellat.
qu. 17. limit. 9. num. 45. Gratian. diſcept. 118.
à num. 43. Felician. de cenſib. cap. 2. num. 9.
Molin. de primogenit. in addit. ad fin. operis
ad cap. 13. num. 31. lib. 3. Giurb. deciſ. 100.
num. 53. & deciſ. 74. num. 11.
14 Quartò probat, quia ſemel alterata
natura rei ſemper remanet alterata, Al-
ciat. conſ. 19. num. 8. lib. 2. Vrſil. ad Afflict.
deciſ. 338. num. 6.
15 Quintò, quia quando Iudex citat ali-
quem, licet ad id non teneatur huiuſmo-
di citatio talis eſt naturæ, vt illum faciat
legitimum contradictorem, Innocent. in
cap. cum inter, col. 1. de except. Menoch. qui
plures de adipiſc. remed. 4. num. 612. & 613.
vſque ad 622.
Quo fit vt Iudici non liceat variare, &
ad viam extraiudicialem redire, cum iam
citatus effectus ſit legitimus contradictor,
qui omnino audiri debet.
16 Sextò, quia proceſſus iudiciales, &
extraiudiciales ſunt inter ſe contrarij, &
ad inuicem oppoſiti, quemadmodum al-
bedo nigredini, Io. Bapt. à S. Blaſio de
arbitr. & arbitrat. num. 1. & per totam quæſt.
Bald. in l. 3. ff. de milit. teſtam. Ideo ſi Iudex
17 incæpit agere iudicialiter, non poteſt in-
conſtans ad extraiudicialem proceſſum ſe
conuertere, quia ad poſitionem vnius
contrarij ſequitur remotio alterius, l. illud,
ff. de acquir. hæredit. cap. Cum teneamur 31.
quæſt. 1.
Denique probat auctoritate Gonzal. ad
reg. 8. gloſ. 9. in annotat. num. 44. dicentis,
quod ſi Executor Apoſtolicus, qui poteſt
aſſumere partes Iudicis, & procedere ex-
traiudicialiter, priores aſſumit, diligen-
ter cauendum eſt, vt ſeruet etiam for-
mam iudiciariam, ex authoritate Rotæ
in Hiſpalen. Canonicatus coram Gregorio De-
cimoquinto, in qua fuit dictum, quod
18 etiamſi Executor admiſerit articulos ſu-
per iuſtificatione narratorum, ſuper qui-
bus fuiſſent aliqui teſtes examinati, non
propterea dicitur feciſſe ſe mixtum, ad
hoc, vt iuſtificatio narratiuæ iudicialis ſit
neceſſaria, tanquam ſi dixiſſet, quod ſi
per illum actum admittendorum articu-
lorum intelligeretur mixtus fieri Execu-
tor, neceſſariò teneretur etiam facere
iuſtificationem iudicialem, & formam
iudicij ſemel electam continuare, & non

Digitized by Google

alterare, & putat, hanc eſſe deciſionem mirabilem ad hanc opinionem comprobandam.

Hę ſunt principaliores rationes,& argumenta, quibus nititur Salgadus ad remouendum in Executore, qui partem citanit, inconſtantiam; quas volui tranſcribere, quia Codex rarus eſt in Italia, & in Indice librorum prohibitorum connumeratus.

19 Tertia eſt opinio, à qua non eſt recedendum, quod, ſi Executor, qui partem citare fecit, declarauit, ſe velle iudicialiter procedere, tunc inconſtantia, & variatio non eſt licita, aut verò nihil dixit, & tunc licet proceſſerit in aliquo actu iudicialiter, non tamen tenetur in alijs actibus ſic procedere, cum actus ſint ſeparati, & potiùs videtur citaſſe, & proceſſiſſe ad illos actus iudiciales ad cautelam, quam vt præcludat ſibi viam poteſtatis: Hæc fuit diſtinctio Felyn. *in cap. dudum fin. n.34. de præſumpt.* Mareſcott. *var. lib. 2. cap. 1. num.155.* & hanc canonizauit Rota *in Leodien. Abbatiæ Mercurij 25. Maij 1622. coram Vbaldo, quæ eſt deciſ.400. num.4. 5. 6. 7. & 8. par. 4. to. 2. recent.*

Neque vim faciunt rationes allegatæ à Salgado; non prima ſimilitudinis Arbitri ad Executorem; Quia vltra quod contraria opinio verior eſt, & à Rota approbata, quod qui poteſt procedere, vt Arbiter, & Arbitrator, poteſt etiam aliquos actus facere, vt Arbiter, aliquos vt Arbitrator, vt voluit Hoſtien. *in cap. Quintauallis num.10. circa med.* Io. Andr. *num.8.* Anton. de Butr. *num.24. de iur. iur.* Mareſc. *var. lib.2. dicto cap.1. num.156.* Gregor. XV. *deciſ.204. à num. 12.* Argel. Archiepiſc. Auenion. *in tract. de legitim. contradic. qu.3. art.1. num.3. 4. & 8.*

20 Hæc opinio habet locum, quando Arbiter ſe expreſſe reſtrinxit ad poteſtatem Arbitri, vt ex Caſtren. & Crauet. dicit Greg. XV. *d. deciſ.204. nu. 18.* melius omnium Gabr. *de actionibus, concluſ.4. num.3.* Vel dic melius, ideo qui poteſt procedere vt Arbiter, & Arbitrator, ſi elegit viam arbitrij, non poteſt Inconſtans ad viam arbitramenti redire, quia eius authoritas pendet à poteſtate priuata, nullam enim Arbiter, ſiue Arbitrator habet iu-
21 riſdictionem, niſi à Compromiſſo, l. *Pedius 7. in fin. l. non diſtinguemus 37. §. de officio,* vbi Odofred. Alber. & Baldus *ff. de recept. arbitr.* Gloſs. *in cap. examinata, verſ. iuris, in fin. ff. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rota *deciſ.515. nu.1. par.1. recent.* Bichius *deciſ.44. num.16.* Buratt. *deciſ.14. num. 2.*

Et propterea bene poteſt vni viæ re-
22 nunciare, quod non poteſt facere Executor, qui habet authoritatem à publico, Felyn. *in d. cap. dudum, num. 34.* Argel. *de legitim. contradict. d. qu.3. art.1. num.2. verſ. ſequitur Felyn. ad fin.*

Secundò non obſtat, quod taciti, & expreſſi ſit eadem virtus, & proinde ſicut ſi executor expreſsè declararet, ſe velle iudicialiter procedere, non poſſet Inconſtans ad extraiudicialem viam redire, ita etiam ſi tacitè hoc declaret per aggreſſionem viæ iudicialis, quia non ſemper ta-
23 citi, & expreſſi eadem eſt virtus, quando enim tractatur de annullando actum, non parificantur tacitum, & expreſſum, Alex. *conſ.59. num.15. lib.3.* Rim. iun. *conſ.164. num.15. lib.2.* Barboſ. *axiom.218. num.4.*

Tertiò non obſtat, quod qui cępit agere via ordinaria, non poſſit redire ad executiuam, quæ ei competebat; quia in hac materia aduertendum eſt, aliud eſſe in Parte, aliud in Iudice, nam Iudex *vt ſupra* dixi, non poteſt renunciare publicæ authoritati, quàm habet; Pars verò omninò renunciare poteſt, nimirum ſi agendo via ordinaria cenſeatur renunciaſſe viæ exe-
25 cutiuæ, ad quam redire nequit, ſic Argel. *de legitim. contradict. dicta quæſt.3. art.1. num.35.* vbi *num.36.* addit Partem in iudi-
26 cio quaſi contrahere, merito à quaſi contractu recedere nequit, *l. ſicut C. de act. & oblig.* Non ſic Executor, vel Iudex, quia cum quaſi non contrahat, remanet in ſua libertate, & hanc diſtinctionem Partis, & Iudicis videtur approbare, Rota *in citat. deciſ.400. num.9. par.4. tom.2. recent.*

Ad quartum dic, non alterari naturam Rei, quia per actus iudiciales factos ab Executore non alteratur eius poteſtas redenndi ad viam extraiudicialem, cum eadem poteſtas in ſuo robore maneat, *vt ſupra* dictũ eſt, dum ei nõ poteſt renunciare.

Cum eadem diſtinctione Partis, & Iudicis, vel Executoris tollitur, quintum obiectum, nam ſi Iudex citat, poteſt quidam Inconſtans viam mutare, nec expectato, vel audito citato ad executionem procedere; ſi verò Pars citat non poteſt Iudicem inducere, vt citatum non expe-
27 ctet, eum non audiat, & ad viam extraiudicialem reuertatur, erit enim legitimus Contradictor quo ad Partem, ſecus quo ad Iudicem, Argel. *loco citato num.34.*

Sextò non obſtat, quia quoad Executorem proceſſus iudicialis, & extraiudicialis non ſunt inter ſe contrarij, ſed benè
28 compatiuntur, cum actus ſint ſeparati, vt benè ex Felyn. & Bald. dicit Rot. *dicta deciſ.400. num.7.*

Auctoritates denique Gonzal. & Rotæ *coram Greg. XV.* non obſtant, quia Gonzal. ſupponit, Executorem partes Iudicis expreſsè voluiſſe aſſumere, quod Nos non negamus; Rota verò coram Greg. non bene interpretatur à Salgado, non enim ſequitur, Executor admiſit articulos, er-

go ſe taliter fecit mixtum Executorem, vt à via iudiciaria recedere nequeat, quia, vt ſæpius dictum fuit, hæc admiſſio articulorum ſicut alij actus iudiciales, vel tanquam ex abundanti facti non tollunt in Executore Inconſtantiam, vel tanquam contrarij eius poteſtati, cui renunciare tacitè nequit, illam ab eo non tollunt, & ſecundum ſupradictam diſtinctionem intelligendæ ſunt duæ Deciſ. altera ſcilicet *coram* Durano *impreſſa in rec. dec. 350. n. 6.* & vltima *coram Dunozetto iun. dec. 731. n. 36.*

Vides igitur, quam futilibus rationibus Salgad. à communi, & vera opinione recedat.

29 Non reijcio tamen duas, quas ipſe affert limitationes *loco cit. num. 134. & 135.* Vt ſcilicet Executor, qui extraiudicialiter proceſſit primò, poſſit demum Inconſtans

30 ad viam iudicialem ſe transferre, quia ſeruans ordinem iudicialem nocere non poteſt, Innoc. *in cap. innotuit, prima column. de iudicijs.*

Secundò, vt detur etiam in caſu ſuo Inconſtantia, quando in commiſſione, lege, compromiſſo, vel alia diſpoſitione eſt appoſita clauſula, quod poſſit Iudex, vel Executor procedere extraiudicialiter, & iudicialiter ſimul, & electa vna via, ad aliam redire poſſit ex doctrina Baldi *in l. 3. ff. de milit. teſt.* & Baptiſtæ à S. Blaſio *in dicto tract. quæſt. 4. à princ.*

QVÆSTIO VIII.

ARGVMENTVM.

An ille, qui vigore pacti poteſt auctoritate propria ingredi, & capere poſſeſſionem, ſi citata Parte adeat Iudicem, & ab eo petat licentiam capiendi poſſeſſionem, poſſit inconſtans ad viam extraiudicialem redire.

SVMMARIVM.

1 *Facultatem habens capiendi poſſeſſionem propria auctoritate quatenus adeat Iudicem citata parte non poteſt Inconſtans ad viam extraiudicialem redire, & de ratione, nu. 2.*

2 *Quid ſi adeundo Iudicem reſeruauit ſibi facultatem quam habebat ingrediendo poſſeſſionem auctoritate propria, & num. 4.*

5 *Quid de reſeruatione generali, & proteſtatione,* ſine præiudicio ſuorum iurium.

6 *Et an ab hac proteſtatione cenſeatur receſſum per conteſtationem litis.*

7 *Quid ſi Iudex adeatur ſolum pro obtinenda aſſociatione familiæ ad euitanda ſcandala.*

8 *Aſſociationem petens, non dicitur renunciare facultati capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

9 *Petens executionem inſtrumenti, dicitur renunciare facultati capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

10 *Quid ſtante obligatione Camerali.*

11 *Obligatio Cameralis tribuit facultatem intentandi plures vias, ita vt vna intentata non cenſeatur alteri renunciatum.*

12 *Via vna non eſt alteri præiudicialis, vbi agitur virtute obligationis Cameralis.*

13 *Debitore reſiſtente, an & quando poſſit creditor vti facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

14 *Quid ſi debitor reſiſtat cum armis, & nu. 16.*

15 *Clauſula conſtituti an, & quando tribuat creditori facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate quamuis debitor reſiſtat.*

1 DIC, illicitam eſſe Inconſtantiam, neque ſic citantem poſſe ad viam extraiudicialem redire, Innocent. *in cap. Bonæ, il ſecondo de poſtul. Prælat.* Bald. *in l. æde, C. locat. & in l. 2. quæſt 10. num. 29. C. de ſeruit. & aqu.* Dec. *conſ. 120. num. 6.* Marant. *de ordin. iudic. 6. par. verſ. Et producuntur ſcripturæ num. 31. & diſput. 6. nu. 3. & 24.* Corbul. de *cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. quæſt. 12. num. 2.* Tiraquell. *de iur. conſtit. par. 1. num. 39.* Neguſ. *de pignor. 4. par. principal. num. 15.* Mantica *de tacit. lib. 11. tit. 5. num. 19. & lib. 22. tit. 22. num. 15.* Amat. *deciſ. Marchiæ 48. num. 10.* Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 9. num. 46.* Fulgin. *de iur. emphyt. de varijs caducit. quæſt. 10. num. 11.* Zac. *de obligat. Camer. quæſt. 14. num. 3. ſecundùm nouam impreſſionem* Carpan. *ad Statutum Mediolan. lib. 1. cap. 155. num. 15.* Argel. *de legitim. contradict. quæſt 3. art. 1. num. 47.* vbi allegat plures Rotæ deciſiones, quibus addo Duran. *deciſ. 255. num. 4.* & nouiſſimè fuit reſolutum *in Romana, ſeu Veliterna Reſtitutionis in integrum 25. Iunij 1646. & 17. Decembris eiuſdem anni coram bo. mem. Bichio, inter eius impreſſas deciſ. 262. num. 5. & 281. nu. 7.* Greg. XV. *deciſ. 105. num. 13.* & ibi addent. *litt. B,* Rota *deciſ. 203. nu. 13. par. 10. recent.*

2 Non enim eſt in poteſtate illius, qui citauit, iudicium cæptum euertere, & ludibrio reddere, Bald. *in d. l. 2. & in dicta l. æde num. 13.* Angel. *in repet. legis Nemo*

Digitized by Google

carcerem, poſt med. verſ. Item an poſſit capi, C. de exact. tribut. lib. 10. Aretin. in l. Clam poſſidere, §. Qui ad nundinas num. 3. ff. de acquir. poſſeſs. Ruin. conſ. 127. num. 12. lib. 5. Mantic. de tacit. loco citato num. 19. cum alijs per Corbul. loco citato num. 2. & per Rotam in dicta deciſ. Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum, 17. Decembris 1646. coram Bichio.

Fallit primò hæc concluſio, ſi quis adit Iudicem, citandonè partem, ſed reſeruat
3 ſibi facultatem, quam habet ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, Alex. conſ. 130. num 16. lib. 4. Neguſ. d. par. 4. num. 26. qui dicit, cautum debere eſſe creditorem, qui vult adire Iudicem, vt hac proteſtatione vtatur, Mant. loco cit. nu. 26. Tiraquell. d. tract. par. 1. num. 41. Corbul. loco citato num. 7. Dec. conſ. 460. num. 7. Fulgin. dicta quæſt. 10. nu. 12. & fuit dictum in Piſana domus 13. Ianuarij 1589. coram Orano, vt per Addent. ad dictam deciſ. Gregor. XV. 105. littera B, & in citata deciſ. Romana reſtitutionis in integrum coram Bichio.

4 Quamuis contrarium teneat Decius d. conſ. 460. & allegat. ab Vrſillo ad dec. 326. Afflict. & Carpan. loco cit. num. 16.

5 Sufficeretque reſeruatio etiam generaliter concepta, hoc eſt, ſi adeat Iudicem ſine præiudicio iurium ſuorum, Alciatus in cap. 1. num. 30. de offic. Ordinar. Corbul. loco citato num. 2. Mantica dicto lib. 22. titulo 22. num. 17. Fulgin. dicta quæſt. 10. num. 12. in fine.

6 A qua proteſtatione non cenſebitur receſſum per litis conteſtationem, vt benè reiectis contrarijs voluit Mantica dicto tit. 22. num. 18. Addent. ad Gregor. dicta deciſ. 105. litt. B, Vrſil. ad Afflict. dicta deciſ. 26. Corbul. loco citato num. 2. Zac. loco citato num. 5. in fine, Fulgin. d. quæſt. 10. num. 12.

7 Secundò, fallit ſi ſolùm aditus fuit Iudex pro obtinenda aſſociatione familiæ ad euitanda ſcandala, Surdus conſ. 221. num. 45. Mantica d. tit. 22. num. 17. Fulgin. dicta quæſt. 10. num. 13. Seraph. deciſ. 1003. num. 1. Addent. ad Greg. XV. vbi ſupra, Zac. loco citato num. 6. Rota dicta deciſ. Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram Bichio, vbi ex
8 mente Cencij dicit, cautum debere eſſe creditorem, vt petat à Iudice, vt ipſum inducat, & immittat in poſſeſſionem, nec
9 petat executionem inſtrumenti, ſed ſimpliciter aſſociationem, & obtineat ſimplex mandatum de aſſociando, quod & voluit Mantica deciſ. 33. num. 16. & 17.

10 Tertiò, fallit ſtante obligatione Camerali, quæ dat facultatem intentandi plures vias, itaut vna intentata, non cenſeatur alteri renunciatum, nec vna via poteſt dici præiudicialis alteri, nec contraria, vt benè
11 Rota in Romana cenſus 31. Martij 1634. coram bonæ memoriæ Merlino deciſ. 163. poſt Zac. de oblig. Camer. ſecundum nouam impreſſionem num 3. ibi vel ſi adiuerit Iudicem pro
12 habenda ſatisfactione adhuc poteſt vti propria auctoritate ſibi competente, Zac. loco cit. num. 4. Vrſil. ad Afflictum. d. deciſ. 326. num. 2.

Si autem debitor Inconſtans illicitè recedit à pacto, l. pignoris, C. de pignor. de quo Mantica d. lib. 22. tit. 22. num. 7. & creditori
13 capere volenti poſſeſſionem propria auctoritate vigore pacti prædicti, procax reſiſtat, non poterit creditor vti pacto prędicto, Ripa, & per eum relati in cap. Sæpe num. 84. de reſtitut. ſpoliat. & in l. Centurio num. 33. de vulg. & pupill. Bart. & alij relati à Menoch. de recuper. poſſeſs. remedio 9. num. 209. Tiraquell. loco citato num. 37. idem Menoch. de adipiſcen. remed. 5. nu. 86. Corbul. loco citato num. 1. & quæſt. 13. nu. 1. Farinac. quæſt. 175. num. 228. Mantic. dicto lib. 11. titulo 5. num. 6. & tit. 22. num. 7. Clar. §. Emphyteuſis quæſt. 11.

Multò magis ſi reſiſtat debitor Inconſtans cum armis, itaut creditor ingredi
14 poſſeſſionem non poſſit abſque ſcandalo, Angel. in l. extat num. 6. in fine, ff. quod met. cauſ. Bald. in l. 3. 2. lect. num. 18. C. de pignor. Neguſ. loco citato num. 14. Farinac. loco citato num. 232. Fulgin. de iur. emphyt. dicta quæſt. 10. num. 28. Caualc. deciſ. 36. num. 347. par. 2.

Si verò reſiſtentia eſſet verbalis tantùm, vel etiam facti, ſed ſine armis, & nullum haberet delictum admixtum poterit creditor vti pacto prædicto, Neguſ. loco citato num. 14. Menoch. adipiſcen. dicto remed. 5. num. 80. Tiraquellus loco citato num. 37. Farinacc. num. 233. & 237.

Contrarium tamen, etiam ſi reſiſtentia ſit leuis, & ſine armis, etiam quod non habeat aliquod delictum admixtum, voluit Menoch d. remed. 5. num. 47. vbi reprobat Salicet. & Neguſ. contrarium tenentes, & dicit ab opinione Bartoli in l. 3. C. de pignor. non eſſe recedendum.

15 Si verò vltra pactum prædictum adeſſet in Inſtrumento conſtituti clauſula, quod creditor poſſet vti pacto etiam contra debitorem vi reſiſtentem, attendenda tunc non eſſet Inconſtantia debitoris, Bartolus in d. l. 3. num. 19. artic. 25. & ibi Alexander littera D, Tiraquell. pluribus relatis loco citato, num. 37. Neguſ. dictis par. 4. num. 14. & nu. 20. 8. concluſ. Menoc. d. remed. 5. num. 81. Corbul. d. quæſt. 13. num. 1. Farinaccius loco citato num. 234. Fulgin. de iur. emphyteut. de varijs caducit. quæſt. 10. num. 25. Mantica loco citato nu. 8. qui tamen dupliciter declarat primò ſi ſtatim creditor, qui videt debitorem in-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

conſtantem per vim ingreditur, ſecus ſi ex interuallo, quod idem volnit Menoch. *d. remcd.* 5. *num.* 84. Clar. §. *emphyteuſis quæſt.* 25.

Secundò, ſi creditor ingrediatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſecus ſi
16 vellet ita ingredi, vt inde ſcandalum oriri
poſſit, Farinacc. *loco citato num.* 236. & *num.* 279. Carpan. *loco citato num.* 21. & cæteri *ſupracitati*, Fulgin. *de iur. emphyteut. d. quæſt.* 10. *num.* 27.

Tutius ergo eſt, quando creditor inuenit debitorem inconſtantem, & manu armata reſiſtentem, vel de hoc dubitat, vt adeat Indicem, illiuſque officinm imploret, vt det ſibi mannm militarem ad effectum repellendi reſiſtentem ſecundum Bartol. *in dicta l. 3. 2. lect. num.* 28. *C. de pignor.* Farinacc. *num.* 239.

QVÆSTIO IX.

ARGVMENTVM.

An in Procuratoribus licita, vel illicita ſit inconſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, & Inconſtantia datur in contractu mandati.*

2 *Procuratoris officium nemo inuitus cogitur ſuſcipere.*

3 *Neque ex parte Rei, neque ex parte Actoris.*

4 *Procuratores ſoliti exercere, publicè conſtituti, & matriculati cogi poſſunt ad ſuſcipiendum mandatum.*

5 *Quid ſi iuſtam afferant excuſationis cauſam.*

6 *Procuratores publici non benè æquiparantur publicis ſeruis.*

7 *Procuratoris officium etiam inuitus acceptare cogitur pro defenſione Reipublicæ, vel Fiſci.*

8 *Procurator mandatum, quod ſuſcepit, cogitur executioni demandare.*

9 *Aliàs tenetur ad damna, & intereſſe.*

10 *Procurator negligens executionem ſuſcepti mandati, dicitur violare fidem, & amicitiam.*

11 *Fides, & amicitia ſunt duo res ſanctæ.*

12 *Amicitiam diſſoluere, & fallere eſt hominis perditiſſimi.*

13 *Mandatum ad lites ſuſcipiens non poteſt Inconſtans pœnitere, & illud repudiare, ſed tenetur litem vſque ad finem peragere.*

14 *Procurator ſimpliciter acceptans mandatum, non poteſt illi renunciare.*

15 *Procurator, qui priùs recuſauerat, & deinde pœnitens, mandatum acceptauit re integra, non poteſt illi renunciare.*

16 *Mandatum ſemel recuſans, an, & quando poſſit deinde inconſtans illud ſuſcipere, & num.* 23.

17 *Acceptari non poteſt quod ſemel fuit recuſatum.*

18 *Conſenſus ſimultaneus requiritur ad perfectionem contractus.*

19 *Interuallum vnius diei inter præſtationem conſenſus vtriuſque partis vitiat ſtipulationem.*

20 *Contractum pœnitens acceptare non poteſt, qui ſemel contrahere recuſauit ſine nouo conſenſu alterius partis.*

21 *Emptor non poteſt acceptare venditionem altera die ſi venditorem interim pœnitui:.*

22 *Iuramentum oblatum, qui recuſauit ſubire, non poteſt Inconſtans illud acceptare, niſi denuo pars conſentiat.*

24 *Voluntas non præſumitur mutata.*

25 *Renuncians diſpenſationi, quam obtinuit, adhuc poteſt deinde ea vti quatenus concedens in eadem perſiſtat voluntate.*

26 *Electus, qui electioni renunciauit, poteſt pœnitere, & eam acceptare adhuc perſiſtentibus Electoribus in priori voluntate.*

27 *Iudex delegatus, & Arbiter, qui delegationem, ſeu arbitrium repudiarunt, quando poſſit à repudiatione recedere.*

28 *Creditor conſentiens venditioni pignoris, an, & quando poſſit à conſenſu recedere ad ſeruandam eius hypothecam.*

29 *Procurator, qui cæpit agere non poteſt amplius mandatum repudiare.*

30 *Maximè ſi lis ſit conteſtata.*

31 *Procurator defuncti poteſt ab hæredibus cogi ad pertractandam eandem litem.*

32 *Procurator cogitur proſequi cauſam vſque ad litis conteſtationem, quando actio eſt tempore peritura.*

33 *Procurator tenetur proſequi cauſam per ſeipſum non autem per Subſtitutum.*

34 *Maximè vbi eſſet electa induſtria perſonæ, & num.* 59.

35 *Procurator in cauſa criminali non poteſt ſubſtituere.*

36 *Procurator in rem ſuam poteſt ſubſtituere.*

37 *Procurator* cum libera *poteſt ſubſtituere.*

37 *Mandatum habens à lege poteſt ſubſtituere.*

39 *Prælatus poteſt ſubſtituere Procuratorem pro defenſione bonorum eius Eccleſiæ.*

40 *Pater poteſt conſtituere Procuratorem pro defenſione bonorum filij, in quibus habet vſumfructum.*

41 *Procurator, de quo dubitatur, an ſit talis, poteſt ad hunc articulum diſputandum alterum ſubſtituere.*

42 *Procurator habens facultatem ſubſtituendi, poteſt ſubſtituere.*

43 *Subſtituendi Procuratoris facultas debet eſſe ſpecialis.*

44 *Subſtituendi mentio appoſita in ſolis narratiuis non importat ſufficientem facultatem ſubſtituendi.*

45 *Promiſſio de relenando indemnem tam Procuratorem, quam ſubſtitutum non importat facultatem ſubſtituendi.*

46 *Subſtitutio Procuratoris debet eſſe expreſſa, non enim ſufficit tacita.*

47 *Traditio iurium non ſufficit ad probandam ſubſtitutionem Procuratoris.*

48 *Procurator Dominus litis effectus poteſt ſubſtituere etiamſi non habeat talem facultatem, & num. 52. & num. 58. vbi de ratione.*

49 *Procurator an, & quando efficiatur Dominus litis per illius conteſtationem.*

50 *Procurator quando efficiatur Dominus litis, & num. 57.*

51 *Procurator conſtitutus ad excipiendum poteſt ſubſtituere.*

52 *Lis non conteſtatur ſuper exceptione.*

53 *Procurator, qui dedit cautionem de ſoluendo iudicatum an, & in quibus cauſis poſſit ſubſtituere.*

54 *Satiſdatio de ſoluendo iudicatum præſtita per Procuratorem tantum valet, quantum litis conteſtatio.*

55 *In cauſis criminalibus, & beneficialibus non poteſt fieri executio ſuper bonis Procuratoris, nec Procurator admittitur ad cauendum de ſoluendo iudicatum.*

56 *Procurator conſtitutus poſt litem conteſtatam an poſſit ſubſtituere.*

57 *Procurator effectus Dominus litis poteſt tanquam talis condemnari.*

CVM iudicium incipere poſſit à citatione Procuratoris, Doctores *in l. eum, qui, C. de Procurat.* videndum eſt, an in Procuratoribus licita, vel illicita ſit Inconſtantia?

1 In contractu enim mandati dari pœnitentiam, & Inconſtantiam patet *ex* §. *mandatum inſtitut. mandat.* & ibi *Inſtitutiſta*, Et quod attinet ad Inconſtantiam in Procuratore conſtituto.

2 Dic, quod licèt nemo inuitus cogatur officium Procuratoris in ſe ſuſcipere, *l. inuitus 17. C. de Procurat. l. filiusfamilias*, §. *Iuuenis*, *ff. eodem l. inuitus 19. ff de reg. iur.* & ibi Dec. & Cagnol. Rot. *deciſ. 26. aliàs 373. de Procurat in nou.* Verall. *deciſ. 319. num. 2. par. 1.* Coler. *deciſ. 139. num. 3.* Bellon. *deciſ. Genua 140. num. 2.* Io. Gargias *reg. 19. num. 6.* Cuiacius, Græueus, Donellus, & alij citati ab Auguſtino Barboſa *in d. l. inuitus num. 2. verſ. Hanc eandem concluſ. C. de Procurat.* quibus addo Surd. *conſ. 433. num. 3.* Sola *ad Conſtitut. Saband. de offic. Aduocat. gloſ. 10. in princip.* Martin. Mager. *de Aduocat. armat. cap. 11. de officio Protect. num. 411. & 412.* Molin. *de contract. to. 2. diſp. 552. num. 5.*

3 Neque ex parte Rei. neque ex parte Actoris, Schrader. *de feud. par. 10. ſect. 18. num. 115.* Græueus ad Gaill. *obſeruat. 43. conſider. 1. num. 17.*

Niſi eſſemus in Procuratoribus ſolitis
exercere, & publicè conſtitutis, & matri-
4 culatis, qui cogi poterunt ad mandatum
ſuſcipiendum, vt per Fulgoſ. & Alex. *ad*
dictam l. inuitus, C. de Procurat. Dec. *nu. 3.*
Cagnol. *n. 1. & in l. inuitus*, Io. Ferrar. Mont.
verſ. Sic itaque, ff. de regul. iur. nouiſſimè
Golin. *de Procurat. par. 1. cap. 5. num. 74.*
5 niſi iuſtam afferant excuſationis cauſam,
Faber. *in Codice lib. 2. tit. 1. de iudic. difin. 29.*
num. 3. verſ. Nam cum hi publicum, vbi di-
6 cit non ſatis benè æquiparari ſeruis publi-
cis, de quibus *in l. 2. ff. rem pupill. ſal-*
uam, &c.

7 Vel niſi tractaretur de defendenda Republica, vel Fiſco, quia tunc inuitus quis cogitur officium Procuratoris acceptare, vt ex Cardoſio *in praxi Iudicum, & Aduocatorum verb. Procurator num. 168.* voluit Barboſa *in d. l. inuitus, num 4.*

8 Suſceptum tamen mandatum cogitur, Procurator executioni demandare, nec inconſtans eſſe poteſt circa illud Accurſius *in d. l. inuitus, in verb. nec eandem, C. de Procurat.* Ruin. *conſ. 44. volum. 1.* Pariſ. *conſil. 91. num. 10. volum. 1.* Strac. *de mercat. tit. de mandat. num. 51.* Rota Genuen. *deciſ. 9. num. 5. & 6. & deciſ. 68. num. 5.* Surdus *deciſ. 304. num. 5.* Maſtrill. *deciſ. 177. num. 12. part. 2.* Duager. *d. cap. 11. num. 417.* Rota *d. deciſ. 26. aliàs 373. de Procurat. in nou.* Molin. *de contract. tract. 2. diſput. 549. nu. 4.* Rota *deciſ. 348. num. 5. par. 4. tom. 2. & deciſ. 392. num. 12. par. 5. recent.*

9 Alias tenetur ad damna, & intereſſe, *l. itemque* §. *ſi verò, ff. mandat.* Pariſ. & Rota Genuen. *loco cit.* Surd. *d. deciſ. nu. 4. & 5. & conſ. 365. num. 1.* Molin. *loco cit. num. 4.* Rot. *d. deciſ. 348. num. 4. par. 4. & deciſ. 331. nu. 25. par. 5. recent.* Ciriac. *controuerſ. 165. num. 1.* Golin. *loco cit. nu. 81.* Dunozet. iun. *deciſ. 506. num. 6.*

10 Mandatum enim ſuſceptum negligens
amicitiam, & fidem, duas res ſanctas
11 violare dicitur, Mantica *de tacit. lib. 3.*
cap. 1. num. 12. Golin. *loco cit. num. 83.* Per-
12 ditiſſimi enim hominis eſt ſimul & ami-
citiam diſſoluere, & fallere eum, qui læ-
ſus non eſſet, niſi crediſſet Cicero *in*
Oratione pro Sexto Roſcio Amerino, Mantic.
loco citato.

13 Hinc primò infertur, qui mandatum ad lites ſuſcipit, non poteſt Inconſtans

pœnitere mandatum repudiando, ſed te-
netur litem vſque ad finem peragere, *c.* 1.
cap. is qui, cap. ſi duo, cap. licet de Procurat. in
6. Clem. 1. *eod. tit.* Gaill. *d. obſer.* 46. *nu.* 3.
Rebell. *de oblig. inſt. lib.* 17. *qu. vnica n.* 5. *verſ.*
ſexta, Rota *d. deciſ.* 26. *de Procur. in nou.*
14 Quod eo magis habet locum, ſi Pro-
curator mandatum ſimpliciter acceptaſ-
ſet, quia ei renunciare non poteſt *dicta*
Clem. 1. *de Procurat. l. ſi mandauero,* §. *fin.*
ff. mandat. Golin. *loco cit. num.* 76.

Secundò habet locum, etiam quod
prius Procurator recuſaſſet recipere man-
15 datum, demum pœnitentia ductus re in-
tegra illud acceptaſſet expreſsè Gloſsa
d. Clem. verb. receptis.
16 Licet enim qui ſemel recuſauit accep-
tare mandatum, non poſſit Inconſtans il-
lud ſuſcipere, Gloſs. *in d. cap. licet, in ver-
bo quamdiu de Procurat. in* 6. vbi Franc. *in
princ. num.* 2. Monac. *num.* 3. Gratian. *di-
ſcept.* 92. *num.* 32. Regulare eſt enim, quod
17 ſemel recuſatum non poteſt acceptari,
Caſtrenſ. *in l. bonæ, ff. rem rat. hab.* quia ad
18 perfectionem contractus requiritur con-
ſenſus ſimultaneus, *l.* 1. §. *adeo autem, ff. de*
19 *pact.* itàut interuallum vnius diei viriet
ſtipulationem, *l. ſi ex duobus* 12. *in princ. de
duob. reis,* Iaſon *in l.* 1. § *qui præſens, num.* 9.
de verb. oblig. Crauet. poſt Angel. *conſ.* 106.
in fin. vbi ex hoc concludit, eum, qui ſe-
20 mel contrahere recuſauit nòn poſſe du-
ctum pœnitentia, & Inconſtantem accep-
tare contractum, niſi nouus conſenſus
Aduerſarij adhibeatur, quemadmodum
nec Emptor poterit acceptare venditio-
21 nem altera die, ſi venditorem pœniteat,
vt notant Doctores *in d.* §. *qui præſent.*

Sicuti nec etiam, qui recuſauit ſubire
iuramentum oblatum, poterit Inconſtans
22 illud acceptare, & iurare niſi denuo præ-
ſtetur conſenſus per eum, qui iuramen-
tum obtulit, *l. non erit,* §. *fin. & l. ſeq. de
iure iurando.*

Hoc tamen non procedit, ſi poſt recu-
ſationem mandatarij mandans in eadem
23 voluntate perſiſtat, Alex. *conſ.* 189. *in fin.
lib.* 7. vbi ſubdit, quod in dubio non præ-
24 ſumitur mutata voluntas, Prob. ad Mo-
nac. *d. cap. licet is, num.* 2. Grat. *dicta diſce-
ptat.* 92. *num.* 42. *verſ. contrarium,* Coſta *de
re integra, diſtin.* 87. *num.* 4. Sanchez *de ma-
trim. lib.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 8. facit Textus *in
cap. ſi tibi abſenti,* & ibi Gloſsa *de præbend.
in* 6. idem Sanchez *lib.* 8. *diſput.* 32. *num.* 2.
eod. tract. de matrim. vbi per Textum *in dicto
cap. licet is* tenet, quod impetrans diſpen-
25 ſationem ſi Inconſtans illi renunciet, po-
teſt nihilominus iterata Inconſtantia illa
vti, ſi concedens in eadem perſtiterit vo-
luntate.
26 Et Doctores *in dicto cap. licet* inferunt,
electum renunciantem conſentire ele-
ctioni poſſe mutata voluntate illam ac-
ceptare, electoribus in priori voluntate
perſiſtentibus, quod de Iudice delegato,
27 & arbitro, qui ſemel arbitrium, & de-
legationem repudiarunt, docent ibidem
Gloſsa, & Doctores, Sanchez *d. diſp.* 32.
num. 2.
28 Ad quod etiam facit Textus *in l. licet,*
§. *Si voluntate, ff. quib. mod. pignus,* vbi cre-
ditor, ex cuius conſenſu pignus venditum
eſt, cenſetur remittere ius pignoris, ſi ta-
men iam venierit, ante venditionem verò
poſse Inconſtantem mutare voluntatem,
quod approbat Sanchez *loco cit.*
29 Tertiò habet locum multò magis hæc
regula, ſi Procurator cepit agere Gloſſa
in d. Clemen. 1. *in verb. cogi, verſ. eſt & alter
caſus,* & ibi Zabarell. *num.* 20. *ad fin.*
30 Maximè verò ſi Procurator litem ſit
conteſtatus vtroque enim caſu res deſinit
eſſe integra, Gaill. *d. obſeru.* 46. *num.* 3.

Quarto habet locum etiam mortuo
mandante, ſi filij, vel alij hæredes ſuper-
31 ſint, nam, qui Procurator defuncti fuit,
filij, & alterius hæredis cuiuſcunque Pro-
curator eſſe cogi poterit in ea ipſa lite
pertractanda, quia eadem lis manet, ea-
demque inſtantia, *l. hæres abſens* 19. *l. ſi is,
qui Romæ* 34. *ff. de iudic.* optimè Faber *in*
ſuo Codice *lib.* 2. *tit.* 8. *de Procurat. diffin.* 18.
32 In actione autem tempore peritura
cogetur Procurator proſequi cauſam ſal-
tem vſque ad litis conteſtationem, *l. Mu-
tus,* §. *fin. ff. de Procurat.* Gloſs. *in d. Clem.* 1.
dicto verbo cogi, verſ. Alius caſus eſt, & ibi
Franc. *num.* 51.
33 In tantum verò illicita eſt in Procu-
ratore Inconſtantia, vt per ſe ipſum,
non autem per ſubſtitutum cauſam pro-
ſequi teneatur, *leg. ſi Procuratorem,* §. *Si
quis mandauerit, ff. mandat. leg. quod quis,
C. de Procurat.* & vtrobique Bart. & *l. vlti-
ma num.* 2. *ff. de diuerſ. & temp. præſcript.*
Gaill. *lib.* 1. *obſeruat.* 74. *num.* 11. Menoch.
præſumpt. 38. *lib.* 2. *num.* 1. Grat. *deciſ.* 106.
Marchiæ num. 10. Trentacinq. *variar. lib.* 2.
reſolut. 3. *in princip. de Procurat.* Marant.
in prax. par. 4. *diſtinct.* 16. *num.* 21. & 28.
Vant. *de nullit. ex defect. mandat. num.* 109.
Paz. *in prax. tom.* 1. *annot.* 4. *num.* 5. & 6.
Barboſa Pater *in remiſs. ad ordinat. Luſitan.
lib.* 1. *tit.* 48. §. 28. *num.* 2. Barboſa Filius
in cap. 1. *de Procurat in* 6. *num.* 8. Quod eò
34 magis procederet, ſi eſſet electa induſtria
perſonæ, vt ſi mandatum datum eſſet ad
cauſam criminalem, in qua Procurator
35 ſubſtituere non poteſt, Iaſon. *in dicta l.
Quod quis in fin. C. de Procurat.* Menoch.
d. præſumpt. 38. *num.* 3. *lib.* 3.
36 Poterit tamen Procurator ſubſtituere,
primò ſi conſtitutus eſt Procurator in rem
ſuam, *cap.* 1. *de Procurat. in* 6. Iaſon. *d. l.
Quod quis num.* 1. *verſ.* 2. *Fallit, C. eodem*

Gaill.

Digitized by Google

Gaill. *d. obſeruat.* 74. *nu.* 11. Carauit. *Rit.* 107.
Lancell. *inſtit. canon. lib. 3. tit. de Procurat.*
§. *Sed & illud*, Trentacinq. *d. reſolut.* 3. *n.* 3.
Ridolphin. *in praxi, par.* 1. *cap.* 3. *num.* 56.

37 Secundò, Si mandatum habeat cum li-
bera, Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de bon. matern.*
Trentacinq. *loco cit. num.* 18.

38 Tertiò, Si habet mandatum à lege, vt-
potè Prelatus, & Pater, nam ratione vſuſ-
39 fructus, & emolumenti, quod habent in
bonis Eccleſiæ, vel filij poterunt ſubſti-
40 tuere, vt probat latè Trentacinq. *d. reſo-
lut.* 3. *num.* 15. & 16.

41 Quartò, ſi Procurator datus dubitetur,
an ſit Procurator, quia ad iſtum articu-
lum poterit ſubſtituere, Gloſs. *fin. in l. li-
cet*, & ibi Bald. *C. de Procur.* Bald. Salycet.
& Iaſon. *in dicta l. quod quis Specul. de Procu-
rat.* §. *Ratione autem formę, verſ. Porrò*, Tren-
tacinq. *loco citato, nu.* 14. Ridolphin. *dicto
cap.* 3. *num.* 57.

42 Quintò, poterit ſubſtituere, ſi faculta-
tem habeat ſubſtituendi, *cap.* 1. *de Procu-
rat. in* 6. Bart. *in l,* 2. *ff. de Procur.* Iaſon *in
d. l. quod quis, num.* 2. Specul. *loco cit.* §. *Ra-
tione igitur, num.* 25. Marant. *d. part.* 4. *di-
ſtinct.* 16. *nu.* 13. Lancell. *d.* §. *Sed, & illud*,
Surd. *deciſ.* 195. *num.* 9. Rota *deciſ.* 346. *in
antiq.* Ridolphin. *in praxi d. cap.* 3. *num.* 48.

43 Ad hunc autem effectum requiritur
facultas, ſiue mandatum ſpeciale, *leg. ab
executione*, §. *Si Procurator, ff. de appellat.
l. quodquis, C. de Procurat. cap.* 1. *eodem tit.
in* 6. Roman. *ſingul.* 277. Surd. *d. deciſ.* 195.
num. 9. Graſſius *de Sub. Procurat. verſic.
Cum poteſtate ſubſtituendi, num.* 1. Mozz. *de
contract. tit. de mandat. ordin.* 4. *num.* 11. *&
ſub num.* 51. *caſ.* 77. Berou. *conſ.* 23. *num.* 14.
lib. 3. Caſſan. *conſuet. Burgund. rubr.* 4. §. 5.
*verſ. Sans procuration, verſ. Aduerte quod po-
44 teſtas ſubſtit.* vbi quod non ſufficit, quod
de poteſtate ſubſtituendi fiat mentio in
narratiuis, niſi fiat in diſpoſitiuis.

Et propterea non cenſeri datam facul-
tatem ſubſtituendi, etiamquod promitta-
45 tur releuare indemnem, tam Procurato-
rem, quàm ſubſtituendum ab eo, voluit
Rot. *deciſ.* 23. *de Procurat. in antiq. & deciſ.* 1.
in antiq. & deciſ. 1. *in antiquior. per Biſignet.*
Roman. *ſingul.* 214. Gemin. *in cap.* 1. §. *Li-
cet, col.* 2. *num.* 5. *de Procur. in* 6. Bellamer.
deciſ. 8. cum alijs per Gratian. *d. deciſ.* 16.
num. 14. Crauet. *conſ.* 186. *num.* 3. & latius,
conſ. 920. *num.* 5. & 942. *num.* 26. & 966.
num. 12. Surd. *d. deciſ.* 195. *num.* 9. Menoch.
conſ. 175. *nu.* 12. idem Gratian. *diſcept.* 201.
num. 89.

46 Quemadmodum requiritur, quod qui
habet facultatem ſubſtituendi, expreſsè
47 ſubſtituat, non tacitè, vtpura per iurium
traditionem, Rota *deciſ.* 38. *in fin. de Pro-
cur. in nou. & deciſ.* 211. *num.* 4. *par.* 2. *in rec.*
Vbert. *de citat. cap.* 9. *num.* 353.

48 Sextò, ſubſtituere poterit poſt litem
conteſtatam, etiamquod non habeat ex-
preſſam ſubſtituendi facultatem, non
enim tunc ſubſtitutionem facit vigore
mandati, ſed quia effectus eſt dominus li-
tis, *cap. is, qui de Procur. in* 6. *l. quod quis,
C. de Procurat. l. nulla, C. eod.* Boerius *de-
ciſ.* 287. *num.* 1. Petrus Barboſa *ad l. cum Præ-
tor* 12. §. 1. *nu.* 104. *ff. de iudic.* Trentacinq.
dicta reſolut. 3. *num.* 21. plures adducit Bo-
rell. *in ſumma, deciſ. tit. de Procurat.* 66. *nu-
mero* 30. Ridolphin. *d. cap.* 3. *ſub num.* 48.

49 Quod procedit in cauſis, in quibus li-
tis conteſtatio eſt neceſſaria, in alijs au-
tem Procurator intelligitur factus domi-
50 nus litis, cum primùm cœperit tractare
de meritis cauſæ, & negocium principa-
liter diſcutitur, Bart. *in l. ab Executore*,
§. *Si Procurator, num.* 2. *in fin. de Procur. &
in l. nulli in princ.* & ibi Bald. *num.* 3. Ca-
ſtrenſ. *num.* 4. Alex. *num.* 2. qui dicit com-
munem, *C. eod.* & ibid. Iaſon *num.* 2. dicit
hoc ab omnibus ſine diſtinctione eſſe re-
ceptum, Aret. *conſ.* 30. *numero.* 9. Roman.
conſ. 174. *num.* 5. Corn. *conſ.* 89. *num.* 4. *lib.* 1.
Rota *in Romana Rationis Bancariæ* 21. *Maij*
1594. *coram Orano*, per Marcheſ. *de com-
miſs. par.* 3. *fol.* 44. Pænia *deciſ.* 570. *num.* 5.
Mantic. *deciſ.* 204. *num.* 2. vbi latè diſſerit,
quando Procurator dicatur effectus do-
minus litis. Hoc igitur caſu poterit ſub-
ſtituere, vt volunt citati Doctores, Rota
deciſ. 122. *in addit. in nou.* & alij per Tren-
tacinq. *dicta reſolut.* 3. *num.* 13.

51 Et propterea, ſi conſtituatur Procurator
ſuper exceptione, poterit ſubſtituere, quia
52 lis ſuper ea non conteſtatur, Bald. *in l. ſi
Procuratorem*, §. 1. *ff. mandat.* Alax. & Iaſ.
in d. l. quod quis, Trentacinq. *loco cit. nu.* 19.

53 Sic etiam poterit ſubſtituere, ſi dede-
rit cautionem de iudicatum ſoluendo,
54 quia per eam dicitur effectus dominus li-
tis, *l. Titius, ff. de Procur.* tantum enim va-
let litis conteſtatio, quantum ſatiſdatio
præſtita per Procuratorem, Verall. *deci-
ſion.* 188. & 189. *nu.* 2. *par.* 2. Rot. *deciſ.* 420.
de Procur. in nou. vbi dicitur, hoc habere
locum in cauſis ciuilibus, & prophanis, ſe-
cus in cauſis criminalibus, & beneficiali-
55 bus, in quibus non admittitur talis cautio,
nec poteſt fieri executio in bonis Procu-
ratoris, & propterea ſecundum hanc di-
ſtinctionem intelligendus eſt, Trentacinq.
loco citato num. 20.

56 An autem ſi Procurator conſtitutus ſit
poſt litem conteſtatam poſſit ſubſtituere?
variant Interpretes, nam Gloſs. *in l. nihil*,
& ibi Bald. *n.* 7. Salyc. *in fin.* tenent opinio-
nem affirmatiuam, ibidemque Iaſon dicit
hanc eſſe communem.

Negatiuam verò tenent Gloſs. *in cap.* 1.
§. 1. *verſ. Ab eo de Procur. in* 6. Bart. & An-
gel. *in d. l. nihil Specul. de Procur.* §. 1. *nu.* 24.

& Io: Andr. ibi *in addition.* dicens hodie id eſſe determinatum *in dicto cap.* 1. §. 1. *de Procur. in* 6. & idem ibi tenet Gloſſ. & Archid. & Domin. Alber. *in dicta l. nihil, & in l. nec Tutores, C. eod.* vbi refert, hanc opinionem tenuiſſe Vbertum, & Accurſium Greg. Lopez 3. *partita tit.* 5. *l.* 19. *Gloſſ.* 10. vbi dicit erraſſe Iaſonem, aſſerendo contrariam opinionem eſſe communem, Paz. *in praxi tom.* 1. *annot.* 4. *num.* 6. Ceuall. *comm. contra comm. quæſt.* 330. *num.* 2. Auguſt. Barboſa *ad d. cap.* 1. §. 1. *de Procur. in fin.*

Crederem tamen, poſſe haſce opiniones concordari, vt prior opinio procedat, quando Procurator poſt litem conteſta-
57 tam conſtitutus aliquem actum exercuit, quia per illum actũ efficitur dominus litis,
58 & tanquam talis poteſt condemnari, ergo poterit etiam ſubſtituere, vt optimè ratiocinatur, Salycet. *in d. l. nihil, nu.* 5. *verſic. Quæro cum Gloſſ.* quem ſequitur Carauit. *d. Rit.* 107. *num.* 10. Trentacinq. *dicta reſolut.* 3. *num.* 23. *verſ. Contrarium*, qui tamen dum *num.* 12. declarando principalem concluſionem dicit, quod etiam ante litem conteſtatam, ſi ad aliquem actum proceſſerit, poteſt ſubſtituere per Petrum, & Cynum *in d. l. nihil,* & per Rot. *dec.* 122. *de Procur. in antiq.* quæ tamen in Codice meo eſt *in nou.* male loquitur, non enim intellexit doctrinas non à Rota ibi allegatas, ſed ab Addentibus, illæ enim loquuntur de Procuratore, qui poſt litis conteſtationem fuit conſtitutus, & poſtea interceſſit, non de eo, qui conſtitutus fuit ante litem conteſtatam, & propterea Doctores Addentes benè approbant concordiam à Nobis proximè allatam.

Non tamen poſt litem ab eo conteſtatam poſſet Procurator ſubſtituere, ſi electa eſſet induſtria Perſonæ, Trentacinq. *dicta reſolut.* 3. *num.* 24.

QVÆSTIO X.

ARGVMENTVM.

An Procurator, qui alium ſubſtituit, poſſit inconſtans cauſam reaſſumere.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, qui alium ſubſtituit, non poteſt inconſtans cauſam reaſſumere.*
2 *Procurator habens facultatem ſubſtituendi ſemel tantùm poteſt ſubſtituere.*
3 *Quid ſi data eſſet facultas ſubſtituandi* toties quoties, &c. *& cauſam in ſe reaſſumendi.*
4 *Procurator habens facultatem ſubſtituendi vnum, vel plures, non deſinit eſſe Procurator altero ſubſtituto.*
5 *Procurator alium ſubſtituens, poteſt cauſam reaſſumere vbi ſubſtitutio eſt facta cum clauſulis præſeruatiuis, ſcilicet* Procuratorio in ſuo robore permanente, *vel eum clauſula* donec, &c.
6 *Procurator cauſam reaſſumens, dicitur tacitè inconſtans ſubſtitutionem reuocare.*
7 *Subſtitutio Procuratoris reuocari non poteſt ſine ſpeciali mandato.*
8 *Subſtitutio Procuratoris etiam ab habente facultatem reuocandi poſt litem conteſtatam reuocari non poteſt ſine legitima cauſa.*
9 *Aduocatus non poteſt in medio litis patrocinium clientis, & cauſam deſerere.*
10 *Alias tenetur ad intereſſe.*
11 *Quid ſi Cliens de tempore in tempus non ſatisfaciat de ſtipendio.*
12 *Procurator an, & quando re integra poſſit inconſtans mandato, quod acceptauerat renunciare.*
13 *Res ad hunc effectum an dicatur integra quando mandans dedit cautionem de iudicio ſiſti.*
14 *Procurator, qui mandatum acceptauit pro ſtipendio, non poteſt inconſtans illi renunciare, niſi ſuperuenerit impedimentum legitimum.*
15 *Contractus mandati dicitur etiamſi Procuratori ſalarium ſit conſtitutum.*
16 *Salarium Procuratoris qua ratione conſtituatur.*
17 *Res integra reſpectu Procuratoris, quando dicatur vt inconſtans poſſit mandato renunciare.*
18 *Procurator inconſtans poteſt mandato iam acceptato renunciare iuſta cauſa ſuperueniente, quæ Iudicis arbitrio remittitur, & num. ſeqq. vbi de ratione.*
19 *Procurator poteſt renunciare mandato etiam poſt concluſione in cauſa, quando deſijt habere commercium cum mandante.*
20 *Vel mandans fuit ex poſt facto declaratus hoſtis Patriæ.*
21 *Vel Religionis.*
22 *Procurator patrocinium præſtans Hæretico, vel Apoſtata, non petita licentia, puniendus eſt.*
23 *Quid ſi illum defendat in cauſa ciuili, vel criminali extra hæreſim.*
24 *Procurator acceptato mandato poteſt inconſtans renunciare, quando capitalis inimicitia inter ipſum, & mandantem ſuperuenit.*

25 *Procurator dignitatem aſſecutus poteſt mandato iam acceptato renunciare.*
26 *Idem de Procuratore abſente cauſa Reipublicæ.*
27 *Ac de allegante ægritudinem, vel aſſumendam peregrinationem.*
28 *Idem de Procuratore occupato ob hæreditatem ſibi ſuperuentam.*
29 *Vel ſi detineatur in vinculis, apud prædones, vel apud hoſtes.*
30 *Idem ſi cæperit eſſe ſuſpectus mandanti.*
31 *Et de miſſo in exilium, vel latitante ob metum.*
32 *Procurator ingrediens Religionem poteſt mandato iam acceptato renunciare.*
33 *Voluntas mutari non poteſt in alterius præiudicium.*
34 *Procurator an poſſit renunciare mandato iam acceptato ex eo, quod mandans non prouideat de pecuniis.*
35 *Renunciatio mandati quomodo fieri debeat per Procuratorem.*
36 *Procurator volens renunciare mandato an teneatur citare conſtituentem.*
37 *Procurator, qui in actu receptionis mandati non fuit proteſtatus ſe nolle illud acceptare, vel illud velle acceptare ſolummodo ad effectum ſubſtituendi, poteſt ab aduerſario citari in cauſa mouenda contra Principalem.*
38 *Procurator poteſt inconſtans renunciare mandato iam acceptato in cauſa appellationis.*
39 *Procurator tenetur appellare à contraria ſententia.*
40 *Sed an, & quando teneatur appellationem proſequi, & num. 43. cum ſeqq.*
41 *Procurator non poteſt proſequi appellationem etiamſi velit.*
42 *Quid in appellatione ab interlocutoria, & num. ſeq.*
44 *Procurator generaliter conſtitutus ad agendum, petendum, & defendendum, an teneatur proſequi appellationem.*
45 *Procurator conſtitutus ad lites præſentes, & futuras, tenetur proſequi appellationem.*
46 *Procurator conſtitutus ad negocia tenetur proſequi appellationem.*
47 *Procurator acceptans mandatum ad appellandum tenetur proſequi appellationem.*
48 *Sed an ad id teneatur ſemel, & bis.*
49 *Procurator qui ſua culpa ſuccubuit in cauſa tenetur proſequi appellationem.*
50 *Procurator videns ſuum Principalem fouere malum ius in cauſa, poteſt imo tenetur non appellare, & appellationem non proſequi.*
51 *Aduocati defendentes cauſas iniuſtas, vt inducant aduerſarium ad aliquam tranſactionem, peccant mortaliter.*

1 ILLICITAM eſſe in hoc caſu inconſtantiam voluit Text. *in dicto cap. Si is, qui de Procurat. in 6.* Bartol. *in l. vero Procuratori, §. Quid ergo, in fin. ff. de ſolut.* Bald. *in dicta l. Quod quis, col. 2. in fin. C. de* De Inconſtantia in Iudicijs. *Procur.* Felyn. *in cap. Litteris, col. 3. verſ. 11. vide Baldum, de offic. delegat.* Anna *alleg. 89. num. 10.* Oldrad. *conſ. 130. num. 2.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 3. num. 69.* Trentacinq. *dicta reſol. 3. num. 5.* vbi ex mente eiuſdem Annæ voluit, Procuratorem, qui habet
2 facultatem ſubſtituendi, ſemel tantùm ſubſtituere poſſe, quod voluit etiam nouiſſimè Golin. *dicto tract. de Procur. par. 2. cap. 5. num. 74.*

Fallit tamen hæc concluſio, quando in
3 facultate ſubſtituendi, eſſet dictum cum facultate ſubſtituendi, & reaſſumendi toties, quoties ſibi videbitur expedire onus in ſe reaſſumendi: Nam hoc caſu poterit ſubſtituens cauſam reaſſumere, *dicto cap. Licet, de Procur. in 6.* Trentacinq. *d. reſol. 3. num. 6.* Grauat. ad Veſtr. *lib. 4. cap. 5. nu. 35.* Ridolphin. *dicto cap. 3. nu. 71.* Rota *deciſ. 14. de Procurat. in nou.*

4 Vel quod poſſet ſubſtituere vnum, vel plures, quia non deſinit eſſe Procurator, altero ſubſtituto, Bartol. *in l. Quod ſi fortè, §. Quid ergo num. 3. in fin. ff. de ſolut.* Rota *deciſ. 14. & 30. de Procur. in nou. & deciſ. 576. num. 4. par. 3. recent.* vbi dicit hoc maximè procedere in Procuratore generali per *deciſ.* Vincent. de Franch. 465. *num. 4.* Golin. *dicto tract. par. 2. cap. 5. num. 78.* Rota *deciſ. 451. num. 4. par. 2. recent. quæ eſt eadem impreſſa in par. 3.* Ridolphin. *dicto cap. 3. num. 73.*

Vel ſubſtitutio facta eſſet cum clauſu-
5 lis præſeruatiuis, hoc eſt *Procuratorio in ſuo robore permanente*, vel cum clauſula *donec*, vt ex Rota *deciſ. 11. in antiqu.* & Marta voluit Golin. *loco cit. num. 79. & 80.*
6 Hiſce autem caſibus Procurator inconſtans reaſſumendo cauſam, dicitur tacitè ſubſtitutum reuocare, *cap. Si quem, de Procurat. in 6.* Gloſs. Bartol. & Doctor. *in l. ante litis, ff. de Procurat.* Rota *deciſ. 148. in nou.*

7 Cum alias ſine ſpeciali mandato non liceat ſubſtitutum reuocare, *cap. Venerabili, de offic. deleg.* Bartol. *in l. 2. in princip. ff. de curat. bonor.* Specul. *tit. de Procur. §. 1. ver. Sed pone*, Graſs. *de ſubſ. procur. verſ. Subſtitutus, verb. Reuocandum*, Golin. *loco cit. num. 81.*

8 Data autem facultate reuocandi, non poteſt Procurator ſubſtitutum reuocare poſt litem conteſtatam, niſi legitima cauſa ſubſiſtente, Trentacinq. *dicta reſolut. 3. num. 9. & 10.*

Sed redeundo ad principalem conclu-
9 ſionem, quod dictum eſt de Procuratore, idem dicendum eſt de Aduocato, qui in medio litis cauſam, & clientis patrocinium deſerere non poteſt, Aretin. *in §. Præterea ſi Medicus num. 2. inſtit. ad l. Aquil.*
10 dicens teneri ad intereſſe, dummodo cliens de tempore in tempus ſatisfaciat ei

11 de ſtipendio, quem ſequitur Franc. Marc. *deciſ.* 644. *nu.*3. *vol.*1. Hinc illud Ouidij,

Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci.
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem:

quem refert Borell. *in ſumm. deciſ. tit.* 65. *num.* 110.

12 Dic licitam eſſe inconſtantiam re integra, poteſt enim conſtitutus Procurator re integra mandato renunciare, §.*Mandatum, inſtit. de mand.* & ibidemInſtitutiſtæ Gloſs. *in dicta l.inuitus, verſ. Nec eandem, C. de Procur.* Golin. *loco cit. num.* 80. Rebell. *de oblig iuſt. loco cit. num.*5. Molin. *d.tract.*2. *diſp.*552. *num.* 5. Ratio eſt, quia re integra nihil intereſt mandantis,poteſt enim mandans æquè ſibi prouidere, Oynotim. *dicto* §.*Mandatum num.*7. Nec admitto ſimpliciter, quod dicit Gaill. *d.obſeruat.*46. nempe
13 quia in mandato ſolet inſeri ſatiſdatio, rem deſinere eſſe integram, & propterea non dari inconſtantiam, quia hæc doctrina intelligenda eſt iuxta tradita à Bonif. de Vitalinis *in dicta Clem.*1. *num.* 49. *de Procurat.* vt per ſolam cautionem non deſinat res integra, ſi alias non intereſt conſtituentis; Quid enim ſi conſtituens eſſet præſens, & ipſe cogi poſſet ad ſiſtendum in iudicio, vel poſſet alium Procuratorem Aduerſario conſentiente æquè benè conſtituere, certè non eſt dicendum rem deſinere eſſe integram; Si autem Aduerſarius non conſentiret, vel intereſſet conſtituentis, non eſſet locus inconſtantiæ, vt benè aduertit Vitalin. *vt ſupra*, vbi dicit ita intelligere Clementinam illam, & ita credo eſſe intelligendam etiam Gloſs. *in dicta Clem.* 1. *verb. cogi, verſ. Et per hoc ſoluitur.*

Sed quod per ſatiſdationem datam à mandante de iudicio ſiſti, res deſinat eſſe integra, voluit Bartol. *in l. defunctus*, per illum Text. *de Procur.* vbi dicit, iſtud eſſe mirabile, cum alijs per Dec. *in cap.relatum num.*18. *de offic. delegat.* & hanc opinionem tenet Rot. per Verall. *deciſ.* 188. *&* 189. *par.*2. Fragoſ. *de Regim.Reipubl. par.*1. *lib.*5. *diſput.*12. *num.*269. *ad fin.* Buratt. *deciſ.*241. *num.* 10.

Illud verò, quod dicitur de inconſtantia re integra, intelligendum eſt, quando mandatum eſſet proprium, & expreſſum, quo Mandatarius gratis acceptaſſet man-
14 datum, ſecus verò ſi pro ſtipendio illud acceptaſſet, ac proinde eſſet verus contractus locationis operarum, & induſtriæ pro ſtipendio, tunc vtique cogi poſſet implere contractum ſemel integrè mutuo conſenſu celebratum, niſi legitimum ſuperueniret impedimentum, quo neque per ſe, neque per alium poſſet commodè mandatum implere, ità Molin. reprobato Gregor.Lopez, & ab eo citati *lib.*20.*tit.*12. *par.*5. *verſ. Reibe el mandamiento tract.*2. *diſput.*552. *num.*5.

15 Neque obſtat, quod ſi Procuratori ſalarium ſit conſtitutum non perdat contractus nomen mandari, per Text. *in l. Si remunerandi* 6.*in princ. cum ll.ſeqq. ff mandati.*
16 Quia in illis legibus ſalarium non ex contractus neceſſitate, ſed mandato iam ſuſcepto honoris, & remunerationis gratia conſtituitur, Faber. *in ſuo Codice, tit. de mand.lib.*4. *tit.*26. *diffin.*6.*num.*7. Mantic. *de tacit. lib.*7. *tit.*2. *num.*5.
17 Res autem integra in Procuratore ad iudicia dicitur ante litem conteſtatam, *l. Procuratoribus, C. eod.* Golin. *dicto tract. par.*3. *cap.*4. *num.*3. *&* 4. Vinius *deciſ.* 494. *ſub num.* 1.
18 Secundò dic, licitam eſſe inconſtantiam iuſta cauſa ſuperueniente, quæ Iudicis arbitrio remittenda eſt, Faber *in Codice lib.*3. *tit.*8. *diffin.*8 *in princ.*
19 Iuſta verò cauſa erit in propoſito, ſi cum eo, qui mandauerat, commercium Procurator habere deſierit, eo quod mandator hoſtis Patriæ ex poſt facto declaratus fuit, Faber. *loco cit.nu.*3. qui ſubiungit,
20 hoc habere locum etiam-poſt concluſum in cauſa; Quia ſententiæ prolationem audire is non eſt cogendus, qui non cogitur officio fungi Procuratoris.
21 Idem dicendum eſt,ſi mandans effectus ſit hoſtis Religionis, puniretur enim qui
22 Hæretico, vel Apoſtatæ patrocinium præſtaret, non petita licentia, quamuis non incideret in excommunicationem
23 Bullæ Cœnæ Domini, ſi illum tueretur in cauſa ciuili, vel criminali extra hæreſim, vt ex Syluestro, Sayro, Toledo, Azorio, Vgolino, tenet Sanchez *in præceptis Decalogi lib.*2. *cap.*10. *num.*19.
24 Iuſta quoque cauſa erit inconſtantiæ in Procuratore, ſi capitales inimicitiæ inter-
25 cedant inter ipſum, & mandantem, Cabed. *deciſ.* 214. *num.* 8. vel ſi dignitatem
26 aſſecutus fuerit, vel Reipublicæ cauſa abſentatus ſit, *l. filiusfam.* §.*vlt. ff.de Procur.*
27 vel ſi ægritudinem, vel neceſſariam peregrinationem alleget, *l. at ſi valetudinem, ff. eodem*, Thomas Actius *de infir. legal. par.*2. *cap.*7. *num.*2. Golin. *de Procur. par.*5.*cap.*3. *num.* 24.
28 Vel ſi hæreditas ſuperueniens eum occuparet, *l. vel hæreditas, ff. eod. tit.* Vel ſi in
29 vinculis, aut prædonum, vel hoſtium
30 poteſtate detentus ſit; Vel ſi ſuſpectus mandanti eſſe cæperit, *l. item ſi ſuſpectus, ff. eod.* Vel ſi publico iudicio priuatione;
31 Vel maiori re ſua diſtingnatur; Vel exilio; Vel ob merum latiret; Vel ſi Reli-
32 gionem fuerit ingreſſus, *l. vel iudicio, & l. vel exilio, & l. aut Religionis, ff. eod. cap. Quamuis Procurator, de Procur. in* 6. Vel ſi alia ſimili cauſa impeditus ſit, *l. aut longa,*

ff. eod. benè Azor. *inſtit. moral. lib. 9. cap.6.*
quæſt. 4. verſ. Nequit itidem, Oynot. *dicto* §.
Mandatum num. 2. & ibi Harprect. *num.* 1.
qui dicit, quod ideo non ſubſiſtenre iuſta
33 cauſa non poteſt Procurator renunciare
mandato, quia nemo poteſt mutare vo-
luntatem in alterius præiudicium, *l. nemo*
75. ff. de reg. iur. De quo aliàs fortaſsè di-
cemus.

34 An autem iuſtum ſit impedimentum
carere pecunia mandantis ad cauſæ tu-
telam? affirmatiuè reſpondit Rota *deciſ.*
206. num.4. lib.2. par.3. diuerſ. per Gloſs. *in*
l. non iuſtè, de Procur. & Franch. *in cap. ex*
ratione, col. 3. de appellat. Golin. *loco cit.*
num. 25.

35 Qualiter verò facienda ſit renunciatio
differit Gaill. *d. obſeru. 46. lib.* 1. & Golin.
*dicto tract. par. 1. cap.5. num.*91. qui dicunt
36 requiri partis, ac Domini conſtituentis
citationem.

Quod Ego iotelligerem, quando Pro-
curator inconſtans eſt poſt litem conte-
ſtatam, ſecus verò ſi re integra, cum enim
hoc caſu non interſit partis, neque man-
dantis, fruſtrà citatio requirenda eſt ad
Text. *in l. de vnoquoque; ff. de re iudic.* Golin.
dicto tract. par.3. cap.5. num.8.

37 Benè verum eſt, quod ſi in actu recep-
tionis mandati Procurator non proteſte-
tur ſe nolle acceptare mandatum, vel il-
lud tantùm acceptare, ad effectum ſubſti-
tuendi, poterit ipſe citari ad ſententiam,
Put. *deciſ.217. lib.2. in antiqu.*

38 Tertiò, licita eſt inconſtantia in cauſa
appellationis, licet enim ſecundùm com-
39 muniorem opinionem, Procurator te-
neatur appellare, non tamen tenetur pro-
40 ſequi appellationem, *l. inuitus*, & ibi Do-
ctor. *C. de Procur.* Abb. per illum Textum
in cap. non iniuſtè num. 5. de Procurat. Rota
deciſ.2. num. 2. de Procur. in nou. Mantic. *de*
tacit. dicto lib.7. tit.12. nu.19. Put. *deciſ.265.*
lib. 1. in correct. Gaſpar. Anton. Theſaur.
qq. foren. lib.1. quæſt. 75. num. 2. latè Scacc.
de appellat. lib.3. cap.2. quæſt.5. num.12. verſ.
Contra hanc ampliationem, Fragoſ. *de Regim.*
Reipubl. par. 1. lib. 8. §. *6. num.* 102. Imò
41 non poſſe proſequi etiamſi velit, voluit
Bald. *in dicta l. inuitus quæſt.3. num.6.* Salyc.
*num.*10. Caſtren. *num.*5. Ferrar. *de appellat.*
lib. 2. cap. 1. num. 113. Scacc. *loco cit. verſ.*
Extende, Fragoſ. *loco cit. num.*102. Mohed.
deciſ.6. aliàs 126. de Procurat. vbi rationem
aſſignat.

42 Quod declara primò non procedere in
appellatione ab interlocutoria, quia non
ſolùm tenetur appellare, ſed debet appel-
lationem proſequi, Bald. *in dicta l. inuitus*
num. 6. Salyc. *num. 9. C. de Procur.* Angel.
Aretin. & Ferrar. *relati* à Scaccia *loco cit.*
num. 12. verſ. primus eſt caſus, Bartol. *dicta*
*l. inuitus num.*8. Abb. *in dicto cap. Non iniuſtè*
*num.*13. & ibi Innoc. Capra *reg.65. num.29.*
Gaill. *lib. 1. obſeruat.* 130. *num.* 11. Fragoſ.
*loco cit. num.*102. *propè fin.* Cappell. Tholoſ.
*deciſ.*155. Boer. *dicta deciſ.285. num.*10.

43 Dummodo cauſa ageretur in eadem
Ciuitate, vel loco, non autem in loco re-
moto, Doctor. omnes *in dicta l. inuitus*,
Boer., & Cappell. Tholoſ. *locis citatis*,
Gaſp. Antonius Theſaur. *dicta quæſt. 75.*
num. 3. Scacc. *loco cit. verſ. Intellige cum*
grano ſalis.

44 Secundò declara, non habere locum
inconſtantiam, ſi Procurator fuiſſet con-
ſtitutus generaliter ad agendum, peten-
dum, & defendendum, quia iſto caſu te-
netur Procurator proſequi appellationem
à diffinitiua ſententia, Bald. *in d. l. inuitus*
quæſt. 3. num.6. Scacc. *loco cit. verſ. Secundus*
eſt caſus.

Sed quod non ſufficiat poteſtas prædi-
cta, niſi vlterius in mandato dictum ſit, ad
appellandum, & appellationem proſe-
quendum, voluit Rot. *deciſ 9. aliàs 147. de*
Procur. in nou.

45 Tertiò declara, non habere locum in-
conſtantiam, ſi Procurator conſtitutus ſit
ad lites præſentes, & futuras, Caſtren. *in*
*d. l. inuitus num.*5. Angel. Aret. *in l. vlt. nu.3.*
ff. an per alias cauſas appellat. Scacc. *loco cit.*
verſ. Secundus caſus, ad fin.

46 Quartò declara, non habere locum in-
conſtantiam in Procuratore conſtituto
ad negocia, quia tunc poterit exercere
iudicia præſentia, & futura, quouſque
durat mandatum, & ideo tenetur proſe-
qui appellationem, Gloſs. *in 1. ſolut. in*
dicta l. vlt. ff. an per alias cauſas appellat.
quam refert, & ſequitur ibidem Angelus
Aret. *num.* 3. Gregor. Tholoſ. *de appellat.*
lib. 5. cap. 1. num. 13. Scacc. *loco cit. verſ.*
Tertius eſt caſus.

47 Quintò declara, non habere locum; ſi
Procurator habeat ſpeciale mandatum ad
appellationis cauſam, quia tenetur eam
proſequi, ſi mandatum acceptauit, Gloſs.
in dicta l. vlt. in 2. ſolut. Aret. ibid. *num.* 3.
Scacc. *loco cit. verſ. Quartus eſt caſus*, qui
dicit, hunc caſum non habere difficulta-
tem, & non ſolùm teneri ad primam, ſed
ad ſecundam proſecutionem, quia tene-
48 tur non ſolùm ſemel, ſed ſecundo appel-
lare, vt per Salyc. Bald. & alios.

49 Sextò declara, non habere locum,
quando Procurator ſua culpa ſuccubuit,
quia tunc ſe ipſum adſtrinxit ad culpam
purgandam, quod non poteſt fieri, niſi
per proſecutionem appellationis, Bald. *in*
dicta l. inuitus num. 7. Ferrar. *de appellat.*
lib. 2. cap. 1. num. 115. Scacc. *loco cit. verſ.*
Quintus caſus eſt.

Septimò, licita eſt inconſtantia in Pro-
curatore, quando videt in proſecutione
50 cauſæ ſuum Principalem fouere malam

Digitized by Google

cauſam, non ſolùm enim poteſt, ſed illam tenetur deſerere, Salyc. *in dicto l. inuitus*, qui loquitur in Procuratore, in cauſa appellationis, qui videns malum ius fouere ſuum Principalem, non tenetur appellare, nec appellationem proſequi, & in Aduocatis, & Cauſidicis neceſſariam eſſe hanc inconſtantiam tenent omnes ferè Summiſtæ cum D. Thoma 2. 2. *quæſt.*71. *art.*3. *ad* 2. Nauar. *in man. cap.*25. *num.* 28. *verſ.* 2. Syluestr. *verb. Aduocatus quæſt.* 10. *num.* 5. Leſſius *de inſtit. & iur. lib.* 2. *cap.*31. *declar.* 8. *num.*49. *verſ. Vbi aduerte primo*, Layman. *Theolog. moral. lib.*1. *tract.* 1. *cap.*5. §. 4. *num.*18. Card. de Lugo *de inſt. & iur. to.* 2. *diſput.* 41. *ſect.* 1. *num.* 6. Sot. *eod. tract. lib.*5. *quæſt.*8. *art.*3. Fragoſ. *de Regim. Reip. par.*1. *lib.*5. *diſput.*13. *num.*250. Tolet. *lib.* 5. *cap.*60. *num.* 2. Baldell. *Theol. moral. par.*1. *lib* 4. *diſput.*16. *num.*3. Sanchez *conſ. moral. lib.*6. *cap.*7. *dub.*7.

Ex noſtris autem Guttiet. *pract. qq. lib.*1. *quæſt.*26. *num.* 3. Burgos de Paz. *in proœmio ad l. Tauri num.* 422. Coraſ. *de commun. opin. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 35. *& num.* 39. Farinac. *de Inquiſ. quæſt.* 4. *num.*16. Magon. *de recta patrocinandi ratione cap.* 42. *num.* 15. & facit Text. *in l. rem non nouam*, §. *Patroni*, *C. de iudic.* Anton. Maſſa Galleſ. *in tract. de exercitat. iuriſperit. lib.* 3. *num.* 13. Io. de Graſs. *in arbore iudiciorum in* 2. *principal. de Iudicib. arboris deſignantibus cauſam num.* 15. Viuius *deciſ.* 123. *num.*10. Becard. *in specul. viſitationis cap.* 18. *num.* 33. idem Magon. *dicto tract. cap.* 20. *num.* 17. *verſ. Receptiſſima eſt concluſio*, vbi inuehit contra Aduocatos
51 conſtantes vſque ad executionem rei iudicatæ in defendendo cauſas iniuſtas, idque dicit facere, vt inducant Aduerſarium ad aliquam tranſactionem, illis propterea denunciat culpam mortalem, quæ condẽnat eos ad perpetuos cruciatus Inferni.

QVÆSTIO XI.

ARGVMENTVM.

An Procurator, ſiue Aduocatus inconſtans poſſit alterius Partis, quæ fouet iuſtam cauſam, iura defendere. Et an Aduocatus in conſilijs priuatis poſſit modò pro vna, modò pro altera Parte conſulere: Et quænam Doctoris inconſtantis, & varij ſit attendenda opinio.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus defendens clientem, qui fouet malum ius in cauſa, an poſſit Inconſtans aſſumere patrocinium alterius partis fouentis bonum ius, & num.* 5.

2 *Doctor conſulens vtrique parti, quando infamiam incurrat, & num.* 6. *cum ſeqq.*

3 *Sapientis eſt mutare ſententiam in meliorem non autem in deteriorem.*

4 *Cauſam iniuſtam defendere impium eſt.*

7 *Amori Dei, & conſcientiæ propriæ conſulendum eſt prius, quàm honori mundano.*

8 *Præuaricator dicitur Doctor conſulens pro vtraque parte neutrius defenſione omiſſa.*

9 *Procurator, vel Aduocatus, cui cliens non ſoluit ſalarium, an, & quando poſſit illum deſerere, & contrariæ partis defenſionem aſſumere, & num.* 11.

10 *Licita omnia facienda non ſunt, ſed decentia.*

12 *Procurator, qui Iudicem adiuit, poteſt compellere partem ad ſolutionem ſalarij.*

13 *Procurator, vel Aduocatus ſine cauſa derelictus à cliente inconſtante, recuſans alteri parti patrocinium præſtare poteſt à cliente, qui eum dereliquit petere intereſſe.*

141 *Procurator, vel Aduocatus poteſt inconſtans priorem partem deſerere, & alterius patrocinium aſſumere intercedente mandato Iudicis.*

15 *Iudex videns vnam partem omnes meliores Aduocatos, & Procuratores aſſumpſiſſe, poteſt aliquos eorum compellere, vt dimittant Patrocinium illius partis, & alterius aſſumant.*

16 *Quid ſi eum iuramento affirmarent ſe id non poſſe facere tuta conſcientia cognoſcentes partem dimittendum fouere iuſtitiam, alteram verò malum ius.*

17 *Et quale iuramentum ad hunc effectum ſufficiat.*

18 *Aduocatus effectus Tutor pupilli, contra cuius patrem litem defendebat, poteſt inconſtans clientem deſerere, & pupilli defenſionem aſſumere.*

19 *Procurator, ſeu Aduocatus poteſt inconſtans alterius partis patrocinium aſſumere in nouo articulo emergente, & à primo, in quo aliam partem defendebat non dependente.*

20 *Procurator, vel Aduocatus inconſtans an poſſit ſuum clientem deſerere, & alterius partis defenſionem aſſumere in gradu appellationis.*

21 *Aduocatus, vel Procurator ex iuſta cauſa deſerens primum clientem, & alterius partis patrocinium aſſumens, non debet iſti pande-*

re ſecreta cauſæ, quæ ſub tacito tuendi pacto acceperat.

22 *Procurator, vel Aduocatus relicta priori parte, ad aliam tranſiens, puniri debet tanquam præuaricator, ſaltem impropriè, & referuntur exempla.*

23 *Aduocatus, qui vtriuſque partis Collegio adſtitit, poteſt puniri tanquam præuaricator.*

24 *Aduocatus an in Conſilijs priuatis poſſit inconſtans modò pro vna, modò pro alia parte conſulere.*

25 *Conſilium an, & quando quis mutare poſſit in alterius iniuriam cum ſeqq.*

26 *Variatio non eſt laudabilis præſertim in perſonis grauibus.*

27 *Inconuenientia, quæ ex variatione in litibus proueniunt enumerantur.*

28 *Doctor an, & quando poſſit inconſtans mutare opinionem in conſilijs, & num.* 30.

29 *Honeſtum quod non eſt, licere non debet.*

31 *Errantem mutare conſilium laudabile eſt.*

32 *Sententiam mutare in melius laudabile eſt.*

33 *Deus ipſe quandoque ſententiam in melius mutat.*

34 *Delictum mutante homine, mutat ſententiam Deus.*

35 *Voluntas, & opinio hominum non eſt ſemper eadem, vbi de ratione.*

36 *Opinionem in Conſilijs mutari per Doctorem nemini præiudicium affert.*

37 *Doctor non dicitur ſibi contrarius, varius, & inconſtans ex eo, quod tractu temporis ob nouas phantaſias conſilium mutauerit.*

38 *Errorem ſuum quis emendare tenetur.*

39 *Errorem cognoſcens poteſt ab eo recedere.*

41 *Illicitum non omne eſt prohibitum.*

42 *Doctor an mutare poſſit conſilium ſibi inconſtans, non ſolùm ſemel, ſed etiam bis, & num.* 47.

43 *Variandi ius habens, an, & quando pluſquam ſemel variare poſſit, & num.* 45.

44 *Variatio nec ſemel licita eſt, quando per illum tollitur ius parti quæſitum.*

46 *Aduocatus tenetur amplecti veritatem.*

48 *Doctor non poteſt inconſtans mutare opinionem in conſilijs deciſiuis.*

49 *Conſilia deciſiua æquiparantur ſententiæ, & rei iudicatæ.*

50 *Aduocatus an poſſit pro vna parte conſulere, & alteram defendere.*

51 *Doctor an, & quando poſſit inconſtans mutare opinionem in cauſa commiſſa cum eius conſilio antequam ſit pronunciatum.*

52 *Doctor, qui conſuluit pro vna parte, an poſſit aduocare pro alia.*

53 *Doctoris opinio in conſilijs præualet contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuerat in Lectura.*

54 *Quid ſi Lectura facta ſit poſt conſilium.*

55 *Quid in eo, quod Doctor incidenter, vel ad ornatum in conſilio deduxit, & in Lectura principaliter examinauit.*

56 *Conſideranda non ſunt, quæ obiter dicuntur.*

57 *Opinio Lecturæ melioribus, an fulciatur rationibus.*

58 *Quid ſi conſtet Doctorem voluiſſe potiùs attendi opinionem firmatam in lecturis, quàm firmatam in conſilijs.*

59 *Doctoris opinio in tractatu, an, & quando præualeat contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuerat in conſilijs.*

60 *Doctoris opinio in tractatu an, & quando præualeat contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuerat in additionibus.*

61 *Doctoris opinio in conſilijs an, quando, & quare præualeat contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans in alijs operibus tenuit.*

62 *Doctoris opinio in tractatu an præualeat contrariæ opinioni, quam idem Doctor inconſtans tenuit in legendo.*

63 *Doctoris opinio in ſingularibus, vel alijs operibus, an præferatur contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuit in Lectura.*

64 *Doctoris opinio in ſingularibus præfertur contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans alibi tenuit, & de ratione.*

65 *Doctoris opinio in conſilio deciſiuo præfertur contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuit in conſilio ad partis petitionem.*

66 *Doctoris opinio in conſilio deciſiuo præfertur contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans tenuit in tractatu.*

67 *Doctoris opinio in vno loco vbi plenius quæſtio diſputatur, præualet contrariæ opinioni, quam idem Doctor ſibi inconſtans alibi tenuerat.*

68 *Doctoris opinio in loco, in quo materiam principaliter tractauit, ſeruanda eſt potius, quàm opinio contraria, quam idem Doctor in alio loco incidenter, tenuerat.*

69 *Opiniones plures, quando tenuit idem Doctor inconſtans, quæ ſit attendenda.*

70 *Doctoris opinio, quam poſterius tenuit, præferenda eſt contrariæ opinioni, quam idem Doctor inconſtans antea tenuerat, quando conſtat de tempore.*

71 *Poſteriora derogant prioribus.*

72 *Doctor ſi in eodem actu varius, & inconſtans opinionem mutet, poſterior illius opinio eſt attendenda.*

73 *Doctoris opinio varia in vno loco ſimpliciter tradita, & in alio cum diſtinctione attendenda eſt, quæ diſtinguit, & de ratione.*

74 *Opinio æquior, & benignior attendenda eſt potiùs, quàm dura, & rigida,*

75 *Opinionum in varietate, quæ ſit attendenda.*

76 *Lis, in qua hinc inde qualitates concurrunt Iudicis arbitrio eſt dirimenda.*

77 *Monitio pro Aduocatis, & Scribentibus in iure.*

78 *Magiſtratus idem non debet eſſe varius in iudicando.*

79 *Procurator ad negocia non poteſt inconſtan*

Digitized by Google

eſſe poſt ſuſceptum mandatum, ſed tenetur illud ad finem perducere.

80 *Procurator ad negocia an poſſit inconſtans re integra renunciare mandato, & num. 88.*

81 *Contractus initi cenſentur iuxta regulas iuris.*

82 *Procurator ad negocia re integra poteſt renunciare mandato.*

83 *Procurator ad negocia mandatum non adimplens, tenetur ad damna, & intereſſe.*

84 *Procurator ad negocia non ſolùm tenetur de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui.*

85 *Procurator ad negocia, qui mandatum ſuſceptum non adimpleuit etiam in rebus priuatis, & minimis, ſua culpa, vel negligentia infamis definitur, & de ratione.*

86 *Procurator dicitur, & æſtimatur amicus.*

88 *Procurator ad negocia, qui ſalarium acceptauit, non poteſt etiam re integra pœnitere, & inconſtans mandatum reuocare.*

89 *Res integra in negocio non dicitur, quando factum eſt aliquod ſubſtantiale ipſius negocij.*

90 *In mandato ad vendendum res dicitur integra, donec mandatarius arrham dederit.*

91 *Procurator ad negocia poteſt inconſtans mandato renunciare legitimo ſuperueniente impedimento, ob quod illud exequi non valeat, & quale impedimentum ad hunc effectum dicatur legitimum.*

QVÆSTIONEM hanc latè diſputat Coraſ. *dicto tract. de commun. opin. lib. 1. tit. 6. inſpect. 2. num. 34. inter tract. magn. to. 18. fol. 222.*

1 Et non eſſe hoc caſu licitam Inconſtan-
tiam voluit Io. Andr. *in addit. ad Specul. in*
tit. de Aduocato, §. nunc tractemus, verſ. ſed
nunquid prius, num. 11. in verb. priuſquam
in additione incipien. ſuſpicor, Bertachin.
in ſuo Repertorio verb. Doctor conſulens vtri-
2 *que parti*, vbi inquit talem Doctorem eſſe
infamem motus *per l. Athletas, §. penult.*
ff. de his, qui not. infam.

Hoc autem dilemmate mouetur, Io.
Andr. aut iſte Aduocatus, vel Procurator
3 priorem partem iuſtè defendebat, vel in-
iuſtè, primo caſu non debet illam deſere-
re, nam quod dicitur, ſapientis eſſe mu-
tare ſententiam, intelligitur in ſaniorem,
& meliorem, non deteriorem; Aut iniu-
ſtè, & non debet errorem ſuum detegere,
4 mutando opinionem, ſed honori proprio
parcere, cum impium ſit iniuſtam cauſam
defendiſſe; Et opinionem Ioannis Andr.
ſequitur Caſtrenſ. *in l. fin. num. 3. C. de*
poſtulan. Guttier. *pract. quæſtionum, quæſt. 30.*
num. 5. lib. 1.

5 Contrarium tamen voluit Gloſs. *in l.*
fin. in gloſs. magn. poſt princip. verſ. ex alijs
ergo patet de poſtul. Specul. *in tit. de Aduo-*
cato, §. Nunc tractemus, verſ. ſed nunquid
prius, num. 11. & hanc opinionem appro-
barunt omnes Doctores Bononien. illius
temporis, vt refert Io. Andr. ad Specul.
vbi *ſupra*, Bald. *in l. quos prohibet in fine*
num. 1. ff. de poſtul. Corneus *conſ. 244. in*
princip. lib. 3. & conſ. 7. lib. 4. alios refert,
& ſequitur Coraſ. *dicto tract. lib. 1. tit. 6.*
inſpect. 2. num. 36. vbi dicit hanc eſſe com-
munem, & receptam ſententiam, & ei
accedit tanquam de iure veriori.

Neque obſtant adducta in contrarium;
Quia Textus *in dicta l. Athletas, §. penult.*
6 vel habet locum, quando quis relicta
priori parte abſque aliqua cauſa, ad con-
trariam partem tuendam ſe confert, ſecus
quando adeſt iuſta cauſa, vel procedit,
quando quis defendit vtramque partem,
neutra relicta, ſecus verò, ſi vna relicta
ex iuſta cauſa, ad aliam ſe confert, vt benè
reſpondet Coraſ. *loco citato num. 33.*

Secundò, non obſtat dilemma Io. Andr.
Quia prior pars procedit, durante ſemper
iuſta cauſa, ſed ſi ex poſt facto iniuſta re-
periatur, non ſolùm poteſt, ſed debet Pro-
curator illam deſerere.

7 Secunda pars ſubmouetur; Quia con-
ſulendum eſt prius conſcientiæ, & Dei
honori, quàm honori mundano, Coraſ.
loco citato.

8 Qui tamen limitat duobus modis; Pri-
mo vt hæc opinio communis non habeat
locum, quando Doctor conſuleret pro
vtraque parte, neutrius defenſione omiſ-
ſa, quia tunc eſſet prævaricator, & infa-
mis, *l. Athletas, §. penult. ff. de his, qui not.*
infam. Specul. *d. §. Nunc tractemus, num. 11.*

Secundò, vt non habeat locum de ho-
neſtate, ideo tanquam ab igne, ab huiuſ-
modi mutatione cauendum eſt, nam ob
malignitatem vulgi non poſſet Procura-
tor, vel Aduocatus euitare maximam
fraudis, auaritiæ, & voracitatis ad lucrum
ſuſpicionem, vt tradit Dec. *in l. precibus,*
num. 4. C. de impub. & alijs ſubſtitut. quem
refert. Cagnol. *in l. Nemo poteſt mutare,*
num. 8. ff. de regul. iur. & dicit Soccinum
erubuiſſe ſe ita feciſſe, dum Decius ſecum
de ſuis conſilijs contrariis loquebatur,
Coraſ. *loco citato num. 41.* cui addo Fari-
naccium *d. quæſt. 4. num. 16. ad finem.*

Non tamen erit iuſta cauſa Inconſtan-
tiæ in Procuratore, vel Aduocato deſe-
9 rendi partem, quam defendere eſt aggreſ-
ſus, & ad defenſionem alterius tranſeun-
di, ſi illi non ſoluatur à priori parte ſa-
larium, vt perperam voluit Ancanellus de
Claris *ſingul. 253.* eum enim poſt Viuium
reprobat Carpan. *ad Statum Mediolan. lib. 1.*
cap. 432. num. 10. Guttier. *pract. quæſtionum*
quæſt. 30. num. 2. lib. 1.

At in hac materia dic aut pars adiuit
Procuratorem, vel Aduocatum, eique
iura ſua oſtendit, & ipſe promiſit patro-
cinium præſtare, & hoc caſu, quia tacitè
intelligitur, ſi ſibi debitum ſalarium ſol-
uatur,

Digitized by Google

uatur, ſi pars ſalarium non ſoluat, poterit Aduocatus inconſtans recedere à promiſſione, & alteram defendere partem, vt decidit Paulus Caſtrenſ. *in l. fin. nu. 2. ff. de poſtulan.* Azeued. *ad leges Regias Hiſpaniæ to. 1. lib. 2. tit. 16. l. 17. num. 5.* qui dicit in facto vidiſſe Procuratorem quendam ob hoc accuſatum liberum pronunciari hac de cauſa ex dictis per Auendan. *lib. 1. cap. 2. de exequendis mandatis num. 25. & per dict. ſingul. Ancanelli de Claris 253.* qui tamen *num. 6. in fin.* ſubiungit, quod non adiuuaret contrariam partem ob non ſolutum ſalarium per primam, niſi de licentia Iudicis, vt omnis ſcrupulus, & murmuratio ceſſaret, non enim omnia,
10 quæ licent, facienda ſunt, ſed ea, quæ decentia, iuxta dictum Apoſtoli, *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*, & ex noſtris Dec. *in l. Nemo poteſt, num. 2. ff. de reg. iur.* idem voluit Portoles ad Molinum *verb. Aduocatus num. 75.* Guttierus *dicta quæſt. 30. num 1. verſ. licet, num. 2.* Videatur dubius de opinione D. Pauli, quam intelligit procedere; Vel data fraude in ea parte, quæ oſtendit iura, vt hoc modo auferret alteri parti præſidium illius Procuratoris, vel Aduocati, quod voluit etiam Azeued. *loco citato num. 6.* vel quando Procurator, vel Aduocatus non ità explicitè, nec ſigillatim promiſiſſet illi parti,
11 ſe patrocinium pro ea præſtaturum, nec exactè illius iura examinauit, nec dixit cum ſtudio, & deliberatione illam fouere iuſtitiam, ſed ſimpliciter audiret partem, eiuſque iura, & inſtrumenta videns, ſpem dediſſet patrocinandi pro ea, Acuhna *cap. Diſciplina 45. diſtinct. num. 11.* Pereg. *de iur. Fiſc. lib. 7. tit. 2. num. 9.* vbi limitat in cauſa fiſcali Emanuel Barboſa *ad ordinat. Regias Luſitan. lib. 1. tit. 48. §. 27. num. 2.*

Adeſt caſus ſingularis, in quo Procurator, qui patrocinium præſtitit pro vna parte, poſtea potuerit pro alia patrocinari, relatus, & à Rota deciſus *deciſ. 163. par. 6. recent.*

12 Aut Procurator, vel Aduocatus cæpit patrocinium præſtare, & tunc nullo modo etiam non ſoluto ſalario poteſt eſſe inconſtans, quia Procurator Iudicem adeundo poterit compellere partem ad ſibi ſolutionem debiti ſalarij faciendam, Auendan. *loco citato*, Matiens *loco cit. num. 5.* Guttier. *dicta quæſt. 30. nu. 2. ad finem* vbi dicit, quod hoc caſu poterit etiam petere iuſtum intereſſe, ſi Procurator, vel Aduocatus
13 poſtquam patrocinari cæpit, derelinquatur à parte inconſtante ſine cauſa, & pars aduerſa illum requirat, vt pro ſe patrocinetur, idque recuſet propter prius conſilium, vel patrocinium alteri parti derelinquenti per eum præſtitum, quod etiam vigore *l. Regiæ* probat *num. 4.* in fine tamen

De Inconſtantia in Iudicijs.

eiuſdem numeri dicit, quod ſi hæc de iure procedunt, ipſæ tamen etiam in caſu Pauli non adiuuaret alteram partem.

Iuſta verò poteſt eſſe in Procuratore, vel Aduocato cauſa deſerendi priorem par-
14 tem, ſi Iudicis mandatum intercedat, nam ſi vna pars aſſumpſit pro ſe omnes meliores Aduocatos Iudex ad inſtantiam alterius partis poterit compellere aliquos eorum dimittere illam partem, & aſſu-
15 mere defenſam pro altera, quia etſi iam ſemel ſe adſtrinxerint ad patrocinandum pro diuerſa parte, nihilominus tamen auferri non debet copia defenſionis alteri parti, vt ex Textu *in l. prouidendum in fin. C. de poſtulan.* tenet Caſtrenſ. *ſtatim in principio contra gloſſam*, Guttier. *dicta quæſt. 30. num. 4.* qui hoc intelligit, niſi Aduocati, vel Procuratores, quos dimittere primam partem contendit, recuſent abſque fraude illam relinquere, & alteram iuuare, aſſerentes priorem partem habere iuſtitiam, alteram verò minimè, ſeque cum conſcientia
16 minimè poſſe pro ſecunda patrocinari, tunc enim ceſſante prædicta fraude, & iuramento præcedente ſuper hoc prædictos Aduocatos non compelleret, vt priorem iuſtitiam fouentem dimittant, ſecundam verò ea carentem adiuuent, & quod non ſufficit, vt Aduocatus hanc coactionem
17 euadat, ſimpliciter aſſerere, ſe credere ſuum principalem iuſtitiam non fouere, ſed teneri iurare ſe ita credere, vt voluit Specul. *in tit. de Aduocat. §. obijcitur, nu. 23.* cuius ſententiam ſequitur Abbas *in cap. fin. num. 4. in fine*, & ibi Boich. *num. 8.* Bellamer. *num. 2.* Imol. *num. 12. de poſtul.* Portoles ad Molinum *verb. Aduocatus, num. 27.*

Secundò, iuſta cauſa erit fauor pupillorum, nam ſi Aduocatus poſt litem con-
18 teſtatam effectus fuerit tutor pupilli, contra cuius patrem litem defendebat, poterit inconſtans priorem clientulum deſerere, & pupillum defendere *l. final.* & ibi Bart. Bald. Caſtrenſ. *num. 1. & 2. ff. de poſtul.* vbi Caſtrenſ. huius rei pulchram rationem affert; idem aſſerit Specul. *§. Obijcitur, num. 18. in fine, & num. 20. in fine*, Portoles *loco citato num. 79.* Acunha *ad decretum in cap. Diſciplina diſt. 45. num. 11,* Peregr. *loco citato num. 9.* vbi dicit procedere etiam in cauſa fiſcali.

Tertiò, iuſta cauſa erit, ſi lite in aliqua ſui parte finita emergat nouus articulus à
19 primo non dependens, quia tunc alterius partis Aduocatus, vel Procurator eſſe poterit, Gloſſa, & ibi Baldus *in l. fin. ff. de poſtulan.* Auendan. *dicto cap. 2. num. 25.* Portoles *loco citato num. 77.*

20 An verò in cauſa appellationis inconſtans eſſe poſſit, & ad aliam ſe transferre partem? Specul. *in tit. de Aduocat. §. nunc*

E

dicit quod ſic, & hoc ſæpe fieri in Curia per l. 2. C. Aduocat. Fiſci; Subiungit tamen honeſtius eſſe abſtinere, tum quia cauſa appellationis eadem eſt ſecundum quoſdam cum principali, vel ſaltem eſt eius ſequela; Tum quia ſecreta nouit cauſæ. Vnde in hac inſtantia multum lædere poterit, quem in priori defendit; Tum quia oportebit id aſſerere, quod primò negauit, & è contra, quod eſſe non debet. Idem dicit Auendan. loco citato, quamuis citati à Portoles loco citato num. 77. contrarium teneant Pereg. de iur. fiſc. loco cit. num. 10.

Aduertendum tamen, quod data iuſta cauſa Inconſtantiæ, & partem deſerendi
21 non debent Aduocatus, vel Procurator pandere Aduerſariis ſecreta cauſæ, quæ eum expreſſo, vel tacito tuendi pacto acceperat, Layman. dicto lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 17. verſ. adde 2.

Illicitam autem abſque iuſta cauſa in Procuratore, & Aduocato eſſe inconſtans,
22 vt relicta priori parte ad aliã tranſeat, imò puniendum hunc eſſe tanquam præuaricatorem ſaltem impropriè, voluit Menoch. de arbitr. caſ. 323. nu. 5. quo criminè damnatum fuiſſe Tuſcillium, qui Vicentinorum cauſam deſeruit, ſcribit Plinius Cæcilius ad Valerianum, & ex noſtris Alciatus in l. Præuaricatores, de verb. ſignific. Probro etiam aliquando datum fuit Demoſtheni, qui cum vna die Reipublicæ Athenien. cauſam contra Milleſiorum legatos defendiſſet, altero die pretio victus, tacuit, in publicum prodiens collo lana circumuoluto ſe anginam pati aſſerens, cui vnus è Populo exclamans dixit, *non anginam ſed argenti anginam patiris Demoſthenes*, vt narrat Gellius lib. 11. noct. Att. cap. 9. Plutarchus in vita Demoſthenis, Athenæus lib. 6. Dion. cap. 5. Iuſtin. Hiſtor. lib. 1. qui ſcribunt, Demoſthenem ipſum à Populo quinquaginta talentis damnatum, atque in carcerem duci iuſſum, & ex noſtris Boſs. in prax. crimin. tit. de præuaricat. num. 2. qui dicit tam ab Aduocato, quàm à Procuratore hoc crimen incurri, & narrat, Procuratorem, ſeu Cauſidicum fuiſſe mulctatum exilio ad tempus, & publicatione bonorum, Menoch. loco cit. num. 7. qui dicit Oldradum hoc crimine notatum fuiſſe, vt teſtatur Caſtrenſ. in l. 1. in fin. C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. & propterea
23 prænimio dolore deceſſiſſe, cum delictum fuiſſet detectum, nec deſinit exclamare Menochius, *Sed quot hodie Demoſthenes, quod viuunt Oldradi*, & Aduocatum, qui vtriuſque partis Collegio aſtitit poſſe puniri tanquam præuaricatorem, dicit Gallus conſ. 78. num. 12.
24 Sed an in conſiliis priuatis poſſit Aduocatus eſſe inconſtans, modo pro vna, modo pro altera parte conſulendo?

Hanc pariter quæſtionem examinat Coraſ. dicto tract. loco cit. inſpect. 2. num. 21. & primò, quod non ſit licita inconſtantia arguit ex regula l. Nemo poteſt mutare, & regul. mutare de reg. iur. in 6. Vbi nemo
25 poteſt mutare conſilium in alterius iniuriam, ſed Aduocatus, vel Doctor conſulens in vno caſu pro affirmatiua, in alio pro negatiua, & iſtud conſilium publicetur, nocebit ei, pro quo fuit affirmatiuè reſponſum, abſtulit enim auctoritatem priori conſultationi, qua ſperabat litem vincere, & dat materiam expenſarum, vt tradit Corn. conſ. 148. num. 30. lib. 2.
26 Secundò, quia variatio hæc non eſt laudabilis, præſertim in perſonis grauibus, Rip. in l. quod iuſſit 14. mem. 1. ff. de re iudic. reg. quod ſemel, de reg. iur. in 6. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 47. num. 1. num. 32.
27 vbi ſubiungit, quod ex variatione nutriuntur lites, augentur expenſæ, & labores, & efficitur tandem, vt lis ab importuna ſollicitudine litigantium potius quam à iure pendere videatur.
28 Tertiò, quia Doctor debet cauere, vt ab igne, à mutatione opinionum in conſiliis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, ſed potius in falſitatem, Angel. in l Labeo, in fin. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Dec. in d. l. Nemo poteſt mutare num. 2. prope fin. & ibi Adden. Cagnol. num. 8. ff. de reg. iur. Petrus de Monchada in addit. ad Crot. in tract. de teſtam. 7. par. verb. vnum credere num. 210.
29 Ideo, quia honeſtum non eſt, licere, aut poſſe non debet, Coraſ. loco cit. num. 22. Et hanc inconſtantiam, & variationem non immeritò notant Bald. in cap. 1. de alien. feud. col. 3. Iaſon. in l. Sciendum num. 33. ff. de verb. obligat. Neuizan. Sylu. nupt. lib. 5. num. 4. Purpurat. in l. cum quid num. 33. ff. ſi cert. pet. cum aliis, quos refert M. Anton. de Marſiliis in tract. de redd. Eccleſ. par. 3. cap. 34. num. 3. & 4. vbi dicit, hoc eſſe indigniſſimum.
30 Contrariam tamen opinionem, quod liceat Doctoribus in conſiliis variare, & opinionem mutare, tenent Doctores communiter, ita namque voluit Io. And. in add. ad Specul. in tit. de req. conſil. verſ. porrò audiris num. 11. in verb. ſimilia, in addit. quæ incipit occurrit, Bald. in l. fin. §. Sed cum in ſecundam, in fin. num. 6. & ibi Adden. C. de furt. Angel. in dicta l. Labeo, propè finem, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Roman. in l. 1. §. qui præſens, col. fin. num. 10. ff. de verb. obligat. Andreas de Iſern. in comment. ad Conſtitut. Regni lib. 1. tit. 32. in verb. præiudicium, Iaſon. in l. ex tota, §. ſi ita legatum num. 27. & ſeq. ff. de leg. 1. Bologn. in repet. auth. habita num. 153. C. ne filius pro patre, Dec. in dicta l. nemo num. 1. Cagnol. num. 4. Sararna in addit. ad

Matheſ. ſing. 158. nota, quod ſi pater num. 2. Petrus de Monchada vbi ſupra num. 209. in fin. Pomat. in addit. ad Bartol. in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtitut. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 23. in verb. de le Termo num. 3. & ſeq. Coraſ. hos adducens loco cit. num. 23. qui dicit, receptam eſſe opinionem; addo Natt. conſ. 194. num. 23. Tuſc. litt. M, concluſ. 435. num. 3. vbi de Baldo, & Ancharano, qui inconſtantes fuerunt in conſilijs, Sebaſt. Medices de nouat. in verb. Aduocatus, & in verb. Conſilium.

31 Probatur primò hæc opinio: Nam quando in aliquo eſt erratum, non ſolùm non eſt malum, ſed reputatur laudabile mutare ſententiam, & ſic variando inconſtans eſſe, iuxta illud Salomonis, Sapientis eſt mutare conſilium, l. Non nunquam, in princ. & ibi gloſ. 1. ff. de collat. bonorum, cap. Non debet, in princip. de conſanguin. & affinit. cum collectis per Iaſonem in l. ſi ex toto, §. ſi ita legatum num. 29. ff. de leg. 1. Cagnol. in d. l. Nemo poteſt mutare num. 5. Iacobus Æmil. conſ. 130. num. 4. Coraſ. loco citato num. 24., addo Text. in cap. magnæ 22. quæſt. 4. vbi magnæ ſapientiæ eſt reuocare hominem, quod male locutus eſt, & ibi Archid. & Bellam. ex Auguſtino irridentes Tullium, qui nolens laudare Catonem, dixit nunquam illum verbum, quod reuocare vellet, emiſit, quæ laus, licet præclariſſima videatur, tamen credibilior eſt de nimio fatuo, quàm de ſapiente perfecto.

32 Secundò, quia mutare ſententiam in melius non ſolùm eſt laudabile, ſed neceſſarium, Marian. Soccin. in cap. Si diligenti num. 2. de for. compet. & Deus ipſe
33 quandoque ſententiam in melius mutat, & hoc eſt, quod Auguſtinus dixit: Nouit
34 Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum, cap. Nouit Dominus, diſtinct. 1. de pœnit. & patet in exemplo Ezechiæ Regis 4. Regum cap. 20. Cagnol. in dicta l. Nemo poteſt mutare num. 7. de quo nos diximus in
35 ea quæſtione, an detur in Deo inconſtantia, voluntas enim, & opinio hominum non eſt ſemper eadem, l. qui bona, §. ſi quis ſtipulaturus, & ibi Gloſ. & cæteri, de damn. infect. cum alijs per Coraſ. loco cit. nu. 26. ſed quotidiè nouæ meditationes, & fantaſmata in nobis generantur, Bald. in l. 1. num. 5. verſ. Sed hodie, C. de his, qui ante apert. tabul. Barbat. in cap. Niſi ſpecialis, col. 14. num. 45. de offic. deleg. cum alijs per Coraſ. num. 27. merito ex his compellimur ad variationem, & opinionem mutandam.

36 Tertiò, nam mutare opinionem in conſilijs nemini præiudicium affert, Coraſ. loco cit. num. 28.

37 Quartò, quia Doctor diuerſis temporibus mutans opinionem cum id efficiat tractu temporis generantis in diem nouas hominum fantaſias non dicitur ſibi contrarius, inconſtans, & varius, Baldus in l. de tutela nu. 4. C. de in integr. reſtit. minor. Gomeſ. in §. Omnium num. 29. de action. Coraſ. loco cit. num. 29.

In puncto iuris non eſt recedendum ab hac opinione, quia communis eſt, & veriſſima hæc enim eſt inconſtantia lauda-
38 bilis, quia errorem ſuum quis tenetur emendare, cap. Qualiter, & quando, & ibi Soccin. & alij de accuſat. & propterea ſi in
39 ſecunda conſultatione cognouit errorem prioris, poteſt omnino ab ea recedere, Coraſ. loco cit. num. 30.

Neque obſtant in contrarium adducta, quia licet in his conſilijs inter ſe diſcordantibus poſſit ineſſe tertij præiudicium,
40 hoc tamen præiudicium non eſt immediatum, & radicatum, vt requiritur ad effectum, vt intret diſpoſitio l. Nemo poteſt mutare, ff. de reg. iur. Sic enim diſpoſitionem illius Textus limitant Dec. & alij, ibid. Coraſ. loco cit. num. 28.

Non obſtant ſecundum, & tertium argumentum, quia licet ſic ſimpliciter ſumpta variatio in Aduocato non ſit laudabilis, & ab ea ſit cauendum tanquam ab igne, ceſſat tamen difficultas, quando variatio ſit in melius, tunc enim non eſt ſcandalum, vel ſi eſt, erit Phariſeorum, & non Puſillorum, & certum eſt, Auguſtinum ſe retractaſſe in multis non ſolùm ſine ſcandalo, ſed cum maxima ædificatione, cap. Certè 12. qu. 1. Anchar. conſ. 67. in princ. Tuſc. d. concl. 435. num. 7. Neuizan. d. conſ. 194. num. 13.

41 Vltra quod non omne illicitum eſt prohibitum, cap. Non eſt 22. quæſt. 1. Burgos de Paz. in proæm. ll. Tauri num 391.

42 Amplia hanc concluſionem, vt non ſolùm ſemel, ſed bis poſſit inconſtans eſſe, licet enim qui habet ius variandi
43 non poſſit variare, niſi ſemel, l. Si quis ius iurandum, C. de rebus credit. Iaſon. in l. Quicquid aſtringendæ num. 9. ff. de verb. oblig. latè Tiraquell. ad l. Boues, §. Hoc ſermone, ff. de verb. ſignific. num. 23. Rota deciſ. 326. per tot. par. 4. to. 2. recent. Dunozett. iun. deciſ. 712. num. 9. dummodò non ſit ius
44 quæſitum alteri parti, quia tunc nec ſemel licita eſt variatio, Rota deciſ. 463. nu. 2. 3. & 4. par. 4. to. 2. recent.

45 Hæc tamen concluſio procedit quando varians prima vice renunciauit ei, à quo ſemel diſceſſit, vt cauetur in dicta l. Si quis, Rota deciſ. 326. num. 2. & 3. Secus in propoſito, nam recedens ab opinione affirmatiua, non ei renunciat, ſed ſequitur negatiuam tanquam veriorem, vnde ſi iterum affirmatiua ſibi verior videatur, non debet prohiberi redire ad eam, quia
46 Aduocatus tenetur ipſam veritatem amplecti, Coraſ. loco cit. num. 30. verſ. Verum.

Sed hæc ampliatio apud Me patitur
maximam difficultatem, eſto enim, quod
Aduocatus recedendo ab ea opinione,
pro qua prius conſuluit, expreſsè ei non
47 renunciet, tacitè nihilominus eam im-
probat, & reſpuit, nulla certè alia de
cauſa, niſi quod ſibi verior videatur opi-
nio, pro qua poſtremò conſuluit. Vel
ergo ſic conſulendo adhibuit omnem
diligentiam, vt veritatem aſſequeretur,
vel non; Si adhibuit, ergo apud ipſum il-
la eſt veritas, quorſum ergo redire ad non
veritatem? Si eam non adhibuit, vel eſt in
dolo, vel ignorantia laborat, & propterea
non ſolùm tolerandus, ſed è Republica eli-
minandus; Et ideo non recederem etiam
in hoc caſu à regula, vt voluit Cardinal.
Alban. ad Bartol. *in l. Serui electione num. 2. ff. de legat. 1.*

48 Limitatur primò hæc concluſio, vt non
habeat locum in conſilijs deciſiuis, in illis
enim non eſt licita inconſtantia, Bald. &
Franc. *in dicto cap. mutare, de reg. iur. in 6.*
Dec. & alij *in l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iur.*
Cagnol. *in dicta l. nemo poteſt mutare nu-
mer. 2.*

49 Ratio eſt, quia conſilium deciſiuum
æquiparatur ſententiæ, & rei iudicatæ,
Abb. *conſ. 2. lib. 2.* Corn. *conſ. 137. & conſ.
179. lib. 1.* Coraſ. *d. tract. lib. 1. tit. 6. inſpect. 2.
num. 75.*

50 Limita ſecundò, vt ceſſet inconſtantia,
ſi Doctor vellet pro vna parte conſulere,
& alteram partem defendere, hoc enim
ei non licet, Cabed. *par. 1. deciſ. 214. nu. 15.*
Emanuel Barboſ. *ad Ordin. Regiam Luſit.
par. 1. tit. 48. §. 12. num. 1.*

51 Quid autem ſi commiſſa cauſa, vt ter-
minetur cum conſilio alicuius Doctoris,
& Doctor iſte dediſſet conſilium, an poſ-
ſit inconſtans illud reuocare antequam ſit
pronunciatum? Bald. *in cap. Si pro debili-
tate, de offic. deleg.* arguit pro, & contra,
tandem concludit, non poſſe eſſe incon-
ſtantem, & reuocare conſilium, quod vo-
luit Felyn. *in d. cap. Si pro debilitate num. 9.*

Quod tamen intellige procedere, niſi
reuocaret incontinenti, hoc eſt antequam
diſcedat à Palatio, ſi vero poſtquam eua-
ſit domum, tunc non poteſt eſſe incon-
ſtans, niſi aliqua lege, vel bona ratione
moueatur, ſic Auctor *de conſ. habendis,
ſecundùm* Bartol. *quæſt. 6. num. 12. 13. & 14.
in to. 3. par. 1. tract. fol. 331.* vel cum cauſæ
cognitione, & ratione expreſſa per Text.
in l. nonnunquam, ff. de collat. bon. vel niſi vel-
let conſilium declarare, vt benè per Fe-
lyn. *loco cit.*

52 An autem qui conſuluit pro vna parte,
poſſit aduocare pro alia? affirmatiuè de-
terminat Gloſs. *in l. fin. ff. de poſtulan.* & ſe-
cutus eſt Specul. *tit. de Aduocat. §. Nunc tra-
ctemus.*

Io. Andr. tamen *in addit.* dicit, quod
non aduocaret contra eum, cui recepto
ſalario conſilium dediſſet, maximè in
ſcriptis. Idem tenet Bald. *in l. fin.* ſi fue-
rit ſolutum condignum ſalarium, ſecus
tamen ſi tentatus à Cliente, vt multi fa-
ciunt, qui ſic tentant oretenus ab Aduo-
catis, quid ſentiant ſuper aliquo puncto,
& obiter oſtendunt punctum alicuius fi-
deicommiſſi, vel alterius quæſtionis, de-
inde opera aliorum Aduocatorum vtun-
tur. Nam ea incidens conſultatio non
impedit Aduocatum contrariam partem
tueri, Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 7. tit. 2.
num. 11.*

Denique in hac materia videndum eſt.
Quænam Doctoris inconſtantis, & varij
ſit attendenda opinio?

53 Dic primò, ſi Doctor ſit inconſtans in
lecturis, & conſilijs, hoc eſt in lectura
opinionem tenuit affirmatiuam, in conſi-
lijs verò negatiuam, hanc eſſe attenden-
dam, & non illam, ita magis communiter
tenent Doctor. Bart. *in l. ſi Pater num. 2.* &
ibi Adden. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & *in auth.
ceſſante, C. de legit. hæred.* Cuman. *conſ. 86. in
princ.* Alex. *conſ. 185. num. 25. lib. 2.* Barbat.
ſibi contrarius *in cap. Cum contingat, de for.
compet. num. 28.* Corn. *conſ. 272. lib. 4.* Pur-
purat. *in l. edita num. 14. C. de edend.* cum
alijs, quos refert, & ſequitur Coraſ. *loco
cit. num. 54.* vbi hanc appellat magis com-
munem, & approbatam ſententiam, eam-
que pluribus medijs confirmat.

54 Et hæc opinio procedit etiamſi lectura
facta ſit poſt conſilium, Barbat. *in cap. Nul-
lus col. 17. de for. compet.* Neuizan. *Sylu. nupt.
lib. 5. num. 26.* Coraſ. *loco cit. num. 58.*

55 Fallit primò hæc concluſio quando in
conſilio aliquid dictum eſt ad ornatum, vel
incidenter, cuius contrarium Doctor tenuit
in lectura principaliter: Nam tunc atten-
denda eſt opinio, quam firmauit in lectu-
ra, non autem in conſilio, Cagnol. *in dicta
l. nemo poteſt mutare, ff. de reg. iur.* ea enim,
56 quæ obiter dicuntur non ſunt habenda in
conſideratione, vt de deciſionibus Rotæ
dixit Gabr. *conſ. 126. vol. 2. nu. 26.* & eadem
Rot. coram Bichio *deciſ. 480. num. 31.*

57 Fallit ſecundò, quando opinio lecturæ
melioribus fulcitur rationibus, Cagnol.
ibid. num. 11. Coraſ. *loco cit. num. 60.*

58 Fallit tertiò, ſi conſtet de voluntate
Doctoris volentis, quod attendatur eius
opinio, quam firmauit in lecturis, non
autem in conſilijs, Coraſ. *loco cit. num. 61.*

Dic ſecundò, attendendam eſſe potius
opinionem Doctoris, quam tenuit in
59 tractatu, quam in conſilijs, Neuizan. *dicto
num. 26.* Coraſ. *loco cit. num. 62.*

Niſi incidenter in tractatu, vel extra
propoſitam materiam opinionem muta-
uerit, vel niſi in pluribus conſilijs contra-

riu m, quod in tr actatn tenuit, firmauerit;
Vel denique niſi conſtaret de voluntate
Doctoris, q uod eius opinio, quam con-
ſulendo tenuit, prænaleret opinioni, quam
in rractatu firmauit, Coraſ. *loeo cit. nu.*65.
66. *&* 67.
60 Idem dicendum eſt de opinione, quam
tenuit in tractatu contra eam, quam tenuit
in additionibus, ſingularibus, communibus
opinionibus, & ſimilibus, Coraſ. *loc. cit. n.*72
Dic tertiò, attendendam eſſe opinio-
nem Doctotis, quam tenuit in conſilio,
61 non autem eam, quam tenuit in ſingula-
ribus, additionibus, regulis, vel ſimilibus,
maior enim cenſetur adhibita diligentia
in conſilio, cum de maiori agatur præiu-
dicio, Coraſ. *loeo eit. num.* 68. qui limitat
eo modo, quo limitatum fuit *ſecundùm
quæ dixi in ſecunda, & tertia ſallentia.*
62 Quartò, dic attendendam eſſe opinio-
nem Doctotis, quam tenuit in tractatu,
non autem eam, quam tenuit in legendo,
Bartol. *in l. Prouinciales num.* 1. *ff. de verb.
ſignif.* Claud. de Seiſell. *in l. ſi idem cum eod.
§. fin. num.* 4. *&* 5. *ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*
Neuizan. *dicto num.*26. Cotaſ. *num.* 69. vbi
reprobat Anton. Gabrielem contra[illegible]
tenentem *in concl.*4. *de teſt.*34. *illat. n*[illegible]
63 Idem dic de opinione, quam [illegible]
Doctor in ſingularibus regulis, ſiue [illegible]-
ditionibus: Nam hæc præferenda eſt [illegible]-
nioni, quam tenuit in lectura, Coraſ. [illegible]
citato num. 70. Qui tamen videtur re[illegible]
64 nere dubius, ſi præferenda ſit opinio
Doctoris in ſingulari illi, quam tenuit in
additionibus, quia licet poſſit dici ean-
dem adhibuiſſe diligentiam in vtroque,
apparet tamen magis de enixa voluntate
Doctoris in ſingulari, quia ſingularia con-
tinent ſolùm caſus peregrinos, pulchros,
& notabiles, quorum deciſiones propter
prædictas qualitates alacriori animo am-
plectimur, vt dicit Coraſ. *loco cit. num.*73.
vbi hoc dicit veriſſimum, ſed limitandum
modo quo *ſupra.*
65 Dic quintò, opinionem, quam Doctor
tenet in conſilio deciſiuo, præferendam
eſſe opinioni, quam tenet in alio conſilio
ad partis petitionem per ea, quæ *ſupra*
diximus, & tenet Coraſ. *num.* 73. *verſ.*
66 *Primus eſt caſus*: Quod etiam procedit, ſi
aliam opinionem tenuit in tractatu.
67 Idem dicendum eſt de ea opinione,
quam Doctor in vno loco plenius diſpu-
tauit, quam in alio, Abb. *in eap. Bonæ il* 2.
*num.*3. *de poſtul.* Barbat. *conſ.*64. *col.*9. *lib.*1.
Neuizan. *loco cit. num.* 26. Vel ſi in vno
loco materiam principaliter tractauit, in
68 alio incidenter, tunc opinio firmata in eo
loco, vbi principaliter de ea agitur, ſer-
uanda eſt, Cephal. *conſ.*278. *num.*10. *lib.*2.
Coraſ. *loco eit. num.*78.
69 Quod pariter dicendum eſt, quando
pluries, & pluribus in locis Doctor in-
conſtans vnam tenuit opinionem, nam
illam eſſe attendendam, voluit Bald. *in l.
precibus num.*42. *prope finem, C. de impub. &
alijs ſubſtit.* Iaſon. *conſ.* 136. *num.* 2. *lib.* 4.
Neuizan. *loco eit. num.* 32. cum alijs per
Coraſ. *loco eit. num.*77. vbi de ratione.
70 Dic ſextò, attendendam eſſe opinio-
nem Doctoris, quam poſterius tenuit, ſi
de tempore conſtat, Gloſs. *vlt. in l. Qui
filium, §. fin. circa med. verſ. Reſponſum Prin-
cipis, ff. ad Trebell.* Roman. *conſ.*327. *num.*8.
& ibi Mandoſ. in Addit. Coraſ. *loco cit.
num.* 79. qui dicit hoc probari iure, & ra-
tione, iure per Text. *in l. fin. §. Sed cum in* 2.
ibi *Papinianus licet variauerit, C. de furt.*
71 Ratione quia poſteriora derogant priori-
bus, *l. Sed & ſi poſteriores, ff. de legib.* Hoc
72 etiam procedit ſi in eodem actu Doctor
varius ſit, Coraſ. *loco cit. num.*73.
73. Dic ſeptimò, ſi vno in loco Doctor di-
ſtinguit, in alio vero ſimpliciter loquitur,
tunc attendenda eſt opinio diſtinguens,
tum quia præſumitur verior, tum quia
præſumitur magis iuridica, Gloſs. *vlt. in
cap. Scientes, extra de cenſib.* Imol. *in cap.
Super litteris num.*2. *de reſcript.* Franc. Marc.
decif. 817. *par.* 2. Oſaſc. *decif.* 21. *num.* 16.
cum alijs multis, quos refert, & ſequitur
Coraſ. *loco cit. num.*80. 81. 82. 83. *&* 84.
74 Dic octauò, in concurſu opinionum
Doctoris, quarum vna eſt æqua, & beni-
gnior, altera verò dura, & rigida, æquio-
rem, & benigniorem eſſe attendendam,
Abb. *in eap.* 2. *num.* 3. *de cognat. ſpirit.* Ia-
cob. Æmil. *conſ.*50. *num.*16. cum alijs, quos
refert, & ſequitur Coraſ. *loco cit. num.*85.
75 Idem dicendum eſt de ea opinione,
quæ fauet poſſeſſori, reo, doti, & ſimili-
bus, Coraſ. *loco cit. num.*86.
76 Dic nonò, & vltimò, quod quando
qualitates hinc inde concurrunt, tunc ar-
bitrio Iudicis, & boni viri litem dirimen-
dam vt benè aduertit Coraſ. *loco cit. à
num.* 87. *&* 88. omnino viden.
77 Pro coronide autem huius Aduocati,
& Scriptorum inconſtantiæ lubet afferre
verba Crauettæ *de antiquitate temporum
par.* 1. *verſ. De verbis enunciatiuis, num.* 116.
[Equidem nihil hic pono, *ait Crauetta*,
quid non iudicijs, aut ſententijs dicendis,
ſequi ipſe audeam in foro vtroque, &
poli, & hominum, nec aliud, Deum
obſecro, quàm vt ſcribentis animum,
veritatis auidiſſimum ad eam ipſam veri-
tatis rectitudinem proferat, neque enim
ſcientia hac noſtra ex animi affectibus vti
debemus, aut æris cupiditate, aut amico-
rum, vel propinquorum affectione, aut
parentum formidine, quem vnum ſco-
pum ſi firmiter nobis propoſitum habere-
mus non totiens, arbitror, varietatis leui-
tatem audiremus, non citra ſplendoris

Digitized by Google

noſtri obſcurationem. Quod ſi Doctores omnes ad vnam veritatis viam adirent, non tot, tantæque opiniones, aut contradicendi, aut gloriæ ſtudio philoſophiæ huius moralis decus deturpatũ haberent.]

78 Magiſtratus verò non debet eſſe varius, & inconſtans in iudicando, *cap. Cum in cauſis extra, de ſentent. & re iudic.* Cephal. *conſ.* 176. *num.* 32. *volum.* 2. Cauagnol. *in paraphraſi deciſ. volum.* 1. *pag. mihi* 509.

Cæterum redeundo vnde digreſſi ſumus, infertur ſecundò Procuratorem ad
79 negocia non poſſe eſſe inconſtantem poſt ſuſceptum mandatum, quia tenetur illud ad finem perducere, §. *mandatum Inſtitut. mandat.* Ruin. *conſ.* 44. *num.*10. *in fin. lib.*1. Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 10. *volum.* 1. Strac. *de mercatura, tit. de mandat. num.* 51. Rota Genuen. *deciſ.* 9. *num.* 5. & 6. & *deciſ.* 68. *num.*5. Surd. *deciſ.* 304. *num.*5. & 6. Molin. *de contract. tractat.* 2. *diſput.* 549. *num.* 4. & *diſput.* 552. *num.* 5. cum alijs *ſupra* allegatis.

80 Quod ampliatur, vt nec etiam re integra poſſit inconſtans renunciare mandato, Alberic. poſt Iacobum Butrigar. *in l. ſi mandauero*, §. *fin. ff. mandati*, Gregorius Lopez *par.* 5. *tit.* 12 *leg.* 20. *num.* 3. *verb. recibe el mandiamento*, quod non carere probabilitate, dixit Molin. *loco cit. num.*5.

81 Contrarium tamen, & verius hoc caſu licitam eſſe inconſtantiam, Textus eſt apertus *in dicto* §. *mandatum, Inſtit. mandat.* & habetur *in dicto* §. *fin. ff. eodem.* & ita intelligit Faber. *l.ſi quis*, §.1.*ff. eodem*, Molin. *loco cit. num.* 5. ea ratione, quia cum con-
82 tractus cenſeantur initi iuxta regulas iuris, & ſatis apertè ius ſtatuat poſſe re integra mandato renunciari, vt *in dicto* §.*mandatum*, meritò non poteſt denegari ea Inconſtantia re integra, ſic Molin. *loco cit.*

83 Amplia ſecundò, vt niſi mandatarius mandatum adimpleat, teneatur ad damna, & intereſſe, *l. itemque*, §. *ſi Procurator, l. ſi tibi mandauero*, §. *verò, ff. mandati*, Pariſ. & Rota Genuen. *loco cit.* Surd. *d.deciſ.*304. *num.* 5. Molin. *dicto num.* 5. & alij *ſupra citati*.

84 Imò teneatur præſtare non ſolùm dolum, & latam culpam, ſed etiam leuem, *ex l. contractus, ff. de reg. iur.* voluit Dec. *ibidem num.* 27. Cagnol. *num.* 30. Strac. *de mercat. loco cit. num.* 49. Surd. *d. deciſ.* 304. *num.* 6. Maſtrill. *dicta deciſ.* 177. *num.* 12. & 13.

85 Præterea veteres Iuriſconſulti adeo ſeueri fuerunt aduerſus eos, qui rem mandatam receperunt, vt infames definierint, qui mandatum ſuſceptum etiam in rebus priuatis, & minimis dolo, aut culpa ſua, & negligentia deſererent, *l.* 1. *ff. pro ſocio*, *l. fuit*, §. *mandati*, *ff. de ijs, qui not. infamia*.

Quæ pœna licèt nonnullis grauis, & dura videatur, audiendus nihilominus eſt Cicero in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, qui ſic ait. [In priuatis rebus ſi quis rem mandatam non modò malitioſius geſſiſſet ſui quæſtus, aut commodi cauſa, verum etiam negligentius, eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant: Itaque mandati conſtitutum eſt iudicium, non minus turpe, quàm furti; credo propterea, quod quicquid in rebus ipſi intereſſe non poſſumus in his operæ noſtræ Vicario fides amicorum ſupponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium, & quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem; non enim poſſumus omnia per nos agere, alius in alia eſt re magis vtilis; Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis, & obſtas? recede de medio per alium tranſigam. Suſcipis onus officij, quod te putas ſubſtinere poſſe, quod minimè videtur graue iis, qui minimè ipſi leues ſunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quiſquam ferè niſi amico; neque credit, niſi ei, quem fidelem putat. Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul, & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non fuiſſet, niſi credidiſſet. Ita ne in minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpiſſimo iudicio condemnetur neceſſe eſt: In re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ ſunt, atque concreditæ, ignominia mortuorum affecerit, is inter honeſtos homines, atque adeo inter viuos numerabitur? In minimis, priuatiſque rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudicijque infamiam reuocatur: propterea, quod ſi rectè fiat, illum negligere oporteat, qui mandatum receperit.]

86 Hactenus Cicero, quem refert,& ſequitur Azor. *Inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 9. *cap.*6. *verſ. præterea*, & quia ſæpius Procuratorem vocauit Cicero *amicum*, idemque fecit Iuriſconſultus *in l. fundi*, §. *idem ſi amicus*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* vt ex interpretatione Alexandri Iaſonis, & Alciati exponit Caldas *de empt. & vendit. cap.* 15. *num.* 23.

87 Amplia tantò magis ſi mandatario ſalarium ſit conſtitutum, & illud pro eo ſtipendio acceptaſſet, nam etiam re integra non poſſet inconſtans illud deſerere, tunc enim eſſet verus contractus locationis operarum, in quo non datur

Digitized by Google

pœnitentia, ſic Molin. *dicta diſput.* 552. *num.* 15.

88 Limitatur primò concluſio, vt re integra poſſit Procurator inconſtans renunciare mandato per ea, quæ ſupra dicta ſunt, *dicto* §. *mandatum Inſtitut. mandat. l. ſi mandauero,* §. *ſicut, ff. eodem* Molin. *loco cit. num.* 5. Petrus Greg. *Syntagmat. iuris lib.* 27. *cap.* 5. *num.* 19.

89 In hoc autem mandato ad negocia res deſinit eſſe integra, ſi factum eſt aliquod ſubſtantiale ipſius negocij, *cap. In cauſis de elect. Roman. in l.* 2. §. *ſed ſi quis num.* 10. *ff. de donat.* Mantica *de tacit. lib. titul.* 31. *nu.*7. vbi ſi ſit datum mandatum ad emen-

90 dum, res dicitur integra, donec mandatarius arrhas dederit.

Limita ſecundò, niſi legitimum ſuperueniat impedimentum, quo non poſſit

91 mandatum exequi, aut integrè illud executioni mandare, ſic Molin. *loco citato num.* 5. Petrus Greg. *loco citato num.* 21. *&* 23. Mantica *loco citato tit.* 20. *à num.* 1.

Legitimum verò impedimentum præſtabunt cauſæ enumeratæ *ſupra* in mandato ad lites; Quia traditiones illæ conueniunt etiam Procuratori ad negocia.

Et hæc dicta ſufficiant quoad inconſtantiam illius, qui mandatum ſuſcepit.

QVÆSTIO XII.

ARGVMENTVM.

Quid in mandante, an poſſit mandatum reuocare, & in quibus caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Mandans, ſeu Procuratorem conſtituens poteſt inconſtās mandatum reuocare.*

2 *Pactum quod mandans reuocare non poſſit mandatum, an & quando ſubſtineatur.*

3 *Iuramentum de non reuocando Procuratorem conſtitutum non eſt ſeruandum à iurante.*

4 *Iuramentum, an faciat irreuocabilem actum de ſui natura reuocabilem.*

5 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus ſui adhæret.*

6 *Reuocans Procuratorem quem iurauerat non reuocare an, & quando eutet periurium.*

8 *Conſuetudo quod Procurator reuocari nequeat non ſubſtinetur.*

9 *Procurator conſtitutus cum iuramento de illum non reuocando etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus poteſt reuocari.*

10 *Procurator conſtitutus ad reſignandum beneficium cum iuramento de non reuocando, an poſſit reuocari.*

11 *Aliud eſt conſtituere Procuratorem ad reſignandum, aliud ad permutandum Beneficium.*

12 *Per conſtitutionem Procuratoris ad permutandum Beneficium, dicitur ius parti quæſitum.*

13 *Procurator conſtitutus ad cedendum cum iuramento de non reuocando, poteſt reuocari.*

14 *Quid de Procuratore conſtituto ad contrahendum matrimonium, cum iuramento de non reuocando.*

15 *Vel ad eligendum.*

16 *Ad extinguendum regreſſum.*

17 *Ad præſentandum.*

18 *Procurator conſtitutus ad præſentandum, an poſſit cumulando alium præſentare.*

19 *Procurator conſtitutus per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, poteſt reuocari viua voce.*

20 *Procurator reuocari poteſt, non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè.*

21 *Mandatum quando ex coniecturis cenſeatur tacitè reuocatum remiſſiuè.*

22 *Mandatum dicitur reuocatum, quando dominus ſcripturas abſtulit Procuratori.*

23 *Procurator conſtitutus ab eo qui ſe abſentat, an, & quando cenſeatur reuocatus per reditum conſtituentis.*

24 *Procurator ad lites, an cenſeatur reuocatus ex eo quod dominus inconſtans iudicium in ſe reaſſumpſeris.*

25 *Mandans iudicium in ſe reaſſumens eadem die conſtituti Procuratoris non cenſetur mandatum inconſtans reuocaſſe.*

26 *Mandans comparens in iudicio per ſeipſum coactus, & pro caſu neceſſitatis non cenſetur inconſtans reuocaſſe Procuratorem.*

27 *Poſitionibus reſpondendo mandans per ſeipſum non exinde cenſetur inconſtans reuocaſſe Procuratorem.*

28 *Mandans comparens in iudicio per ſeipſum compulſus à Iudice, non exinde cenſetur inconſtans reuocaſſe Procuratorem.*

29 *Mandans comparens in iudicio ſimul cum Procuratore per huiuſmodi comparitionem non cenſetur inconſtans mandatum reuocaſſe.*

30 *Proteſtatio de non reuocando Procuratorem appoſita in comparitione principalis, quando illius reuocationem excludat.*

31 *Mandans comparens per ſeipſum abſente Procuratore, an & quando cenſeatur mandatum reuocare.*

32 *Abſens in dubio præſumitur diſſentire.*

33 *Procurator cenſetur reuocatus per conſtitutionem alterius.*

Digitized by Google

34 *Siue id fiat in prima, ſiue in ſecunda inſtantia.*
35 *Mandatum ſecundum inutile adhuc importat reuocationem primi.*
36 *Procuratore ſecundo non acceptante adhuc primus cenſetur reuocatus.*
37 *Mandatum ſecundum in perſonam eiuſdem Procuratoris quando importet confirmationem primi, vel illius reuocationem.*
38 *Referuntur clauſulæ ex quibus primus Procurator non cenſetur reuocatus per conſtitutionem ſecundi.*
39 *Mandatum ad negocia non cenſetur reuocatum per conſtitutionem alterius Procuratoris ad lites.*
40 *Procurator ſpecialiter conſtitutus non cenſetur reuocatus per conſtitutionem Procuratoris generalis.*
41 *Procurator ſubſtitutus quando cenſeatur reuocatus.*
42 *Inimicitia exorta inter Dominum, & Procuratorem, quando cenſeatur reuocatum illius mandatum.*
43 *Reuocatio procuratoris, donec diſputatur an ſubſiſtant necne Procurator debet ſe abſtinere ab adminiſtratione.*
44 *Iniuria illata Domino per Procuratorem facit præſumere reuocationem mandati.*
45 *Mandatum cenſetur reuocatum, quando Procurator effectus eſt nequam, & facinoroſos.*
46 *Item ſi Procurator lapſus ſit facultatibus.*
47 *Vel fuerit excommunicatus.*
48 *Aut inciderit in furorem.*
49 *Procurator an, & quando cenſeatur reuocatus ex eo quod ſtatum mutauerit.*
50 *Procurator cenſeatur reuocatus ex cauſa ſuperuenta, quæ ſi ab initio adfuiſſet non fuiſſet conſtitutus.*
51 *Procurator grauiter ægrotans, & per menſes non valens melius eſſe, cenſetur reuocatus.*
52 *Procurator effectus decrepitus cenſetur reuocatus.*
53 *Procurator in longum peregrinans cenſetur reuocatus.*
54 *Hæres ex cauſa poteſt reuocare Procuratorem, quo defunctis mandauerat vteretur.*
55 *Procurator cenſetur reuocatus ex eo quod mandans renunciauerit liti, ad quam fuerat conſtitutus.*
56 *Mandatum re non integra reuocari non poteſt.*
57 *Res non dicitur integra reſpectu Procuratoris quando lis eſt conteſtata.*
58 *Mandatum ad lites poſt litem conteſtatam reuocari non poteſt ſine conſenſu ipſius Procuratoris, & aduerſarij.*
59 *Reuocationi Procuratoris pars dicitur renunere eo ipſo quod proſequitur litem cum ipſo Procuratore reuocato.*
60 *Res non dicitur integra reſpectu Procuratoris quando cæpit tractare de meritis cauſæ.*
61 *Litis quaſi conteſtatio, idem operatur, ac conteſtatio vera.*
62 *Re non integra mandatum Procuratoris reuocari expreſſè non poteſt.*
63 *Tacitè verò, an reuocari poſſit.*
64 *Procurator poſt litem conteſtatam, ex iuſta cauſa poteſt reuocari.*
65 *Iuſta cauſa reuocandi Procuratorem poſt litem conteſtatam, quæ ſit, arbitrio Iudicis remittitur.*
66 *Procurator litigans cum Domino pro ſalario, an reuocari poſſit ex hac cauſa, & numeris ſeqq.*
67 *Reuocatio Procuratoris poſt litem conteſtatam admittitur conſentientibus ipſo Procuratore, & Aduerſario.*
68 *Contradictio Procuratoris ne reuocetur quanti ſit facienda.*
69 *Procurator reuocatus ſi ſe ingerat in cauſa dicitur ſuſpectus.*
70 *Conſenſus Procuratoris pro eius reuocatione poſt litem conteſtatam, non ſufficit, niſi conſentiat etiam pars aduerſa.*
71 *Conſenſus partis in reuocatione Procuratoris probandus eſt ab allegante.*
72 *Procuratore diſſentiente eius reuocationi, requiritur cognitio ſaltem ſummaria ſuper cauſa reuocationis.*
73 *Quid Procuratore conſentiente.*
74 *Procurator reuocari poteſt in cauſa appellationis.*
75 *Procurator efficitur Dominus inſtantia non autem cauſæ.*
76 *Clauſula* releuans, &c. *appoſita in mandato procuræ, operatur quod Procurator non efficiatur dominus ſolius inſtantia, ſed totius litis.*
77 *Res quando deſinat eſſe integra in mandato ad negocia.*
78 *Procurator ad negocia re non integra, reuocari non poteſt.*
79 *Procurator ad negocia etiam re non integra reuocari poteſt à Domino, ex iuſta cauſa.*
80 *Procurator ad negocia ſi conſentiat reuocari poteſt, etiam re non integra.*
81 *Mandans ad negocia factum contemplatione mandatarij, etiam re integra, ſine illius conſenſu reuocari non poteſt.*
82 *Mandatum ad negocia ſtipulatione vallatum etiam re integra reuocari non poteſt, ac de ratione.*
83 *Siue ſtipulatio interceſſerit incontinenti, ſiue ex interuallo.*
84 *Procurator ad negocia cum conſtitutione ſalarij an, & quando re integra poſſit reuocari.*
85 *Conſtituens Procuratorem ad negocia cum pacto de illum non reuocando, non poteſt inconſtans illum reuocare.*
86 *Procurator in rem propriam reuocari an, & quando poſſit.*
87 *Reuocatio Procuratoris an, quibus, & quomodo debeat notificari.*
88 *Scientia non ſupplet defectum notificationis, quando hæc fieri debet ad finem prohibendi actum.*
89 *Renocatio Procuratoris eſt intimanda, ſiue fiat ante*

ante, ſiue poſt litem conteſtatam.
90 Tacita Procuratoris reuocatio, eo magis eſt intimanda.
91 Renocatione Procuratoris non intimata, validè in indicio proceditur, cum Procuratore renocato.
92 Renocatio Procuratoris ad lites facta penèt acta, non requirit intimationem.
93 Reuocatio Procnratoris ad negocia an, & qnando ſit intimanda, & an ſufficiat qnod intimata fuerit ipſi Procuratori.
94 Soluens Procuratori reuocato nulla habita intimatione reuocationis, rectè ſoluit, & liberatur.
95 Geſta per Procuratorem reuocatum, ante intimatam reuocationem, valida ſunt.
96 Procurator ad matrimoninm contrahendum illud contrahens poſt mandati reuocationem ea tamen ſibi ignota, & non intimata, adhuc inualidè contrahit, & nn. 106. & 107.
97 Procurator ad reſignandum benè reſignat etiã poſt reuocationem mandati, ſi renocatio non fuit intimata.
98 Procuratoris ad reſignandum Beneficium, reuocatio quibus intimari debeat.
99 Beneficium an reſignari poſſit à principali poſt conſtitntum Procuratorem ad reſignandum ſine illius renocatione.
100 Beneficij titulum habens, poteſt illud reſignare.
101 Vicarius reuocatus, rectè procedit reuocatione ſibi non intimata.
102 Legatus reuocatus rectè procedit reuocatione ſibi non intimata.
103 Intimatio renocationis non eſt neceſſaria contra Procuratorem ad reſignandum Beneficium, qni reuocationi tacitè, vel expreſſe notitiam habnit.
104 Vicario intimanda eſt renocatio mandati ne poſſit conferre Beneficia.
105 Vicario qnando dicatur ſufficienter intimata mandati renocatio.
106 Mandati renocatio licet non intimata ſuffragatur, vbi agitur de ſolo præiudicio conſtituentis.
108 Matrimonium contractum à Procuratore reuocato, eſt nullum, etiamſi conſtituens illud ratificet, niſi ſuperueniat nouus conſenſus.
109 Ratificatio contractus nulli, nulla eſt.
110 Procnrator ad acceptandum Beneficium, vel dignitatem Eccleſiaſticam poſt mandati renocationem nulliter acceptat, quamuis renocationis notitiam non habuerit.
111 Quid de Beneficio ſimplici.
112 Matrimoninm ſpirituale ſine conſenſu contrahi non poteſt.
113 Procurator conſtitutus ad officium Patrini, nulliter mandatum explet poſt illins reuocationem, quamuis reuocationis notitiam non habuerit.
114 Quod de Procuratore ad vouendum.
115 Vel ad iurandum.
116 Reuocatio Procuratoris ad præſentandum an, & quando debeat intimari.
117 Procurator poſt ſibi intimatam reuocationem mandati non poteſt amplius in officio ſe ingerere.
118 Procnrator exercens officium poſt ſibi intimatam reuocationem mandati, dicitur Procurator falſus.
119 Geſta per Procuratorem poſt intimatam reuocationem mandati, non poſſunt per dominum inconſtantem ratificari.
120 Sententia obtenta per Procnratorem reuocatum, non poteſt per dominnm approbari.
121 Quid ſi renocatio non fuerit intimata.
122 Geſta per Procuratorem reuocatum per dominnm inconſtantem, poſſunt ratificari in proprium prҿiudicium.
123 Non autem ad ſui fauorem.
124 Geſta per Procuratorem reuocatum non principaliter, ſed in conſeqnentiam, poſſunt per dominnm ratificari.
125 Quid ſi tendant ad commodum ratificantis.
126 Geſta per Procuratorem reuocatum ratificari poſſunt, qnando poſſent ratificari ſi à quouis alio geſta eſsent.
127 Vel quæ etiam ſine mandato fieri potuiſſent, & de ratione.
128 Procuratorem reuocatum munus ſuum exercere, patiens videtur mandatum tacitè renouaſſe.
129 Procurator inuitus reuocari non poteſt, niſi prius reintegretur de omnibus expenſis, quas fecit.
130 Procuratori renocato adhuc debetur ſalarium.
131 Salarium non debetur Procuratori ſua culpa renocato.
131 Procurator pro ſalario, an poſſit retinere ſcripturas.
133 Quid pro expenſis factis in lite.

De Inconſtantia in Iudicijs.

1 RESPECTV mandantis, ſtatuenda eſt concluſio, licitam eſſe inconſtantiam, poſſeque conſtituentem Procuratorem, illum reuocare, §. *Verè quoque Inſtit. mandat.* & ibi omnes Inſtitutiſtæ, *l. ſi mandauero, ff. mandat.* Mantic. *de tacit. d. lib. 7. tit. 21. num. 1. & 2.* Fragoſ. *de regim. Reipubl. par. 1. lib. 5. num. 273.* Bart. *in l. de precario, ff. de precar.* Petrus Greg. *in Syntagmat. iuris, lib. 27. cap. 5. nu. 22.* Bauny *de contract. lib. 2. tract. 2. de contract. ſtricti iuris, quæſt. 5.* Rot. *deciſ. 371. par. 11. rec. n. 5. & coram* Dunoz. iun. *deciſ. 881. num. 8.*
2 Et in tantum licita eſt in mandante Inconſtantia, vt nec pacto tolli poſſit, Bart. *in d. l. de precario, ff. de precar.* Petrus Gregor. *loco cit. nu. 22.* Fragoſ. *loco cit.* Pariſ. *de reſign. lib. 9. qu. 31. n. 22.* latè Golin. diſputans articulum *de Procur. par. 3. cap. 5. nu* 117. Dec. *conſil. 521. num. 16. & conſ. 165. in fin. & conſil. 293.* Rot. *deciſ. 326. num. 32. par. 4. to. 2. recent. & tom. 1. deciſ. 233. ſub num. 3.*

Quod tamen procedit in ſimplici pacto ſecùs ſi ex eo eſſet alteri ius queſitum, Rolan. *conſ.6. n.50. vol.1.* Boer. *deciſ.207. nu.3.* Natt. *conſ.426. num.11. lib.2.* Golin. *loco citato num.135.*

3 Secundò habet locum, etiamquod quis iuraſſet non reuocare Procuratorem; nam non obſtante iuramento licita erit inconſtantia, Gloſs. *in cap. fin. in verb. Reuocatus, de Procur. in 6.* Alex. *conſ.18. nu.7. lib.2.* Vant. *de nullit. ex defect. mandat. n.158.* Felyn. *in cap. ex parte Decani, num.12. ampliat. 5. de reſcript.* latè Boer. *d. deciſ. 207. num.2.* Oroſius *in l. omnes populi, num.114. ff. de iuſt. & iur.* Guttier. *de iuramen. confirmat. par. 1. cap. 1. num. 80. & 81.* Scacc. *de Iudicijs, lib.1. cap.101. num.42.* Fragoſ. *loco cit. num.273.* Beninten. *deciſ 49. num.2.* Rebuff. *in praxi verb. Forma Vicariatus, num.193.* Nauar. *de alien. rer. Eccleſ. nu.14.* Tiraquell. *de iur. primog. quæſt.78.* latè Gabriel *de iur. iur. concluſ.1. num.9.* Spin. *Specul. teſtamentorum, Gloſs.4. princip. num.76.* Pariſ. *d. lib.9. quæſt.31. num.2.* Sanchez *de matrim. lib.2. diſput.11. num.8. & lib.6. diſput. 13.* Cened. qui infinitos adducit ad Textum *collat. 3.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 75. num. 7.* qui latè, & de ratione Fab. Capic. *controuerſ.60. num. 1. 3. & 13. lib.1.* Golin. *de Procur. par.3. cap.5 nu.121.* Bauny *loco cit. quæſt.5. verſ. Neque,* Surd. *conſ.264. nu.39. lib.2.* Gratian. *diſcept.783. num.35.* Buratt. *deciſ.64. nu.9.* Rot. *dec.204. ſub num.1. par.4. tom.1. rec.* in mandato ad præſentandum, Rot. *coram* Dunozet. iun. *deciſ.798. num.6.*

4 Ratio eſt, quia vbi actus de ſui natura eſt reuocabilis, iuramentum regulatur ſe-
5 cundum illius naturam, Gloſsa *in dicto cap. fin. de Procur. in 6.* Boer. *d. deciſ. 207.* Crauet. *conſ.191. num.5.* Seraph. *d. priuil.75. num. 20.* Azor. *inſtit. moral. lib. 9. quæſt. 2. cap.7. verſ. Expreſsè,* Bauny *loco citato verſ. Suppono 2.* Golin. *loco cit. num.134.* Mancin. *de iuram. par.4. effect.22. num.10.* Molin. *de rit. nupt. comp.25. lib.1. num.53. & 54.*

6 Sed hoc caſu inconſtans non euitabit periurium, Gloſs. *in d. cap. fin. in verb. Reuocatus, de Procur. in 6.* Gabriel *loco cit. nu.9.* Seraph. *loco cit. num.7.* & omnes alij *ſupra citati,* Caldas Pereir. *de empt. & vendit. cap.30. num. 35.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. lib.1. cap. 75. num. 24.* Scacc. *de ſent. & re iudic. Gloſs.7. quæſt.3. limit.4. num.40.* Adden. *ad deciſ. Vbald. 323. num.6.* Rot. *coram* Dunozett. iun. *dicta deciſ.798. num.8.*

7 Quod intellige, niſi iuſta cauſa fuerit locus reuocationi, & inconſtantiæ, Franc. *in d. cap. fin.* Federic. de Senis *conſ.107. in fin.* & alij, quos refert, & ſequitur Boer. *d. deciſ.207. num.3.* Fab. Capic. *d. conſul.60. num. 1.* Pariſ. *de reſignat. d. lib. 9. quæſt. 31. num. 32.* Baſilius Pont. *de matrimon. lib.2, capitulo 15. §. 2. numero 33.*

8 Tertiò, amplia, vt nec conſuetudine introduci poſſit, vt Procurator reuocari nequeat, Roc. de Curt. *in cap. fin. col.57. de conſuet.* Gabr. *d. concluſ.1. de iur. iurando, nu.10.* Fab. Capic. *d. conſul. 60. nu.1.* Pariſ. *d. lib.9. quæſt.31. num.19.*

9 Quartò, amplia, vt non ſolùm in prophanis Procurator conſtitutus etiam cum iuramento poſſit reuocari, ſed etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus, vt voluit Boer. *d. deciſ. 207.* Fab. Capic. *loco citato,* & latè diſcuſſo articulo, Pariſ. *d. quæſt.31. num. 18.*

10 Hinc primo infertur, male ſenſiſſe Rotam antiquam *in deciſ. 8. aliàs 104. de Procur. in antiq.* dum aſſerit, Procuratorem conſtitutum ad reſignandum ſimpliciter cum iuramento de non reuocando, non poſſe reuocari, quam ſequitur Felynus *in cap. Ex parte, de reſcript. & in cap. Si diligenti de for. compet.* & alij, quos refert Gabr. *dicta concluſ. 1. num. 12. & 13.*

Loquitur enim contra communem, & eius rationes latè improbat Beninten. *dicta deciſ. 49. à num. 3.* Boer. *dicta deciſ. 207. num. 1.* Pariſ. *dicta quæſt. 31. num. 20.* Rub. *in ſingul. Rot. Roman. ad deciſ. antiquas pag. 586. verſ. Rot. deciſ. 104.*

Niſi dicas, Rotam loqui in Procuratore conſtituto ad permutan. non autem
11 ad reſignan. ſimpliciter, nam aliud eſt conſtituere Procuratorem ad permutan. aliud ad reſignan. ſimpliciter, Collect. *cap. Cum olim, quæſt. vltim. de rer. permutat.* Pariſ. *loco cit. num. 10.* agitur enim de intereſſe partis, in quam permutatio bene-
12 ficij eſt facienda, & cui eſt ius quæſitum, Natt. *conſ.426. num.12.* Vant. & Boer. per Fragoſ. *loco citato num.274. in fin.* qui etiam ſic dictam Rotæ deciſionem intelligit, & propterea Procuratorem ſimpliciter ad
13 cedendum conſtitutum etiam cum iuramento de non reuocando poſſe reuocari, voluit Rota vt per Mohed. *deciſ. 28. de renunciat. aliàs 189.*

14 Hinc infertur, Procuratorem ad matrimonium contrahendum conſtitutum cum iuramento de non reuocando, nihilominus poſſe reuocari, vt voluere Gloſs. *in d. cap. fin. verb. reuocatus,* Gemin. *ibidem §. Sanè num. 5.* Franc. *ibidem num. 6.* Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num. 12. & 13.* Rebell. *lib. 2. de matrim. quæſt. 5. in fine,* Comar. *2. par. cap. 4. num. 13.* cum alijs, quos citat Sanchez *lib. 2. diſput.11. num.8,* Baſil. Pont. *eodem tractatu lib. 2. cap. 15. num. 12.* Guttier. *eodem tractatu cap. 43. num. 9.* Rota *in dicta deciſ. 204. ſub num. 1. par. 4. to. 1. recent.*

15 Idem dicendum eſt in Procuratore conſtituto ad eligendum, & ſic ad actũ, in quo agitur de matrimonio ſpirituali, Doctores

in d. cap. finali, Beninten. *d. deciſ.* 49. *num.* 6.
16 Sicuti Procuratorem conſtitutum ad
extinguendum regreſſum cum iuramento
de non reuocando poſſe reuocari, voluit
ex deciſ. Achil. de Graſs. *deciſ.* 3. *de regreſs.*
in manuſcript. Pariſ. *dicta quæſt.* 31. *num.* 20.
qui tamen, dum *num.* 23. dicit Burſattum
conſ. 379. *lib.* 4. conſuluiſſe, Procurato-
17 rem datum ad præſentan. poſſe reuocari,
non benè dicit, quia Burſattus non loqui-
tur de reuocando Procuratore, ſed de
Procuratore, qui data facultate patrono
præſentandi cum iuramento de non reuo-
18 cando, voluit accumulando alium præ-
ſentare, & hæc inter ſe valdè differunt,
vt per eundem Burſattum *d. conſ.* 379.
19 Quintò amplia, vt Procurator per lit-
teras, vel inſtrumentum deputatus poſſit
etiam ſola viua voce reuocari, Abbas *in*
cap. Ex inſinuatione numer. 1. *de Procurat.*
Mantica *de tacit. dicto lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 3.
20 Sextò amplia, vt reuocatio Procurato-
ris non ſolùm fieri poſſit expreſsè, ſed
etiam tacitè, Conuar. 4. *decret.* 2. *par.*
cap. 4. *num.* 11. Sanchez *de matrim. dicto*
lib. 2. *diſput.* 11. *num.* 10. Golinus *dicto*
tractatu de Procurat. cap. 5. *in principio.*
21 Coniecturas tacitæ huius reuocationis
enumerat inter alios Menoch. *præſump.* 36.
lib. 2.
Quarum prima eſt, quando dominus
aufert à Procuratore inſtrumenta, libros
22 rationum, & reliqua iura, quibus Procu-
rator officium exercebat, Angel. *in l. nego-*
cium, §. Curator, ff. de appell. Roland. *conſ.* 46.
num. 7. *lib.* 2. Iaſon, Ripa, & Alciat. ab
eodem Menochio *loco citato num* 4. Molin.
de contract. tit. de mandat. ad 4. *colum. vltimi*
ordinis, num. 30. Mantica *de tacit. lib.* 7.
tit. 22. *num.* 34. Golin. *de Procurat. par.* 3.
cap. 5. *num.* 40. 41. & 42.
23 Secunda eſt, quando dominus ob ſolam
ſuam abſentiam conſtituit Procuratorem,
& deinde eſt reuerſus, nam ſtarim quod
reuerſus eſt, præſumitur reuocaſſe man-
datum, Fulgoſ. *in l. qui mutuam, §. non ideo*
ff. mandat. Soccinus ſen. *conſ.* 17. *nu.* 12. *lib.* 5.
Menoch. *loco citato num.* 5. qui de mente
Soccini hoc intelligit, niſi contrarijs
coniecturis aliter conſtet, vt puta ſi reuer-
ſo domino eo patiente, & præſente, vt
Procurator gerit, & adminiſtrat, Faber.
in Codic. lib. 2. *tit.* 8. *diffin.* 2. *num.* 3. Gratian.
diſcept. 505. *num.* 40. Mantica *de tacit. lib.* 7.
tit. 22. *num.* 2. Golin. latè *loco cit. num.* 82.
83. & 84.
24 Tertia eſt, quando Procuratore ad lites
conſtituto ipſius litis dominus cauſam re-
aſſumit, & tractare incipit, Innocentius
in cap. Petitio, de Procurat. Gloſs. *in cap. Si*
quem, de Procurat. in 6. Bart. *in l. mutare, ff.*
de Procurat. Rota *deciſ.* 20. *de Procurat. in*
nou. cum alijs per Menochium *loco citato*
De Inconſtantia in Iudicijs.
num. 6. Golinus *loco citato, num.* 33. latè
Mantica videndus *dicto lib.* 7. *titulo* 22.
num. 4.
25 Hęc tamen coniectura contrarijs conie-
cturis eliditur; Et primò non præſumitur
inconſtantia, ſi eadem die conſtitutionis
Procuratoris id fecit ad Textum *in l. nam*
ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. Soccin. ſen.
dicto conſ. 17. *num.* 10. *lib.* 3. Menoch. *loco*
citato num. 5. Golin. *loco citato num.* 35.
26 Secundò, tollitur inconſtantia, ſi do-
minus neceſſitate coactus aliquem actum
neceſſarium facit, vt reſpondendo poſi-
tionibus, Rota *deciſ.* 22. *de Procurat. in*
27 *antiq.* Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani,*
col. penult. verſ. nota de reſcript. Menoch.
loco citato num. 5. Mantica *loco citato num.* 4.
Golin. *loco citato num.* 39.
28 Tertiò, tollitur Inconſtantia, ſi à Iudice
fuit compulſus aliquid facere, Rota *dec.* 25.
eodem tit. de Procurat. in antiq. Menochius
loco citato num. 5.
29 Quartò, tollitur inconſtantia, quando
dominus vna cum Procuratore compa-
ruit, non enim dicitur reuocare, ſed ei
vti tertius aſſiſtere, *l. Paulus reſpondit, ff. de*
Procurat. Menoch. *loco citato num.* 9.
30 Quintò, ceſſat inconſtantiæ coniectura,
ſi dominus ſemel ſolus comparuit, non
facta proteſtatione, ſe ex eo comparitionis
actu nolle reuocare Procuratorem, deinde
iterum comparet, & proteſtatur, & Ad-
uerſarius non contradicit, hoc ſanè caſu
dicendum eſt Procuratorem non præſu-
mi reuocatum, Bellamer. *deciſ.* 454. Me-
nochius *loco citato num.* 10. Mareſcottus
variar. reſolut. cap. 29. *lib.* 2. *num.* 3. & 4.
31 Quid autem ſi abſente Procuratore do-
minus comparet, an cenſeatur incon-
ſtans, & tacitè reuocare mandatum? Dic
non cenſeri reuocatum, quia abſens in
dubio præſumitur diſſentire, *l. filius, §.*
inuitus, ff. de Procurat. & quia habet ius
contradicendi, Rota *in Romana Saluiani*
interdicti 10. *Ianuarij* 1611. *coram cl. mem.*
Vbaldo apud Marcheſ. de commiſsion. par. 1.
fol. 1059. *num.* 10. *in fine, & deciſ.* 3. *inter*
eius impreſſas, Mantica *loco citato num.* 6.
32 qui tamen intelligit, hoc procedere niſi
Procurator fuiſſet in lite contumax, quia
ex hac culpa poteſt ipſum, & tacitè, &
expreſsè reuocare.
Idem dicendum eſt, ſi abſente Procura-
tore dominus aliquem actum faciat, ex
Baldo Mantica *loco citato num.* 9. qui hoc
intelligit poſt litem conteſtatam, ſi nulla
cauſa iuſta adſit inconſtantiæ, ſecus ante
litem conteſtatam, quia hoc caſu non
requiritur præſentia Aduerſarij, qui non
habet ius, nec cauſam contradicendi.
33 Quarta coniectura inconſtantiæ, &
reuocationis mandati eſt, quando nouus
33 Procurator fuit conſtitutus, *l. ſi quis cum*

Procuratorio, §. vlt. ff. de Procurat. Baldus,
Angel. Caſtrenſ. ibi in fine Bart. & Alex.
in l. cum Procuratore, §. 1. ff. de oper. nou. nunc.
Ruin. conſ. 108. num. 1. lib. 4. Dec. in cap.
Cæterum colum. 1. verſ. 3. reg. de reſcript. &
conſ. 430. in fine, Vant. de nullit. ex defect.
mandat. num. 163. Menoch. loco cit. num. 11.
Mantica d. tit. 22. num. 36. Boer. deciſ. 347.
Rota deciſ. 11. & 14. de Procurat. in antiq.
& deciſ. 4. eodem tit. in nou. Gregorius XV.
deciſ. 548. num. 4. Addent. ad deciſ. Buratti
723. Dunozettus ſen. deciſ. 88. num. 1.
deciſ. 364. num. 2. par. 1. recent.

34 Amplia primò, hanc coniecturam procedere ſiue in prima, ſiue in ſecunda inſtantia nouus Procurator conſtituatur, Vant. loco citato, Menoch. loco citato.

35 Secundò amplia, habere locum hanc
coniecturam, quamuis mandatum ſecundum
eſſet inutile, Soccin. ſen. conſ. 112.
num. 14. lib. 1. Menoch. loco citato num. 12.
Put. deciſ. 259. in fin. lib. 2. in nou. & propterea
ſi ſecundus Procurator mandatum
non acceptet, nihilominus primus cenſe-
36 tur reuocatus, Baldus, & Angel. in l. ſi quis
Procuratorio, §. vlt. Vant. loco citato num. 14.
Menochius loco citato, num. 14. Bellamer.
deciſ. 529. Mantica de tacit. dicto tit. 22.
num. 38. Rota deciſ. 20. num. 1. de Procurat.
in nou. Addent. ad dictam deciſ. 723. Buratti
num. 8.

37 Tertiò amplia, quando in eadem perſona Procuratoris ſit ſecundum mandatum, nàm per illud ſecundum præſumitur à primo receſſum, Bald. in dicta l. ſi quis cum procuratorio, §. fin. & ibi Angel & Caſtrenſ. Menoch. loco citato num. 15. Rota deciſ. 591. num. 1. par. 4. to. 1. recent.

Hoc tamen intelligendum eſt, ſi mandatum ſecundum ſit diuerſum à primo, ſi verò ſit conforme priori, tunc non cenſetur reuocatum, ſed confirmatum, Dec. in l. ſingularia in vlt. notab. ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 88. nu. 25. lib. 4. Boer. deciſ. 347. num. 4. Angel. & reliqui in dicta l. ſi quis cum Procuratorio, §. fin. Menoch. loco citato, qui pluribus ſimiliter comprobat à nu. 15.

38 Receditur nihilominus ab hac coniectura, ſi dominus conſtituens proteſtatus eſt ſe conſtituere ſecundum citra primi reuocationem, Soccin. iun. dicto conſ. 17. num. 11. lib. 3 Menoch. loco citato num. 22. vel ſi in conſtitutione noui Procuratoris appoſita ſit clauſula Ita quod non ſit melior conditio occupantis, & peior ſubſequentis, ſed quod vnus incæpit, poſſit alius ad finem perducere, vt de hoc caſu dixit Rota deciſ. 367. par. 9. to. 2. recent. num. 15. & 16.

Idem eſſet, ſi dominus conſtituiſſet
multos Procuratores ſimul ad lites, & ne-
39 gocia extraiudicialia, & nouos ad iudicia,
& lites feciſſet, nam tunc præſumitur noluiſſe
reuocare conſtitutos ad negocia
extraiudicialia, Rota deciſ. 18. de Procurat.
in nou. Franch. in cap. Si quem de Procurat.
in 6. Ruin. conſ. 108. num. 5. lib. 4. Pariſ.
conſ. 88. num. 23. lib. 4. Vant. de nullit. ex
defect. mandat. num. 164. Menoch. loco cit.
num. 23. Mantica loco citato num. 44. Rota
deciſ. 210. num. 2. par. 2. recent.

40 Ceſſaret quoque coniectura inconſtantiæ, ſi primus Procurator fuit ſpecialiter
conſtitutus, ſecundus verò generaliter,
Rota deciſ. 22. de Procurat. in nou. Menoch.
loco citato num. 23. ad fin. Mantica loco cit.
num. 43. quando autem ſubſtitutus cenſea-
41 tur reuocatus, vid. Rotam deciſ. 25. & 30.
de Procurat. in nou. Bellamer. deciſ. 564.
& 589. Mantica loco citato num. 41. & 42.

Quintò, coniectura inconſtantiæ, &
reuocationis mandati eſt, ſi exorta eſt ca-
42 pitalis inimicitia inter Dominum, & Pro-
curatorem, Alberic. & Iaſon in l. Procuratoribus,
C. de Procur. Mantica loco citato,
num. 46. Menoch. loco citato num. 24. qui
extendit ad inimicitiam non capitalem,
per Gloſs. in cap. 2. de Procur. in 6. Menoch.
loco citato num. 25. Magon. deciſ. Lucen. 25.
num. 72. Golinus loco citato, num. 47. qui
num. 49. dicit, quod donec lis ſuper hoc
43 articulo pendet, non debet Procurator
adminiſtrare, & idem dixit Rota deciſ. 354.
nu. 14. par. 4. recent. to. 1. Gratian. diſcep. 618.
num. 1. lib. 4. item ſi ſolùm Procurator
44 dominum afficeret iniuria, l. quæ omnia,
§. 1. ff. de Procurat. Golin. ibidem num. 53.

45 Sexta coniectura eſt Inconſtantię, quando
Procurator effectus eſſet nequam, &
facinoroſus, l. Sancimus, nu. 4. C. de teſtam.
Felyn. in dicto cap. Ex parte Decani num. 21.
de reſcript. Menoch. loco citato, num. 26.
46 Vel ſi lapſus ſit facultatibus, Bart. &
Alex. à Mantica citati num. 47. vbi num. 48.
& 49. dicit, idem eſſe ſi Procurator fuerit
47 excommunicatus, vel in furorem inci-
48 derit Golinus loco citato num. 57.

Quid autem ſi Procurator meliorem
fecerit ſuam conditionem, an mandatum
49 cenſeatur tacitè reuocatum? dic cum
Mantica loco citato, quod ſi mutatio ſtatus ſit incompatibilis cum mandato, vel ſi delegatus factus ſit Procurator, vel Epiſcopus, tunc tacitè intelligitur reuocatum mandatum, ſecus ſi compatibilis ſit cum mandato, vt quia facultatibus auctus ſit Procurator.

50 Septima coniectura, quando ſuperueniſſet
talis cauſa, quæ ſi ab initio adfuiſſet,
illum dominus Procuratorem non conſtituiſſet,
Alciatus de præſumpt. regul. 2.
præſumpt. 16. verſ. Limitatur, Menochius
loco citato num. 25. & propterea ſi Procu-
51 rator grauiter ægrotet, itaut per plures
annos, vel menſes melius ſibi eſſe non
poſſit, cenſebitur reuocatus, l. vel iudicio,
ff. de Procurat.

Digitized by Google

52 Idem ſi fiat decrepitus, Gloſs. *in cap. 2.*
de Procurat. in 6. vel ſi in longum peregri-
53 naretur, Gloſs. *in dicto cap. 2.* Golin. *loco*
citato num. 62. 63. & 64.

54 Amplia etiam, quod Teſtator iuſſerit,
vt eius hæres vteretur tali Procuratore,
latè Fab. Capic. Galeota *dict. conſul. 60.*
per tot. lib. 1.

55 Octaua eſt coniectura inconſtantiæ,
quando dominus cederet, & renunciaret
liti, propter quam conſtituerat Procura-
torem, Vant. *loco citato num. 168.* Rota
deciſ. 32. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. Me-
nochius *loco citato num. 27.*

56 Quod autem dictum fuit, Procurato-
rem à domino conſtitutum poſſe reuo-
cari, hoc intelligitur, ſi res ſit integra,
l. ante litem, cum ſeq. ff. de Procurat. §. rectè
Inſtit. mandat. Mantica *dicto lib. 7. tit. 21.*
num. 4. Bichius *deciſ. 305. num. 1. deciſ. 371.*
par. 11. recent. num. 3. 4. & 5.

57 Hinc propterea cum ipſa litis conteſta-
tione deſinat res integra, *l. poſt litem, ff. de*
Procurat. l. nulla, C. mandat. latè Mantica
loco citato num. 9. Coſta *de re integra diſt. 66.*
num. 8. Rota *d. deciſ. 371. num. 4. & deciſ. 77.*
num. 12. par. 11. non poterit poſt litem
58 conteſtatam in mandato ad lites dari hæc
inconſtantia, niſi conſenſus ipſius, & Ad-
uerſarij accedat, Abb. *in cap. Non iniuſtè nu. 4.*
de Procurat. Gaill. *obſeruat. 74. num. 10. lib. 1.*
Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num. 27.*
de reſcript. Mohed. *deciſ. 1. de Procurator.*
Mantica *loco citato nu. 10.* Buratt. *deciſ 440.*
num. 3. & ibi Addent. qui plures adducunt
Rotæ deciſiones, & vt pars aduerſa dica-
59 tur renuiſſe, ſufficit, quod proſequatur
iudicium cum Procuratore reuocato, Bu-
rattus *deciſ. 723. n. 2.* Rota *in Romana pecunia-*
ria 29. April. 1624. coram Mazanedo, Addent.
ad dictam deciſionem 440. & 723. Rota *dicta*
deciſ. 371. par. 11. num. 4. Bichius *dicta*
deciſ. 305. num. 3. Addent. *ad deciſ. Vbaldi*
282. ſub num. 6. vbi aliæ deciſiones refe-
runtur, *deciſ. 324. num. 5. par. 11. recent.*

In cauſis verò, in quibus non eſt neceſ-
ſaria litis conteſtatio, illa tacitè intelligi-
60 tur cum primum cæperit tractari de me-
ritis cauſæ, *l. nulla, C. de Procurat.* Bart.
in l. poſt litem num. 3. ff. eodem, hoc eſt cum
principale negocium diſcuti incæpit, Bald.
in dicta l. ante litem num. 2. ff. de Procurat.
Roman. *conſ. 174. num. 5. & in l. 2. §. ſed ſi*
quis num. 9. ff. de donat. Mantica *loco citato*
num. 12. & deciſ. 204. num. 2. Penia *deciſ. 570.*
num. 5. & propterea cum tantundem ope-
61 ratur quaſi litis conteſtatio, quantum
vera, Corn. *conſ. 58. num. 4. ad finem lib. 1.*
& conſ. 180. num. 5. lib. 3. Mantica *loco cit.*
ceſſabit hoc quoque caſu Inconſtantia in
domino.

62 Quod procedit ſiue expreſsè vellet re-
uocare, *cap. 2. Et ibi omnes, de Procur. in 6.*
Put. *deciſ. 52. num. 3. lib. 2. in nou. & deciſ. 18.*
de Procur. Achil. *deciſ. 14. eodem titulo in*
principio, Mantica *dicto tit. 21. num. 10.*
Buratt. *d. deciſ. 723. num. 1.*

63 Siue tacitè, Albericus *in principio*, &
poſt eum Bartolus *in l. ſi quis Procuratorem,*
§. fin. nu. 1. & 2. & ibi Bald. *nu. 3. ff de Procurat.*
Buratt. *d. deciſ. 723. nu. 1. & deciſ. 440. num. 10.*
ne minor ſit virtus taciti, quàm expreſſi.

Et propterea cauendum eſt à Rota *in*
deciſ. Caſſad. 2. num. 4. & 5. de appellat. quæ
eſt eadem cum impreſſa *par. 1. recent.*
deciſ. 386. num. 3. & in deciſ. 548. Greg. XV.
num. 6. volentis tacitè poſſe reuocari Pro-
curatorem poſt litis conteſtationem,
quamuis non expreſsè, quia ab ea opinio-
ne receſſit, vt videre eſt *in d. deciſ. 723.*
Buratti, & contra eam eſt doctrina Bart.
in l ſi quis, §. Iulianus num. 1. ff. de Procurat.
quem ſecuta eſt Rota *in Mediolanen. reſciſ-*
ſionis contractus 14. Decembris 1611. coram
Cardinali Sacrato, quod aduertit Beltram.
in addit. ad dictam deciſ. 548. Gregorij XV.
num. 14. littera C.

64 Si tamen adeſſet iuſta cauſa, poſſet etiam
poſt litem conteſtatam Procurator reuo-
cari, Rota *deciſ. 353. num. 1. par. 4. diuerſ.*
& deciſ. 172. num. 1. par. 2. recent. &
deciſ. 198. num. 1. eadem part. 1. Addent.
ad dictam deciſ. Greg. XV. 548. num. 13. &
Buratti 440. num. 10.

65 Et hæc iuſta cauſa arbitrio Iudicis eſt
metienda, Afflictus *in cap. 1. num. 24. ex*
quibus cauſis feud. amit. Bald. *in l. 1. num. 8.*
C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. Iaſon *in l. pro-*
perandum, §. Sin. alterutra, num. 8. C. de iudic.
Rota *dicta deciſ. 172.* vbi pro iuſta cauſa
66 reuocationis affertur lis mota à Procura-
tore contra dominum pro ſalario, Ad-
dent. *ad dictam deciſ. Gregorij XV. & Buratt.*
vt ſupra.

67 Secundò, ſi Procurator, & Aduerſarij
conſenſerint, licita eſt inconſtantia, & re-
uocatio etiam poſt litem conteſtatam,
Caſtrenſ. *in l. quæ omnia, num. 2. C. de Pro-*
curat. Sarnen. *deciſ. 28.* Seraph. *d. deciſ. 195.*
num. 1. vbi quod de conſenſu Procurato-
68 ris non multum curatur, quia eius con-
tradictio non impedit effectum reuoca-
tionis in præiudicium reuocantis, ſed id
facit tantùm, vt pro conſeruatione ſuæ
famæ cognoſcatur, an ſit licitè reuocatus,
69 aliàs ſi ſe ingereret, eſſet ſuſpectus, *l. qua*
uiam, de Procurat. Caſſad. *deciſ. 2. de appell.*
num. 4. & 5. Abbas *in cap. Mandatum in*
primo notab. de Procurat. Put. *deciſ. 302.*
lib. 2. Seraphinus *dicta deciſ. 195. num. 2.*
Addent. *ad d. deciſ. Greg. XV. num. 14.*

70 Et propterea non ſufficit ſolus conſenſus
Procuratoris, ſed requiritur etiam partis
aduerſæ, Put. *deciſ. 18. de Procur.* Addent.
ad dictam deciſ. Gregorij. num. 14. & ex alijs
deciſionibus *ſupra* adductis.

Digitized by Google

71 Et talis conſenſus debet probari per eum, qui nititur reuocationi, Put. *deciſ.9. de Procurat.* Addent. *vt ſupra*.

72 Si autem Procurator diſſentiat, tunc requiritur cognitio ſaltem ſummariè ſuper iuſta cauſa reuocationis, *l. poſt litem num.* 17. vbi Gloſs. *verb. cognita, ff. de Procurat. l. in cauſæ cognitione* 27. & ibi Gloſs. §. *Hæc autem cognitio, in verb. Prætoris, ff. eodem Roman. ſingul.* 371. Gratian. vbi de ratione *diſcept.* 618. *num.*15. *&* 16. Si verò

73 conſentiat, non requiritur alia cauſæ cognitio, Felyn. *in cap. Ex parte Decani nu.*27. *de reſcript.* Anchar. *in cap.*2. *num.* 2. *de Procurat. in* 6. cum alijs per Gratian. *loco citato num.*19. Rota *dicta deciſ.*172. *num.* 2. *par.*2. *recent.* Addent ad Buratt. *dicta deciſ.* 440. *num.* 10. *& dicta deciſ. Greg. num.* 13.

74 Tertiò, licita erit Inconſtantia in cauſa appellationis, talis enim Procurator effectus eſt dominus inſtantiæ, non autem cauſæ, Vant. *ex defect. inhab. num.* 163.

75 Mateſcott. *var.lib.*2, *cap.*62.*nu.*7. Seraph. *deciſ.* 1180. *num.* 1. *&* 2. Adrianus Neguſ. *quæſt.* 311. *num.* 2. 7. *&* 8. latè Cancer. *var. par.* 2. *cap.* 14. *ſub num.* 47. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.* 331. *num.* 32. *par.*10. *recent.* Addent. *ad dictam deciſ. Buratti* 440. *ad finem*, & Addent. *ad deciſ. Gregorij num.* 12.

76 Quod tamen non procedit, ſi in mandato adeſſet clauſula *releuans &c.* quia per eam cenſetur Procurator effectus Dominus totius litis, non ſolius inſtantiæ, Mareſcott. *loco cit. num.* 8. Seraphin. *dicta deciſ.*1180. Coccin. *deciſ.*319.*nu.*6. Adden. *ad dict. deciſ. Buratt. & Greg. XV. iſte nu.*12. *ille ad fin.* Rota *deciſ.*77. *num.*11. *par.*11. *rec. & deciſ.* 276. *num.* 6. *cum ſeqq. poſt Poſth. de manut.* vbi de Procuratore conſtituto ad omnes cauſas, & inſtantias cum dicta clauſula.

77 Hinc ſecundò infertur, quod, cum in mandato ad negocia res deſinat eſſe integra, quando factum eſt aliquod ſubſtantiale ipſius negocij, *cap. in cauſis, de elect.* Mantic. *de tacit. dicto lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 7. Coſta *de re integra diſtinct.*66.*nu.*5. Dominus

78 non poterit eſſe inconſtans reuocando Procuratorem, Mant. *ſingul.* 406. Coſta *loco cit. num.*5. Mantic. *loco cit. num.*4.

79 Quod tamen intellige, niſi iuſta cauſa interueniat, quia tunc, etiam re non integra, erit locus inconſtantiæ, *dicta l. poſt litem, ff. de Procur.* Gloſs. *in cap. is, qui verb. ſuſceperit, extra eod. in* 6. Mantic. *loco cit. num.* 13.

80 Secundò intellige, niſi conſentiat Procurator, Gloſs. *in l. ſi Procurator, ff. eodem,* Bartol. *in l.* 1. *num.*15. *C. de ſatiſd.* Mantic. *loco cit. num.*13.

81 Ceſſat ſecundò inconſtantia in Domino, qui Procuratorem à ſe conſtitutum reuocare non poteſt, ſi mandatum factum ſit contemplatione illius, qui mandatum ſuſcepit, *l. ſi cum fundum, ff. de pact.* Caſtren. *in l. ſingularia num.*22. *ff. ſi cert. pet.* Dec. *ibid. num.* 24. Aldobrand. *conſ.*44. *num.*24. *lib.*1. Mantic. *loco cit. num.*14. Buratt. *deciſ.* 640. *num.* 12.

Tertiò, ceſſat inconſtantia, quando id, quod continetur in mandato, eſt deductum in pactum ſtipulatione vallatum,

82 quia ex ſtipulatione ius quæſitum eſt ei, qui mandatum ſuſcepit, *l. aliud, ff. de ſolut. l. vero Procuratori*, §. *ſed etſi quis, ff. eodem*, & ibi Caſtren. *num.* 4. Quod procedit, ſiue

83 ſtipulatio adiecta ſit incontinenti, ſiue ex interuallo; vt aduerſus Caſtrenſ. & Ruin. tenet Mantic. *loco cit. nu.*15. *&* 16. Buratt. *deciſ.*640. *num.*11.

84 Quartò, ceſſat inconſtantia, quando Procurator conſtitutus eſſet cum ſalario, quia tunc *vt ſupra* dictum eſt, mandatum tranſit in aliam ſpeciem contractus, nempe locationis operarum, *l.*1. §. *vlt. ff. mandat. l.*1. *C. eodem*, Mantic. *loco cit. num.*17. qui tamen tenet, quod re integra poſſit reuocari, niſi adiecta ſit ſtipulatio.

85 Quintò, ceſſat inconſtantia, ſi Dominus parti promittat, non reuocare Procuratorem, Bald. *in rubr. extra, de Procur. col.* 2. Iaſon. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum, col.* 3. *ff. de condict. indeb* Roland. *conſ.* 6. *num.* 50. *vol.*1. Surd. *conſ.*419. *num.*69.

86 Sextò, ceſſat inconſtantia in eo, qui conſtituit Procuratorem in rem propriam, quia reuocari non poteſt, *l. Quæ omnia*, §. *Planè, l. Procuratore* 55. *ff. de Procurat.* Bald. *in l. ſi Pater, C. mandat.* Bartol. *in l. ſi Procuratorem, C. de condic. ob cauſ.* Faber *in ſuo Codice lib.*4. *tit.* 26. *diffinit.* 16. *nu.*13. Gol n. *de Procur. par.* 3. *cap.*4. *nu.*16. *& par.*4. *cap.*1. *num.*1. Rota *deciſ.*443. *nu* 4. *par.*1. *recent.* Buratt. *dicta deciſ.* 640. *nu.*11. vbi de Procuratore ad inſinuandum.

Contrarium in hoc, quod etiam Procurator in rem propriam poſſit à Domino reuocari, voluit Gloſs. *in l. ficut*, §. *Si Procurator, ff. quibus mod. pign. &c.* Bald. *dicta l.* 1. *C. de action. & oblig.* Iaſon. *in l. ſi cum emptore num.* 40. *ff. de pact.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 24. *num.* 22. *&* 23. Barboſ. *clauſ.*71. *in magna edit. num.*8. Golin. *de Procur. par.*3. *cap.*4. *num.*22.

Concorda, aut eſt proceſſum à Procuratore ad illa tria, de quibus *in l.* 3. *C. de nouat.* hoc eſt ſi fuerit Procurator litem conteſtatus, vel partem debiti recepit virtute mandati, aut debitori nunciauit Domino ne ſolueret, & tunc nullo modo poteſt Procurator reuocari, quia deſinit res integra, Caldas, Barboſ. & Golin. *vt ſupra &c.*

Aut nihil horum geſſit, & tunc vel eſt conſtitutus Procurator in rem propriam neceſſitate cogente, qualis eſt Procurator

conſtitutus vigore contractus præcedentis, quem Dominus etiam inuitus conſtituere debuit, & tunc irreuocabilis eſt, Bald. in l. 1. col. 3. C. de act. & oblig. & ibi Salyc. num. 6. quæſt. 2. Dec. conſ. 521. num. 15. Caldas loco cit. nu. 23. Aut conſtitutio Procuratoris eſt voluntaria, & tunc, non obſtante clauſula illa in rem propriam, reuocabilis eſt, ſic Dec. dicto conſ. 521. num. 15. Caldas loco cit. num. 23. ad fin.

87 Cæterum, vt inconſtantia hæc proficua ſit Domino Procuratorem reuocanti, debet omnino intimari & Parti, & Iudici, ſi ſimus in Procuratore ad lites, l. vnica, C. de ſatiſd. Bartol. in l. ſi Procuratorem, ff. de Procur. Gloſs. in cap. Mandato, de Procur. Capra concluſ. 59. num. 3. Molin. de rit. nupc. lib. 1. comparat. 25. num 10. Golin. d. tract. par. 3. cap. 5. num. 97. Itaut non ſufficiat, quod aliunde ipſi reuocationem ſciant, quia quando notificatio fit ad finem prohibendi, & interdicendi ſola ſcientia quomodocunque habita non ſufficit, l. denunciaſſe, ff. ad l. Iul. de Adult. Seſs. deciſ. Aragon. 81. nu. 23. Gratian. deciſ. March. 200. num. 89. Molin. loco cit. num. 12. Golin. loco cit. num. 98.

Quidquid ſcripſerit Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 43. num. 3. vbi quod hæc denunciatio non oportet ſimul fieri
88 Iudici, & Aduerſario, ſed ſufficit, quod vel Iudici, vel Aduerſario intimetur, quia ad hoc vt indiſtinctè non valeat quidquid à Procuratore reuocato factum eſt neceſſariò requiritur, quod reuocatio peruenerit ad notitiam vtriuſque, ſcilicet Iudicis, & Aduerſarij, ità Gloſs. in dicta l. vnic. C. de ſatiſdando, quæ ab omnibus approbatur, vt Bartol. ibidem atteſtatur num. 10. & ſequitur Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 21. nu. 23. vbi plures caſus diſtinguit, Grimæus ad Gaill. concluſ. 46. conſiderat. 1. num. 7.

89 Siue fiat reuocatio ante litem conteſtatam, ſiue poſt, Gloſs. communiter recepta in cap. in noſtra, de Procur. Molin. loco cit. num. 12. in fin.

90 Eoque magis reuocatio eſt intimanda, ſi illa tacitè fiat, Gloſs. in Clement. 1. de renunciat. Molin. loco cit. num. 58. Golin. loco cit. num. 99. latè Caldas Pereira de empt. & vendit. dicto cap. 15. num. 37. Rota in Romana Clericatus Sancti Petri 12. Ianuarij 1624. coram Manzanedo, Addent. ad dictam deciſ. 723. Buratt. num. 14.

91 In tantum quod intimatione deficiente valeat iudicium cum Procuratore reuocato, l. 1. vbi Gloſs. C. de ſatiſd. l. vero Procuratori, §. Sed ſi quis, ff. de ſolut. l. ſi Procurator abſentem, ff. de Procur. & eſt Textus in cap. Mandato, extr. de Procur. Vincent. de Franch. deciſ. 490. nu. 2. Coſta de retrotract. caſ. 28. & cap. 28. num. 8. Mozz. de mandato col. 7. num. 17. Golin. loco cit. num. 97.

92 Fallit, quando Procurator ad lites eſſet reuocatus penès acta, quia tunc citatio, & intimatio non requiritur, Caſtren. in l. 1. verſ. bene tamen puto, C. de ſatiſd. Vinc. de Franch. d. deciſ. 490. Golin. loco citato num. 102. Puteus deciſ. 109. lib. 2. Adden. ad Buratt. deciſ. 723. num. 18.

93 Si verò ſumus in Procuratore ad negocia, ſufficit, quod intimatio fiat ipſi Procuratori, Clement. vnic. de renunc. cap. Ex parte Decani, de reſcript. l. ſi mandatum, ff. mand. l. 1. §. fin. ff. de contrahen. empt. l. 1. ff. quod iuſſu, Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 11. num. 6.

Quod procedit in Procuratore generali, ſecus autem in Procuratore ad certum negocium deſtinato, quia tunc debet certiorari ille, de cuius intereſſe agitur, dicta l. ſi mandatum, ff. mandat. l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff. mandat. Abb. in dicto cap. mandato num. 7. & in dicto cap. ex parte Decani nu. 12. Felyn. num. 22. & 23. Anchar. in Clement. 1. de renunc. num. 7. Seſs. d. deciſ. 81. num. 13. 14. & 15. Bichius deciſ. 452. num. 41.

94 Et propterea ſoluens Procuratóri reuocato, non facta reuocationis intimatione debitori, rectè ſoluit Gloſſ. in d. cap. Mandato verſ. reuocato extr. de Procur. Vant. de null. ex defect. mand. num. 160. Gratian. diſcept. 105. nu. 38. & 39. Vinc. de Franc. deciſ. 119. nu. 18. Golin. loco cit. num. 106. verſ. nota tamen, Rot. deciſ. 681. num. 2. par. 1. recent. Addent. ad dictam deciſ. Buratti 723. num. 13.

95 Et regulariter geſta per Procuratorem reuocatum, reuocatione non intimata, valent, Specul. in tit. de execut. §. 4. verſ. Etſi Iudex, Cynus in l. mandatum 3. quæſt. C. mandat. & ibi Salyc. num. 18. Capra dicta concluſ. 59. Molin. loco cit. num. 10. Put. deciſ. 260. in fin. lib. 2. in correct. Addent. ad dictam deciſ. 723. Buratti nu. 12.

Ideo cautè legendus eſt Arias de Meſa, qui dicto cap. 43. num. 13. & 14. voluit neceſſe non eſſe Procuratorem conſtitutum
96 ad negocia, ſeu contractus certiorari, de mandati reuocatione, quia contra eum eſt communis opinio, vt per Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 25. à num 1. Rebell. de obligat. inſtit. par. 2. lib. 2. quæſt. 5. num. 1. Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 11. num. 6. Guttier. eodem tract. cap. 43. num. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 18. à num. 37. cum alijs per Barboſ. in collect. dicto cap. vlt. de Procurat. in 6. num. 8.

Ratio autem, in qua ſe fundat Arias de Meſa procedit tantummodo in matrimonio, in quo ſpecialiter per Text. in cap. vltimo, verſ. Sanè, de Procur. in 6. ſatis eſt eum, qui mandauit mutare voluntatem, vt Procurator licet reuocationis ignarus inutiliter matrimonium contrahat, quæ in alijs actibus locum habere non poteſt, ex eo, quia in cæteris contractibus poteſt

ius ſupplere conſenſum contrahentium, illiſque renitentibus dominium transferre in matrimonio autem minimè hoc poteſt, quod ſpeciale eſt in ſolo matrimonio, & in aliis, de quibus Ego firmaui *infra*, vt docet Gloſs. *in dicta Clement. vnic. de renunc. verbo ignorantem, & verb. cedendum*, & ibi Doctor. Sanchez *dicta diſp.* 11. *num.* 6. qui plures Canoniſtas, & Theologos refert hoc tenentes Guttier. *d. cap.* 43. *num.* 6. & alij *ſupracitati*.

97 Sicuti de Procuratore ad reſignan. conſtituto, qui bene reſignat, licet inconſtans Dominus illum reuocauerit, ſi in intimatione defecit, *dicta Clement. vnic. de renunc.* Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.* 15. *de reſcript.* cum alijs per Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 12. & 27. Caldas *dicto cap.* 15. *num.* 37. Borell. *in ſumm. deciſ. par.* 1. *tit.* 66. *num.* 494. Verall. *deciſ.* 110. *num.* 1. *par.* 2.

98 Quando verò in hoc caſu ſuffragetur intimatio facta ſolùm Parti principali, & non Procuratori, videnda eſt diſtinctio, quam attulit Rota coram Dunozett. iun. *deciſ.* 881. *num.* 10. vbi quod in renunciationibus, quæ fiunt ad fauorem certæ perſonæ ſufficit ipſius partis Principalis notitia: in alijs verò, quæ fiunt ſimpliciter procedit diſpoſitio *dictæ Clement. vnic. de renunc.* quod nempe reuocatio mandati notificetur vel Procuratori, vel Summo Pontifici, mediante illius dimiſſione in Dataria; & hoc idem procedere tam in mandato dato ad reſignandum ex cauſa permutationis, quàm ad fauorem, dixit eadem Rota coram Dunoz. iun. *deciſ.* 33. *num.* 6.

99 Imò neque ipſum conſtituentem poſſe reſignare ante intimationem reuocationis mandati factam Procuratori, voluere Probus *in addit. ad Monac. in rubr. de renunciat. in* 6. *num.* 34. Sylua *de benefic.* 3. *par. qu.* 16. *num.* 4. & alij, quos citat idem Pereira *dicto num.* 37.

100 Quos tamen ipſe iure reijcit, quia antequam Procurator reſignauerit, reſignans titulum habet, ergo poteſt reſignare, Staphil. *de var. mod. vacan.* §. 2. *principali*, & ita in ſpecie firmauit Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani, de reſcript. num.* 16. cum aliis per Pereiram *num.* 38. vbi dicit, optimam eſſe cautelam, quando reuocatio non poteſt intimari, vt fiat reſignatio à Domino, quia hoc caſu fit reuocatio ob quandam conſequentiam non principaliter, ideo neceſſaria non eſt intimatio.

101 Et de Vicario reuocato, cuius geſta tenent, ſi reuocatio illi intimata non ſit, voluere Bald. *in l. ſolent*, §. *Sicut*, *ff. de offic. Proconſul.* Bertachin. *de Epiſcopis par.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 21. Roman. *ſingul.* 57. Boer. *deciſ.* 347. *num.* 12. & 13. cum aliis per Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 3. *quæſt.* 36. *num.* 6. Caldas *loco cit. num.* 39. Addent. *ad dictam deciſ. Buratt.* 723. *num.* 16.

102 Et de geſtis per Legatum reuocatum ante intimationem, Calderin. *conſ.* 4. *de offic. Legat.* Felyn. *in cap. Cæterum num.* 11. *de reſcript.* Sbrozz. *loco cit. num.* 7.

103 Sufficeret tamen, Procuratorem ad reſignandum habuiſſe notitiam reuocationis expreſsè, vel tacitè, quia tunc intimatio non eſt neceſſaria, Couarr. *pract. quæſtionum cap.* 9. *nu.* 8. *in* 2. *concluſ.* Caſtren. *conſ.* 361. *in fin. lib.* 1. & ità fuit reſolutum *in Legionen. Canonicatus* 9. *Iunij* 1628. *coram Dunozetto iun.* Adden. *ad dictam deciſ.* 723. *Buratti num.* 15. vbi idem de Vicario, cui

104 licet ſit intimata reuocatio ad effectum, vt non poſſit conferre beneficia, vt per Roman. Boer. & Caldas Pereira *locis ſupra citatis*, ſufficit tamen qualiſcunque

105 notitia reuocationis, ſiue per Procuratorem, ſiue per epiſtolam, vel nuncium, Gloſs. *in cap. Cum cauſa, verb. Intimatio, de elect.* Calderin. *dicto conſ.* 4. *de offic. Vicar.* Boer. *deciſ.* 347. *num.* 15. Rota *in d. Legionen. Canonicatus*, Addent. *ad d. deciſ. Buratti* 723. *num.* 16.

106 Non eſt tamen neceſſaria intimatio reuocationis Procuratoris, quando agitur de ſolo præiudicio conſtituentis, tunc enim valet reuocatio Procuratori non intimata, & geſta per eum ſunt nulla, Gloſs. *in cap. Quamuis, verb. Reuocari, de Procur.* Felyn. *d. cap. Ex parte Decani nn.* 18. *de reſcript.* Rota *deciſ.* 11. *de Procur. in antiq.* Put. *deciſ.* 102. *nu.* 4. *lib.* 2. *in correct.* Adden. *ad dictam deciſ. Buratti* 723. *nu.* 17. Monter. *deciſ.* 43. *à num.* 24. Pariſ. *de Reſign. lib.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 12. Hieronym. à Laurentijs *deciſ.* 13. *num.* 3. Gratian. *diſcept.* 18. *à nu.* 37. & *diſcept.* 191. *ad fin.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 63. *num.* 51.

107 Secundò, non eſt neceſſaria intimatio reuocationis Procuratoris conſtituti ad contrahendum matrimonium, quia, ſi reuocetur, & poſt reuocationem contrahat matrimonium non tenet, etiamquod Procurator ignoret reuocationem, Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 9. *de reſcrip.* & *in cap. Edocert num.* 11. *eodem tit.* & *in cap. Si diligenti num.* 22. *de for. compet.* Gloſs. *in dicta Clement. vnic. de renunciat. verb. Ignorantiam, & verb. Cedendum*, vbi Cardin. quos refert, & ſequitur Sanchez *dicto lib.* 2. *diſp.* 11. *nu.* 6. Addent. *ad dictam deciſ.* 723. *Buratti num.* 19. addo Molin. *de pact. nuptial. lib.* 1. *comp.* 25. *num.* 14. vbi de communi, & de ratione Baſilius Pont. *de matrimon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. qui *num.* 10. ampliat, vt nec valeat matrimonium à Procuratore reuocato contractum, quamuis Dominus illum ratum habeat, niſi enim habeatur nouus conſenſus ab ea, cum qua contractum eſt, nulla eſt ratificatio,

catio, Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 11.
110 Quod diximus de matrimonio carnali,
idem, habet locum in matrimonio ſpiri-
tuali, vnde ſi conſtituens eſt Procurator
ad acceptandum aliquod beneficium, vel
dignitatem, ex qua contrahatur matri-
monium cum Eccleſia, reuocato manda-
to nihil agitur, etiamſi non perueniat ad
Procuratoris notitiam, Felyn. *in dicto cap, Ex parte Decani num.* 11. Zabarell. *in dicta Clement. vnic. de renunc. quæſt.* 5. Franch. *in cap. fin. de Procur. num.* 8. qui idem habere
locum dicit non tantum, quando re
vera matrimonium contrahitur cum Ec-
111 cleſia, vt in Epiſcopali dignitate, ſed
etiam in quouis alio beneficio, etiam ſim-
plici acceptando, quia etiam in ſimplici
beneficio aliquo modo ſe Eccleſiæ con-
iungit, quod etiam docuit Io. Andr. &
112 alij, quos citat. Ratio huius eſt, quia
ſine verò conſenſu, nec etiam matrimo-
nium ſpirituale poteſt interuenire, Sera-
phin. *deciſ.*942. *num.*17.
113 Idem dicendum eſt in Procuratore
conſtituto ad officium Patrini, Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.*10. Pont. de Leon
114 *loco cit. num.*20. vel in Procuratore con-
ſtituto ad vouendum, vel ad ſe obligan-
115 dum voto, vel iuramento; nam ſi Pro-
curator, reuocato huiuſmodi mandato,
voueret, vel ſe obligaret, nulla eſſet obli-
gatio, Pont. de Leon *loco cit. num.* 21. vbi
alia plura ad caſum facientia adducit, quē
omnino videas quando caſus occurret.
116 Tertiò, non eſt neceſſaria intimatio
reuocationis mandati ad præſentandum,
Caſtren. *conſ.* 361. *in fin. lib.* 1. Crauett.
conſ. 76. *num.* 3. Lambert. *de Iurepatron. lib.* 2. *par.*1. *quæſt.* 4. *artic.* 14. *num.* 1. & 3.
Gregorius Decimuſquintus *deciſ.*452. *n*6.
qui allegat *deciſ. Miranden. Parochialis* 10.
Martij 1603. *coram Decano*, Rota *in Tullen. Cappellaniæ* 2. *Iunij* 1627. *coram bonæ mem. Pirouano*, vbi allegatur *alia deciſ. in Compoſtellana Parochialis* 24. *Aprilis coram Cardin. Lancellotto iuniore*, Addent. *ad dictam deciſ. Buratt.* 723. *num.* 20. qui tamen declarant
procedere, quando ſecundus Procurator,
vel conſtituens præueniunt primum Pro-
curatorem in præſentando, quia tunc ne-
mini fit præiudicium; non Procuratori,
vt patet; non poſtea præſentato ab illo,
quia per mandatum ad præſentandum
alicui ius quæſitum non fuit, & ita dicit
procedere *dictam deciſ. Tullen.* vel ſaltem
quando reuocatio deuenit ad notitiam
Ordinarij Collatoris, quod videtur neceſ-
117 ſarium, alias ſi ad præſentationem primi
Procuratoris ſequeretur inſtitutio, eſſet
valida, Lambert. *dicto art.* 14. *num.*5.
118 Facta autem intimatione Procuratori
ſuæ reuocationis, non poteſt amplius of-
ficium Procuratoris exercere, quia falſus
dicitur Procurator, *dicto cap. Ex parte Decani*, & ibi Bald. *num.* 3. & 15. *de reſcript.*
Mantic. *de tacit. dicto lib.*7. *tit.*21. *num.*40.
119 Quod adeò verum eſt, vt, quod ab eo
geſtum eſt, ab inconſtantia Domini ratum
haberi non poſſit, Gloſs. *vlt. in dicto cap. Ex parte Decani, in verb. Mandatum*, Specul. *in tit. de defenſore, in princ. verſ. Sed pone egiſti*,
Mantic. *loco cit. num.*40.
120 Hinc propterea, ſi Dominus reuoca-
uerit Procuratorem, non poteſt ſenten-
tiam ad eius fauorem latam approbare,
121 tam etſi reuocatio nulli fuerit intimata,
Imol. *in dicto cap. Mandato num.* 8. *de Procur.*
Caſtren. *in l. ſi Procurator num.* 7. *ff. eodem*,
Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.* 50.
Mantic. *loco cit. num.*40.
122 Licita tamen erit inconſtantia in Do-
mino reſpectu ratificationis geſtorum à
Procuratore reuocato, quando ratificatio
123 tenderet in præiudicium ipſius, ſecus ſi
in fauorem, Specul. *loco cit.* Imol. *dicto cap. Mandato num.* 8. Bald. *in l. falſus num.* 23. *C. de furt.* Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.*50. *verſ. Limita primò*, Mantic. *loco cit. num.* 41.
124 Secundò, poſſet Dominus ratum ha-
bere factum à Procuratore reuocato non
125 principaliter, ſed in conſequentiam,
etiamquod tractaretur de eius commodo,
Imol. *dicto cap. Mandato num.*8. Mantic. *loco cit. num.*42.
126 Tertiò, Dominus poſſet ratum habere
geſtum à Procuratore reuocato, vbi poſſet
illud ratum habere, ſi à quouis alio factum
eſſet, Imol. *dicto cap. Ex parte Decani*, ſe-
quitur Angel. *in l. Pomponius num.* 2. *ff. de neg. geſt.* Mantic. *loco cit. num.*43. & 44. vbi
benè.
127 Quartò, hæc concluſio locum habet
in eo actu, qui à Procuratore reuocato
non poſſet fieri, niſi vigore mandati,
quod, cum fuerit reuocatum, agere non
potuit, alioquin ſicut nihil prohibet no-
uum mandatum fieri, ita nihil prohibet
id, quod poſt reuocationem factum eſt,
ratum habere, Bartol. *dicta l. Pomponius, in fin. ff. neg. geſt.* Felyn. *cap. Poſt ceſſionem nu.*31. *de probat. & in dicto cap. Ex parte Decani num.* 50. Mantic. *loco cit. num.*45. & ratio
eſt, quia, cum mandatum fuerit reuoca-
tum ratione actus, non poteſt Dominus
inconſtans, quod ſemel reprobauit, am-
plius ratum habere, *dicta l. Pomponius*, &
ibi Bartol. *num.*23. Bald. *dicta l. Falſus nu.* 23.
Mantic. *loco cit. num.*44. *in fin.*
128 Notandum tamen eſt, quod ſi conſti-
tuens poſt reuocationem mandati patia-
tur inconſtans Procuratorem munus ſuū
exercere, mandatum tacitè videtur reno-
uaſſe, Dominic. *in cap. Qui ad agendum, de Procur. in* 6. Alexand. *conſ.* 28. *in fin. lib.* 6.

Pereira *de renouat. emphyt. lib. 1. quæſt. 3. num. 4.*

129 Pro coronide dicendum eſt, Dominum non poſſe reuocare Procuratorem inuitum, niſi prius ei ſoluat omnes expenſas, quas fecit, *l. quæ omnia, §. Planè*, vbi Gloſs. *in verb. Retinere, ff. de Procurat.* Gemin. *cap.2. num. 5.* & ibi Franch. *num.1. de Procur. in 6.* Bald. *in §. Item ſine retentione*, quem legit ſub *l. mutare, ff. de Procurat.* Fulgoſ. *in eod. §.* quem ipſe legit *ſub l. ante diem eod. tit.* Rota *decіſ. 353. par. 4. diuerſ.* vbi quod non erat iuſta cauſa reuocandi Procuratorem à Capitulo conſtitutum, quia Capitulo intimauerat monitorium ad effectum, vt ſolueret certas partitas per eundem nomine Capituli captas occaſione ſalarij, & expenſarum, & propterea reuocatiò non fuit habita pro iuridica, niſi prius expenſæ à Capitulo ſoluerentur.

Iuſta tamen eſſet cauſa reuocationis mandati, ſi Procurator mouiſſet litem ſuper ſalario, petendo maiorem ſummam, quam promiſſam, vel petendo aliam ſummam pro expenſis ſibi non debitis, Rota *decіſ.172.num.1. par.2. in recent. & decіſ.198. ead. par.2. num.1.*

130 Et nota, quod Procuratori etiam reuocato debetur ſalarium, Bartol. *in l. poſt litem, verſ. Aduerte, ff. de Procur.* cum alijs per Golin. *de Procurat. par.4. cap. 5. numer. 47.*

131 Si tamen ſua culpa reuocetur, nullo modo ei debetur, Gloſs. *in l. ſi vno, §. Item cum quidam, verb. perſonis, ff. locat.* Bartol. *vbi ſupra, & in l.1. §. diues, ff. de var. & extr. crimin.* Golin. *loco cit. num.48.* Rota *d. decіſ.172.nu.1.in fin.* Gratian. *diſcept.618. num.11.*

132 Nota ſecundò, quod pro ſalario ſibi debito non habet Procurator retentionem ſcripturarum, Boer. *decіſ.15. in princ.* Grauat. *ad Veſtr. lib. 3. cap. 4. in fin. num. 8.* Gratian. *diſcept.56.num.15.* Rota *decіſ.198. par.2. recent. num.3.*

Et quamuis Gaill. & Coler. relati à Gratian. *loco cit.* teneant contrarium, & videatur idem ſentire Rota *d. decіſ. 353. par.4. diuerſ.*

Nihilominus non eſt recedendum ab opinione *ſupra* firmata, quam firmat Fulgoſ. *in l. ſi non ſortem, §. Si centum num.6. ff. de condic. indebit.* vbi Iaſon. *num.10.* Capic. *decіſ. 11.* & etiam tenuit Rota *in Burgen. Mercedis 4. Iunij 1604. coram Iuſto, & in decіſ.691. num.2. par.1. in recent.* latè Gratian. *d. diſcept.618. à num.2.* Rota *dicta decіſ.198. par.2. recent. num.3.*

133 Secus tamen eſſet, ſi vellet retinere ſcripturas pro expenſis, quas fecit in lite, *l. quæ omnia, in fin. ff. de Procurat.* Boer. *dictæ decіſ. 15. num. 3.* vbi quod hæc eſt vera interpretatio dictæ legis, Gloſs. *in dicta l. quæ omnia, §. vlt.* & ibi Bartol. *num.2.* Caſtren. *num. 4.* Angel. *ante fin.* Gaill. *obſeruat.12. num.5. lib.2.* Farin. *quæſt.106. num.61.* Rota *dicta decіſ.353. par. 4. diuerſ. & d. decіſ.691. num.1. par.1. & dicta decіſ.172. num.3. par.2. in recent.* quos refert, & ſequitur Gratian. *dicta diſcept.618. num. 7.* & vltra ab eodem adductos, Rota *dicta decіſ.198. num.3. par.2. in recent.*

Et propterea Doctor. in contrarium adducti, nempè Gaill. *obſeruat. 17. num. 5. lib. 2.* Coler. *de proceſſ. execut. cap.2. par.1. num. 247.* Bald. *in l. quæ omnia, §. Item ſi retentione, ff. de Procur.* intelligendi ſunt de retentione ratione expenſarum, non autem ratione ſalarij, prout ita intellexit Rota *dicta decіſ.691. num.3. par.1. in recent.* & Gratian. *dicto cap. 618. num.8. & 9.*

QVÆSTIO XIII.

ARGVMENTVM.

An licita ſit inconſtantia in Actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Actione vna ex pluribus, quæ competebant electo, non datur regreſſus ad alteram.*

2 *Quid vbi actiones ſunt diuerſæ, & num.4.*

3 *Quid in delictis.*

5 *Ex delicto ſemper oriuntur duo actiones criminalis vna, altera ciuilis.*

6 *Actio criminalis tendit ad publicam vindictam.*

7 *Actio ciuilis tendit ad commodum priuatum.*

8 *Actionem ciuilem intentans non poteſt inconſtans ad actionem criminalem confugere, & de ratione num.5.*

9 *Stellionatus actio non competit contra creditorem, qui bis exigit creditum, ſi ad reſtitutionem exacti fuit ciuiliter conuentus.*

10 *Iudicio ciuili pendente proceſſus coram Iudice criminali eſt nullus, & attentatus.*

11 *Cauſa ciuilis quando dicatur prius cœpta, quàm criminalis.*

13 *Appellatio datur ab admiſſione iudicij criminalis, pendente cauſa ciuili.*

Digitized by Google

14 *Criminalis cauſa intentari non poteſt, etiam in ſecunda inſtantia antequam committeretur cauſa appellationis à ſententia Iudicis ciuilis.*

15 *Appellatio non diuerſificat cauſam, ſed inſtantiam.*

16 *Iudicium ciuile ſufficit quod ſit cæptum ad impediendam cauſam criminalem, nec requiritur, quod fuerit ſententiatum.*

17 *Actio criminalis incidenter inſurgens ex actione ciuili non poteſt principaliter intentari relicta cauſa ciuili.*

18 *Cauſa ciuilis præiudicialis criminali impedit iudicium criminale.*

19 *Cauſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando ſententia lata in vna pareret exceptionem rei iudicatæ in alia.*

20 *Exceptio rei iudicatæ in cauſa ciuili, vt impediat iudicium criminale non requiritur, quod ſit realis, ſed ſufficit, quod ſit poſſibilis.*

21 *Sententia in cauſa criminali licet pareret exceptionem rei iudicatæ in cauſa ciuili adhuc non impedit introductionem cauſæ ciuilis.*

22 *Cauſa vna quando dicatur alteri præiudicialis.*

23 *Retractus non competit vicino, qui habet litem ſuper proprietate propriæ domus, niſi ea terminata.*

24 *Cauſa ciuilis non præiudicat criminali, nec è contra, quando prima actio intentata non pareret exceptionem rei iudicatæ in ſecunda, etiamſi ſententia ſecunda, pareret hanc exceptionem in prima.*

25 *Cauſa ciuilis prouenienis ex vno facto, an, & quando impediat cauſam criminalem ex alio facto.*

26 *Cauſa ciuilis non impedit cauſam criminalem contra diuerſas perſonas.*

27 *Criminis vnius quando plures ſunt rei, poteſt contra vnum ciuiliter, & contra alium criminaliter agi eodem tempore.*

28 *Cauſa ciuilis an præiudicet criminali quando vtraque actio prouenit ex eadem lege.*

29 *Cauſa ciuilis an præiudicet criminali quando vtramque tendunt ad eundem finem.*

30 *Iniuriarum in crimine datur actio ciuilis ad æſtimationem iniuriæ.*

31 *Et actio criminalis ad pœnam.*

32 *Iniuriatus, qui actionem ciuilem intentauit, an, & quando poſſit inconſtans ad actionem criminalem tranſire.*

33 *Actio Principalis non cenſetur ſublata per introductionem actionis conſequentis.*

34 *Fiſcus quando ad pœnam agere poſſit contra iniuriantem intentata actione ciuili per iniuriatum.*

35 *Maritus agens ciuiliter contra vxorem adulteram ad dotis amiſſionem non poteſt inconſtans illam criminaliter de adulterio accuſare.*

36 *Maritus accuſans criminaliter vxorem de adulterio, non poteſt contra illam ciuiliter pro amiſſione dotis procedere, & numer. 38.*

37 *Mulier adultera detruditur in Monaſterium, & bona eius applicantur certis perſonis.*

39 *Dos non pertinet ad vxorem adulteram.*

40 *Maritus nec per viam exceptionis ciuiliter deducere poteſt adulterium contra vxorem, quam de eo criminaliter accuſauit.*

41 *Maritus qui ſuccubuit in iudicio criminali intentato ex cauſa adulterij, vel ab accuſatione inconſtans deſtitit, non poteſt illius exceptione repellere vxorem petentem reſtitui ad obſequia matrimonialia.*

42 *Cauſa ciuilis non præiudicat criminali, quando delictum eſt patens, & concludenter probatum.*

43 *Cauſa ciuilis an præiudicet criminali coram diuerſo Iudice.*

44 *Iudex ciuilis an poſſit inhibere criminali.*

45 *Iudex ciuilis debet audire partem petentem ſuperſederi in cauſa criminali.*

46 *Pars poteſt inhibere Iudici criminali pendente cauſa coram Iudice ciuili.*

47 *Parte non opponente, an, & quando intentari poſſit actio criminalis ab eo, qui introduxerat iudicium ciuile.*

48 *Iudicio ciuili terminato poteſt actor inconſtans ad criminale conuolare.*

49 *Iudicium non dicitur finitum, niſi per rem iudicatam.*

50 *Ac per illius executionem, & exactionem.*

51 *Criminalem actionem intentans non poteſt inconſtans ad ciuilem conuolare, & num. 59. Declara vt num. 53. remiſſiuè.*

52 *Cauſa criminalis maior eſt, quam cauſa ciuilis.*

54 *Actionem vnam intentans, & non obtinens, an poſſit ad aliam habere regreſſum.*

55 *Actionem vnam intentans cenſetur alteri renunciaſſe.*

56 *Actionem incompetentem intentans poteſt inconſtans habere regreſſum ad actionem competentem.*

57 *Quid ſi actio incompetens fuiſſet ſcienter intentata.*

58 *Quid ſi actio in eſſe producta ſit per electionem agentis.*

59 *Agens ex actione competente de iure Canonico, an, & quando poſſit inconſtans habere regreſſum ad actionem competentem ex priuilegio.*

60 *Actionem vnam intentans in vna inſtantia an poſſit aliam intentare in diuerſa inſtantia.*

61 *Actionem vnam intentans competentem de iure communi, an poſſit inconſtans intentare aliam competentem ex diſpoſitione Statuti.*

62 *Agens ex teſtamento an, & quando poſſit inconſtans conuolare ad cauſam inteſtati.*

63 *Agens ex teſtamento præbet ius venientibus*

ab inteſtato, eaſu quo teſtamento non valeat.

64 *Teſtati eauſam proponens actor tenetur illam proſequi.*

65 *Agens ex teſtamento non poteſt proponere cauſam inteſtati, etiamſi teſtator voluerit teſtamentum valere iure codicillorum.*

66 *Agens ex teſtamento, & ſuccumbens non poteſt inconſtans ad codicillorum, vel inteſtati eauſam recurrere.*

67 *Variatio circa vnam, & eandem ſcripturam non permittitur.*

68 *Agens ex teſtamento non poteſt agere ex cauſa inteſtati, etiam parte non opponente.*

69 *Mulier agens ex teſtamento non poteſt agere ex eauſa inteſtati.*

70 *Agens ex teſtamento, & probare volens per teſtes, ſe ex illo eſſe hæredem, ac per alios teſtes ſe eſſe hæredem ex cauſa fideicommiſſi, vel ab inteſtato non auditur.*

71 *Petens hæreditatem, & à principio non exprimens ex qua eauſa, deindeque vnam proſequens, non poteſt inconſtans ad aliam conuolare.*

72 *Agens ex teſtamento poteſt ex diuerſis ſcripturis agere ab inteſtato.*

73 *An, & quando hoc procedat ſi agens vnam eauſam ſcienter elegit.*

74 *Aſcendentes, & deſcendentes, agnati vſque ad quartum, & cognati vſque ad tertium gradum electa vna eauſa teſtati, vel inteſtati poſſunt inconſtantes ad aliam conuolare.*

75 *Quamuis in teſtamento non legatur clauſula codicillaris.*

76 *Ac quamuis vnam eauſam ſcienter elegiſſent.*

77 *Filij adoptiui, vel arrogati agentes ex teſtamento non poſſunt ad inteſtati eauſam conuolare.*

78 *Filij adoptiui, vel arrogati imaginem filiorum habent, ſed filij verè non dicuntur.*

79 *Agnati tranſuerſales agentes ex teſtamento non poſſunt ad eauſam inteſtati conuolare.*

80 *Idem de fratribus, & ſororibus.*

81 *Tranſuerſalibus non competit querela contra teſtamentum.*

82 *Aſcendentes, vel deſcendentes agentes ex teſtamento non poſſunt conuolare ad cauſam inteſtati, codicillorum, vel fideicommiſſi quando ipſi ab inteſtato non ſuccederent.*

83 *Cauſa pia gaudet priuilegio liberorum.*

84 *Cauſa pia agens ex teſtamento non poteſt inconſtans variare ad eauſam ab inteſtato.*

85 *Variatio de eauſa teſtati ad eauſam inteſtati datur tantummodo certanti de damno vitando.*

86 *Agens ex teſtamento ratione probabilis ignorantiæ poteſt habere regreſſum ad cauſam inteſtati.*

87 *Creditores, & legatarij agentes contra hæredem ex teſtamento poſſunt etiam conuenire hæredem ab inteſtato.*

88 *Agens ex teſtamento, & ſuccumbens ob Iudicis ignorantiam poteſt habere regreſſum ad eauſam inteſtati.*

89 *Variatio ad cauſam inteſtati non competit quando Iudici elarè conſtat, quod competat actio ex teſtamento.*

90 *Agens vigore teſtamenti ex perſona alterius non impeditur proponere eauſam inteſtati ex perſona propria.*

91 *Agens ex teſtamento tanquam valido poteſt variando redire ad eauſam inteſtati, vel codicillorum.*

92 *Actor qui vnam actionem per errorem, vel ignorantiam elegit, poteſt inconſtans ad aliam conuolare.*

93 *Reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria vt qui per errorem, vel ignorantiam intentauit vnam actionem conuolare poſſit ad aliam.*

94 *Actiones plures intentari poſſunt quando non tradunt ad idem, ſed ad diuerſa.*

95 *Actio vna non tollit alteram ex diuerſa eauſa.*

96 *Quid ſi vna actio ſit alteri contraria.*

97 *Actio vna intentata contra vnam perſonam non præiudicat alijs actionibus contra perſonas diuerſas.*

98 *Actio electa ſi ſit præſcripta non impedit quin agens inconſtans poſſit intentare aliam actionem non præſcriptam.*

99 *Actio vna intentata ex perſona alterius non impedit quin agens poſſit aliam actionem intentare ex perſona propria.*

100 *Actio vna non impedit regreſſum ad aliam quando non eſt alteri ius quæſitum.*

EXPLICATO, quando liceat inconſtantia, vel ne in Procuratore, & in Domino illum conſtituente, tranſeamus ad inconſtantiam in Actionibus.

Et primò dic, quod vbi plures actiones ad idem competunt, Actor vnam
1 ex illis teneatur eligere, electa verò vna actione ceſſat in Electore Inconſtantia, itaut ad alteram non detur regreſſus. Materia eſt Textus *in leg. Quod in hærede*, §. *Eligere*, *ff. de tribut. action.* quam fusè exornat Gabr. *de act. eoneluſ.* 1. & 2. Idem probat Text. *in l.* 1. *in delictis*, §. *Si detracta*, *ff. de noxal l. fin. C. de codicill.* Bart. *in l.* 1. §. *Vnde quæritur*, *col.* 1. *ff. de public.* Alber. *in l. fin. C. de edend.* Afflict. dec. 134. *num.* 3. & ibi Addent. Surd. *conſ.* 413. *nu.* 7. Rot. *deciſ.* 192. *num.* 9. *par.* 5. *recent.* & *deciſ.* 140. *num.* 6. *par.* 6. in iiſdem Rot. *coram* Dunozet. iun. *deciſ.* 460. *num.* 7.

2 Quod primò ampliat Gabr. *nu.* 2. etiam ſi ſint diuerſæ actiones, ſi tamen competant ex eadem cauſa, Bart. *in dicta leg.* 1. §. *Vnde quæritur*, *verſ. Simile videmus*, *ff. de public.* quod idem eſſet dicendum in actionibus ciuilibus.

Quod ego intelligerem iuxta diſtinctio-
nem, quam facit Horppreẞt. *ad §. in Sum-
ma inſtit. de iniurijs*, hoc eſt dummodo ten-
dant ad eundem finem, & non plus ſit in
vna, quam in altera ad Text. *in l. Prætor.7.
§. 1. ff. de iniur. l. plura. 53. ff de obligat. &
action. l. 1. ff. de vi bonor.rapt. l. ſi quis egerit,
ff. de furt. l. qui ſeruum, ff. de oblig. & action.*
3 Secundò ampliat Gabr.etiam in delictis
quia quando ex eod. facto, & ex eodem
crimine plures actiones competunt, vna
electa, alteri cenſetur renunciatum, Bart.
*in d. l. 1. §. Vnde quæritur, verſ. Prima regu-
la eſt, ff. de public.* Gabr. *num.3.* addo Albe-
ricum *in l. interdum, nu.3. ff. de public.iudic.*
Farinac. *quæſt.* 100. *num.* 132. qui tamen
cum Claro *quæſt.2. verſ. Hæc quidem*, dicit,
aliud eſſe de conſuetudine, quia in quæ-
relis, & accuſationibus concluditur ſem-
per accuſatum puniri pœnis legum, Ca-
nonum, Statutorum, Bannimentorum,
& Conſtitutionum.
4 Secus tamen eſſet, ſi ex diuerſis factis
orirentur, quia vna electa, alteri renun-
ciatum non cenſeretur, Alex. *in l. edita,
num.17. C. de edend.* Cyrill. *in Summ. crimin.
rubr. 6. Quando ciuil. act. num. 4.* Farinac.
dicta quæſt. 100. *num.* 133. Quando eſſent
inter ſe diuerſæ, & quod plus eſt agere-
tur contra diuerſas perſonas, Rota *coram*
Carill. *deciſ.156. num.5.*
5 Cumque ex delicto ſemper oriantur
duæ actiones, altera criminalis ad publi-
6 cam vindictam, altera ciuilis ad priuatum
7 commodum, *l. qui nomine, ff. ad l. Corne-
liam, de falſ.* Gomeſ. *de delict. tom.3. cap.3.
de homicid.nu.87.* Caball. *reſolut.crimin.248.
num.44.* Clar. *§. fin. quæſt.2. in princ.*
Videndum,an qui primo ciuilem actio-
nem intentauit, ad criminalem actionem
Inconſtans conuolare poſſit?
8 Regulam ſtatue, illicitam eſſe Incon-
ſtantiam, hoc eſt non poſſe, qui actionem
ciuilem intentauit, ad actionem crimina-
lem confugere, *l. 1. C. de appellat. l. Præ-
tor, §. 1. ff. vi bonor. rapt. l. damus*, & ibi
Salyc. *in Summ. C. ad l. Cornel. de falſ. l. in-
terdum*, & ibi Gloſs. 1. *ff. de publ. iudic.* Do-
ctores *in l. 1. C. quando act. ciuil. præiud.cri-
min.* Natt. *conſil.* 138. *num.1.* Boſs. *in praxi
de foro compet. num.* 122. *& de pluribus vio-
lent. num.* 113. Lanecllott. *de attent. par. 2.
cap. 4.* Carlenal. *de indic. tom.2. lib.1. tit.2.
diſput.6. num.2.lim.23. nu.26. 27.* vbi quod
ita Rota tenuit *in vna Cæſarauguſtana iuris
eligendi, coram* Sarmiento. Et hanc ean-
dem regulam firmauit Rota *in Romana de
Scocchis, Lunæ 9. Martij* 1598. *coram* Gypſio
vt teſtatur Farinacc. *d. quæſt.*100. *num.*125.
& 126.vbi reprobat Ancharanum *conſ.62.*
contrarium tenentem. Sed melius, diſ-
putato articulo, firmauit Rota *in deciſion.
Interamnen. pecuniaria 1603.coram bon.mem.*
Coccino, quæ eſt inter eius *impreſſas deci-
ſio 123. & poſt ſecundum volum. conſil.* Fa-
rinac. *deciſ.* 201. vbi quod ille, qui prius
intentauit iudicium ciuile per actionem
9 in factum, eo ſub prætextu, quod credi-
tor bis creditum exegiſſet, non potuit de-
mum conuolare ad actionem criminalem
ex Stellionatu Honded. *conſ.* 109. *num.* 60.
vol.1. Caualer. *deciſ. 443. num.3. 475. nu.4.*
& melius *deciſ.530.n.1.* Eminentiſs. Celſus
deciſ.208. vbi quod pendente iudicio ciuili
10 proceſſus coram Iudice criminali eſt nul-
lus, & attentatus, Dunozett. iun. *dec.286.*
11 *ſub num.2.* Dunozett. ſen. *dec.220.dec.274.
num.1. par.9. tom.1. rec.* vbi in terminis te-
12 ſtamenti, & quando ad hunc effectum
dicatur prius cæpta cauſa ciuilis quam
criminalis. Ratio eſt, quia, ſi daretur
huiuſmodi inconſtantia poſſent ferri di-
uerſæ ſententiæ, & contrariæ à diuerſis
Iudicibus, Caualer. *d. deciſ.475. num.4. &
d. deciſ. 530. num.2.* Carill. *dec. 63. num. 2.*
Dunozett.iun. *dicta 220. & dicta deciſ.274.
num.3. par.9. recent.*
13 In tantum quod, ſi ad actionem crimi-
nalem inconſtans confugeret, & illa eſſet,
per Iudicē admiſſa, daretur ab ea admiſſio-
ne appellatio, *d. l.1. C. de appellat.* Boſs.
dicto tit. de plur.violent. num.113. Rota *dicta
deciſ.* Coccin. 123. *num.3.*
14 Nec prodeſt inconſtanti, quod cauſa
criminalis fuerit intentata in ſecunda in-
ſtantia, & ſic ante quam cauſa ciuilis ſit
commiſſa Iudici appellationis, quia ſuf-
ficit, quod fuerit intentata poſt iudicium
15 ciuile in partibus motum, quia commiſ-
ſio cauſæ appellationis non diuerſificat
cauſam, ſed inſtantiam, Salycet. *in l. ita
demum, in fin. & in l. inuitus, num. 1. C. de
Procur. Rot. d. deciſ.123. Coccini num.9.*
16 Nec requiritur, quod ſuper iudicio ci-
uili fuerit plenè cognitum, vel ſententia-
tum, ſed ſufficit fuiſſe cæptum, quia hoc
caſu præiudicium conſideratur in poten-
tia, quamuis non actu, *l. fundū, l. fundi, quem,
ff. de except.* Caualer. *d.deciſ.530. n 3. ad fin.*
latè Gabr. *citata concluſione, num.23. verſic.
Contrarium.*
17 Imò ceſſaret inconſtantia quamuis
ex actione ciuili incidenter inſurgeret
actio criminalis, nec enim iſto caſu lici-
tum eſt conuolare ad cauſam criminalem
principaliter, relicta cauſa ciuili, vt poſt
Bald. & alios, tradit Crauett. *conſ.280.n.2.*
Caualer. *d. deciſ.443. num.5.*
18 Multo magis, ſi cauſa ciuilis eſſet præ-
iudicialis criminali *d. l. fundum, & l. fundi,
quem ff. de except. Gloſs. magn. in l. edita*, &
ibi Bart. *num.14.* Alex. *num.15.* Dec. *nu.60.
C. de edend.* Natta *d.conſ.188. num.2.* Farin.
d. quæſt.100. num.60. & num. 129. Caualer.
d. deciſ.443. 475. & 530. Coccin. *dicta de-
ciſ.123.* Buratt. *deciſ.34. num.2. & deciſ.415.*

& melius deciſil. 944. Dunozett. ſen. dicta
deciſ.220. num.1.
19 Tunc autem dicitur cauſa ciuilis præ-
iudicialis criminali, quando ſententia
lata in cauſa ciuili, pareret exceptionem
rei iudicatæ in cauſa criminali, dict. ll.
Fundum, & fundi, quem ff. de except. Soc-
cinus in cap.vlt.de libell. oblat Bart.in l.Præ-
tor ait, §. 1. ff. vi bon. rapt. Doctores in di-
cta l. edita, C. de edend. Menoch. conſ. 301.
num.25. Salyc. in ſpecie in l.vnica, num.10.
verſ. Quæro modo, C. Quando act. ciuil. act.
crimin. præiud. Ridolphin. in praxi, par.1.
cap. 1. num. 107. Millin. deciſ. 444. num. 1.
Dunozett.ſen. d.deciſ.220. num.1. Iaſon. in
§. Præiudiciales Inſtit. de act. nu.2. Caualer.
d. deciſ.443. num.1. & 2. & 475. num.3.Bu-
ratt. d. deciſ.34. num. 1. & 415. item num. 1.
& d. deciſ.944. item num.1. vbi aliàs plures
refert Rotales Deciſiones Farin. d.qu.100.
num.79. & in caſu de quo agitur, non eſt
neceſſe, quod parlat exceptionem, ſed
20 quod ſit poſſibile,quod parere poſſit Bart.
in d. l. edita, num.19. Alex. ibidem num.16.
Curt.iun.qui teſtatur de communi,n.156.
Bolognett. num.102. Soccin.num.11. Dec.
num. 60. Io: de Vicomerc. num. 128. Pur-
pur. num .204. Corn. num. 31. Ridolphin.
d. cap.1. nu.109. Rot. deciſ. 207. num. 1. &
ſeq. poſt conſ. Farinac. lib.2. Dunozett iun.
d.deciſ.236.nu.2. Farin. d.quæſt.100. num.79.
& 130. Buratt. d. deciſ.415. num. 1. & dicta
deciſ.944. num.7. Addent.ad deciſ 470.Gre-
gor.XV. num.17. in fin.

21 Si verò è contra ſententia in cauſa cri-
minali pareret exceptionem rei iudicatæ
in cauſa ciuili, licita eſſet inconſtantia,
Curt. iun. in d. l. edita, num.60. C.de edendo,
Farinac. loco cit. num.131.

22 Quando autem alijs modis cauſa vna
dicatur alteri præiudicialis videndus eſt
Farinac. dicta quæſt.100. num. 78. & ſeq. ex
Crauett. conſ.74. inter conſ. crimin. vol.2. &
Natt. d. conſ.138. Carleual. de iudic. tom.2.
lib.1. tit.2. diſput. 6. à num.7. belle Rot. co-
ram Coccino deciſ.308. num.7. vbi quod tri-
bus modis poteſt conſiderari,qualiter vna
actio ſit alteri præiudicialis. Primò quan-
do agitur de ſtatu alicuius; Secundò ra-
tione auctoritatis, & præheminentiæ;
Tertiò, quod abſolutoria pariat exceptio-
nem rei iudicatæ,& propterea ibi fuit de-
ciſum, Equitem Santinellum poſſeſſorem
cuiuſdam domus, non potuiſſe agere ad
23 retractum alterius domunculæ ſibi con-
tiguæ, ex eo, quia ſuper domo ab eo poſ-
ſeſſa lis fuerat mota à Proprietario, qui
prætendebat ad ſe ſpectare vigore fidei-
commiſſi, & ideo, quia lis ſuper fidei-
commiſſo interuertebat dominium Santi-
nelli, vigore cuius ei competebat retra-
ctus, meritò prius erat terminanda tan-
quam præiudicialis actioni retractus, &
hanc eandem diſtinctionem retulit & ſe-
cutus fuit Ridolphin. in praxi par.3. cap.1.
num. 97. 98. 99. 100. & 101. & de tertio
membro eſt deciſ.coram Carill. deciſ.63.n.1.
in iiſdem terminis Dunoz. iun. deciſ. 286.
num.1.

24 Dic tamen, licitam eſſe inconſtantiam
ſi prima actio intentata non pareret ex-
ceptionem rei iudicatæ in ſecunda, ſed
ſecunda pareret exceptionem rei iudicatę
in prima, Curt. iun. in d. l. edita, num.160.
C. de edend. Farinace. d. quæſt.100. nu.131.

25 Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtan-
tiam ſi actio ciuilis proueniat ex vno fa-
cto,criminalis verò ex alio facto, Natt. di-
cto conſ.138. num.4. cum ſeq. Facchin. con-
trou.iur. lib.9. cap.2. Farinacc.loco cit.n.138.
vbi nu.140. declarat hoc procedere,quan-
do facta ſunt totaliter inter ſe diuerſa, &
nullam habeant inter ſe connexitatem,
ſecus ſi illam haberent taliter, vt vnum
eſſet alteri preiudiciale.

26 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando ageretur contra diuerſas perſo-
nas, nam, ſi plures ſunt eiuſdem crimi-
nis Rei, poſſum contra vnum ciuiliter,&
27 contra alium criminaliter eodem tempo-
re agere, Bellapert. in l. 1. col. fin. in fine,
verſ. item alia quæſtio, C. quando ciuil. act.
crimin. & ibi Alberic. Curt. iun. in dicta l.
edita, num. 174. & ibi Purpur. num. 147.
Farinacc. dicta quæſt. 100. num. 147.

28 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando actiones proueniunt ex eadem
lege; Quia tunc non prohibeor vna in-
tentata, ad aliam conuolare, Butrigar. in
l. 1. C. quando ciuil. actio, Salycet. ibidem
num. 3. Farinacc. dicta quæſt. 100. num.148.

29 Dic quintò licitam eſſe inconſtantiam,
quando ambæ actiones ciuilis, & crimi-
nalis tendunt ad eundem finem, ſecus ſi
ad diuerſa, ſecundum Cynum in l.1. nu.6.
C. quando ciuilis actio, & ibi Alberic.num.3.
Farinacc. dicta quæſt. 100. num. 148.

Sed contra hoc dictum, quod videtur
deſtruere principalem concluſionem à
nobis ſupra traditam, tenet Marant. de
ordin. iudic. par. 4. diſtinct.1. quem ſequitur
Clar. §. fin. quæſt. 2. num. 7. qui dicunt
communem eſſe concluſionem, quod ſi
actio ciuilis, & criminalis tendunt ad di-
uerſa, non impeditur inconſtantia, ſecus
ſi tendant ad idem.

30 Hinc infertur, quod, cum in crimine
iniuriarum detur actio ciuilis ad æſtima-
tionem iniuriæ, & actio criminalis ad
31 pœnam, l. Prætor, §.poſt hodie,& ibi Gloſs.
in verb. ciuiliter agi, ff. de iniurijs, Peguer.
deciſ. crimin. 13. num. 1. cum alijs per Fa-
rinaccium quæſt.105. num. 26. & vtraque
tendat ad vindictam, vt declarat Bartolus
in dicta l. Prætor edixit, §. ſi dicatur, num. 1.
ff. de iniur. Alberic. Angel. Marant. Boſs.

Conrad. Gomez. Gall. & Surd. à Farinacc. *dicta quæſt.* 105. *num.* 27. iniuriatus qui
32 actionem ciuilem intentauit, non poteſt inconſtans ad actionem criminalem tranſire, *dicta l. Prætor edixit*, §. *ſi dicatur*, & *ſeq. ff. de iniur.* & ibi Gloſs. *in verb. occiſus*, & *verb. præiudicare*, & *verb. actionem*, Gloſs. *in dicta l. Prætor edixit in principio in* 1. *gloſs. verſ. item ſi veneno*, Bart. *dicto* §. *ſi dicatur, num.* 1. Albericus *num.* 1. Angel. *num.* 1. cum aliis, quos refert, & ſequitur Farinacc. *dicta quæſt.* 105. *num.* 28. plenè Theſaurus *deciſ.* 18. *num.* 2. & 3.

Hoc tamen procedit, ſi iniuriatus intentet actionem ciuilem ad æſtimationem iniuriæ, quæ dicitur ad vindictam, ſecus autem, ſi tantum agit ad damna, & intereſſe, quia tunc non prohibetur, quin inconſtans non poſſit conuolare ad actionem criminalem ad pœnam, *dicta l. Prætor edixit*, §. *quid ergo*, & ibi Gloſs. *in verb. dicemus*, & *in verb. principaliter*, & *in verb. hoc continet*, & *in verb. occiſum*, & *in verb. ſarciatur*, *ff. de iniur.* vbi aſſignatur ratio, quia actio ad damna, & intereſſe non datur principaliter, ſed in conſequentiam,
33 ideo per illius electionem non cenſetur ſublata actio principalis, Gloſs. *in dicta l. Prætor edixit in* 1. *gloſs. verſ.* & *licet aliàs*, Bart. *dicto* §. *ſi dicatur in principio*, Alberic. *num.* 1. Angel. *num.* 1. Theſaur. *dicta deciſ.* 18. *num.* 11. Farinacc. *dicta quæſt.* 105. *num.* 30.
34 Cæterum quando fiſcus, non obſtante actione ciuili intentata per iniuriatum, poſſit agere ad pœnam, videndus eſt omnino Theſaur. *dicta deciſ.* 18. *à num.* 7. *vſque ad finem*, ad eum te remitto Lectorem, quia non eſt materia noſtræ inconſtantiæ.
35 Secundò infertur, quod ſi maritus egit ciuiliter contra vxorem adulteram ad dotis amiſſionem non poſſit inconſtans eam accuſare criminaliter de adulterio, Anch. *in cap. Tuæ*, & ibi Panormit. *num.* 3. *de Procur.* Sot. *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſtione vnica.* Ratio eſt, quia vtraque actio tendit ad vindictam, Barboſa *ad l.* 2. *ſolut. matrim. par.* 1. *num.* 138. *verſ. vlt.* Sanchez *de matrimonio lib.* 10. *de diuortio quæſt.* 8. *num.* 19. *verſ. nec ſi à Iudice ciuili*.
36 Sic è contra, ſi prius intentauerit iudicium criminale de adulterio, non poteſt ad iudicium ciuile conuolare ad dotis amiſſionem, Textus eſt *in l. miles*, §. *Socer*, *ff. de adulterio*, Barboſa *loco cit. nu.* 139. Sanchez *loco citato num.* 19. & 20.
37 Eò maximè, quia, cum mulier ob adulterum detrudatur in Monaſterium, & bona eius applicentur certis perſonis, Auth. *ſed hodie*, *C. de adulterio*, fruſtra maritus
38 aget ad dotis amiſſionem, quæ ad vxorem non pertinet, vt ex Imola, & Caſtrenſe dicit Barboſa *loco citato num.* 139. *ad finem*,
39 Sanchez *loco citato*, qui ampliat non ſolùm pendente iudicio ciuili, vel è contra, ſed etiam peracto iudicio prius intentato, &
40 etiam quod per viam exceptionis in alio iudicio opponeretur de adulterio, verbi gratia, ſi maritus accuſauit vxorem de adulterio, & ab accuſatione deſtitit, vel ſuccubuit, ſi mulier petat reſtitui ad obſe-
41 quia maritalia, non poterit excipere vir de adulterio, obſtat enim exceptio rei iudicatæ in iudicio prius intentato, vt benè per Sanchez *loco citato* omnino videndum.

Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam, quando delictum in ſecundo iudicio de-
42 ductum eſſet patens, vel confeſſione Rei, vel per plures Teſtes idoneos concludenter probantes, Natt. *dicto conſ.* 138. *nu.* 20. Lancellott. *de attent. cap.* 4. *limit.* 23. *nu.* 12. vbi dicit Rotam *in vna Neritouen. ſpolij coram Aldobrandino* 19. *Martij* 1567. voluiſſe, quod dum cauſa ſpolij cognoſcitur, inhibendum ſit Iudici criminali, criminaliter procedenti contra ſpoliantē, niſi fuiſſet aut confeſſus, aut conuictus, Claudius Seyſell. *dicta l. edita num.* 76. *C. de edend.* Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *num.* 154.
43 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam coram diuerſo Iudice, quamuis non coram eodem Iudice, Claud. Seyſell. *in dicta l. edita num.* 68. *C. edendo*, Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *num.* 155.

Contrarium, & melius voluit, Rota, *coram Putteo deciſ.* 275. *lib.* 1. *in antiq.* Baiard. ad Clar. *quæſt.* 2. *num.* 3. & hanc eſſe veritatem dicit Farinacc. *loco citato*, *num.* 155. *verſ. Imo ſecundum Puteum*.
44 An autem Iudex ciuilis poſſit inhibere criminali iſto caſu? Negat Seyſell. *loco citato*, quem ſequitur Farinaccius *loco cit. num.* 155. *ad finem*, qui ſubiungit cum eo-
45 dem Seyſello, quod ſi petatur, ſuperſederi in cauſa criminali, talis ſic petens eſt audiendus.
46 Quamuis tamen Iudex non debeat inhibere, poterit tamen Pars ipſa inhibere, vt voluit Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *nu.* 113. vbi dicit ità apud nos ſeruari.
47 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi pars non opponat, quod quando verum ſit, vide Bart. *in dicta l. edita in* 2. *lect. num.* 79. *C. de edend.* Roman. *num.* 147. Fulgoſ. *num.* 17. Alex. *num.* 19. Dec. *nu.* 82. Iacobin. de S. Georgio *num.* 105. Claud. Seyſell. *num.* 87. Corn. *num.* 36. Purpur. *num.* 204. & latiùs *num.* 209. quos refert Farinacc. *loco citato*, *num.* 156. qui fermè omnes concludunt, quod ſi cumulatio actionis impeditur ratione ordinis, vel quia ſententia parit exceptionem in alia, & tunc valet iudicicium, parte non opponente, quia ſolùm agitur de intereſſe partis, ſi verò impeditur iudicium ratione inconſtantiæ, quia vna electa via, alia tollitur, & tunc non valet iudicium, etiam

parte non opponente, & eodem modo ſi cumulatio impediatur ratione contrarietatis, ſic Dec. *loco citato*, & alij.

48 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam terminato iudicio ciuili, quia poterit ad
49 criminale conuolare, *l. 1. C. quando ciuilis actio*, vbi Gloſs. & Doctores, Bart. *in l. interdum in principio in 1. oppoſitione, ff. de public. indic.* & ibi Alberic. *num.* 2. cum alijs per Boſs. *de pluribus violent. num.* 113. vbi quod non dicitur finitum iudicium, niſi lata ſit ſententia, eaque in iudicatum tranſierit, vel ſecundum Angel. *in loco*
50 per eum *relato*, niſi ſecuta fuerit effectualis executio ſententiæ, & exactio, Farinacc. *loco citato num.* 157. Carlenal. *de Indic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 6. *to.* 2. *num.* 3.

Quæ diximus de Actore, actionem ciuilem proponente, vt non poſſit eſſe in-
51 conſtans, conuolando ad actionem criminalem, idem dicendum eſt è conuerſo, hoc eſt, illicitam eſſe inconſtantiam in eo, qui prius actionem intentauit criminalem, itaut ad actionem ciuilem conuolare nequeat, Fulgoſ. *in dicta l. interdum num.* 4. *in fine, ff. de public. indic.* Odofred. *in l.* 1. *num.* 1. *colum.* 2. *C. de appellat.* Put. *deciſ.* 275. *lib.* 1. *in antiq. & 268. in correct. eodem lib.* Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *nu.* 127. Carlenal. *dicta diſput.* 6. *num.* 2.

52 Quod multò magis procedit, quia cauſa criminalis maior eſt cauſa ciuili, *l. fin. C. de ordin. indic. l. vnica, quando ciuilis actio,* Put. *dicta deciſ.* 268. *in fine, lib.* 1. *in correct.* Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *num.* 59. Coccin. *dicta deciſ.* 123. *num.* 18. Seraphin. *deciſ.* 571. *num.* 3.

53 Sed quia omnes ferè declarationes, & limitationes ſupra deductæ proximæ concluſioni habent locum in hac ſecunda concluſione, vt videre eſt per Farinacc. *dicta quæſt.* 100. *à num.* 123. *vſque ad finem*, ideo in hoc inconſtantiæ genere amplius non immorabor; Reuertendo ergo ad principalem concluſionem.

54 Tertiò, ampliat Gabriel. etiamſi ex cauſa intentata non obtineat Agens, quia non propterea ſibi dabitur regreſſus ad aliam actionem, cui cenſetur renuncia-
55 tum, Gloſs. vnica *in l. poſt diem, ff. de l. commiſs.* & Gloſs. *in l. Æmilius in verb. reſtitui, circa princip. verſ. ſed illud efficaciter, ff. de minoribus*, Salycet. *in l. commiſſoriæ, C. pact. inter empt. & vend.* Aret. *conſ.* 150. *colum. penult. verſ. iſta concluſio*, Soccinus iun. *conſ.* 84. *vol.* 2. *num.* 8. qui intelligit, quando Agens non obtinet, eò quia pœnitentia ductus ad aliam actionem tranſire vult, ſed tamen prima actio erat effectum paritura, Gabriel. *loco citato num.* 4. qui Paulum de Caſtro contrarium tenentem *in dicta l. commiſſoriæ* adducit, addo Ego Peregrinum *in tract. de iudic. fol.* 58. *nu.* 60. vbi quod ſi ex vno facto, ſeu ex vna cauſa oriuntur plures actiones, ſi Actor vnam propoſuerit, & ſuccubuerit, non poteſt redire ad aliam, ex eadem cauſa proficiſcentem, etiam quod actiones ob aliquam adiectionem, ſeu qualitatem inter ſe variarent, quia plus eſſet in vna, quàm in alia, ex Textu *in l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxal.*

56 Limita hanc ampliationem non procedere, quando quis ſuccubuiſſet, quia elegiſſet actionem incompetentem, quia tunc datur regreſſus ad competentem, quam non elegerat, Iacobus Butrigar. *in l.* 1. *col.* 2. *verſ. tu dic*, & ibi Albericus *col.* 2. & Salycet. *col.* 4. *C. de furt.* Gabriel. *loco citato num.* 5.

57 Quod verum eſt, niſi quis ſcienter remedium incompetens elegiſſet, Salycetus *in dicta l.* 1. *C. de furt. col. fin. verſ. aut ſuccubuit*, & ibi Alex. *col. penult.* Caſtrenſ. *in l. Clodius, col.* 1. *ff. de acquiren. hæred.* cum alijs per Gabriel. *loco citato num.* 6.

58 Vel niſi remedium, ſiue actio per electionem in eſſe producatur, quia tunc electa via, quæ à poteſtate eligentis naſcitur, ad aliam non poteſt habere regreſſum, quia deficit poteſtas producendi, & ſucceſſiuè eligendi, ſic ſubtiliter Salycet. *in l.* 1. *num.* 12. *verſ. oppono ergo modo, & num.* 14. *verſ. ſecundo caſu, C. de furt.* Gabr. *loco citato num.* 7.

59 Quartò, ampliat Gabriel, etiamquod vna actio competat de iure communi, altera ex priuilegio, ex Caſtrenſe *in l. ſi ea lege num.* 10. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Gabriel *num.* 9. qui refert Albericum contrarium tenentem *in l. fin. col.* 2. *verſ. & ſi vnum competat, C. de codicill.*

Videas Cynum benè diſtinguentem, *in l. voluntariæ, num.* 10. *C. de excuſ. Tut.*

60 Quintò amplia, vt hæc inconſtantia ceſſet etiam in diuerſa inſtantia, Baldus *in l. incerti col.* 4. *in principio, C. de interdict.* Purpurat. *in d. l. edita num.* 218. *C. de edend.* Gabriel *ibidem num.* 10.

61 Sextò amplia etiam, quod vna actio procedat à iure communi, altera autem à diſpoſitione Statuti, Aret. *in §.* 1. *nu.* 23. *Inſtitut. de act.* & ibi Iaſon *num.* 152. Purpurat. *in dicta l. edita num.* 217. Gabriel *loco citato num.* 11.

62 Septimò ampliat Gabriel, idem eſſe in iudicio criminali, ſed hæc ampliatio eſt eadem cum ſecunda ampliatione, de qua diximus *ſupra*.

62 Octauò, ampliat Gabriel, vt, qui elegit cauſam inteſtati, non poſſit variare ad cauſam teſtamenti, ſed quia hæc eſt potius illatio, quàm ampliatio, vt dicit idem Gabriel *concluſ.* 3. *dicto tit. de act.* ideo de ea hic videndum eſt.

Sit itaque concluſio, illicitam eſſe inconſtan-

Digitized by Google

conſtantiam in eo, qui cæpit agere ex te-
ſtamento, nam ad viam inteſtati conuo-
lare nequit, *l. fin. C. de codicill.* Gabriel
dicto tit. de act. concluſ. 3. num. 1. Romanus
conſ. 125. *num.* 1. Iaſon *dicta l. fin. col.* 2.
verſ. nota ergo ex iſta lege, Alex. *conſ.* 121.
lib. 1. *num.* 6. *verſ. & eo ipſo*, Boer. *deciſ.* 33.
num. 13. Gulielm. de Bened. *in cap. Raynu-
tius, in verb. teſtamentum il terzo, num.* 71.
de teſtam. Merlin. Pignattell. *controu. forenſ.
centur.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *&* 3. Camill. de
Medic. *conſ.* 40. *per tot. præcipuè num.* 6.
cum ſeq. Cenſal. *deciſ. Lucenſ.* 57. *num.* 16.
vbi concluſionem declarat; Ratio eſt, quia
poſtquam quis agere cæpit ex teſtamento
63 acquiſitum eſt ius venientibus ab inteſta-
to, caſu quo teſtamentum non valeat, er-
go iure eis ſemel quæſito, non licèt varia-
re in eorum præiudicium, Romanus *dicto
conſ.* 125. *in principio, num.* 2. Gulielmus de
Bened. *loco citato num.* 71. & in tantum
eſt illicita inconſtantia, vt, ſi cauſam te-
64 ſtati propoſuerit Actor, teneatur illam
proſequi, vt probat Textus *in d.cta l. fin.*
ibi *ſtatim inter ipſa iuris auſpicia propoſitum
ſuæ intentionis expleat*, Gabriel *loco citato
num.* 2.

65 Quæ concluſio procedit, & ſi in teſta-
mento, ex quo Actor agit, dixerit teſta-
tor, velle illud valere iure codicillorum,
dicta l. fin. verſ. vt etiam illud ſanciamus,
Gabriel *loco citato num.* 3.

66 Imò hoc caſu, etiamquod Actor ſuc-
cumberet in cauſa teſtati, non poſſet in-
conſtans ad cauſam codicillorum, & in-
teſtati recurrere, quia eſſet variare circa
67 vnam, & eandem ſcripturam, Cyn. *in l.* 1.
C. de furt. col. 2. & ibi Salycet. *col.* 4. *verſ.
alij dicunt, & in dicta l. fin. verſ. ego dico*, Bart.
in dicta l. Clodius, col. 1. & ibi Caſtrenſ.
col. 1. *ff. de acquir. hæred.* Gabriel *loco citato
nu* 4. Gulielm. de Bened. *loco citato nu.* 72.
verſ. præterea.

68 Secundò, procedit concluſio, etiam
quod pars non opponat à principio, quia
iure communi iudicium corruit, Soccin.
in cap. fin. nu. 23. *verſ. ſecundo caſu de libell.
oblat.* Gabriel *loco citato num.* 5.

69 Tertiò, habet locum, ſiue Agens ſit vir,
ſiue mulier, Roman. *dicto conſ.* 125. Gabr.
ibidem num. 6.

70 Quartò denegatur inconſtantia etiamſi
Agens vellet probare per teſtes, ſe hære-
dem ex teſtamento, & per alios teſtes, ſe
eſſe hæredem ex cauſa fideicommiſſi, vel
inteſtati, Bald. *in dicta l. fin. col.* 2. *C. de
codicill.* Gabriel *loco citato, num.* 6.

71 Quintò denegatur inconſtantia etiamſi
à principio quis petat hæreditatem non
exprimendo aliquam cauſam, & poſtea
fuerit vnam cauſam ſpecialiter proſecu-
tus, Bart. *in l. ſextante, ff. de except. rei iudic.*
Gabriel *loco citato num.* 9.

De Inconſtantia in Iudicijs.

72 Primò dic, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi quis ex diuerſis ſcripturis agat, non enim
tenetur eſſe conſtans in actione teſtati,
quàm intentauit Bart. *in dicta l. Clodius
col.* 1. *ff. de acquir. hæred. & l. fin. col.* 1. *C.
de codicill.* & ibi Angel. & Caſtrenſ. Iaſon
num. 1. *verſ.* 4. *limita*, Cyn. *in dicta l.* 1. *C.
de furt.* & ibi Salycet. *num.* 31. cum alijs
per Gabrielem *loco citato, num.* 10. Addo
Gulielm. de Bened. *loco citato num.* 72.

73 Quod tamen dupliciter ſublimitat Ga-
briel, primò, niſi quis ſcienter elegiſſet,
vt per Iaſon. *in dicta l. fin. num.* 15. *C. de
codicill.* ſecundò niſi plures, & diuerſæ
ſcripturæ eſſent factæ vno, & eodem tem-
pore ex Alex. *in dicta l. fin. col. penult. verſ.
nec obſtat primus, C. de codicill.*

74 Secundò, limita concluſionem non
procedere in aſcendentibus, & deſcen-
dentibus vtriuſque ſexus, & agnatis vſque
ad quartum gradum, in agnatis verò vſ-
que ad tertium, quibus electa vna via,
datur ſingulare variandi priuilegium, vt
in 4. par. dictæ l. fin. ibi *in verſ. ſi quis verò*,
Iaſon *num.* 6. *Apoſtill.* ad Iacobum, Butrigar.
dicta l. fin. verſ. limita primò, Gabriel *loco
citato num.* 13. Gulielm. de Bened. *loco cit.
num.* 73, *verſ.* 2. *fallit*, Boer. *dicta deciſ.* 33.
num. 17.

75 Et hæc limitatio primò procedit, quam-
uis in teſtamento non eſſet adiecta clau-
ſula codicillaris, quia fortaſſe codicilli
fuerunt ad partem facti, vt voluere Fulgoſ.
& Alex. *in dicta l. fin.* Iaſon *ibidem num.* 6.
Gulielm. de Bened. *loco citato num.* 73.

76 Secundò, procedit etiam, quod perſo-
næ, *vt ſupra*, & in Textu expreſſæ ſcien-
ter elegerint vnam, vel aliam cauſam,
Boer. *dicta deciſ.* 33. *num.* 19. Gabriel *loco
citato num.* 14.

77 At hoc priuilegium, quod conceditur
deſcendentibus, *vt ſupra*, debet intelligi,
ſi verè illi ſint filij, non autem ſi ſint ado-
ptiui, vel arrogati, quia non dicuntur ve-
78 rè filij, ſed imaginem filiorum habent,
l. filio, quem pater, ff. de lib. & poſth. & hanc
opinionem tenent Angel. *in dicta l. fin.*
Guliel. de Bened. *loco citato num.* 73. *verſ.
prouiſo tamen*.

79 Sicut reſpectu agnatorum debet intel-
ligi priuilegium, quando illi ſunt de aſcen-
dentibus, ſecus verò ſi ſint tranſuerſales
etiamſi fratres, & ſorores, ità Gloſs. *in l.
fin. in verb. agnationis*, quam omnes Do-
80 ctores ſequuntur ibidem Roman. *dicto
conſ.* 125. Boer. *dicta deciſ.* 33. *num.* 18.
Gabriel. *loco citato num.* 15. Gulielm. de
Bened. *loco citato num.* 73. *verſ. præterea
quod dictum eſt*. Ratio eſt, quia tranſuerſa-
81 libus non competit querela contra teſta-
mentum, *l. fratres, C. de inoffic. teſtament.*
Gulielm. de Bened. *vbi ſupra*.

Pariter dictum priuilegium in talibus

H

Digitized by Google

aſcendentibus locum non habere ſi ab in-
82 teſtato non ſuccederent, veluti ſi per Statutum à ſucceſſione excluſi eſſent, vel eſſent tales, qui in ſuccedendo ab inteſtato, non tenerent primum locum, quoniam forte alius præcedit in gradu, nam ſi tales in teſtamento hæredes inſtituti ſemel intentauerint viam teſtamenti, non poſſent poſtea intentare viam codicillorum, & fideicommiſſi, & è contra, quia illi tales non dicuntur pati damnum, ſuper quo fundatur *dicta l. fin.* ſed potius certant de lucro Ludouic. Fulgoſ. & Alex. *in dicta l. fin.* Gulielm. de Bened. *loco citato num. 73. verſ. pariter dictum priuilegium.*
83 Hinc per eandem conſiderationem, Iaſon *in d. l. fin. num. 7.* diſputat quæſtionem, an cauſa pia, quæ in his teſtamentarijs cauſis gaudet priuilegio liberorum, potiatur etiam huiuſmodi priuilegio va-
84 riandi? Et verius putat, licet relinquat cogitandum, quia vt ipſe ait, quæſtio eſt noua, non frui priuilegio variandi, quia tantummodo illis datur, qui certant de damno vitando, quod non facit Eccleſia,
85 quia aliàs Teſtatori non ſucceſſiſſet ab inteſtato, & Iaſon. ſequitur Guliel. de Bened. *loco cit. num. 73. verſ. & per eandem &c.*
86 Tertiò, habet locum inconſtantia ſtante probabili ignorantia, Bart. *in l. ſerui electione num. 1.* Alex. *num. 3.* Caſtrenſ. item *num. 3.* Iaſon *num. 6.* Ripa *num. 6. & 7. ff. de legat. primo,* Gulielm. de Bened. *loco cit. num. 72. verſ. primo,* Rota *deciſ. 140. nu. 7. par. 6. recent.* de quo dicemus *infra.*
87 Quartò, dic licitam eſſe inconſtantiam in creditoribus, & legatarijs, qui propter probabilem incertitudinem poſſunt, poſtquam viam teſtati elegerunt contra hæredem ſcriptum etiam legitimum hæredem conuenire, Gloſs. magna *in l. controuerſia, verſ. ſi verò detur,* & ibi Bart. *num. 5. & 6. ff. de tranſact.* Iaſon *in d. l. fin. num. 1. verſ. 3. limita,* & ibi Alex. *col. fin.* Boer. *d. deciſ. 33. num. 15.* Gabriel *loco citato num. 17.* Guliel. de Bened. *loco citato num. 72.*
88 Quintò, dic licitam eſſe inconſtantiam, quando Actor in actione intentata ſuccubuiſſet per ignorantiam Iudicis, Fulgoſ. *d. l. fin. C. de Codic.* Gabriel *loco cit. num. 18.*
89 Quemadmodum è contra hoc priuilegium variationis non competeret, quando clarè conſtat Iudici, quod filio competit via ex teſtamento, per Textum *in l. filium emancipatum, ff. de acquir. hæred.* Gulielm. de Bened. *loco citato num. 73. verſ. ſimiliter tale priuilegium,* vbi dicit, quod ſic oportet intelligere dictum Textum *in l. filium emancipatum.*
90 Sextò, dic licitam eſſe inconſtantiam, ſi in primo iudicio actum eſt ex perſona alterius, Alex. *d. l. fin. num. 6. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 19.*

91 Septimò, dic licitam eſſe inconſtantiam in eo, qui dixit teſtamentum validum, demum ſuccubuit, quia poteſt variare, & redire ad cauſam inteſtati, Afflictus *deciſ. 134.*

Sed redeundo ad principalem concluſionem.

92 Primò, dic licitam eſſe inconſtantiam, ſi per errorem, vel ignorantiam Actor vnam actionem elegerit, Salycet. *in l. 1. num. 15. C. de furt.* Alberic. *in d. l. fin. nu. 2.* vbi Bald. *num. 1. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 15.* Addo Gulielm. de Bened. *in dicto cap. Raynuccius verb. teſtamentum 3. num. 72.* Rota *in citat. deciſ. 140. num. 7. par. 6. recent. & in Romana, ſeu Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentiſſimo D. meo Panzirolo, poſt tract. Zacchiæ de oblig. Camer. deciſ.* 200. *num.* 10. *& 11. ſecundum modernam impreſſionem*, Merlin. *deciſ. 566. num. 3.*
93 Quod procedit etiam ſine reſtitutione in integrum, vt voluit Soccinus *in cap. fin. num. 35. de libell. oblat.* quem cum alijs refert, & ſequitur Gabriel *loco citato num. 15. verſ. contrarium,* quod etiam eſt de mente Rotæ *citat. deciſ. 140. num. 3. par. 6. recent.*
94 Secundò, licita eſt inconſtantia, quando actiones plures non tendunt ad idem, ſed ad diuerſa, Gloſs. *in dicta l. quod in hæredem, §. eligere, gloſ. 1.* & ibi Bald. & Bart. *in ſumm. ff. de tribut.* Salycet. *in dicta l. fin. num. 15. C. de furt.* Gabriel *loco cit. concl. 2. num. 16.*
95 Tertiò licita eſt inconſtantia, quando agitur ad idem, ſed ex cauſa diuerſa, quia tunc electione vnius actionis, altera non tollitur, Alberic. *in dicta l. quod in hæredem, §. eligere in fin. ff. de tribut.* Caſtrenſ. *in dicta l. edita num. 11. C. de edend.* Bart. Soccinus, Fulgoſ. Iacobus de Butrigar. & alij à Gabriele relati *dicta concluſ. 2. num. 17.* Guttier. *pract. queſt. lib. 3. queſt. 59. num. 6.* Greg. XV. *deciſ. 270. num. 3.* Rota *in dicta Romana, ſeu Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentiſs. D. meo Panzirolo poſt dictum tract.* Zacch. *deciſ. 200. num. 3. & 5.* Merlin. *deciſ. 566. ſub num. 2.*
96 Quod tamen intellige, niſi obſtet contrarietas actionis, vt *in dicta l. fin. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 18.*
97 Quartò dic, licitam eſſe inconſtantiam, quando agitur contra diuerſas perſonas, quia per electionem vnius actionis alteri non cenſetur renunciatum, Bart. *in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publ.* Aret. *in l. ex duobus col. 5. ff. de duobus Reis,* Purpurat. *in dicta l. edita num. 214. C. de edend.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Gabr. *dicta concluſ. 2. num. 19.*
98 Quintò, licita eſt inconſtantia, quando eſt electa actio præſcripta, quia tunc ad aliam, cui non ſit præſcriptum, datur re-

greſſus, Bald. *in l. ſi præſidium, col. 2. C. de ædilit. act.* Cremen. *ſingul.* 164. Alex. *in apoſtill. ad Bartolum, dicta l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. act.* Gabriel *loco cit. num.* 21.

99 Sextò, dic, licitam eſſe inconſtantiam, quando quis agit ex perſona alterius, Gloſs. *in l. nemo ex his, §. quoties, verſ. item quod dixi, ff. de reg. iur.* Fab. *in §. ſed iſtæ Inſtit. de act.* Gabriel *loco citato num.* 21.

100 Septimò, dic, licitam eſſe inconſtantiam, quando ex electione actionis non eſſet alteri ius quæſitum, Salycet. *in dicta l. 1. num. 15. C. de furt.* Cyn. *ibidem* Gabr. *loco citato num.* 22. Addo plures allegatos per Rotam *in citata deciſione* 140. *num.* 10. *par. 6. recent.* Merlin. *dicta deciſ.* 566. *nu.* 2.

QVÆSTIO XIV.

ARGVMENTVM.

Quando licita ſit variatio in executiuis.

SVMMARIVM.

1 *Variatio in executiuis eſt licita.*
2 *De principali ad fideiuſſorem de vna re ad aliam de perſona ad rem, & è contra etiam lite pendente, & quamuis vno modo facta ſit executio.*
3 *In executiuis donec ſequatur ſatisfactio, poteſt creditor variare Iudicem, iudicium, & executionem, & de ratione.*
4 *Actor in executiuis poteſt diuerſas vias coram diuerſis Iudicibus intentare.*
5 *Litis pendentia in executiuis opponi an poſſit.*
6 *Concilium Tridentinum mandans primas inſtantias fieri coram Ordinario non habet locum in cauſis executiuis.*
7 *Inſtantia non datur in cauſis executiuis.*
8 *Facultates Auditoris Cameræ an fuerint moderatæ per Concilium Tridentinum.*
9 *Auditor Cameræ in cauſis firmatis obligatione Camerali cognoſcit primam inſtantiam etiam poſt Concilium Tridentinum.*
10 *Auditor Cameræ in cauſis ordinarijs procedere non poteſt in prima inſtantia.*
11 *Imperatori, nec cuipiam licèt quidqnam agere contra Regulas Apoſtolicas.*
12 *Creditor vigore obligationis Cameralis poteſt inconſtans vna via electa aliam aggredi.*
13 *Obligatio Cameralis operatur, quod ordo non ſit attendendus, & quod fiat præpoſteratio de cauſa ad cauſam, & de vna cauſa ad ſeipſam.*
14 *Executio poteſt variari de vna re ad aliam, vbi agitur vigore obligationis Cameralis.*
15 *Creditor capto vno pignore in cauſam iudicati non poteſt inconſtans eo dimiſſo ad aliud ſe conuertere.*
16 *In executiuis licitum eſt variare, & facere plures executiones reales.*
17 *Creditor in executiuis capto debitore poteſt petere ſe immitti in bonis.*
18 *Et immiſſus in poſſeſſionem bonorum poteſt inſtare pro captura debitoris.*
19 *Creditor, cui competit via executiua poſt obtentam immiſſionem in Saluiano poteſt petere mandatum contra debitorem.*
20 *Creditor in executiuis poteſt variare relicto principali ad fideiuſſorem.*
21 *Creditor habens pignus pro ſua ſecuritate poteſt ſuper alijs bonis executionem facere.*
22 *Creditor habens pignus, & fideiuſſorem ſi inconſtans reſtituat pignus debitori, vt illud vendere poſſit, ſibi non præiudicat quin valeat conuenire fideiuſſorem.*
23 *Quid ſi obligatio fideiuſſoris reſtricta ſit ad id quod minus ex pignore redigatur.*
24 *Creditor habens bona ſequeſtrata, adhuc poteſt petere debitum, & pro eo ad executionem procedere.*
25 *Sequeſtrator non dicitur de credito ſatisfactus per ſequeſtrum.*
26 *Actor in executiuis renuncians viæ primo loco intentatæ eo facilius poteſt ad aliam variare.*
27 *Creditor ſatisfactus per priorem viam electam non poteſt inconſtans ad aliam ſe conuertere.*
28 *Conſumpta executione per adiudicationem, & traditionem bonorum creditor, dicitur plenè ſatisfactus.*
29 *Creditor per immiſſionem vigore Saluiani non dicitur plenè ſatisfactus, & de ratione.*
30 *Creditor quando dicatur plenè ſatisfactus per ſubhaſtationem, & deliberationem pignoris.*
31 *Deliberatio, & adiudicatio pignoris non importat illius addictionem, niſi ſequatur traditio poſſeſſionis.*
32 *Creditori in executiuis an, & quando competat variatio Reo comparente.*
33 *Executiones plures eodem tempore creditor facere non poteſt.*
34 *Executiones contrarias etiam in executiuis facere non poteſt creditor, nec actiones contrarias intentare.*

TRIPLICITER poteſt hæc quæſtio
conſiderari, vel quando Actor, qui
habet plures vias executiuas, vult
eſſe inconſtans variando ſiue coram eo-
dem, ſiue coram alio Iudice, vel quando
cæpit agere via ordinaria, ab ea vult
tranſire ad executiuam, vel quando ab
executiua via vult tranſire ad ordina-
riam.

Et quoad primam partem quæſtionis
dicendum eſt, licitam eſſe inconſtantiam
1 in eo, cui ad idem plures competunt viæ
executiuæ, nam electa vna, alteri non
cenſetur renunciatum, Bartol. *in l. Conſen-
taneum in prima quæſt. C. quomodo, & quando
Iudex*, Bald. *in l. qui legati, C. vt in poſſeſs.
legat.* Iaſon. *in l. 1. col. 6. ff. ſi quis iuſdicen. non
obtemp.* idem Bald. *in l. fin. §. Sed cum Seio,
verſ. vltimo quæro, ff. ſi certum petatur, & in
l. ignorare, in fin. C. de teſtam. milit.* Bened.
de Plumb. *in repet. l. nemo carcerem, col. 2.
C. exact. tribut. lib.* 10. Angel. Caſtren. Abb.
Archid. Alex. & alij, quos longa ſerie
numerat Gabr. *de act. concluſ. 4. num. 9.* addo
Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt.* 11. *num.* 2.
Scacc. *de appellat. quæſt. 17. limit. 9. num. 45.
verſ. Comprobatur, circa med.* Caputaquen.
deciſ. 50. *num.* 5. *par.* 1. Caroc. *de ſequeſtr.
par. 3. quæſt. 17. num.* 1. Neguſ. *de pign. 3.
mem. 8. par. num.* 27. Lancellott. *de attent.
lit. pend. par. 2. cap. 4. 2. limit. num. 50. & 76.*
Borgnin. *deciſ. 1. nu. 15. par. 1.* Iaſon. *conſ. 9.
num. 41. & conſ. 28. num. 8. vol.* 1. Rota latè
deciſ. 161. num. 4. par. 6. in recent. vbi quod
2 licita eſt variatio de principali ad fideiuſ-
ſorem, de vna re ad aliam, & de perſona
ad rem, etiam lite pendente, & etiam ſi
vno modo facta ſit executio, eadem Rota
in Ciuitatiſ-Caſtelli Spolij 7. Maij 1638. *&* 10.
Maij 1641. *coram* Ghillerio *deciſ. 197. num. 4.
& 198. num. 2. poſt tract. Zacchiæ de obligat.
Camer. ſecundùm modernam impreſſionem*,
Surd. *deciſ. 44. num. 17. & 18.* latiſſimè
Argel. *de legit. contradic. quæſt. 3. art. 1. nu. 11.*
Cyriac. *contron. 318. num. 43. & ſeq. deciſ.
Bonon.* 107. *num.* 25. & ibi Addit. *verſ. aut
verò prius*, Monter. *ad Statut. Bonon. tit. de
percept. fact. in confeſs. §. quo termino, verſ.
& quod vna via*, Petrus Pech. *de iur. ſiſt.
cap. 4. num.* 15. Aſin. *de execut. §. 4. cap. 69.
num.* 31. Gaſpar Anton. Theſ. *quæſt. 7. nu.* 1.
Borell. *in ſumm. deciſ. tit. 32. num.* 244. Fen-
zon. *ad Statut. Vrbis cap. 193. num.* 32. Poſth.
de ſubhaſt. inſpect. 27. num. 26. Ridolphin. *in
praxi par. 1. cap. 1. num.* 127. Rota *deciſ. 122.
num. 15. & 16. par. 6. recent.* Fabr. *in codem
lib. 7. tit. 120. diffin.* 4 Duran. *deciſ. 60. nu.* 45.
Rota *deciſ. 343. num. 22. par. 10. recent.* vbi
3 quod vſquequo probetur plenè ſatisfa-
ctum creditorem, etiam poſt executio-
nem, ſeu immiſſionem, aut aſſecuratio-
nem ſuper vna re factam poſſit variari, &
Iudicem, & iudicium, & remedium,
& capturam perſonæ.

Ratio eſt quia in executiuis merita
cauſæ non diſcutiuntur, ſed agitur de cre-
dito liquido, & confeſſato omni excep-
tione iuris carente, & ideo Actor poteſt
variare, donec realem executionem con-
ſequatur, cum omnia remedia executiua
tendant ad vnum finem, & alterum ab
altero non impediatur, ratione præiudicij
ex diuerſis ſententiis reſultantis, Rota *dict.
deciſ. 161. num.* 5. Coſt. *de remed. ſubſid. re-
med. 25. num.* 9. Rota *in Romana Cenſus* 21.
Maij 1634. *coram Merlino, poſt Zacch. ſecun-
dùm modernam impreſs. deciſ. 163. num.* 3.

4 Quæ concluſio habet locum, etiam-
quod Actor intentet diuerſis vias execu-
tiuas coram diuerſis Iudicibus, Iaſon. *in
l. nulli prorſus, col. fin. C. de iudic.* Galleſ. *de
oblig. Camer. quæſt. 11. num.* 2. Becc. *conſ. 17.
num.* 3. Cenc. *de Cenſ. par 2. cap. 2. quæſt. 5.
art. 6. num.* 32. Zacch. *ad Galleſ. d. quæſt. 11.
num. 28. ſecundùm modernam impreſs.* Scacc.
*de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 9.
num.* 45. Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 2. diſ-
put. 2. num.* 16.

5 In executiuis enim non poteſt opponi
de litis pendentia, Neuizan. *conſ. 4. nu.* 12.
Becc. *dicto conſ. 17. nu.* 3. Mandoſ. *de inhib.
quæſt. 121. num.* 6. Lancellott. *de attent. par. 2.
cap. 4. limit. 2. nu 50. & 76. & limit. 15. nu.* 4.
Scacc. *loco cit. num. 45. verſ. Et quod in exe-
cutiuis*, Felician. *de cenſib. par. 1. lib. 3. cap. 2.
num. 9. in fin.* Neque in ijs datur inſtantia,
Bartol. *in l. Litibus, C. de Agricol. & cenſit.
lib.* 11. Surd. *conſ. 542. nu. 11. & 12.* Sarnen.
reg. de annali quæſt. 44. Put. *deciſ. 220. lib. 2. in
antiqu.* quamuis plures Doctores contra-
rium tenentes referat Aſin. *in ſua praxi
ciuil. cap. 3. num. 37. verſ. Contrarium verò.*

6 Et propterea alias dicebam diſpoſitio-
nem Concilij Tridentini *ſeſs. 24. cap. 20. de
reformat.* de primis inſtantijs coram loco-
7 rum Ordinarijs proponendis non habere
locum in cauſis executiuis, in quibus non
datur inſtantia, Iaſon. *conſ. 9. num. 43. lib.* 1.
Garz. *de Benef. 6. par. cap. 3. num.* 6. Barboſ.
*de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 31. num. 18. verſ.
Nam Concilium*, qui in appendice inuehit
contra Salgad. dum in tractatu à S. Congr.
Indicis vetito *de ſuppl. ad Sanctiſſimum*,
tenet per diſpoſitionem S. Concilij *dicto*
8 *cap.* 20. eſſe moderatas facultates A. Cam.
itaut ipſe non poſſit cognoſcere de qua-
cunque cauſa in prima inſtantia, dicitque
ſe mirari, quod vnus Presbyter ſic Sedis
Apoſtolicæ, & ſuorum Officialium, au-
ctoritatem imminuere ſtudeat, ſed vter-
que ſuo labitur errore; Nam Salgad. ma-
ximo errore labitur, ſi putat, Concilium
derogaſſe facultatibus A. C. in cauſis exe-
cutiuis, & obligatione Camerali vallatis,
9 eſſe enim eius auctoritatem præſeruatam
in executiuis cauſis obligatione Camerali

Digitized by Google

firmatis, voluere omnes Doctores quot-
quot ſcripſere poſt publicationem Con-
cilij Tridentini, inter quos Flores de Me-
na *var. lib.1. quæſt.12. ſub num.* 48. Gratian.
diſcept. 118. *ad fin.* Ricc. *in prax. aur. reſo-
lut.342. par.2. ſecundùm nou.impreſs.* Nouar.
ſingul.iuris canon. concluſ.54.num.5. Narbon.
l.59.gloſs.1.num.139. Barboſ. *de poteſt.Epiſc.
allegat.81. num.16. & in Append. num.19. &
ad Concilium Tridentinum dicto cap.20. nu.5.*
Ciarlin. *controuerſ. lib. 2. cap.125. num. 93.*
& expreſsè patet in Bulla facultatum per
Paulum Quintum Aud. Cam. conceſſa-
rum *ſub die* 1. *Octobris anni* 1616. in Bullar.
nou. *in ordine* 28.

Si verò putat Barboſ. in cauſis ordina-
rijs, & in quibus datur inſtantia Conci-
lium non derogaſſe facultatibus A. Cam.
10 & ipſe quoque labitur errore, quia Con-
cilium in ordinarijs cauſis, in quibus da-
tur inſtantia ſubſtulit omnino priuilegium
A. Cam. Ricc. *in prax. aur. reſolut.* 126. *d.
par. 2. & in deciſ.271. & 273. num.3. par.4.*
Flores de Mena *d. cap.* 12. *num.* 8. Ciarlin.
d. cap.125. num.17. Sed certè Barboſ. tan-
quam vir doctus non eſt huius opinionis,
ipſe enim contrarium cenſuit tum in tra-
ctatu *de Epiſcop. allegat.* 81. *num.* 3. & ad
Concilium *dicto cap.* 20. *num.* 4. & in tra-
ctatu *iuris vniuerſi cap.11. num.119. lib.1.* &
benè diſputato articulo ſe declarat in
*praxi exigendi penſ. par. 1. quæſt. 6. num. 2.8.
& 9.*

Remanet ergo ſolus Salgadus in ſuo
ceruicali errore, dùm enim nimium Re-
giam, & ſecularem poteſtatem augere,
Eccleſiaſticamque comminuere auſus eſt,
nec ſe virum doctum, nec ſe pium oſten-
11 dit. Non enim licet Imperatori, vel cui-
piam pietatem cuſtodienti, quicquam
quod Apoſtolicis regulis obuiet, agere
cap. Non licet diſtinct. 10. quæ verba ſunt
Symmaci Papæ *in 6. Synod. Roman.*

12 Amplia primò, tanto magis, ſi Actor
agat vigore obligationis Cameralis, tunc
enim creditor poteſt pro ſuo arbitrio eſſe
inconſtans, nam vna via electa poteſt
aliam aggredi, & rursùs redire ad ſemel
dimiſſam, Pariſ. *conſ.* 103. *num. 3. vol. 3.*
Surd. *d.deciſ.44.nu.17 &* 18. vbi quod licet
hęc ampliatio aliquibus dura poſſit videri.
13 Pariſius enim nihil allegat, nihilòminus
confirmatur ex eo, quod vbi inſtrumen-
tum eſt Camerale, non attenditur ordo,
ſed fit præpoſteratio de cauſa ad cauſam,
& vnius cauſæ ad ſeipſam, Soccin. *conſ.24.
num.48. lib.1.* Cephal. *conſ.439.nu.24.* Surd.
citat. deciſ. 44. *num.* 18. Ridolphin. *dicto
cap.1. num.127.* & hanc opinionem tenuit
Rota, vt per Seraphin. *deciſ.* 1107. & per
*deciſ.161. num. 4. par.6. recent. & deciſ.163.
num.5.* poſt Zacch. *de oblig.Camer.ſecundùm
modernam impreſſionem, & deciſ.197. num.4.
& 198. num. 2. in eodem tract.*

14 Amplia ſecundò, etiamſi in vna re
facta ſit executio, Iaſon. *in l.1. num. 23. ff.
ſi quis iuſdicen. non obtemp.* Bald. *in l. qui le-
gati, in princip. C. vt in poſs. legat.* Alex. ad
Bartol. *in l. nemo carcerem nu.16. C. de exact.
tribut.* bellè hos referens Gratian. *diſcept.
593.num.9.* Rota *in dicta deciſ.153. num. 3.4.
& 5. poſt dict. tract. Zacch.* Scacc. *de appellat.
dicta quæſt.17. limit.9. num.45. verſ. Etſi iam
vno modo &c.*

15 Licet enim capto vno pignore in cauſa
iudicati non liceat creditori illo dimiſſo
ad aliud ſe conuertere, *l. à Diuo Pio, §. in
venditione, & §. ſi pignora, ff. de re iudic.* Caſ-
ſan. *ad conſuet. Burgund. rub.5. §.2.n.21.* Sola
ad decret. Saband. lib. 3. tit.37. gloſs.3. nu. 23.
Gilian. *ad Statut. Peruſ. in verb. executio n.11.*
cum alijs per Poſth. *de ſubhaſt. Inſpect. 27.
num.* 1. de qua quæſtione videbimus *infra.*
16 In executiuis tamen licitum eſt variare,
& facere plures executiones reales, Gi-
lian. & Poſth. *loco citato*, Antonell. *con-
ſil.* 39. Rota *deciſ.* 125. *num.* 7. *poſt eundem
Gilian.*

17 Et propterea infertur, quod ſi debitor
captus ſit pro debito, & adhuc non ſoluat,
poteſt creditor petere, ſe immitti in poſ-
18 ſeſſionem bonorum, & è contra, ſi fue-
rit immiſſus in poſſeſſionem bonorum,
poteſt inſtare pro captura, vt reſoluit Rot.
*in dicta deciſ.163. num. 3. & in dicta Romana
Pecuniaria de Ruſpulis penès Marcheſ. par.1.
fol.1217. in Romana Pecuniaria penès eundem
Marcheſ. par.1. fol.874.* latè Poſth. *d. tract.
de ſubhaſt. inſpect.27.num.19. & 20. & in dicta
deciſ.161. par. 6. recent.* vbi fuit reſolutum
19 poſt intentatam Saluiani actionem, & ob-
tentum in eo iudicio poſſe creditorem
petere mandatum executiuum contra
20 bona hæreditaria debitoris; vel relicto
principali variare ad fideiuſſorem, Surd.
dicto conſ. 542. *num.* 13. ſicuti, ſi creditor
21 pro ſua ſecuritate pignus habeat, poteſt
tamen inconſtans ſuper alijs bonis execu-
tionem facere, *l. 4. §. ex conuentione*, vbi
Caſtren. *num.32. ff. de re iudic.* Rota *in dicta
Romana Pecuniaria penès Marcheſ. d. par. 2.
fol.* 874. & poſt Mangil. *de ſubhaſt. deciſ.* 1.
num. 2. Poſth. *loco cit. num.* 20. vbi quod ſi
22 creditor habeat pignus, & fideiuſſorem,
ſi inconſtans reſtituat pignus debitori, vt
illud vendere poſſit, ſibi non præiudicat,
quin ipſum fideiuſſorem conuenire valeat
Mangil. *de ſubhaſt. quæſt. 62. num. 11. &* 12.
23 niſi obligatio fideiuſſoris ſit reſtricta ad id,
quod minus ex pignore redigatur, Man-
gil. *dicta quæſt. 62. num.* 13. Poſth. *loco cit.
24 num.31.* Pariter licèt creditor habeat bona
ſequeſtrata, adhuc tamen, quod ſibi de-
betur, petere poteſt, & ad executionem
25 procedere, quia per ſequeſtrum non di-
citur ſequeſtrator de credito ſatisfactus,

Aſin. *de execut.* §.7. *cap.*268. *num.*10. Rota *dicta deciſ.*122. *num.*18. *par.*6. *recent.* Poſth. *vbi ſupra num.*32.

26 Amplia tertiò, multò magis, ſi Actor renunciauerit viæ primo loco intentatæ, Alb. *conſ.*9. *num.*27. Berou. *conſ.*38.*num.*16. *vol.*3. Rota Bononien. *d.deciſ.*107. *num.*22. *&* 36.

27 Limita tamen primò dict.concluſionem vt non habeat locum inconſtantia,quando per priorem viam electam eſt creditori plenè ſatisfactum, Cenc. *de cenſ. q.*95.*n.*33. *ſecundùm modernam impreſs.* Rota Bonon. *dicta deciſ.* 107. *num.* 36. *verſ. Vel quia ex illo remedio intentato*, Rota Romana *d. dec.*163. *nu.*4. *poſt dictum tract. Zacch.* idem Zacch. *dicto tract. quæſt.*11. *nu.*10. Rota *d.deciſ.*161. *num.*24. *par.*6. *recent.*

28 Tunc autem dicitur plenè ſatisfactum creditori, quando eſt conſumpta execucio, mediante adiudicatione bonorum, traditione, & liberatione, Rota *d.dec.*163. *nu.* 4. & propterea Rota *in dicta deciſ.*161.

29 dixit, non cenſeri plenè ſatisfactum creditori per immiſſionem vigore Saluiani in tenutam bonorum debitoris, quia debet ſatisfieri de fructibus quolibet anno percipiendis, & ideo licitam fuiſſe variationem.

Cauendum eſt ergo à deciſione Conſilij Neapolitani, de qua per Capic. *deciſ.* 33. & Senatus Pedemontani, de qua per Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſtionum forenſ. lib.*1. *quæſt.* 7. & Senatus Gratianopolit. de qua per Guidopap. *deciſ.* 348. volentium

30 non admitti inconſtantiam, & variationem in creditore, qui capto pignore ad illius ſubhaſtationem, & deliberationem proceſſit, quaſi res deſinat eſſe integra, vt dicit idem Gaſpar Anton. *loco cit. num.* 6. *verſ.Cum iſte caſus*, quem ſequitur Coſta *de re integra diſtinct.*56. *num.* 2. & melius *de ratione rata quæſt.* 228. *num.* 1. *&* 2. quia vt plenè dicatur ſatisfactum creditori, itaut ceſſet in eo inconſtantia, non ſolùm requiritur ſubhaſtatio, & deliberatio, ſed traditio bonorum, & liberatio debitoris, vt latè Rota Bononien. *d.deciſ* 107.*num.*24. 28. *&* 38. & melius Rota Romana *dicta deciſ.*163. *num.*4. *poſt Zacch. de oblig. Camer.*

31 Non enim dicitur pignus addictum per ſolam deliberationem, & adiudicationem niſi ſequatur poſſeſſionis traditio, optimè Giurb. *deciſ.* 64. *à num.* 5. *per tot.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.*13. *num.*56.

32 Secundò. limitatur concluſio, vt ceſſet inconſtantia ſi reus non ſit contumax, tunc enim in executiuis licita videtur variatio, quando reus eſt contumax, ſecus ſi comparuit, vt voluit Alexan. ad Bartol. *in dicta l.conſentaneum, C.quomodo, & quando Iudex*, Rota Bononien. *d. deciſ.*107. *nu.*30. & Rota Roman. *deciſ.*56. *poſt tract. Zacch. de oblig.Camer. num.*10. & innuit Rota *dicta deciſ.*161. *num.* 4.

Sed contrariam ſententiam tenet Rota Bononien. *dicta deciſ.*107. *num.*36. cui opinioni libenter adhæreo, quando ſumus in pluribus actionibus, ſeu vijs executiuis, nam auctoritates in contrarium *allegatæ* procedunt, quando intentatum eſt iudicium ordinarium ab actore, qui demùm inconſtans, vult executiuè agere, tunc, ſi reus ſit contumax, illi permittitur inconſtantia, ſecus ſi comparuit, & litem eſt conteſtatus, at,quando agitur de remedijs executiuis, non eſt facienda differentia inter reum contumacem, & comparentem.

33 Tertiò limita, vt non liceat inconſtantia quando vno, & eodem tempore vellet plures executiones creditor facere, nam debet ad eas ordine ſucceſſiuo deuenire, Marcheſ. *de commiſſ.par.*3.*de commiſ.ad ceſs. bonor.*§.1. *num.*33. Poſthius *dicta inſpect.*27. *num.*24. Gabr. *dicta concluſ.*4. *num.*12.

34 Limita quartò, vt ceſſet inconſtantia quando in executionibus, ſiue variatione actionis reperiretur repugnantia, & contrarietas, ne detur inconſtantiæ inconſtantia, Burſatt. *conſ.* 428. *num.* 33. *ad fin.* Coſta *de remed.ſubſid. remed.*25.*num.*9.

QVÆSTIO XV.

ARGVMENTVM.

An qui intentauit iudicium Ordinarium poſſit inconſtans conuolare ad executiuum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarium iudicium intentans an, & quando poſſit inconſtans eo relicto ad executiuum migrare, & num.*8. *&* 14.

2 *Petitorium intentatum an, & quando liceat ſuſpendere, & ad poſſeſſorium tranſire, & num.* 17.

3 *Remedijs pluribus competentibus vno intentato, an, & quando cenſeatur alteri renunciatum, & num.*18.

4 *Electio vnius viæ, quando non tollat alteram.*

5 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & non comprehendit, quæ in ea non exprimuntur.*

6 *Renunciatio iuris ſui in dubio non præſumitur.*

7 *Via executiua tacita renunciatio an ſuffragatur, & num. 21.*

9 *Via quam elegiſti tibi pateat.*

10 *Actoris in poteſtate eſſe non debet iudicium ſemel cæptum eludere.*

11 *Iudicium ſolemniter inchoatum per ſententiam ſolemniter eſt finiendum.*

12 *Teſtator habens facultatem conficiendi teſtamentum nuncupatiuum, ſi in ſcriptis inualidè teſtetur, non ſuſtinetur teſtamentum tanquam nuncupatiuum.*

13 *Eligens vnum ex pluribus remedijs ſibi competentibus, non habet recurſum ad aliud.*

15 *Fructum quis non debet conſequi ex eo, quod nixus eſt impugnare.*

16 *Litem quis non præſumitur inſtituiſſe aduerſus eum, cum quo inaniter agit.*

19 *Via ordinaria eſt contraria viæ executiuæ.*

20 *Electio actionis ordinariæ importat quaſi nouationem inter debitorem, & creditorem.*

22 *Actor præuentus à reo in iudicio ordinario illique conſentiens, non poteſt amplius conuolare ad viam executiuam.*

23 *Nullitas inſtrumenti, vel contractus intentata à reo non impedit actori quin poſſit illius executionem petere.*

24 *Actor intentans nullitatem, vel reſciſſionem contractus, an poſſit inconſtans hoc iudicio pendente petere illius executionem.*

25 *Pendente lite ordinaria ſuper contrauentione inſtrumenti, poteſt exequutiuè agi pro illius obſeruantia.*

26 *Obſeruantiam inſtrumenti petens videtur renunciare iudicio intentato ſuper illius nullitate.*

27 *Reo præueniente ſuper nullitate, vel reſciſſione contractus, an liceat actori agere executiuè.*

28 *Actor poſt intentatum iudicium Ordinarium lite adhuc non conteſtata poteſt ad executiuum reuertere.*

29 *Actor intentans actionem ordinariam, & proteſtans, quod per illam non intendit ſibi præiudicare, vel renunciare viæ executiuæ, conuolare poteſt ad iudicium executiuum.*

30 *Reo contumace in iudicio ordinario poteſt actor tranſire ad iudicium executiuum.*

31 *Quid ſi contumacia proueniat ex parte Iudicis.*

32 *Actor renuncians iudicio ordinario per ipſum intentato, & reficiens expenſas reo, poteſt conuolare ad iudicium executiuum.*

33 *Actor, qui per iudicium ordinarium intentatum non poteſt integrè conſequi ſuum creditum, licita eſt variatio ad viam executiuam.*

34 *Humanitas iuſtæ pœnitudinis nemini eſt auferenda.*

35 *Via ordinaria præambula ad executiuam intentata ſine vlla proteſtatione, non præiudicat regreſſum ad viam executiuam.*

36 *Petens declarari aliquem eſſe hæredem, vel impletam eſſe conditionem inſtrumenti, vt contra eum, vel ex eo agere poſſit ſine vlla proteſtatione, non ſibi præiudicat quo ad viam executiuam.*

37 *Liquidatio inſtrumenti quomodo peti debeat.*

38 *Appellatio datur ab interlocutoria ſuper liquidatione inſtrumenti:*

39 *Creditor coactus à Iudice ad agendum via ordinaria, & illi non expreſsè conſentiens poteſt conuolare ad viam executiuam.*

40 *Iudicem incipere iudicium actore non conſentiente difficilè eſt.*

41 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorum, non prohibetur agere executiuè contra perſonam debitoris.*

42 *Creditor eligens viam obſtagij, & petens fideiuſſores de iudicio ſiſti poteſt, mutato conſilio petere executionem in bonis debitoris.*

43 *Pactum quod creditori liceat variare de vna via ad aliam, operatur quod creditor intentans viam ordinariam poſſit variare ad viam executiuam.*

44 *Clauſula* quod creditor de vna via ad aliam variare poſſit, *hodiè de ſtylo Notariorum apponitur in inſtrumentis.*

45 *Obligatio Cameralis continet clauſulam* quod creditor poſſit variare de vna via ad aliam.

46 *Via ordinaria intentata non impedit iudicium executiuum ex diuerſa cauſa.*

47 *Fructus cenſus maturati poſt intentatum iudicium ordinarium peti poſſunt executiuè.*

48 *Obligationis Cameralis notitia ſuperueniens poſt intentatum iudicium ordinarium operatur, quod liceat tranſitus ad viam executiuam.*

1 IN hac quæſtione non conueniunt inter ſe Doctores, nam licitam eſſe inconſtantiam poſſe in Actorem à via ordinaria ad executiuam tranſire, tenet Rebuff. *ad Conſtit. Gallic. de litter. oblig. art. 2. Gloſs. 1. nu. 21.* ſecutus Romanum *conſ. 133.* qui tamen contrarium tenet, vt videre eſt, & notat Coler. *de proceſs. execut. par. 3. cap. 5. num. 41. & art. 6. Gloſs. 5.* Suarez de Paz *in praxi 4. par. primi tomi cap. 2. num. 2.* latè Azeued. *lib. 4. tit. 21. leg. 1. num. 150.* Felician. *de cenſib. lib. 3. cap. 2. num. 9.* Magon. *deciſ. Lucen. 52. num. 22.* Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. limit. 30. num. 6. & ſeqq.* vbi dicit, articulum non eſſe expeditum, & Rotam ſecundum caſuum contingentiam variaſſe.

2 Confirmant hanc opinionem, primò,

Digitized by Google

quia ſicuti licet petitorium prius intentatum ſuſpendere, & ad poſſeſſorium deuenire, Clem. *vnic. de cauſ. poſſeſs. & propriet.* Caputaq. *deciſ.* 323. *par.* 2. Rota *deciſ.* 80. *num.* 6. *poſt tract.* Viuiani *de iurepatr. & paſſim, vt deciſ.* 15. *num.* 3. *poſt tract.* Statil. *de Saluian.* Greg. XV. *deciſ.* 207. *nu.* 19. Sic quoque iſto caſu licebit ad viam executiuam accedere, relicta via ordinaria, Azeued. *loco cit. num.* 150. Coler. *de proceſs. execut. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. *verſ. Quamuis,* Guttier. *pract. quæſtionum, quæſt.* 39. *num.* 1. *lib.* 3.

3 Secundò, quia per electionem vnius remedii ex pluribus non intelligitur renunciatum aliis, Bald. *in l. fin. num.* 7. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* Dec. *conſ.* 460. *num.* 7. Coler. *loco cit. num.* 44.

4 Tertiò, quia via ordinaria, & via executiua ſunt diuerſæ, & non contrariæ, cum tendant ad eundem finem, & donec ſit ſatisfactum creditori, eligere poteſt viam, per quam magis ſibi ſit conſultum, ideò per electionem vnius altera non tollitur iuxta ea, quæ tradunt Alex. Iaſ. Rip. *in l. naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquir. poſſeſs. l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic.* Dec. *d. conſ.* 460. *num.* 6. Suarez de Paz *in praxi* 4. *par. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *verſ. Nihilominus tamen oppoſitum,* Guttierez *loco cit. num.* 2.

5 Quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi quæ exprimuntur, Calder. *conſ.* 5. *tit. de præbend.* & in dubio
6 non præſumitur quis iuri ſuo renunciare, *cap. ſuper eo de renunc.* Baldus *in l.* 1. *not.* 1. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* Dec. *d. conſ.* 460. *nu.* 6.

7 Sed, qui intentauit viam ordinariam, non videtur expreſsè conſentire viæ ordinariæ, & renunciare executiuæ, ſed ſolummodo tacitè, quod non ſufficit, vt in ſpecie ratiocinatur idem Suarez de Paz. *d. cap.* 3. *num.* 3. *verſ. Et hæc opinio probatur ex eo, &c.*

8 Contrariam opinionem, nempè illicitam eſſe inconſtantiam in eo, qui intentauit viam ordinariam, vt non poſſit ad viam executiuam conuolare, *Clem. ſæpè de verb. ſignif.* Roman. *conſ.* 133. Iaſ. *in l.* 2. *ff. à quib. appell. non lic. num.* 4. Maranta *in ſpecul. par.* 6. *in* 8. *ſect. num.* 14. *& diſput.* 6. *nu.* 24. Lancell. *de attent. par.* 2. *limit.* 3. *cap.* 4. *num.* 80. Borgnin. qui plures *deciſ.* 1. *nu.* 16. *par.* 1. Burgoſ. de Paz. *conſ.* 19. *num.* 7. Valaſc *conſul.* 88. *num.* 9. Guttiet. *pract. quæſtionum, lib.* 3. *quæſt.* 39. Monter. *deciſ. Aragon.* 22. Maſtrill. *deciſ.* 157. *num.* 1. qui alios Ruginell. *de appell. §.* 2. *cap.* 3. *verb. Cameralis obligatio, nu.* 163. Scac. *de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 17. *limit.* 9. *nu.* 45. Marcheſ. *de commiſs. appell. à Camer oblig. cap.* 16. *num.* 20. *verſ. Neque denegatur,* Gonzal. *reg.* 8. *Gloſs.* 6. *num.* 192. Mareſcott. *var. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 4. Nouat. *de dat. in ſolut. ſect.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 6. Caſtren. *conſ.* 78. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 146. *n.* 6. Capyc. *deciſ.* 119. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. par.* 5. §. 11. *num.* 20. alios Giurb. *deciſ.* 55. *num.* 18. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 95. *num.* 28. vbi ita tenendum cenſet reprobato Feliciano *loco ex aduerſo citato,* Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 11. & ibi Zacch. *nu.* 12. & hanc opinionem tenuit Rota Romana, vt per Cæſar. de Graſs. *deciſ.* 2. *num.* 2. *de ſent. excomm. & deciſ.* 227. *num.* 7. *par.* 3. *lib.* 2. *diuerſ. &* 551. *nu.* 5. *lib.* 3. *par.* 2. *& deciſ.* 68. *num.* 1. *&* 132. *num.* 4. 163. *num.* 2. *&* 200. *num.* 1. poſt tract. Zacchiæ *de oblig. Camer. ſecund. nou. impreſs.* & Buratt. *deciſ.* 208. & ibi Addent. *num.* 9. Mauſon. *de cauſ. executiu. ampliat.* 19. *num.* 7. Rota *deciſ.* 67. *n.* 5. *par.* 9. *tom.* 1. *recent. & deciſ.* 153. *par.* 11. *recent. num.* 2. latè Carleual. *de iudicijs, tom.* 2. *diſp.* 14. *num.* 2.

Probant primò, quia, qui ſemel aſſumpſit ordinarii iudicij telam, cogitur in ea perſeuerare donec determinetur cauſa, Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *in fin. C. de execut. rei iudic. per Authen. qui ſemel, C. Quomod. & quand. Iudex,* de quo diximus *ſupra,* habet
9 ſiquidem locum illud vulgatum, via, quam elegiſti, tibi pareat, *l. ſi mulier,* 21. *§. fin. ff. quod met. cauſ. cap. Exhibita, in fin.* vbi etiam Abb. *extr. de iudic.*

10 Secundò, quia non debet eſſe in poteſtate Actoris, iudicium ſemel cæptum eludere argum. *l. ſi quis rem, & l. ne in poteſtate, ff. de arbitr. l. ſi quis id, quod §.* 1 *de iuriſd. omn. Iudic. l. ſi Prætor,* 75. *de iudic.* Rota *dicta deciſ.* 153. *par.* 11. *recent. num.* 4.

11 Tertiò, quia iudicium, quod ſolemniter inchoamus, idem etiam ſolemniter per ſententiam eſt finiendum, Gloſs. *ſingul. in l. proinde, §. Interdum, verb. æſtimari, in fin. ff. ad l. Aquil.* & ita per illam Gloſs. tenet Franciſc. Curt. *in addit. ad Alex. l. vinum,* 22. *ff. ſi cert. pet.* Guttierez *dicta quæſt.* 39. *num.* 3.

12 Ad quod facit illud Bartoli de Teſtante, qui poterat teſtari ſine ſolemnitate, faciendo teſtamentum nuncupatiuum, ſi eligat viam in ſcriptis teſtandi, & non valet, quod actum eſt in vim teſtamenti ſolemnis, non valebit etiam in vim teſtamenti nuncupatiui, vt *in l. fin. nu.* 3. *ff. de iur. codicill.* cum hoc caſu locum ſibi vendicet regula; *Quod potui, volui, quod volui adimplere nequiui, l. multum, C. Si quis alteri, vel ſibi,* Coler. *dicto cap.* 5. *par.* 3. *n.* 39.

13 Quartò, quia, cui plura remedia competunt, ei vnum eligenti, non datur recurſus ad aliud, *l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tribut. act. l. cum filius,* 76. *§. Varijs de legat.* 2. *l. item ex his,* 43. *§. Quoties, de reg. iur.* Coler. *loco cit. num.* 40.

14 Ad concordiam putant nonnulli poſſe haſce opiniones reduci, vt prima procedat, quando Reus in iudicio ordinario

non

non contradicit creditori, ſed offert ſe
potius ſoluere id, quod realiter apparebit deberi.

Secunda verò, quando Reus in propoſita via ordinaria contradixit, & petijt abſolui, & excludi Actorem, tunc enim nimirum ſi non poſsit opponere de penden-
15 tia litis ordinariè intentatæ, dum ad executionem creditor redit ex iuris regula, quæ ſe habet, quod non debet quis fructum conſequi ex eo, quod nixus eſt impugnare, ſic in terminis diſtinguit Oſaſc. *deciſ.* 54. *nu. fin. limit.* 1. Azeued. *dict. lib.* 4. *tit.* 21. *leg.* 1. *n.* 152. *verſ. Inter has tamen, &c.* qui dicit hoc caſu nec eſse reficiendas expenſas Reo per Actorem inconſtantem, quia tunc ei licet variare, & *nu.* 153. ſubiungit, hanc concordiam colligere ex Gloſs. *in d. Clem. Sæpè in verb. partibus, de verb. ſignif.* & ex dictis per Roman. *dicto conſ.* 133. addo Ego Borgninum *d. deciſ.* 1. *num.* 16. *verſ. Secus lite non conteſtata, & impugnata per Reum*, Maſtrill. *dicta deciſ.* 157. *num.* 2. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 4.

Non eſt recedendum ab hac ſecunda opinione, quam, vt vides, communiori calculo recipiunt Doctores, & præſertim Rota Romana *in citat. Deciſionibus*.

Non obſtant in contrarium allegata; & primò, quod à petitorio poſsit tranſiri ad
16 poſseſsorium, quia hoc eſt ſpeciale fauore videlicet perſonarum ſpoliatarum, & in odium ſpoliantium, Rota *deciſ.* 8. *in nou. de cauſ. poſſeſs. & propriet.* Coler. in terminis, *d. cap.* 5. *num.* 41. *verſ. Sed illud etiam*, Guttierez *d. cap.* 39. *num.* 26. qui cum Couar. & Menoch. putat hoc procedere, quando ſpoliatio contigit poſt litem conteſtatam, ſecus ſi ante litem conteſtatam, de quo videbimus *infra*.

Secundò non obſtat, quod per electionem vnius remedij, ſi plura competunt,
17 non cenſeatur alteri renunciatum; quia regula procedit, vbi per electionem primi remedij non poteſt Creditor ſatisfactionem conſequi, ſecus vbi per primum remedium poteſt conſuli Creditori *d. leg. quod in hæredem*, §. *Eligere*, *ff. de tribut. act.* Coler. *d. cap.* 5. *nu.* 45. & latius *par.* 1. *cap.* 8. *num.* 48. Atque in dubio non præſumitur, quod Actor per ordinariam actionem non ſit conſecuturus ſuum, ſi modo in lite perſeuerauerit vſq ad finem ex *Auth. qui ſemel, C. Quomodo, & quando Iudex*, ex quo enim nemo intelligitur inſtituiſſe
18 litem aduerſus eum, cum quo inaniter agit, *l. nam is nullam, ff. de dol. iuncta l. cum de indebito* 25. *de probat.* ideo cum dici non poſsit, quod per actionem ordinariam ius ſuum conſequi non poſsit, neceſsariò dici debet, quod inconſtantia hac vti poſſit ad creditum conſequendum, Coler. *loco cit. cap.* 5. *par.* 3. *num.* 45.

De Inconſtantia in Iudicijs.

Tertiò non obſtat, quod non ſimus in actionibus, ſeu vijs contrarijs, ideo vna
19 electa non cenſetur alteri renunciatum; Quia, vltra quod has vias appellat contrarias, Galleſ. *de oblig. Camer. dicta quæſt.* 11. *num.* 4. tunc procedit Regula, quando non eſt ius quæſitum Reo, vt poſsit compellere Actorem ad perſiſtendum in ea actione, quam prius intentauit, vt euenit in caſu noſtro, Galleſ. *loco ſupra citato num.* 4. Cæſar. de Graſs. *d. deciſ.* 2. *num.* 4. Giurb. *d. deciſ.* 55. *num.* 18. Rota *d. deciſ.* 161. *nu.* 9.
20 ibi *propter ius parti quæſitum par.* 6. *recen.* & quaſi fuerit nouatum in eligendo actionem ordinariam, Guttier. *d. quæſt.* 39. *n.* 25. qui licet non approbet differentiam inter actionem, & viam iudicij dicens iure non probari, quod in actione detur inconſtantia, ſecus in via; hanc tamen diſtinctionem affert, & ſequitur Mareſcott. *dicto cap.* 38. *num.* 4. *lib.* 1.

Quartò non obſtat, quod per actionem ordinariam intentatam non videatur re-
21 nunciatum viæ executiuæ, quod non ſufficit, quia imò iſto caſu ſufficit ille tacitus conſenſus, qui elicitur ex illo actu poſitiuo intentatæ actionis ordinariæ, vt benè in propoſito ratiocinatur, Maſtrill. *dicta deciſ.* 157. *num.* 35. vbi diſtinguit inter conſenſum Iudicis, & conſenſum Partis, vt illius expreſſus requiratur, huius verò tacitus ſufficiat.

Deniq; non obſtat, quod Rota in articulo iſto variauerit ſecundum circumſtantias caſuum teſte Lancellott. *de attent. vbi ſupra*. Quia contrarium verius eſt, vt patet ex *deciſ.* 68. *num* 2. *regiſtr. poſt Zacch. de de oblig. Camer.* vbi declarat *deciſ. Oradini allegat. à Lancell.* & oſtendit non eſſe contrariam noſtræ concluſioni.

Hiſce ergo probatis, remanet firma concluſio illicitam eſſe variationem, &
22 inconſtantiam à via ordinaria ad executiuam, quam amplia non ſolum quando Actor ipſe propoſuit, & intentauit viam ordinariam, ſed, quando à Reo præuentus via ordinaria illi conſentit, & adhęret, vt bene decidit Maſtrill. *dicta deciſ.* 157. *à nu.* 4. *vſque in finem*, vbi latè probat hanc concluſionem.

Quamuis regulare ſit, quod iudicium à Reo per præuentionem intentatum con-
23 tra Actorem, qui habet inſtrumentum executiuum ſuper nullitate inſtrumenti, vel contractus, non impediat, quin poſſit Actor executionem petere inſtrumenti prædicti, Innoc. *in cap. cum in iure peritus, de offic. deleg.* Angel. *in l.* 4. §. *Condemnatum, ff. de re iudic.* cum aliis per Giurb. *deciſ.* 100. *num.* 3. Gratian. *diſcept.* 667. *n.* 17. *in fine*, Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 7. *Gloſsa* 2. *par.* 5. *nu.* 5. Zacch. ad Galleſ. *qu.* 3. *numero* 34. Maſtrill. *deciſione* 140. *num.* 22.

Azeued. *dict. l.* 1. *titulo* 21. *num.* 143.
Sicuti è contrario Actore petente, &
intentante nullitatem contractus, aut il-
24 lius reſciſsionem, poterit inconſtans, iu-
dicio nullitatis pendente executionem
inſtrumenti petere, Rebuff. *ad Reg. Conſtit.*
*tit. de reſciſs. contract. tit.*1. *Gloſs.* 4. *num.* 7.
& tit. de ſent. prouiſ. ad præfat. nu. 132. Bor-
gnin. *deciſ.*19. *nu.*58. *par.*3. Surd. *conſ.* 183.
num. 94. Guttier. *de iuram. confirmat. par.*1.
*cap.*2. *à num.*9. Franc. *deciſ.*373. *per totam*,
cum aliis per Giurb. *d. deciſ.*100. *num.*11.
25 Et hoc eſt, quod dixit Rota *in Romana*
obſeruationis concordiæ, 23. *Iunij* 1561. *coram*
Oratino, quod ſcilicet lite ordinaria pen-
dente ſuper contrauentione alicuius in-
ſtrumenti, non prohibeatur executiuè
agere ad illius obſeruantiam, quam refert
Lancell. *de attent. d.* 2. *par. cap.*4. *limit.* 30.
*num.*13. vel ratione ſupradicta, vel ſecun-
dum Rot. *in d. deciſ.* 68. *poſt Zacch. de oblig.*
26 *Camer.* quia agendo poſtea ad obſeruan-
tiam concordiæ videtur priori iudicio re-
nunciare.
27 Quamuis quod Reo præueniente ſuper
nullitate, & iniuſtitia contractus, non li-
ceat Actori executiuè agere, tenet multis
relatis, Cenc. *de cenſib. quæſt.*82. *aliàs qu.*4.
par. 2. *cap.*2. *art.* 1. *num.* 6. cui videtur ad-
hærere Zacch. *d. quæſt.*3. *num.*36. *verſ. Ve-*
rum, enim verò in hoc articulo, poſt Coſt. *de*
*remed ſubſid.*50. *nu.*3. Cartar. *deciſ. Genuen.* 20.
per totum.
28 Primò ergo dic, licere Actori ad viam
executiuam conuolare poſt intentatum
iudicium ordinarium ſi nondum per Reũ
lis fuerit conteſtata, tunc enim poſſet
Actor ad viam executiuam reuerti, vtpo-
te re integra ad tradita per Doctores *in*
l. edita, C. de eden. de qua re *inferius* Gut-
tier. *dicta quæſt.*39. *num.*6.
29 Secundò limit. concluſ. quando Actor
proteſtatus eſt, quod per actionem ordi-
nariam non intendit renunciare viæ exe-
cutiuæ aut ſibi præiudicare, Alex. *conſ.*130.
*num.*12. *vol.*4. Molin. *de primog. in addit. ad*
*fin. operis ad cap.*13. *num.*31. *lib.*3. Burgoſ.
de Paz. *conſ.*39. *num.*24. Azeued. *dicta l.*1.
tit. 2. *num.*145. Guttier. *d. quæſt.* 39. *num.* 6.
Giurb. *d. deciſ.* 100. *num.*53. Nouar. *de dat.*
*in ſolut. ſect.*2. *quæſt.*9. *num.* 6. Cenc. *de cen-*
ſib. quæſt. 95. *num.* 30. Menoch. *de adipiſc.*
*remed.*6. *num.*11. Zacch. *d. quæſt.*11. *num.*22.
30 Tertiò limita, niſi reus in iudicio or-
dinario fuiſſet contumax; Quia Actori
tunc licita eſt inconſtantia, & variatio de
via ordinaria ad executiuam, Io: de Plat.
*in l. nemo, verſ.*3. *colligo, C. de exact. tribut.*
*lib.*10. Galleſ. *d. quæſt.* 11. *num.* 7. Scacc. *de*
appellat. d. quæſt. 17. *limit.*9. *num.* 47. Mar-
cheſ. *de commiſs. appellat. d. cap.*16. *nu.* 28.
Mareſcott. *var. d. lib.*1. *cap.*38. *num.*6. *&* 7.
Cenc. *de cenſib. dicta quæſt.*95. *num.*29. Gra-
tian. *diſcept.*593. *num.* 7. Azeued. *loco cita-*
to num. 147. Giurb. *loco cit. num.* 8. Coler.
dicto cap. 3. *num.* 47. *&* 48. Zacch. *loco cit.*
*num.*18. Cæſar de Graſs. *d. deciſ.* 2. *num.* 3.
Rota *in deciſ.* 56. *num.* 10. *poſt tract. einſdem*
Zacch. *de oblig. Camer.*
31 Quod habet locum, etiamſi contuma-
cia proueniat ex parte Iudicis, nolentis
prouidere ſecundum Felyn. *in cap. ex ceno-*
*re, num.*5. *de reſcript.* Guttier. *loco cit. n.*9.
in fine, Azeued. *loco cit. num.*147. *in fine.*
32 Quartò limita, quando Actor expreſsè
renunciat iudicio ordinario intentato, &
reo reficit expenſas, nam tunc poteſt con-
uolare ad viam executiuam, Guttier. *dicta*
quæſt. 39. *num.* 7. Rebuff. *ad Conſtit. Gallic.*
*to.*1. *de litter. obligat. artic.*6. *gloſs.* 3. *num.* 7.
Suarez de Paz. *in prax.* 4. *par. tom.* 1. *cap.*1.
*num.*2. Coler. *de proceſs. execut. par.*3. *cap.*5.
*num.*42. Cancer. *var. reſolut. cap.*17. *num.*47.
de appellat. Scacc. *eodem tract. lib* 3. *cap.*2.
*quæſt.*17. *limit.*9. *num.*46. Zacch. *d. quæſt.* 11.
*num.*19. Ceuall. *comm. contr. comm. quæſt.*815.
*num.*22. Rota *in deciſ.*200. *num.*12. *poſt tract.*
Zacch. de obligat. Camer. ſecundùm modernam
impreſs. Addent. *ad deciſ. Buratt.*208. *nu* 10.
qui tamen non faciunt mentionem de
refectione expenſarum.
33 Quintò, licita eſt inconſtantia Actori,
quando per viam ordinariam non eſſet
ſibi plenè conſultum, quia eo iudicio
non poteſt conſequi integrè ſuum credi-
tum, nam tunc poteſt variare ad viam
executiuam, Coler. *dicto tract. par.*1. *cap.*8.
*num.*47. *vſque ad* 56. *& par.*3. *cap.*5. *num.*45.
Gratian. *diſcept.*118. *nu.*53. Giurb. *deciſ.*55.
*num.*12. Cenc. *dicta quæſt.*95. *num.*30. *verſ.* 3.
34 humanitas enim iuſtæ pœnitudinis, vt di-
cit Coler. nemini eſt auferenda, Rota
*deciſ.*8. *num.*2. *in non. de cauſ. poſſeſs. & pro-*
priet. cap. ſi quis libellus 2. *quæſt.* 5. *cap. cum*
ceſſante, & cap. interpoſita, de appell. Coler.
*dicto cap.*8. *num.*47.
35 Sextò limita, niſi iudicium, vel via or-
dinaria ſit præambula ad executiuam, vt
quia executio eſſet petenda contra hære-
dem, vel contractus eſſet conditionalis
36 petendo declarari hæredem, vel imple-
mentũ conditionis, tunc enim liquidatio-
ne facta poteſt exequi inſtrumentum non
obſtante, quod non fuerit facta per Acto-
37 rem proteſtatio de ſibi in via non præiu-
dicando, Azeued. *dict. l.*1. *tit.*21. *num.*146.
Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi
38 tamen dat cautelam Aduocatis ne in-
ſtent interloqui ſuper liquidatione, quia
datur appellatio, ſed petant executionem
Inſtrumenti, etiam non liquidi, & petant
fieri liquidationem ſine præiudicio viæ
executiuæ.
39 Septimò dic, licitam eſſe inconſtantiam
quoties Iudex ipſe compelleret credito-
rem agere via ordinaria, & creditor ipſe

non conſenſiſſet expreſsè, ſed potiùs ſub
proteſtationis contradictione ageret, vel
ſaltem ſi non conſentiret expreſsè, nam
tunc poteſt connolare ad viam executi-
uam, Gloſs. *in dicta Clem. Sæpè. in verb. par-
tibus, de verb. ſignif.* quam in hoc commen-
dat Paul. Caſtren. *in l. ſi conuenerit num.* 6.
ff. de iuriſdict. omn. Iudic. Azeued. *loco citato
num.* 148. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 10.
Roman. *dicto conſ.* 133. Quod tamen Galleſ.
dicta quæſt. 11. *num.* 6. dicit eſſe difficile,
40 quod Iudex incipiat iudicium Actore
non conſentiente, quod etiam ponderat
Caroc. *de ſequeſtr. par.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 8.
Zacch. *dicta quæſt.* 11. *num.* 20.

Octauò dic, licitam eſſe inconſtantiam
quando Actor agit hypothecaria contra
41 tertium poſſeſſorem, quia non prohibe-
tur agere executiuè contra perſonam de-
bitoris, Bart. *in dicta l. conſentaneum, C. quo-
modo, & quando Iudex*, Neguſ. qui alios *de
pignor. 8. par. num. 3. in fin.* Azeued. *loco cit.
num.* 149. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 11. &
eſt Text. *in l. proſecutione, ff. de pignor.* quem
ad hoc propoſitum ponderat Coler. *dicto
tract. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 38. vbi latè tenet per
42 plura, quod ſi creditor eligit viam obſta-
gij, requirendo ſibi fideiuſſores Iudicis
officio, vt ſe ſiſtant certo loco tanquam
obſides, nihilominus, quod poteſt muta-
re conſilium, & petere executionem in
bonis debitoris.

43 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam
quando in inſtrumento eſſet pactum,
quod creditori liceat variare de vna via
ad aliam, Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 320. Can-
cer. *dicto cap.* 17. *num.* 45. Scacc. *dicto cap.* 2.
quæſt. 17. *limit.* 9. *num.* 49.
44 Quæ clauſula, cum hodie, vel apponatur
de ſtylo Notariorum in inſtrumentis, vt
dicit Coler. *dicto cap.* 8. *num.* 65. *verſ. cautela
tamen*; vel contineatur in obligatione Ca-
merali, Zacch. *dicta quæſt.* 13. *in princ.* Rota
deciſ. 163. *nu.* 5. *poſt eund. tract. & deciſ.* 198.
num. 2. *ibid.* difficile erit hodie dari caſum,
quotieſcunque agitur vigore inſtrumen-
ti, quod non liceat variare.
46 Dic decimò, licitam eſſe inconſtantiam
quando agitur ex diuerſa cauſa executiuè,
Gabr. *de act. concluſ.* 2. *num.* 16. Gregor. XV.
deciſ. 270. *num.* 3. Rota *dicta deciſ.* 200. *nu.* 3.
poſt tract. Zacch. Cenc. *de cenſ. dicta quæſt.* 95.
nu. 30. *verſ.* 4. vbi dixit, quod pro terminis
47 cenſus maturatis poſt intentatum iudi-
cium ordinarium poteſt agere Actor exe-
cutiuè, quia eſt diuerſa cauſa, cum ſint
diuerſa debita, & ſeparatæ obligationes,
ex Rota *deciſ.* 243. *nu.* 2. *poſt tract. eiuſd.*
48 Dic vndecimò, licitam eſſe inconſtan-
tiam, ſi poſt intentatum iudicium ordi-
narium ſuperueniat notitia inſtrumenti
obligatione Camerali vallati, Rota *dicta
deciſ.* 200. *num.* 8. 9. & 10.

QVÆSTIO XVI.

ARGVMENTVM.

An liceat Actori inconſtanti tranſire à via executiua ad ordinariam. Et an Actor, qui intentauit petitorium, poſſit eo ſuſpenſo inconſtans tranſire ad poſſeſſorium. E quid è conuerſo.

SVMMARIVM.

1 *Actor intentans viam executiuam poteſt inconſtans tranſire ad viam ordinariam.*
Etiam non refectis expenſis.
2 *Actor intentans petitorium poteſt inconſtans tranſire ad poſſeſſorim.*
3 *Tam in iudicio adipiſcendæ, quàm reintegrandæ.*
4 *Suſpenſio petitorij fieri an poſſit pluries, prout etiam an pluries poſſit ab ea recedi, & num.* 19.
5 *Siguatura ſtylus circa receſſum à ſuſpenſione petitorij.*
6 *Petitorium ſuſpendi poteſt in qualibet inſtantia.*
7 *Petitorium ſuſpendi poteſt tam in cauſa beneficiali, quàm in prophana.*
8 *Petitorium quando ſuſpendi poſſit poſt factas probationes.*
9 *Probationes in dubio præſumuntur facta ad probandam poſſeſſionem.*
10 *Petitorium ſuſpendi poteſt quamuis pars ſuper eo cognoſci conſenſerit.*
11 *Commiſſione obtenta quod Iudex tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio procedat adhuc ſemel, & pluries ſuſpendi poteſt petitorium in eadem inſtantia.*
12 *Petitorium quando ſuſpendi poſſit poſt publicatas atteſtationes.*
13 *Petitorij ſuſpenſio facta ab vna parte operatur ſuum effectum etiam quoad aliam.*
14 *Petitorij ſuſpenſione ſecuta proceditur in cauſa cum eiſdem terminis ante ſuſpenſionem ſeruatis.*
15 *Suſpenſio petitorij ſuſpendit auctoritatem Iu-*

Digitized by Google

dicis quoad petitorium.
16 *Sententia lata ſuper petitorio, & poſſeſſorio poſt ſuſpenſum petitorium nulla eſt.*
17 *Quid ſi pars non contendit ſe poſſidere.*
18 *Petitorij ſuſpenſio calumnioſa non eſt admittenda.*
19 *Suſpenſio petitorij quando dicatur calumnioſa remittitur arbitrio Iudicis.*
20 *Suſpenſio petitorij poſtquam pars permiſit in eo cauſam inſtrui præſumitur calumnioſa.*
21 *Suſpenſio petitorij poſt concluſum in cauſa an, & quando dari poſſit, & num. ſeq.*
23 *Concluſio in cauſa in tertia inſtantia dicitur concluſio totius cauſæ.*
24 *Suſpenſio petitorij poteſt per Iudicem admitti etiam poſt concluſum in cauſa.*
25 *Sententia lata in petitorio an, & quando impediat illius ſuſpenſionem.*
26 *Petitorium trahit ad ſe poſſeſſorium.*
27 *Suſpenſio petitorij non admittitur quando agitur de Caſtro, ſeu Fortalitio difficilis recuperationis.*
28 *Damnum vbi eſt irreparabile licet Iudici de facto reſiſtere.*
29 *Appellatio datur à ſuſpenſione petitorij vbi agitur de Caſtro, vel re difficilis recuperationis.*
30 *Appellatio in iudicio poſſeſſorio non admittitur.*
31 *Suſpenſio petitorij datur etiam in Caſtris, alijſque rebus difficilis recuperationis quando partes litigantes ſunt ſub eodem Dominio.*
32 *Quid ſi petens ſuſpenſionem offerta idoneam cautionem de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ.*
33 *Vel quando Caſtri, ac illius iuriſdictionis reſtitutio fieri poteſt ſine reſtitutione Arcis, ſeu Fortalitij.*
34 *Suſpenſio petitorij an, & quando ratione ſcandali ſit deneganda.*
35 *Suſpenſio petitorij non admittitur in iudicijs poſſeſſorijs mixtis.*
36 *Suſpenſio petitorij non admittitur in interdicto aquæ ducendæ.*
37 *Nec in cauſa matrimoniali.*
38 *Suſpenſio petitorij non admittitur quando poſſeſſio habet annexam cauſam proprietatis, & de ratione.*
39 *Sententia vnica totum negocium terminatur quando poſſeſſio habet annexam proprietatis cauſam.*
40 *Suſpenſio petitorij non datur in interdictis, quæ de locis ſacris, & religioſis intentantur, vt de mortuo inferendo, de ſepulchro ædificando.*
41 *Suſpenſio petitorij admittitur in omnibus caſibus, in quibus ſententia poſſeſſorij non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio.*
42 *Suſpenſio petitorij fieri poteſt in poſſeſſorijs mixtis, in quibus requiritur probatio tituli ad iuſtificandum poſſeſſionem.*
43 *Tituli probatio ad iuſtificandum poſſeſſionem in quibus caſibus requiratur.*
44 *Suſpenſio petitorij non admittitur quando poteſt opponi exceptio pertinens poſſeſſorium.*
45 *Hypotheca præſcribitur ſpatio decem annorum.*
46 *Renunciatio dominij facta per ſpoliatum poſt paſſum ſpolium non perimit poſſeſſorium, & de ratione.*
47 *Renunciatio dominij facta per ſpoliatum præſumitur metu facta.*
48 *Renunciatio ſpontanea dominij obſtat ſpoliato in iudicio recuperandæ.*
49 *Spoliatus, qui ante ſpolium conſtituerat Procuratorem ad renunciandum, non eſt reſtituendus.*
50 *Spoliatus, qui coram competenti Iudice poſt paſſum ſpolium dominio renunciauit, non eſt reſtituendus ante omnia.*
51 *Metus excluditur in actu coram Iudice geſto.*
52 *Metus in beneficialibus non excluditur niſi renunciatio fiat in manibus Superioris, vel Notarij de mandato Superioris.*
53 *Spoliatus, qui poſt paſſum ſpolium dominio renunciauit, & per plures dies non eſt conqueſtus, præſumitur, quod ſine metu renunciauerit, & propterea non eſt reſtituendus ante omnia.*
54 *Regula, quod renunciatio dominij per ſpoliatum poſt paſſum ſpolium præſumatur metu facta habet locum in beneficialibus, non autem in prophanis.*
55 *Renunciatio dominij in prophanis, etiam poſt ſpolium facta obſtat renuncianti in iudicio reintegrandæ.*
56 *Beneficio renuncians antequam illius ſpolium patiatur, non poteſt agere ex remedio recuperandæ.*
57 *Renunciatio dominij importat notorium defectum proprietatis.*
58 *Recuperatio poſſeſſionis non debetur illi, cui notoriè deficit proprietas.*
59 *Beneficio renuncians, ac remanens in illius poſſeſſione, poſtmodum eiectus poteſt petere illius recuperationem, non obſtante renunciatione.*
60 *Renuncians beneficio, ac diu remanens in illius poſſeſſione præſumitur iuſtè poſſidere, & ius ſibi de nouo ſuperueniſſe.*
61 *Renunciatio reuocata per renunciantem antequam renunciatarius poſſeſſionem conſequatur, facit, quod ſi deindè renuncians fuerit eiectus à poſſeſſione ſit, ad illam reſtituendus.*
62 *Renunciatio beneficij reuocari poteſt per renunciantem ante illius collationem.*
62 *Renuncians beneficium antequam renunciatio per ſuperiorem admittatur ſi priuetur poſſeſſione eſt ad illam reſtituendus.*
64 *Renuncians beneficio antè illius admiſſionem nec poſſeſſionem amittit, nec proprietatem.*

65 *Renuncians beneficio ſpoliatus à tertio an debeat antè omnia reſtitui.*

66 *Spoliatus qui poſt paſſum ſpolium pepigit cum ſpoliatore, & promiſit ſe non acturum in poſſeſſorio non eſt ante omnia reſtituendus.*

67 *Pactum, quod de furto non agatur, & quod illud non reſtituatur quatenus reſpicit vtilitatem priuatam valet.*

68 *Spoliatus promittens non moleſtare poſſeſſorem non eſt ante omnia reſtituendus.*

69 *Pactum de non moleſtando intelligitur tam de moleſtia iuris, quàm facti.*

70 *Spoliatus promittens non mouere controuerſiam ſpoliatori non eſt ante omnia reſtituendus.*

71 *Controuerſia idem ſignificat, quod moleſtia.*

72 *Pactum de non moleſtando æquiualet pacto de non mouendo controuerſiam.*

73 *Pactum de non moleſtando poſſeſſorem non impedit iudicium ſpolij, vbi agitur de cauſa publica.*

74 *Cauſa Eccleſiæ eſt cauſa publica.*

75 *Eccleſia quando obſtet pactum de non moleſtando poſſeſſorem, ne valeat agere in iudicio ſpolij.*

76 *Spoliatus, qui poſt paſſum ſpolium iurauit ſe non acturum in poſſeſſorio non eſt ante omnia reſtituendus.*

77 *Spoliatus, qui ante ſpolium promiſit ſpoliatori cum iuramento ſe non acturum in poſſeſſorio adhuc ante omnia eſt reſtituendus.*

78 *Rei vindicatione intentata, actor inconſtans non poteſt conuolare ad poſſeſſorium retinendæ.*

79 *Petitorium intentans dicitur renunciare poſſeſſorio, illudque in aduerſarium transferre.*

80 *Petitorio intentato Princeps non poteſt eius reſcripto mandare, quod vtrumque nempe petitorium, & poſſeſſorium ſimul cognoſcantur.*

81 *Princeps non poteſt efficere, quod duo contraria inſimul eſſe poſſint.*

82 *Natura abhorret duorum contrariorum ſimultatem.*

83 *Poſſeſſorium retinendæ ſimul cum petitorio ex partium conſenſu ab eodem actore cumulari non poteſt.*

84 *Quid ſi habeat annexam cauſam proprietatis.*

85 *Poſſeſſorium retinendæ reſpectu diuerſæ poſſeſſionis ab eodem actore poteſt cum petitorio cumulari.*

86 *Contrarietas inter poſſeſſorium, & petitorium conſiderabilis quando non ſit.*

87 *Poſſeſſorium retinendæ ratione poſſeſſionis quæſitæ pendente iudicio petitorio poteſt ab eodem actore cum petitorio cumulari.*

88 *Concurſus petitorij cum poſſeſſorio admittitur ratione diuerſitatis temporis.*

89 *Actor, qui intentauit petitorium ignorans ſe poſſidere, habita poſſeſſionis ſcientia, poteſt inconſtans eo ſuſpenſo ad petitorium conuolare.*

90 *Iudicium petitorium in incorporalibus intentatum, poteſt omitti ab actore, & ad poſſeſſorium retinendæ transferri.*

91 *Contrarietatis, & repugnantiæ vitandæ regula eſt, quæ impedit cumulationem petitorij cum poſſeſſorio.*

92 *Incorporalia vindicantur actione confeſſoria.*

93 *Confeſſoria actio, etiam poſſeſſori conceditur.*

94 *Actor, qui in incorporalibus iudicium petitorium intentauit, eo facilius conuolare poteſt ad poſſeſſorium quando vult ſubire onus probationis in vtroque.*

95 *Iudicium petitorium, quod poſſeſſorio fomentum afferat, poteſt cum eo cumulari.*

96 *Iudicia familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo reſpiciunt petitorium.*

97 *Et an poſſint cum interdicto retinendæ cumulari.*

98 *Reſcriptum impetrans ſuper petitorio, ad poſſeſſorium tranſire an poſſit, & numeris ſeqq.*

99 *Impetrans reſcriptum ſuper petitorio videtur aſſerere ſe non poſſidere.*

100 *Commiſſio petitorij continet commiſſionem poſſeſſorij.*

101 *Petitorium habet in ventre poſſeſſorium quamuis non exprimatur.*

102 *Iudex cui commiſſa eſt cauſa in petitorio poteſt cognoſcere etiam de poſſeſſorio.*

103 *Clauſula* quam, & quas, *comprehendit tam petitorium, quàm poſſeſſorium.*

104 *Suſpenſio petitorij etiam in cauſa appellationis admittitur, ſtante clauſula* quam, & quas.

105 *Quid ea deficiente.*

106 *Clauſula* quam, & quas, *comprehendit omne ius.*

107 *In commiſſione cenſetur deductum omne ius.*

108 *Et an vigore illius ſuſpendi poſſit petitorium.*

109 *Tertio venienti ad cauſam an obſtet ſuſpenſio petitorij.*

110 *Quid ſi deduceret ius ſeparatum.*

111 *Spoliato reſtitutionem impedire an poſſit tertius veniens ad cauſam, ex cuius iure ſpolians poteſt ſentire commodum, & vtilitatem.*

112 *Tertius veniens ad cauſam quando poſſit impedire reſtitutionem ſpoliato.*

113 *Tertius veniens ad cauſam, & deducens ius excluſiuum iuris agentis impedit proceſſum poſſeſſorium.*

114 *Secus ſi non habeat tale ius.*

115 *Ius tertij ad impediendum poſſeſſorium debet eſſe clarum, & deductum ante concluſum in cauſa.*

116 *Iudicium poſſeſſorium eſt ſummarium, & petitorium ordinarium.*

117 *Difficile eſt in practica, quod intentans iudicium poſſeſſorium conuolet ad petitorium*

Digitized by Google

poſſeſſorio ſuſpenſo, & de ratione.
118 *Poſſeſſorium intentatum relinquere, & ad petitorium conuolare, quam pariat vtilitatem.*
119 *In paritate probationum praualet, qui deduxit dominium.*
120 *Poſſeſſorium intentans poteſt illi renunciare, & ad petitorium tranſire.*
121 *Petitorium intentans relicto poſſeſſorio, quod prius introduxerat videtur illi renunciare itaut in eo ferri poſſit ſententia abſolutoria ad fauorem partis.*
122 *Suſpenſio poſſeſſorij non datur, ſed tantum ſuſpenſio petitorij.*
123 *Actor intentans poſſeſſorium, an, & quando poſſit inconſtans tranſire ad petitorium.*

DIC omnino licere Alexan. *conſ.* 30.
num. 3. *vol.* 3. Corn. *conſ.* 18. *num.* 3.
lib. 3. Borgnin. *dicta deciſ.* 1. *num.* 16.
par. 1. qui dicit, hanc inconſtantiam, &
1 variationem dari etiam non refectis ex-
penſis, Laurent. Vrſell. *concl.* 35. *verb. actio,*
in addit. num. 23. quamuis Rotæ deciſiones,
& Auctores ab eo *allegati* nullum verbum
de hoc faciant, Lancell. *de attent. d. cap* 4.
2. *par. limit.* 30. *num.* 5. Caſtren. *conſ.* 87. *nu.* 3.
lib. 1. Tuſc. *litt. L, concl.* 322. *num.* 18.

Sed quia dictum fuit *ſupra* Actorem,
qui intentauit petitorium, poſſe, eo ſuſ-
penſo tranſire ad poſſeſſorium, videndum
eſt ergo, quando hæc in Actore liceat in-
conſtantia? Materia eſt Text. *in cap. Paſto-*
ralis, de cauſ. poſſeſs. & propriet. & l. cum fun-
dum, §. fin. ff. de vi, & vi armat. Doctor. om-
nes *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de*
acquir. poſſeſs. quæ, vt dicit Garz. *de nobilit.*
gloſs. 11. *num.* 1. integrum volumen exigere
poteſt; ſed nos breuiter illam perſtringe-
mus in ordine ad inconſtantiam iudi-
cialem.

2 Dic ergò, poſſe Actorem eſſe incon-
ſtantem, & de petitorio per eum intenta-
to, tranſire ad poſſeſſorium, *dicto cap. Pa-*
ſtoralis de cauſ. poſſeſs. & propriet. dicta l. ſi
fundum, §. fin. ff. de vi, & vi armat. Lap.
allegat. 97. Gozad. *conſ.* 10. *num.* 22. Ca-
putaq. *deciſ.* 70. *in manuſcript. poſt Pacific. de*
Salu. deciſ. 14. Rota *deciſ.* 15. *numer.* 2. &
deciſ. 34. *nu.* 4. *par.* 2. *diuerſ.* Pacific. de Salu.
inſpect. 1. *cap.* 4. *num.* 1. Garz. *de nobilit. dicta*
gloſs. 11. *num.* 11. Ricc. *in collect.* 254. *num.* 1.
par. 2. Mareſcott. *var. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 1.
Rota *deciſ.* 115. *num.* 5. *par.* 1. & *deciſione*
420. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Quæ
3 inconſtantia habet locum, ſiue ſimus in
iudicio adipiſcendæ, quam reintegrandæ,
vt per *dict. cap. Paſtoralis*, vbi Imol. *num.* 6.
Gozzadin. *dicto conſ.* 10. conſtituerunt pro
regula Domini de Rota, vt per *dict. deciſ.*
Caputaq. 70. *in manuſcript. poſt Pacific. dec.* 14.
Mareſcott. *loco cit. num.* 2. Menoch. *adipiſc.*
remed. 4. *num.* 517. & *reintegr. remed.* 15.
num. 381. Pacific. *loco cit. num.* 1. qui facit
concluſionem in remed. adipiſc. Pontan.
de ſpol. par. 2. *cap.* 6. qui loquitur in remed.
reintegr. Garz. *de nobilit. d. gloſs.* 11. *à nu.* 11.

Secundò, licita eſt inconſtantia non
4 ſolùm ſemel, ſed bis, & pluries, poteſt
enim fieri ſuſpenſio petitorij pluries, &
pluries ab ea recedi, Rota *deciſ.* 8. *de cauſ.*
poſſeſs. & propriet. in nou. Anton. de Butr.
& Abb. *in dicto cap. Paſtoralis*, Peregrin.
deciſ. 76. *aliàs* 54. *lib.* 1. & *deciſ.* 9. *lib.* 2. Goz-
zadin. *dicto conſ.* 10. *num.* 22. Rota *deciſ.* 4.
de cauſ. poſſeſs. & propriet. in antiq. Mareſc.
loco cit. nu. 5. Pacific. *loco cit. num.* 4. Pontan.
de Spol. dicto cap. 6. *num.* 44. quamuis Abb.
in dicto cap. Paſtoralis nu. 21. cenſuerit, coar-
ctandam inconſtantiam de æquitate intra
duas vices, ne toties reuocata, & repetita
faciem potius vexationis, quam legitimæ
litis haberet, quem refert Pontan. *loco cit.*
5 vbi laudat ſtylum Signaturæ, vt petens
per commiſſionem denuo procedi in pe-
titorio, reiecta ſuſpenſione iam per ſe
facta, eam non obtineat, niſi refectis ex-
penſis, in quibus reum defatigaſſet in iu-
dicio poſſeſſorio, de quo etiam per Pacif.
loco cit. num. 5. & quod variatio vltra duas
vices non debeat permitti, ne lites futuræ
ſint immortales, tenet Coler. *ad dict. cap.*
Paſtoralis num. 49. *verſ. fallit ſecundò.*

Tertiò dic, licitam eſſe inconſtantiam
non ſolùm in prima inſtantia, ſed etiam
6 in ſecunda, & tertia, vt per Doctor. *in*
Clem. vnica, de cauſ. poſſeſs. & propriet. Rota
d. deciſ. 8. *in nou.* Caputaq. *deciſ.* 323. *par.* 2.
Mareſcott. *loco cit. num.* 6. Ricc. *d. coll.* 254.
verſ. Amplia, Gabr. *de reſt. ſpoliat. concl.* 1.
num. 120. Capic. *deciſ.* 28. vbi dicit, hanc
ſuſpenſionem licitam eſſe etiam in cauſa
ſupplicationis, Barboſ. *ad Clem. vnic. de*
cauſ. poſſeſs. & propriet. num. 2.

7 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam
tranſeundi à petitorio ad poſſeſſorium,
ſiue ſimus in cauſa beneficiali, ſiue in
cauſa profana, Gozzadin. *dicto conſ.* 10.
Mareſcott. *loco cit. num.* 7. Garz. *de nobilit.*
loco cit. num. 3. *verſ. Nec te moueat.*

Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam
licet appareant factæ probationes concer-
8 nentes petitorium, quia nihilominus non
debent præiudicare ſuſpenſioni petitorij,
ſi ſint factę ad iuſtificandam poſſeſſionem,
9 prout in dubio præſumitur Antonius de
Butr. *in cap.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſs. & fruct.*
Gozzadin. *dicto conſ.* 10. *nu.* 34. Mareſcott.
loco cit. num. 8.

10 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam
etiamſi pars conſenſerit, quod ſuper peti-
torio cognoſcatur, Gozzadin. *d. conſ.* 10.
num. 21. Rota *diuerſ. deciſ.* 9. *num.* 1. *lib.* 2.
par. 3. Pacific. de Salu. *loco cit. nu.* 3. Mareſc.
loco cit. num. 10.

11 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam

Digitized by Google

etiam quod fuiſſet commiſſa cauſa tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, nam poterit Actor non ſolùm ſemel, ſed etiam pluries in eadem inſtantia petitorium ſuſpendere, Gozzadin. dicto conſ. 10. num. 34. verſ. 3. Miliſ. in repert. verb. poſſeſſorium cum petitorio, Rota dicta deciſ. 9. num. 1. Pacific. loco cit. num. 4. Mareſcott. loco cit. num. 10. verſ. Etſi commiſſio dicat.

12 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam etiamſi fuerint ſuper petitorio publicatæ atteſtationes, & ſuper illis diſputatum, dummodo tamen non ſit concluſum in cauſa, Abb. in dicto cap. Paſtoralis num. 3. Gozzad. dicto conſ. 10. num. 20. Cardinal in Clement. vnic. num. 9. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ 29. num. 3. lib. 3. in correct. & deciſ. 331. lib. 2. Pacific. loco cit. num. 2.

13 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam reſpectu partis non petentis; nam ſuſpenſione petitorij facta ab vna parte, operatur effectum ſuum, etiam quoad aliam partem non petentem, Miliſ. in repertor. verb. poſſeſſorio agere, Gozzad. dicto conſ. 10. num. 22. Pacific. loco cit. num. 12.

14 Et aduerte, quod facta petitorij ſuſpenſione proceditur in cauſa cum eiſdem terminis ante ſuſpenſionem ſeruatis, Pontan. de Spol. par. 2. cap. 5. num. 28. verſ. Suſpenſionem autem, Pacific. loco cit. num. 11.

15 Et per ſuſpenſionem iſtam remanet etiam ſuſpenſa Iudicis auctoritas reſpectu petitorij, & omnium ad illud etiam acceſſoriè ſpectantium, Soccin. ſen. in l. rem quæ nobis ſub num. 19. ff. de acquir. poſſeſs. Alexan. in d. §. Nihil commune nu. 44. Miliſ. loco cit. dicto verb. poſſeſſorio ſimul, Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. ordin. num. 137. Caputaq. deciſ. 322. num. 1. par. 2. Rot. deciſ. 16. nu. 8. poſt Pacific. idem Pacific. loco cit. nu. 13. Poſth. de manut. obſeruat. 7. num. 22. vbi deciſ. Rotæ refert.

16 Itaut ſi feratur ſententia ſuper petitorio, & poſſeſſorio ſimul, ſententia nulla ſit, Caputaq. deciſ. 143. par. 3. Card. Mant. deciſ. 328. num 4. Rota deciſ. 35. nu. 6. par. 2. diuerſ. Caualer. deciſ. 590. num. 1.

17 Licet ſuſpenſio petitorij in iudicio retinendæ non impediat proſecutionem petitorii intentati ab altera parte, quæ ſe poſſidere non prætendit; nec ideo ſententiam ſuper petitorio latam nullam reddat, vt aliis allegatis reſpondit Rot. deciſ. 203. num. 24. par. 10. recent.

18 Dic primò, illicitam eſſe inconſtantiam quando ex malignitate, vel calumnioſè peteretur ſuſpenſio, veluti, quis videns ſe deficere in petitorio, vellet illud ſuſpendere, & intentare poſſeſſorium, Clem. Paſtoralis, ibi, nec via fraudibus poſſit aperiri, & ibi Abb. num. 35. Mohed. deciſ. 198. aliàs 14. de reſtitut. ſpoliat. Rota diuerſ. deciſ. 1118. num. 1. lib. 3. par. 3. Pont. de Spol. dicto cap. 6. num. 45. Mareſcott. loco cit. num. 13. Pacific. loco cit. num. 19.

19 Quando autem calumnioſè petita ſit ſuſpenſio petitorij, relinquitur arbitrio Iudicis, d. cap. Paſtoralis, ibi, nam ſi Iudex, Pont. d. tract. de Spol. cap. 6. num. 48. Pacific. loco cit. num. 19. ad fin.

20 Et propterea, quando Pars, quæ petit ſuſpenſionem, paſſa eſt inſtrui cauſam ſuper petitorio, Iudex poteſt arbitrari, calumnioſam eſſe inconſtantiam ſic petentis ſuſpendi petitorium, vt ex dicto cap. Paſtoralis, & ex Rota d. deciſ. 1118. reſoluit Caualer. deciſ. 590. num. 2.

21 Dic ſecundò, illicitam eſſe inconſtantiam quando eſſet concluſum in cauſa, quia tunc non datur ſuſpenſio, dicto cap. Paſtoralis, vbi omnes Gozzad. dicto conſ. 10. nu. 20. & 22. Rota dicta deciſ. 9. num. 1. lib. 2. par. 3. & deciſ. 1117. lib. 3. par. 3. diuerſ. Pontan. de Spol. dicto cap. 6. nu. 59. Rota deciſ. 8. num. 2. de cauſ. poſſeſs. & propriet. in nou. Pacific. loco cit. num. 20. Mareſcott. loco cit. num. 11.

22 Declara primò, huiuſmodi dictum
procedere, ſi concluſum ſit in cauſa in
tertia, & vltima inſtantia, quæ eſt conclu-
23 ſio totius cauſæ, aliàs ſecus, Rota dicta
deciſ. 8. Gozzadin. d. conſ. 10. num. 21. & 22.
Mareſcott. loco cit. num. 11.

24 Declara ſecundò procedere, niſi Iudici viſum fuerit, admitti poſſe etiam poſt concluſum in cauſa, inconſtantiam dicto cap. Paſtoralis, ibi, niſi Iudex, qui de cauſa cognoſcit, & ibi Abb. Butr. Io. Andr. in princ. Pontan. de Spol. dicto cap. 6. num. 48. Mareſcott. loco cit. num. 12. Pacific. loco cit. num. 21.

25 Dic tertiò, illicitam eſſe inconſtantiam
quando quis in prima inſtantia obtinuit
ſententiam fauorabilem in petitorio, quia
tunc in alia inſtantia non eſt locus ſuſpen-
26 ſioni, nam petitorium trahit ad ſe poſſeſ-
ſorium, cap. Cum dilectus, de cauſ. poſſeſs. &
propriet. Rota dicta deciſ. 8. Mareſcott. loco
cit. num. 14. & 15. Caualer. dicta deciſ. 590.
nu. 1. verſ. Reſponſum fuit, vbi quando pars
obtinuit ſentētiam tam in petitorio, quàm
in poſſeſſorio. Quod declara procedere, ſi
ſententia lata in petitorio ſuum plenarium
habuit effectum, veluti, ſi ab ea non fuerit
appellatum, & tranſiuit in rem iudicatam, vt intelligit Rota dicta deciſ. 8. Sceus ſi ſententia non habuit ſuum effectum, quia ſit ſuſpenſa per appellationem, Mareſcott. loco cit. num. 16. qui allegat Rotam ſic tenentem in Palentina Decimarum 5. Iunij, & 8. Nouembris 1589. coram Penia, quæ in eius impreſſis ſunt la 15. & 39.

Dic quartò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando ageretur de aliquo Caſtro,
27 ſiue fortalitio, quia ſunt difficilis recu-
perationis, nam ſi quis obtineret in poſ-

ſeſſorio, & poſtea in petitorio ſuccumberet, non poſſet ità de facili conſequi, Caſtrenſ. *in l. 2. in fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & ibi Iaſon *num.* 1. Alex. *in dicto* §. *nihil commune num.* 21. & ibi Ripa *num.* 75. Rolan. *conſ.* 1. *num.* 32. *lib.* 1. Gozzad. *dicto conſ.* 10. *nu.* 11. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 887. & latè *de recuperand. remed.* 1. *num.* 308. *&* 309. Pacific. *loco cit. num.* 26.

28 qui ſubiungit, quod cum hoc caſu tractetur de damno irreparabili, licitum eſt aduerſus Iudicem de facto reſiſtere, *cap. non debet* 11. *quæſt.* 3. *cap. non inferenda* 24. *quæſt.* 4. Ripa *loco citato num.* 72. Felyn. *in cap. Si quando num.* 2. *de offic. delegat.* vbi

29 Doctores, Menoch. *d. remed.* 1. *recuperan. num.* 311. Imò hoc caſu daretur appellatio, quamuis in iudicio poſſeſſorio non

30 admittatur, Iaſon *conſ.* 60. *col. fin. verſ.* 2. *reſpondetur*, *vol.* 1. Gabriel *de reſtitut. ſpol. concluſ.* 1. *num.* 152.

31 Hoc tamen dictum non procederet, quando partes litigantes eſſent ſub eodem Domino, qui poteſtatem haberet arcem recuperandi, vel poſſet priuare renitentem alijs bonis, vt ex pluribus voluit Gabriel *eadem concluſ.* 1. *num.* 155. 156. 157. *&* 158. Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 314. *&* 317.

32 Nec haberet locum, quando qui ſuſpendit petitorium, & intentat poſſeſſorium, præſtaret idoneam cautionem de reſtituendo, ſi ſuccumberet in petitorio, Abbas *in cap. Veniens il ſecondo de teſt.* Gozzad. *conſ.* 9. *num.* 69. *&* *conſ.* 10. *nu.* 42. Pariſ. Boer. & alij à Gabriel *loco cit. nu.* 159. Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 316.

33 Item non procederet, quando poſſet fieri reſtitutio Caſtri, & illius iuriſdictionis quamuis non arcis, ſeu fortalitij, Ruin. *conſ.* 37. *vol.* 4. Gabriel *loco cit. num.* 160.

34 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando ex ſuſpenſione petitorij poſſet ſcandalum ſequi, Anton. de Butr. *in cap. Ex parte de reſtit. ſpol. nu.* 33. Gozzad. *dicto conſ.* 10. *num.* 9. *&* 43. Gabriel *concl.* 1. *de reſtit. ſpol. num.* 166. Mareſcott *loco cit. num.* 19. Pacific. *loco citato num.* 38. latè Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 319. Quod tamen intelligendum eſt de ſcandalo graui, & non leui, vt tradit Ripa *in dicto* §. *nihil commune*, *num.* 76. *in fin.* Curt. ſen. *conſ.* 66. Pacific. *loco citato num.* 39. Et de ſcandalo certo, & non dubio, Ruin. *dicto conſ.* 37. *num.* 3. *lib.* 4. Gabriel. *d. concl.* 1. *num.* 149. Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 323. Pacific. *d. tract. num.* 40.

35 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam in iudicijs poſſeſſorijs natura mixtis, quæ diffiniri nequeunt ſine ipſius petitorij cognitione, Bellamer. *in cap. Paſtoralis in* 5. *quæſt. princip.* Rub. Alex. *conſ.* 167. *nu.* 2. Contard. *de moment. limit.* 2. §. 8. *num.* 8. Pontan. *de ſpol. d. cap.* 6. *num.* 51. veluti ſi

36 ageretur interdicto aquæducendæ, Gloſs. *in l.* 1. §. *quadam*, *verſ. licentia*, *ff. de interdict.*

37 Vel ageretur in poſſeſſorio in cauſa matrimoniali, Caſſad. *deciſ.* 4. *vt lit. pend.* in his enim, & ſimilibus caſibus cum poſſeſſio habeat annexam cauſam proprie-

38 tatis, ſuſpenſio petitorij non admittitur, Vital. *in Clement. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num.* 52. Ripa de communi *dicto* §. *nihil commune num.* 154. Soccin. & Gratian. à Mareſcotto *loco cit. num.* 20. Pacificus, qui latè dictum hoc examinat, *loco citato à num.* 86. vbi *num.* 87. aſſignat rationem,

39 quia in his iudicijs per vnicam ſententiam cauſa proprietatis, & poſſeſſionis terminatur, & totum reſoluitur negocium, *l.* 1. §. *fin. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* Ripa *in dicto* §. *nihil. commune*, *num.* 103. *in fin.* Alex. *num.* 76. cum alijs per Pacificum, *loco citato*, vbi *num.* 94. exemplificat etiam in interdictis, quæ de locis ſacris, & reli-

40 gioſis inferuntur, veluti de mortuo inferendo, ſepulcro ædificando, & ſimilibus, *l.* 2. *in principio*, §. *quædam*, *ff. de interdict.* Contard. *de moment. limit.* 2. *num.* 25.

41 Quod tamen intelligendum eſt, quando vna ſententia parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ſecus verò ſi non pariat, quia licita eſt ſuſpenſio petitorij, Ripa *dicto* §. *nihil commune*, *nu.* 113. & ibi Alex. *num.* 76. vbi ait, prædicta procedere, vbi poſſeſſorium ſapit principaliter cauſam proprietatis, Menoch. *de retinenda remed.* 5. *num.* 115. *&* 125. Pacific. *loco citato nu.* 97.

42 Secundò, non procedit in poſſeſſorijs mixtis, in quibus probatio tituli requiritur ad iuſtificandam poſſeſſionem, quia eo caſu nihilominus iudicium dicitur poſſeſſorium, & ſic ſuſpenſio petitorij fieri poteſt, Ripa *loco citato num.* 155. Contard. *dicta limit.* 2. §. 8. *num.* 19. cum alijs per Pacific. *loco citato num.* 98.

43 Cauſæ verò, quæ requirunt titulum ad iuſtificandam poſſeſſionem, ſunt cauſæ Beneficiales, Iuriſdictionis, Feudi, Reſignationis officij Cancellariæ, Cenſus, Seruitutis perſonalis, Contard. *dicta limit.* 2. §. 8. *à num.* 14. Pacific. *loco citato num.* 105.

44 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando contra poſſeſſorium poteſt à Reo opponi aliqua exceptio, quæ ipſum tollat, ac perimat, vt de præſcriptione decem annorum aduerſus remedium

45 adipiſcendæ iuxta Text. *in l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. credit.* dixit Pacificus *loco citato num.* 106.

46 An autem exceptio renunciationis dominij factæ poſt ſpoliationem perimat poſſeſſorium? Negant Doctores omnes *in cap.* 2. *de reſtitut. ſpoliat.* Abbas *num.* 7. *&* 8. Berou. *num.* 17. Bellamer. *in cap.* 3. *num.* 4. *&* 15. *eodem tit.* Ripa *in dicto* §. *nihil*

commune

commune num. 55. Alex. *conſ.* 93. *num.* 4.
& 5. *lib.* 5. Franciſ. de March. *quæſt.* 71.
num. 1. Rota *deciſ.* 1. *de renunciat. in nou.*
47 cum alijs per Menoch. *d. remed.* 1. *recuper.*
num. 263. ea ratione, quia renunciatio
poſt ſpoliationem facta præſumitur metu
facta, vt per Doctores *in dicto cap.* 2.

48 Ceſſante ergo metu, ſi renunciatio ſit
liberè, & ſponrè facta, vtique admitteretur
in hoc iudicio ad excluſionem reſtitutionis,
& conſequenter ſuſpenſionis petitorij,
Pariſ. *de reſignatione lib.* 3. *quæſt.* 5.
num. 28. Azor. *Inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 7.
cap. 26. *quæſt.* 7. Barboſa *ad dictum cap.* 2.
num. 4. & non obſcurè idem ſentit Menochius,
qui latè articulum diſputat *dicto*
remed. 1. *num.* 265. *&* 271. Duran. *deciſ.* 158.
num. 6.

49 Et propterea ſi renunciatio facta eſſet
ante ſpolium, vel ſpoliatus conſtituiſſet
Procuratorem ad reſignandum, qui poſt
ſpoliationem reſignaſſet, tunc, ex quo
renunciatio ſponte facta præſumitur,
ſpoliatus agere non poterit, vt ante omnia
reſtituatur, & in ſuſpenſione petitorij
hæc exceptio obſtaret, Abbas *d. cap.* 2.
num. 11. poſt Lapum *allegat.* 24. Suarez
allegat. 23. *num.* 18. Rebuff. *in prax. Benefic.*
in tit. de vi in reſignatione adhibita num. 6.
Menoch. *loco cit. num.* 272.

50 Idem dicendum eſt, ſi renunciatio facta
eſt coram Iudice competente, qui de
cauſa cognoſceret, Abbas *d. cap.* 2. *nu.* 10.
Soccin. *regu.* 278. *fallen.* 1. Barbat. *conſ.* 47.
col. vltima vol. 2. Rebuff. *eodem tit. num.* 4.
Menoch. *d. remed. num.* 276.

51 Ratio eſt, quia metus omnis excluditur
ab actu coram Iudice geſto, *l. vlt. de eo,*
quod met cauſ. Menoch. *dicto num.* 276. qui
dicit idem eſſe in omnibus caſibus, à quibus
metus excluditur, & hoc habere locum
in profanis, quia in beneficialibus
52 renunciatio debet fieri in manibus Superioris,
vel Notarij de mandato tamen Superioris,
vt per Abbatem Guidopapam,
Boer. & Bellamer.

53 Pariter idem dicendum eſſet, ſi poſt
ſpoliationem, & renunciationem per plures
dies conquæſtus non fuerit ſpoliatus,
quia tunc dicitur ſine metu ratū habuiſſe,
quod meticuloſè geſſit, Iacob. Nouell.
in prax. crimin. tit. ſpol. de facto, num. 46.
verſ. limit. 46. Zaſ. *dicto* §. *nihil commune*
num. 56. Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 278.

54 In profanis verò, in quibus non habet
locum regula *dicti cap.* 2. *de reſtit. ſpoliat.*
ſed ſolùm in benèficialibus, renunciatio
55 hæc tolleret reſtitutionē, & conſequenter
ſuſpenſionem petitorij, vt poſt Soccinum,
& Boer. voluit Menoch. *loco cit. num.* 279.

56 Quod autem diximus *ſupra* de renunciatione
facta ante ſpoliationem certè militat
in Clerico renunciante beneficio, vt non
poſſit reſtitutionem petere, & conſequen-
57 ter petitorium ſuſpendere iuxta terminos,
cap. 2. *de reſtit. ſpoliat.* de quo latè Rota
deciſ. 7. 16. 56. 475. *in nou.* Caſſad. *deciſ.* 4. *de*
reſtitut. ſpoliat. Bellamer. *deciſ.* 66. cum
alijs per Menochium *d. remed. num.* 297.

58 Ea ratione, quia notorius proprietatis
defectus, qui ex renunciatione prouenit,
impedit poſſeſſionis recuperationem, *cap.*
conſtitutus de fil. Presbyter cap. eum, qui, de
eo, qui miſs. in poſſeſs. cap. Ex tranſmiſſa de
reſtit. ſpoliat. Duran. *d. deciſ.* 156. *num.* 6.

59 Debet tamen intelligi niſi poſt factam
renunciationem ſpoliatus remanſiſſet in
poſſeſſione beneficij, deinde fuiſſet eiectus,
poſset enim tunc ad recuperationem poſſeſſionis
agere, non obſtante renunciationis
exceptione, Abbas *in cap.* 3. *num.* 4.
& cap. 2. *num.* 6. & ibidem Berou. *num.* 15.
de reſtit. ſpoliat. Caſsad. *d. deciſ.* 4. *num.* 2. 3.
& 4. Ea eſt ratio, quia ex quo diu in poſ-
60 ſeſſione ſtetit, præſumitur iuſta poſseſſio,
& ius de nouo ſuperueniſse, Caſsad. *dec.* 2.
de cauſ. poſſeſs. & propriet. Franc. de March.
d. quæſt. 197. *in fin.* Berou. *d. cap.* 2. *nu.* 25.
latè Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 299. 300.
& 301.

61 Secundò, debet intelligi, niſi poſt factam
renunciationem, ſed ante factam
alteri collationem is poſseſsor renunciationem
reuocauerit, vt reuocare potuit,
62 Boer. *deciſ.* 350. *nu.* 1. Caſſad. *dec.* 1. *de renunc.*
Menochius *d. remed.* 1. *num.* 302.

63 Tertiò, debet intelligi non procedere,
quando renunciatio adhuc à Superiore
admiſſa non fuerit, tunc enim poſſeſſor
ſic renuncians, nec poſſeſſionem, nec
64 proprietatem amittit, Abbas *in d. cap.* 2.
num. 10. Menochius alijs relatis *d. remed.* 1.
num. 303.

65 Quartò, intelligi debet reſpectu illius,
cui facta eſt renunciatio, non autem reſpectu
tertij ſpoliatoris, Caſsad. *d. deciſ.* 4.
num. 1. qui licèt ramaneat dubius ob rationes
in contrarium per eum adductas, illas
tamen remouet Menoch. *dicto remed.* 1.
num. 304.

66 Ceſſaret pariter ſuſpenſio petitorij per
exceptionem, quod ſpoliatus poſt ſpoliationem
pepigit cum ſpoliatore ſe poſſeſſorio
non acturum, Abbas *d. cap.* 2. *num.* 4.
de reſtit. ſpoliat. Beron. *num.* 16. Alexand.
conſ. 93. *num.* 5. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 1. *nu.* 151.
lib. 1. Franc. March. *deciſ.* 71. *num.* 2. Rota
deciſ. 16. *de reſtit. ſpoliat. in nou.* Menoch.
d. remed. recuper. 1. *nu.* 281. qui citat Gloſſam
in cap. Ex inſinuatione in verb. Canonum
extr. de Procur. & Text. *in l. ſi vnus,* §. *pacta,*
verſ. item ne experiar, ff. de pact. vbi poteſt
67 paciſci, ne furti agatur, neitè illud reſtituatur,
quatenus tamen reſpicit rem
priuatam, vt ibi, *ſi à re priuata remotum ſit,*
&c. Quem Textum latè comprobat alijs

legibus, & doctrinis, Suarez *allegat. 23. nu. 22. verſ. faciat etiam ad prædictam opinionem.*
68 Quod procedit non ſolùm, ſi factum ſit pactum de non agendo poſſeſſorio, ſed ſi pactum de non moleſtando poſſeſſorem, ſolummodò intercedat, Soccinus *in l. rem, quæ nobis, nu. 26. ff. de acquir. poſſeſs.* Suarez *d. alleg. 23. num.* 18. Capic. *deciſ. 69. num. 7. & 8.* Rota *deciſ. 393. quæ eſt deciſ. 16. reſtit. ſpol. in nou. n. 4.* Pactum enim hoc in-
69 telligitur tã de moleſtia iuris, quàm facti, Corſeti. *ſingul. in verb. moleſtia*, Dec. *conſ.* 501. cum alijs per Menochium *d. remed. 1. n. 283.*
70 qui ſubiungit ſimile eſſe, ſi factum ſit pactum de non mouendo controuerſiam,
71 cum eadem ſit ſignificatio, hoc tamen non procedere, cum cauſa ſpolij eſt pu-
72 blica, Berou. *d. cap. 2. num.* 45. qui dat exemplum in Eccleſia ſpoliata, nam,
73 inquit ille, cauſa Eccleſiæ eſt cauſa publica, *l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ.* cum alijs per
74 Menoch. *d. remed. 1. num.* 286. qui declarat, ſi res ſpectet principaliter ad Eccleſiã, non autem ad Clericum, & ſic ſecunda-
75 riò ad Eccleſiam, quia tunc dicitur cauſa priuati, *cap. ſi diligenti, de for. compet.*
76 Multò autem magis ſuſpenſio petitorij retardabitur ſi pactum hoc ſit iureiurando firmatum, Abbas *dicto cap. 2. in fin.* Soccin. *d. l. rem, quæ nobis, num. 20. de acquir. poſſeſs.* Capic. *d. deciſ. 69. num.* 7. Franc. March. *d. quæſt. 71. num.* 2. Rota *deciſ. 16. de reſtit. ſpoliat. in nou. & de renunc. deciſ. 18. & eodem tit. de renunc. 6. in antiq.* latè Menochius diſputans articulum *dicto remed. 1. num. 288. cum ſeq.*
77 Quod tamen non procederet ſi pactum etiam iuratum interceſſiſſet ante ſpolium, Abbas *d. cap. 2. num.* 16. Berou. *num.* 44. Ripa *d. §. nihil commune n.* 55. nullum namque eſt hoc pactum, quia præſtat anſam delinquendi, & ſic dicitur contra bonos mores, *d. l. ſi vnus, §. pacta, ff. de pact. l. conuenire de pact. dotal.* cum alijs per Menochium *loco citato num.* 296.
78 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtantiam in poſſeſſorio retinendæ, nam, ſi primò Actor intentauit petitorium rei vendicationis, non poteſt eo omiſſo conuolare ad
78 poſſeſſorium retinendæ, *vti poſſidetis*, Bart. *d. §. nihil commune n.* 19. Alex. *n.* 72. Rip. 153. Corn. *2. par. num.* 90. Fern. *cap. 3. num.* 16. Rub. *num.* 285. Afflict. *deciſ. 155. num.* 5. Berou. *in cap. In litteris num. 39. de reſtitut. ſpoliat.* Menoch. *retinen. remed. 3. num.* 512. Coler. *in cap. Paſtoralis num. 48. de cauſ. poſs. & propriet.* Ratio eſt, quia, qui petitorio
79 experitur, poſſeſſorio renunciare videtur, & in Aduerſarium transferre, Orian. *in rubr. de cauſ. poſs. & propriet. col. 14. verſ. ſeptima concluſio*, Menoch. *loco cit. ſub nu.* 513. & 514. vbi reprobat Berouum malè de hac ratione ſentientem, Mareſcott. *dicto cap. 36. num.* 21. qui dum generaliter loquitur de ſuſpenſione petitorij, debet declarari, & reduci ad terminos poſſeſſorij retinendæ, non autem recuperandæ, vel adipiſcendæ *ex ſupra traditis*.
80 Amplia primò hoc dictum, vt procedat etiam quod Princeps vellet ſuo reſcripto ſuper vtroque cognoſci, non enim Princeps poteſt efficere, vt duo inſimul
81 contraria eſſe poſſint, cum hoc etiam natura abhorreat, *l. ſi ancilla*, & ibi Bartolus *ff. pro ſoc. l. contra maiores, C. de inoffic. teſtam.*
82 & hanc opinionem tenet Berou. *d. cap. in litteris num.* 39. Menoch. *dicto remed. 3. num.* 515.
83 Secundò, amplia, etiamſi partes conſentirent, Berou. *d. cap. in litteris, num.* 39. Menoch. *loco citato num.* 518.
84 Tertiò, amplia, etiamquod eſſemus in poſſeſſorijs retinendæ, quæ annexam cauſam proprietatis habent, Bart. *in d. §. nihil commune num.* 20. Iaſon *nu. 54. & 126.* Ripa *num.* 155. cum alijs per Menochium *dicto remed. 3. nu. 519. 520. & 521.* vbi declarat.

Limita primò, vt poſſit habere locum inconſtantia reſpectu diuerſarum perſo-
85 narum, v. gratia, egi petitorio rei vendicationis cauſa naturalis poſſeſſionis, quæ eſt apud te, deinde conuolo ad poſſeſſorium vti poſſideris, ratione ciuilis poſſeſſionis, quæ eſt apud me. Vel è conuerſo egi rei vendicatione ratione detentationis, quæ eſt apud té, demum ago remedio retinendæ ratione naturalis, & ciuilis turbatæ, quæ eſt apud me, hoc in caſu admitti cumulationem ſucceſſiuam voluit Bart. *in dicto §. nihil commune num.* 19. Bald. & Caſtrenſ. *in l. Ordinary, C. de rei vendic.* ille *num.* 5. iſte *in fin.* Ripa *d. §. nihil commune, num.* 153. cum alijs per Menoch. *d. remed. 3. num.* 522. ea ratione, quia re-
86 gula contrarietatis non aduerſatur cum poſſeſſorium, & petitorium circa idem non concurrant.
87 Secundò limita, ſi intentato petitorio actor pendente iudicio acquiret poſſeſſionem, quia tunc poſſet ſuſpendere petitorium, & conuolare ad poſſeſſorium, Gloſs. *d. §. nihil commune in 4. lect.* & ibi Bartol. *num. 19. verſ. ſi verò iſta iudicia*, Alex. *n.* 72.
88 Ripa *num.* 153. Coraſ. *2. par. nu.* 93. Menoch. *d. remed. 3. num.* 524. ea ratione, quia ratione diuerſitatis temporis admittitur concurſus.
89 Tertiò limita, ſi Actor, qui intentauit petitorium, ſciebat ſe poſſidere, ſecus ſi ignorabat, quia detecta ſcientia poſſeſſionis poteſt ſuſpenſo petitorio ad remedium poſſeſſorium retinendæ conuolare, Bart. *d. §. nihil commune num.* 19. Alex. *num.* 72. Ripa *num.* 153. Coraſ. *2. par. nu.* 95. Menoch. *d. remed. 3. num.* 595.
90 Quartò limita, cum iudicio petitorio

Digitized by Google

agitur ſuper re incorporali, tūc enim Actor poteſt eo omiſſo conuolare ad poſſeſſorium retinendæ, Bart. *d. §. nihil commune, num.* 18. Alexand. *num.* 92. Iaſon *num.* 126. Ripa *num.* 784. Fab. *nu.* 125. Claud. *nu.* 156. Dec. *num.* 93. Germond *cap.* 3. *num.* 11. Coraſ. 2. *par. num.* 91. Bolognett. 2. *part. num.* 305. cum alijs innumeris relatis à Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 539.

91 Ea eſt ratio, quia regula contrarietatis, & repugnantiæ, quæ impedit cumulatio-
92 nem, hic ceſſat, quia actio confeſſoria, qua incorporalia vendicantur, etiam poſ-
93 ſeſſori conceditur, *l. ſi fortè, §. ſciendum, ff. ſi ſeruit. vendic. l. vti frui, §. vlt. ff. ſi vſuſfr. petat,* Menoch. *loco citato*, qui dicit tantò magis hanc limitationem habere locum,
94 quando is, qui primò propoſuit petitorium, demum poſſeſſorium, vult ſubire onus probationis in quolibet iudicio.

95 Quintò limita, quando iudicium petitorium tale eſt, quod iudicio poſſeſſorio fomentum afferat Bald. *in l. ordinarij, n.* 6. & ibi Caſtren. *in fine poſt Cyn. C. de rei vendic.* Menoch. *loco cit. num.* 543. Exemplum
96 eſt in iudiciis familiæ Herciſcundæ, & communi diuidendo, quæ cum petitorium reſpiciant, *l. incerti, C. de interdict.*
97 vbi Gloſſa nihilominus cum interdicto retinen. cumulari poſſunt, nam agitur ad diuidendum, & ſuper turbatione ſilentium imponi, argum. *l. 1. ff. famil. Herciſ.* Menoch. *loco cit. num.* 543. qui ex mente Bald. *in d. l. incerti num.* 16. intelligit procedere, cum ante litem conteſtatam in iudicio communi diuidundo fit ſuſpenſio petitorij, & cumulatio poſſeſſorij.

98 Dic nono licitam eſſe inconſtantiam, quando quis impetrauit reſcriptum ſuper petitorio, non enim poteſt tranſire ad poſſeſſorium, quia ſuper poſſeſſorio nullum reſcriptum; ſecundò, quia, impe-
99 trando ſuper petitorio, aſſerere videtur, ſe non poſsidere, *leg. clam poſsidere, §. vlt. ff. de acquir. poſſeſs.* & contra preces oblatas non auditur, *l. cum precum, C. de liber. cauſ.* & hanc opinionem tenet Bald. *l. ſi de proprietate, num. 3. C. Si à non competen. Iudic.* Menoch. *loco cit. num.* 544.

100 Sed hoc dictum non ita ſimpliciter intelligendum eſt; quia, qui committit cauſam in petitorio, cenſetur etiam committere cauſam in poſſeſſorio, vt de poſſeſſorio retinendæ dixit Boccac. *de interd. vti poſſid. cap.* 14. *num.* 26. Poſth. *eod. tract. obſer.* 6. *num.* 6. & de poſſeſſorio reintegrandæ, Caualer. *deciſ.* 67. *num.* 3.

101 Ratio eſt, quia petitorium habet in ventre poſſeſſorium, etiam quod non exprimatur, Caualer. *dicta deciſ.* 67. *num.* 3.
102 Poſth. *loco cit. nu.* 7. Ideo Iudex, cui commiſſa eſt cauſa in petitorio, poteſt cognoſcere etiam de poſſeſſorio, Rota *de-*

ciſ. 9. *num.* 2. & 3. *de cauſ. poſſeſs. & propriet. in nou.* Caſſad. *eod. tit. deciſ.* 9. *num.* 12. Caualer. *d. deciſ.* 67. *num.* 3. Et præſertim, ſi
103 in reſcripto, ſeu commiſsione inſerta eſſet clauſula *Quam*, & *Quas*, quæ clauſula comprehendit tam petitorium, quàm poſſeſſorium, Caualer. *deciſ.* 475. *num.* 1. Martin. Andr. *deciſ.* 44. *num.* 7. & 9. Rota *deciſ.* 710. *num.* 4. & 5. *par.* 3. & *deciſ.* 426. *num.* 2. *par.* 4. *recen.* Poſth. *loco cit. num.* 8. Rota *in Oſtunen. attentatorum, Lunæ 27. Aprilis* 1671. *coram R.P.D. Albergato, §. Etenim.*
104 Ex vi eius clauſulæ poteſt ſuſpendi petitorium etiam in cauſa appellationis, Rota *d. deciſ.* 710. *num.* 3. *par.* 3. *recen.* & Martin. Andr. *dicta deciſ.* 44. *num.* 10. Secus autem eſſet ſi fuiſſet commiſſa cauſa appellationis ſimpliciter ſuper petitorio abſque
105 illa clauſula *Quam*, & *Quas*, quia tunc non procedit ratio, quod petitorium habeat in ventre poſſeſſorium, vt latè defendit Caſtrenſ. *conſ.* 278. *num.* 2. *lib.* 1. quem ſic interpretatur Rota *d. deciſ.* 710. *num.* 8.
106 Eoque magis ſi ab initio Actor omne ius ſibi competens deduxit, Rota *dicta deciſ.* 710. *num.* 10. vbi alias Rotales Deciſio-
107 nes adducit Poſt. *loco citato num.* 8. Hoc enim caſu licita eſt inconſtantia, cum pro-
108 ſecutio ex vno capite non tollat aliud Seraph. *deciſ.* 630. *n.* 3. *par.* 1. Martin. Andr. *dicta deciſ.* 44. *num.* 10. *ad fin.*

109 Declara, hanc concluſionem de ſuſpenſione petitorij non habere locum reſpectu tertij, quia, ei venienti ad cauſam, non obſtaret huiuſmodi ſuſpenſio, Butr. *in d. cap. litteris, num.* 23. & ibid. Abb. *n.* 33. *de reſtit. ſpoliat.* Pontan. *de ſpol. dicto cap.* 6. *num.* 53. Rota *in nou. deciſ.* 3. *de cauſ. poſſeſs. & propriet.* Biſignet. *deciſ.* 7. *de reſtit. ſpoliat.* Pacific. *loco cit. n.* 29. Mareſcott. *loco cit. n.* 18

110 Hoc tamen procedit ſi ius tertij eſt ſeparatum à iure ſuſpendentis ſecundum doctr. Butr. *in d. cap. litteris, nu.* 23. quam licet impugnet Abbas ibid. *num.* 23. & *in cap. veniens, il ſecondo, num.* 7. *de teſt.* & ibi Felyn. *num.* 12. videtur tamen verior opinio Butr. quam ſequitur Mareſcott. *loco citato*, vbi dicit in eam inclinare Ripam *dicto §. Nibil commune, num.* 80. vbi latè conatur concordare opiniones, & Butrius
111 opinionem contra Abb. tenuit diſcuſſo articulo Rota *deciſ.* 22. *par.* 1. & *deciſ.* 23. *in recent.* vbi declarauit tunc dici ius tertij connexum cum iure ſpoliantis, quando ratione iuris tertij ſpolians poteſt ſentire
112 aliquod commodum, & vtilitatem. De qua tamen declaratione videndus eſt latè Menoch. *d. remed.* 1. *recuperandæ, à nu.* 372. *vſque ad num.* 382.

113 Vel vbi ius tertij eſt penitus excluſiuum iuris agentis; quia tunc impediret
114 proceſſum poſſeſſorium, aliàs ſecus, vt poſt Bart. Alex. Soccin. Bald. & Imol. di-

cit Pacifie. *loco cit. num.* 35. *verſ. Ego verò*,
115 qui ſubiungit, ius tertij debere eſſe clarum, & ante concluſum in cauſa in iudicio deductum, Rota *deciſ.* 201. *par.* 2. *diuerſ. num.* 5. *& ſeqq.*

116 Sed, an, qui prius intentauit poſſeſſorium, poſsit inconſtans poſſeſſorio iudicio relicto conuolare ad petitorium? Rubeus, & Fabius *in dicto* §. *Nihil commune*, dicunt, hanc quæſtionem, ſeu, vt ait Bart. combinationem inutilem eſſe, cum videatur, quod rationabiliter in practica non poſsit euenire, poſſeſſorium enim eſt ſummarium, & petitorium ordina-
117 rium, nec poteſt dari tam inſulſus Aduocatus, & ignorans, vt ipſe velit proponendo petitorium ordinarium, quod poſt litis conteſtationem requirit curſum triennij, & ſuſpendere poſſeſſorium, quod, cum ſit ſummarium, intra terminum ſex menſium poterit expediri, & per illud conſequi rem ipſam, & eam quietè retinere abſque labore faciendi probationem, cum propter commodum poſſeſſionis omne onus transferatur in Aduerſarium, vnde videtur irridendum eſſe potius Aduocatum, quàm admirandum Io: tamen Bolognett. *in dicto* §. *Nihil commune*, *num.* 318. ex mente Berengarii dicit, hanc inconſtantiam non
118 eſſe ſpernendam vt arbitrantur prædicti, & quod imò vtilitatem magnam habeat, ſi eueniat de facto, vt ſi forſan Actor vel eius Aduocatus, qui propoſuit poſſeſſorium, dubitet de victoria in eo, inconſtans proponat petitorium cum diligentia, procurans citò probare titulum ſuum, & dominium in re, vt poſſit apparere, quod ius habet in vtroque, & confouebit poſſeſſorium, & præualebit Aduerſario propter probationem factam in petitorio, nam quando probationes ſunt pares, præualet ille, qui deduxit dominium, & fortius
119 præualebit, ſi diſcutiendo cum Aduerſario, probauit. Hæc ſunt verba Bolognetti *loco cit.* qui benè proſequitur, & diffuſius omnium hanc materiam.

Cæterum, quia numquam vidi practicari, quod Actor, qui propoſuit poſſeſſorium, in eadem inſtantia eo relicto inconſtans conuolet ad petitorium, breuiter me expediam.

Dic ergo, aut Actor, qui conuolat ad petitorium, intendit renunciare poſſeſſorio, aut tantum ſuſpendere.

120 Priori caſu admittitur inconſtantia, quia, cum ſit introductum in fauorem Agentis in poſſeſſorio, vt prius cognoſcatur de poſſeſsione, huic fauori poteſt renunciare, ſi vult, *cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 1118. *num.* 1. *par.* 3. *diuerſ.* Scappuccin. *de Saluian. lib.* 1. *qu.* 21. *num.* 4. b ellè Zabarell. *in Clem. vnic. de cauſ. poſſeſs. & propriet. num.* 7. Bellamer. *nu.* 24. *verſ. Cum quaris*.

121 Cæterum an ſic inconſtans videatur in totum renunciare poſſeſſorio, vel tantum liti & inſtantiæ? Dic, receptam eſſe magis Doctorum ſententiam, cenſeri renunciatum poſſeſſorio, hoc eſt poſſeſsioni, itaut ſententia abſolutoria ferri poſſit, Bart. *d.* §. *Nihil commune*, *num.* 27. Alex. ibi *num.* 25. Iaſon. *item num.* 25. Rip. *n.* 167. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 545. qui hanc opinionem ab argumentis, & impugnationibus Aretini defendit.

122 Aut verò vult ſuſpendere poſſeſſorium, & dic, nullo modo poſſe, quia hoc priuilegium eſt tantummodo tributum poſſeſſorio, & non petitorio, ideò debent habere locum Regulę *Authenticæ, qui ſemel C. quomodo, & quando Iudex, & cap. cauſam, cum ibi not. de dol. & contum.* & ita tenet Abb. *in dicto cap. Paſtoralis num.* 17. Vitalin. *in d. Clem. vnic. num.* 53. *de cauſ. poſſeſs. & propriet.* Zabarell. *in eadem Clemen. num.* 7. *verſ.* 6. *oppono*, vbi benè, ſed melius *in d. cap. Paſtoralis, num.* 16. Bellamer. *n.* 39. *quæſt.* 15. *verſ. in tertio membro*.

123 Sed quia, vt dixi, materia hæc de inconſtantia Actoris de poſſeſſorio ad petitorium ferè inutilis eſt, ideo remitto te ad Doctores *in d.* §. *Nihil commune*, & præſertim Io: Bolognett. ibi latiſsimè *nu.* 326. *& in d. cap. Paſtoralis, & Clem. vnic. de cauſ. poſſeſs. & propriet.* ad Menoch. *in d. remed. retinen.* 3. *à num.* 526. ad Rot. *in deciſ.* 10. *de cauſ. poſſeſs. & propriet. in nou.*

Declara tamen quæſtionem noſtram ſolum procedere, quando poſſeſsorium ſolummodò intentatum eſt, non autem ſi prius petitorium ſit intentatum, deinde eo ſuſpenſo conuolatum ſit ad poſſeſſorium, nam hoc caſu licet redire ad petitorium non ſolum ſemel, ſed pluries, non ſolum in prima inſtantia, ſed in cauſa appellationis, vt *ſupra diximus*.

Quamuis Balboa de Mogrouech. *in relectione Salmaticen. dicto cap Paſtoralis, n.* 52. indicat, veriorem, & receptam eſſe ſententiam, quod ſemel tantum fieri ſuſpenſio poſsit.

† Reliqua ad hanc materiam vide apud Poſth. *de manutent. obſeruat.* 7. *per tot.* vbi etiam latè diſputat quando cauſa commiſſa eſt cum clauſula *arbitrio*, an, & in quibus caſibus admitti debeat ſiue ſuſpenſio, ſiue cumulatio.

Digitized by Google

QVÆSTIO XVII.

ARGVMENTVM.

An is qui renunciauit poſseſsioni poſsit inconſtans petere manutentionem, ſeu reintegrationem.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians poſſeſſioni, vel quaſi non poteſt inconſtans petere manutentionem.*
2 *Poſſeſſio amittitur per illius renunciationem.*
3 *Renuncianti ad iura renunciata non datur regreſſus.*
4 *Renuncians dominio non poteſt petere manutentionem in poſſeſſione, vel quaſi.*
5 *Renunciatio notoria obſtat Agenti interdicto recuperandæ.*
6 *Renuncians per metum adhuc non poteſt petere manutenſionem.*
7 *Poſſeſſio amittitur per renuciationem metu factam.*
8 *Renuncians poſſeſſioni per metum non poteſt agere iudicio poſſeſsorio, niſi præcedat iudicium ſuper reſciſſione, & nullitate renunciationis.*
9 *Habens ſe pro ſpoliato, non poteſt petere manutentionem.*
10 *Reintegrationem petens vti ſpoliatus an, & quando petere poſſit manutentionem.*
11 *Petitio eſt ſpecies confeſſionis.*
12 *Confeſſio interpretanda eſt fauore confitentis.*
13 *Ius proprium quis non præſumitur abijcere, ſed conſeruare.*
14 *Actus indiciales de ſui natura ordinatur ad acquirendum.*
15 *Contractus dubius interpretatur contra eum qui poterat clarius loqui.*
16 *Indiciales actus non interpretantur in dubio contra eum qui poterat clarius loqui.*
17. *Poſſeſſionem ciuilem ſemper præſumitur quod quis retinere voluerit.*
18 *Vtilius quod ſibi eſt quiſque præſumitur facere, & velle.*
19 *Poſſeſſionis retentio conſiſtit in animo.*
20 *Animus declaratur ex factis.*
21 *Reintegrationem petens an retinuerit animo poſſeſſionem ciuilem, necne ex factis circumſtantijs deducitur.*
22 *Spoliatus aſſerens ſe de facto ſpoliatum fuiſſe, & petens remoueri turbationem de facto illatam videtur animo retinere poſseſſionem ciuilem.*
23 *Reintegrari, & manutencri ſimul petens videtur retinere animo poſſeſſionem ciuilem.*
24 *Petens manutentionem, & quatenus opus ſit reintegrari, non dicitur ſe habere per ſpoliato.*
25 *Immiſsionem petens, & manutentionem intelligitur primam petere reſpectu naturalis, & ſecundum reſpectu ciuilis poſſeſſionis.*
26 *Immiſsionem petens cum clauſulis preſeruatiuis non fatetur ſe non poſſidere.*
27 *Actus poſſeſſorios exercens poſt petitam reintegrationem dicitur animo retinuiſſe poſſeſſionem ciuilem.*
28 *Potens reintegrationem, & ſpolium deducens verbis turbidis, & obſcuris, non videtur ſe habere pro ſpoliato.*
29 *Procuratoris aſſertio non ſufficit ad effectum, vt Poſſeſſor dicatur ſe habuiſſe pro ſpoliato, niſi conſtet de mandato ſpeciali.*
30 *Poſſeſſionis amiſſio pendet ab animo.*
31 *Animus declarari non poteſt per Procuratorem ſine ſpeciali mandato.*
32 *Procurator non poteſt facere actum, per quem principalis habeatur pro ſpoliato.*
33 *Confeſſio Procuratoris reuocari poteſt per principalem etiam non docto de errore.*
34 *Ratificatio non datur ſine ſpecifica ſcientia præiudicij.*
35 *Principalis ratiſicans ſcienter, & approbans acta, & confeſſi actus Procuratoris, ac ſententiam ab eo obtentam ſuper ſpolio dicitur habere ſe pro ſpoliato.*
36 *Poſſeſſio duplex ciuilis ſcilicet, & naturalis datur etiam in incorporalibus.*
37 *Reintegrationem petens ſimpliciter narrato poſitiuè actu ſpoliationis, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
38 *Immiſſionem ſimpliciter petens, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
39 *Immiſſionem petens, fatetur ſe non poſſidere.*
40 *Immiſſionem ſimpliciter petens perdit ciuilem poſſeſſionem quam habebat.*
41 *Immiſſionem petens generaliter in poſſeſſionem hereditatis, & bonorum non intelligitur amittere poſſeſſionem eorum quorum iam erat poſſeſſor.*
42 *Immiſſionem patiens nullam, & attentatam, ac liti cedens, dicitur ſe habere pro ſpoliato*
43 *Non appellans à mandato de manutenendo, vel appellationem non proſequens, dicitur. ſe habere pro ſpoliato.*
44 *Poſſeſſio per patientiam, & acquieſcientiam omittitur.*
45 *Prælatus habens ſe per ſpoliato, adhuc poteſt inconſtans manutentionem petere nomine Eccleſiæ.*
46 *Prælatus neque in poſſeſſione præiudicare poteſt Eccleſiæ.*

47 *Rector, qui cecidit à poſſeſſione facto proprio reintegrationem petere poteſt nomine Eccleſiæ.*

48 *Tutor male, & nulliter alienando bona pupilli an, & quando transferat poſſeſſionem, ita vt pupillo competere poſſint remedia poſſeſſoria, & num. 52. & 55.*

49 *Tutor non ſibi poſſidet, ſed pupillo.*

50 *Tutor per actum fictum, prout ſunt aſpectus, vel conſtitutum non transfert poſſeſſionem bonorum pupilli.*

51 *Intellige pupillo impugnante contractum, ſecus illo tacente.*

52 *Tutor per actum verum, prout eſt traditio, transfert poſſeſſionem bonorum pupilli.*

53 *Tutor quando dicatur ſpoliare pupillum.*

54 *Tutor adminiſtrans tanquam Tutor habetur loco domini.*

55 *Tutor, cui cum tutela non fuit decreta adminiſtratio bonorum poſſeſſionem non transfert.*

1 QVOAD manutentionem, dic illicitam eſſe inconſtantiam, Abb. *in cap. Sollicitè, de reſtit. ſpoliat.* Poſth.
de manut. obſeruat. 57. ſub num. 36. Duran.
2 *deciſ.* 158. ratio eſt, quia per renunciatio-
nem amiſſa eſt poſſeſſio, vel quaſi, ideò
3 ad iura renunciata non datur regreſſus,
*l. quæritur, §. Si venditor, ff. de ædilit. edict. cap.
Ex transmiſſa, de renunc.* quæ concluſio pro-
4 cedit non ſolùm, ſi eſſet renunciatum
poſſeſſioni, vel quaſi, ſed ſi renunciatum
eſſet dominio rei, Hortoman. Det. *dicta l.
naturaliter, §. Nihil commune num. 10. ff. de
acquir. poſſeſſ.* Duran. *dicta deciſ. 158. num. 5.*
5 ſicuti exceptio defectus dominij probata
ex notoria renunciatione obſtat agenti
interdicto recuperandæ, *cap. 3. de reſtitut.
ſpoliat.* Menoch. *remed. 1. recuper. quæſt. 27.
num. 297.* Duran. *dicta deciſ. num. 6.*
6 Secundò habet locum, etiamquod re-
nunciatio poſſeſſionis ſit meticuloſa, quia,
7 cum per renunciationem metu factam,
amittatur poſſeſſio, *l. 3. §. Si quis nunciet, ff.
de acquir. poſſeſſ.* Poſth. *ſupra alleg. ſub dicto
num. 36.* Abb. *in cap. Super hoc, de renunciat.*
8 meritò ceſſat inconſtantia, niſi prius præ-
cedat particulare iudicium ſuper reſciſ-
ſione, vel ſententia declaratoria ſuper nul-
litate renunciationis, Pariſ. *conſ. 5. nu. 179.
vol. 4.* Menoch. *recuper. remed. 1. num. 103.*
Duran. *dicta deciſ. 158. ad fin.*
Tertiò, habet locum concluſio non ſo-
9 lùm in expreſſa renunciatione, ſed etiam
in tacita, hoc eſt ſi quis habuerit ſe pro
ſpoliato, nam tunc inconſtans eſſe nequit
petendo manutentionem, *l. clam poſſidere,
§. Qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſione,*
Bartol. *in l. 2. num. 10. C. de ſeruit. & acqu.*
Faber. *in §. retinendæ, inſtitut. de interdict.*
Couuarr. *pract. cap. 17. num. 3.* Boccac. *de
manut. cap. 3. num. 9.* Mareſcott. *var. lib. 2.
cap. 64. num. 8. ad fin.* Rota *in pluribus deciſ.*
Caputaq. *deciſ. 43. lib. 2. in manuſcript. &
deciſ. 704. la 2. par. 1. in recent. & deciſ. 561.
num. 4. eadem par. 1.* Seraphin. *deciſ. 1417.
num. 3.* Buratt. *deciſ. 169. num. 12.* & ibi
Addent. *& deciſ. 26.* Poſth. poſt hæc ſcripta
viſus *in tract. de manut. obſeru. 57. num. 1.
& 44.* vbi alias deciſ. allegat.
10 Sed hoc intellige, quando quis ſimpli-
citer habet ſe pro ſpoliato, & pro tali pe-
tijt reſtitui, Seraphin. *d. deciſ. 1417. num. 3.*
Buratt. *deciſ. 269. num. 4.* vbi alias deciſ.
allegat, & ibi Addent. Mareſcott. *var. dicto
cap. 64. num. 7.* Bichius *deciſ. 428. num. 5.*
Secus autem quando ille, qui habet ſe pro
ſpoliato, & petijt reſtitui, & reintegrari,
animo retinuit ciuilem poſſeſſionem,
quia tunc videtur ſolùm fateri ſe ſpolia-
tum naturali poſſeſſione occaſione turba-
tionum, & moleſtiarum in ea illatarum,
& ideo ei competit reintegratio reſpectu
naturalis, manutentio verò reſpectu ciui-
lis, quam animo retinuit, Gloſs. *in l. clam
poſſidere, §. qui ad nundinas, in verb. clam, ff.
de acquir. poſſeſſ.* & ibi Bartol. *in fin.* Angel.
num. 4. Caſtren. *num. 7. verſ. 4. articulus,*
Alex. *num. 17.* Iaſon. *num. 61. & 62.* Gloſs.
in l. 1. §. interdictum, & ibi Bartol. *ff. uti poſſi-
detis,* Menoch. *retin. remed. 3. num. 22. &
ſeq. & num. 506.* de communi Lanfranc.
Balb. *deciſ. 490.* Addit. ad Papien. *in for.
libell. pro turbat. poſſeſſ. in verb. ad ceſſandum,
& deſiſtendum,* Put. *deciſ. 409. lib. 2. in correct.*
Rota *in pluribus deciſ.* regiſtratis *in deciſ.*
Buratt. 269. *nu. 2.* & ibi Adden. Greg. XV.
deciſ. 555. Rota *deciſ. 560. par. 14. & 69.
par. 2. in recent. num. 10.* Natt. *conſ. 572.
num. 21.* Surd. *conſ. 160. num. 72.* Poſth. *dicta
obſeru. 57. num. 82.* Otthob. *deciſ. 121. num. 6.*
Coccin. *deciſ. 494. num. 6. & 7.* Rota *in
Calaguritana Archidiaconatus de Berberiego,
Veneris 16. Ianuarij 1671. coram bonæ mem.
Priolo, §. Comprobatur.*
Ratio eſt, quia petitio reintegrationis
eſt dubia, & æquiuoca, cum poſſit referri
ad ſolam naturalem, ideò in dubio ad
11 eam ſolam referri debet, petitio enim
tanquam ſpecies confeſſionis interpre-
12 tanda eſt ad fauorem confitentis, *l. ſi quis
incutioni, ff. de iudic.* Roman. *conſ. 455. nu. 4.
& 6.* Mohedan. *deciſ. 2. de reſtitut. ſpoliat.*
Rota *deciſ. 561. num. 6. par. 1. in recent.*
13 Tum etiam quia eſſet abijcere pro-
prium ius, quod non præſumitur quis
velle facere, ſed imò quanto magis po-
teſt conſtans conſeruare ad not. *in l. cum
de indebito, de probat.* Rota *dicta deciſ. 561.
num. 7.*
14 Tum denique, quia actus eſt iudicialis,
qui cum de ſui natura ordinatus ſit ad ac-
quirendum, ſemper fit interpretatio ad
fauorem petentis, & propterea, licet in
15 contractibus fiat interpretatio contra
eum, qui potuit clarius loqui *l. veterib.* &

ibi Bartol. *num.2. ff. de pact.*

16 Hoc tamen non procedit in libellis, & petitionibus iudicialibus, *l. inter ſtipulantem, §. Si Stichum, ff. de verb. oblig.* Bald. *conſ.* 489. *num.3. in fin. vol.3.* Caſtren. *conſ.* 199. *num.4. lib.2.* Roman. *conſ.* 136. *in principio,* Ægyd. *deciſ.* 733. *in fin.* Rota *dicta deciſ.* 561. *num.3. par.1. in recent.*

17 In dubio autem ſemper præſumendum eſt, quod quis voluerit ſuam poſſeſſionem ciuilem retinere ex illa regula, quod quis
18 præſumitur facere, & velle, quod eſt ſibi vtilius, *l. 1. & 2. ff. de ſolut.* Bart. *in l. gerit num.21. ff. de acquir. hæred.* Crauett. *conſ.* 106. *num.* 9. Greg. XV. *deciſ.* 307. *num.* 11.

19 Sed cum retentio poſſeſſionis conſiſtat in animo, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir.*
20 *poſſeſſ.* Animus verò ex factis declaretur Mantic. *deciſ.* 313. *num.* 2. Poſth. *de manut. obſeru.* 57. *num.* 62. vbi plures Rotales deciſiones, ideò ex circumſtantiis facti tam ante, quàm poſt motam litem colligendis decidendum erit, an qui petiit reintegra-
21 tionem animo retinuerit ciuilem poſſeſſionem, nec ne, itaut illa petitio reintegrationis ad ſolam naturalem poſſeſſionem ſit referenda, Rota *deciſ.* 644. *par.* 1. *in recent.* Caualer. *deciſ.* 531. *num.* 5. Beltramin. *ad Gregor. deciſ.* 555. Ferentill. *ad deciſ.* 269. *Buratt.* Duran. *deciſ.23. num.17.*

22 Animus verò retentionis ciuilis poſſeſſionis in eo, qui aſſerit, ſe ſpoliatum, colligitur, ſi dixit, ſe de facto ſpoliatum fuiſſe, & petijt remoueri turbationem de facto illatam, Buratt. *dicta deciſ.* 269. *nu.*4. & ibi Addent.

23 Secundò colligitur, ſi, qui petit reintegrari, petit etiam manuteneri, quia tunc, vt ſaluetur libellus, debet intelligi reintegratio reſpectu naturalis, de manutenendo verò reſpectu ciuilis poſſeſſionis, Caſtren. *conſ.* 234. *num.* 1. *vol.* 2. Natt. *conſ.* 572. *nu.* 21. Surd. *conſ.* 160. *num.* 72. Buratt. *d. deciſ.* 269. *num.* 3.

Sine manutentio petita ſit in libello, ſiue in commiſſione, vt de petita manutentione in commiſſione dixit Rota in pluribus deciſionibus relatis ab Addent. ad Buratt. *dicta deciſ.* 269. *ad fin.*

24 Eo maximè ſi in petita reintegratione addatur clauſula *quatenus opus ſit*, quia tunc non cenſetur amiſſa ciuilis poſſeſſio, Altograd. *conſ.* 74. *num.* 1. *lib.* 2. Dunoz. iun. *deciſ.* 799. *nu.* 8. Greg. XV. *deciſ.* 546. *num.* 14. & *deciſ.* 555. *num.* 2. Addent. ad Buratt. *dicta deciſ.* 269. *num.* 6. Rota *in Toletana Parochialis* 31. *Ianuarij* 1625. *coram Dunozetto ſen. quæ eſt inter eius impreſſ. deciſ.* 342. *num.* 8.

25 Idem dicendum eſt, quando quis petit immitti, & manuteneri, quia intelligitur diuerſis reſpectibus nempe immitti reſpectu naturalis, manuteneri reſpectu ciuilis, Surd. *dicto conſ.* 160. *num.* 72. Rota *deciſ.* 560. *par.* 1. *in recent.* Coccin. *deciſ* 494. *num.*6. Addent. ad Buratt. *dicta deciſ.* 160. *num.* 19. optimè Rota coram Bichio *deciſ.* 600. *num.* 8. & 9. vbi de eo, qui petiit immitti
26 cum præſeruatiua cuiuſuis poſſeſſionis tam ciuilis, quàm naturalis, eamque continuando.

27 Tertiò, colligitur animus retinendi poſſeſſionem ciuilem, ſi poſt petitam reintegrationem quis faciat actus poſſeſſorios, vt benè declarat Rota *deciſ.* 649. *num.* 9. & 10. *par.* 2. *recent.*

28 Quartò animus, non habendi ſe pro ſpoliato elicitur, quando verba, quæ ſonant in ſpolium, ſint turbida, & obſcura, Rota *deciſ.* 366. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 396. *par.* 3. & *deciſ.* 427. *eadem par.* 3. Poſth. *de manut. d. obſeru.* 57. *num.* 90. & 95.

Et ſupradicta tanto magis procedunt, quando petitio reintegrationis, ſiue alius
29 actus declaratiuus voluntatis, ſeu animi non poſſidendi fieret à Procuratore ad hoc non habente ſpeciale mandatum, Greg. XV. *dicta deciſ.* 546. *nu.* 13. & melius *deciſ.* 268. *num.*6. Rota *deciſ.* 268. *nu.*2. *par.*4. *recent.* Poſth. *d. obſeru.* 57. *num.*46. Ratio eſt,
30 quia amiſſio poſſeſſionis pendet ab animo, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. poſſeſſ.* Mantic. *deciſ.* 20. *num.* 2. Bichius *deciſ.* 630. *num.* 6. ideò non poteſt declarari per Pro-
31 curatorem non habentem ſpeciale mandatum, Alex. *conſ.* 78. *num.* 14. *lib.* 5. Natt. *conſ.* 230. *num.* 8. Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 12. *lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 168. *par.* 1. Gregor. XV. *dicta deciſ.* 268. *ad fin.* Rota *dicta deciſ.* 268. *par.*4. *recent. num.* 2. Bichius *d. deciſ.* 600. *num.* 12. Rota *in dicta Calaguritana Archidiaconatus de Berberiego Veneris* 16. *Ianuarij* 1671. *coram bonæ mem. Priolo*, §. *Comprobatur*.

32 Nec ab eo poteſt fieri actus talis, ex quo poſſit inferri, quod Principalis habuerit ſe pro ſpoliato, Gregor. XV. *dicta deciſ.* 545. Addent. *ad eundem Gregor. dicta deciſ.* 268. *num.* 13. Seraph. *deciſ.* 769. Imò
33 eius confeſſio poteſt reuocari etiam non docto de errore, Rota *dicta deciſ.* 268. *nu.* 2. vbi aliæ Rotales deciſiones referuntur *par.*4. *recent.* Coccin. *deciſ.* 452. Poſth. *dicta obſeru.* 57. *num.*47.

34 Et licet Principalis proſequeretur iudicium à Procuratore inceptum, ſi tamen non conſtat de eius ſpecifica ſcientia præiudicij, non cenſetur facta ratificatio, Rota *dicta deciſ.* 268. *num.* 2. Poſth. *loco cit. num.* 47. *in fin.* Secus eſſet, ſi ſcienter rati-
35 ficaſſet, & approbaſſet acta Procuratoris, & confeſſiones ipſius, ſeu ſententiam ab eo obtentam ſuper ſpolio, Gregor. XV. *d. deciſ* 546. *nu.* 14. Quæ omnia procedunt, ſiue ſimus in corporalibus, ſiue in incor-
36 poralibus, in quibus datur etiam duplex poſſeſſio, ciuilis ſcilicet, & naturalis, Bartol. *in l. 1. num.* 12. *verſ. contrarium, ff. de*

Digitized by Google

acquir. poſſeſs. Guidopap. *deciſ.*629. *num.*14. Rota *deciſ.* 649. *num.* 10. *par.* 2. *recent.* Viuian. *de iurepatron. deciſ.*86. *in fin.*

37 E contrario pariter apparebit ex conie- ctnris, qnem ſe habere pro ſpoliato, itaut inconſtans non poſſit redire ad manuten- tionis iudicium, vtputa ſi ſimpliciter pe-
38 tiiſſet reintegrari narrando actum poſiti- uum ſpoliationis, vt fuit dictum *in Romana Domorum* 22. *Iunij* 1616. *coram Vbaldo ſen. quæ eſt inter eius impreſſ. deciſ.* 351. *nu.*2. & 3. Addent. ad Gregor. XV. *d. deciſ.*555. *num.* 11.

39 Vel ſi ſimpliciter petat immitti, quia fatetur non poſſidere, Buratt. *deciſ.* 160. *num.*4. cum alijs per Addent. *ad d. deciſ.*160. *num.*17. Bichius *deciſ.* 630. *num.* 5. & eiui-
40 lem, quam habet, perdit Mantic. *deciſ.*20. *num.* 2. *penès* Gatz. *par.* 6. *cap.* 2. *num.*124. Gregor. XV. *deciſ.*46. *num.*4. Caualer. *deciſ.* 534. *num.*6. Addent. ad Buratt. *d. deciſ.*160. Bichius *dicta deciſ.*630. *num.*5.

41 Secus autem ſi petiiſſet, ſe immitti in genere in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum, quia non intelligitur amiſiſſe poſſeſſionem eorum, de quibus poſſeſſionem habet, Duran. *deciſ* 269.

42 Secundò, quando quis pateretur immiſſionem Aduerſarij, quamuis nullam, & attentatam cedendo liti, & bonam fidem agnoſcendo, Rota *deciſ.*644. *num.* 6. *par.*1. *recent.* imò iſto caſu ſufficit, quod quis ſuſpicetur ſe poſſe repelli, Mohed. *dec.*84. Rota *deciſ.*641. *num.*7. *par.*1. *diuerſ.*

43 Tertiò, colligitur animus non poſſidendi, quando à mandato de manutenendo non fuerit appellatum, vel alias appellatio non proſecuta, quia ex huiuſmodi acquie-
44 ſcentia, & patientia videtur amiſſa poſſeſſio, Bart. *in l.* 1. §. *huius autem num.*3. *verſ.*2. *ff. vti poſſid.* Bald. Alex. & alij *in l. ſi duo*, §. *Si fortè*, *ff. de acquir. poſs.* Bald. *de præſcript. par.* 4. 3. *par. princip. quæſt.* 5. *num.* 4. Rip. *in l. quo minus num.* 133. *ff. de Flumin.* Natt. *conſ.* 522. *num.* 16. Rota *deciſ.* 712. *par.* 4. *diuerſ. num.* 4. & *deciſ. Camerinen. Penſionis coram Gypſio* penès Marcheſ. *de comm. par.*2. *ſuper attentatis tom.* 2. *num.* 11. *pagin.* 38. Rota poſt Poſth. *de manutent. deciſ.* 469. *num.* 11.

45 Daretur tamen inconſtantia in Prælato, qui licet habeat ſe pro ſpolatio, nihilominus ſi agat nomine Eccleſiæ, & non pro-
46 prio poterit manutentionem petere, cum non poſſit Prælatus præiudicare Eccleſiæ, nec etiam in poſſeſſione, Seraphin. *deciſ.* 1417. *n.*3. latè *in Theatina Iuriſdict. S. Ioann. Veneris* 10. *Maij* 1621. *coram bonæ memor. Coccino*, & in plnribus alijs deciſ. relatis à Poſthio *d. obſeruat.*57. *nu.*102. & præſertim in illis *Colimbrien. præſtimoniorum coram Dunoz. deciſ.*327. *num.*15. & *deciſ.*330. *num.*20. & *inter eius impreſſ. deciſ.*231. & 252. & *in illa Sabinonen. Syluæ coram Emin. Panzirolo*, *penès eundem* Poſthij *tractat. deciſ.*469. *nu.*12. & 16. idem Poſthius *vt ſupra*, vbi ampliat in Eccleſia contra aliam Eccleſiam, Rota *poſt eundem tract. deciſ.*518. & 631.

47 Quemadmodum etiam Rectori nomine Eccleſiæ competit reintegratio, quamuis ceciderit à poſſeſſione proprio facto, Caputaq. *deciſ.*170. *par.*3. Rota *penès Marcheſ. to.*1. *fol.*103. & *deciſ.*473. *num.*2. *par.*2. *in recent.* Addent. ad Gregor. XV. *deciſ.* 116.

48 Diuerſum tamen eſt reſpectu pupilli, quia Tutor poteſt præiudicare pupillo in poſſeſſione etiam malè, & nulliter alienando, ideo nec pupillo competit retentio, nec manutentio, Rota *deciſ.*93. *par.*2.
49 *diuerſ. per totam*, ratio eſt, quia licet tutor non ſibi, ſed pupillo poſſideat, *l. quamuis*, §. 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Rota *in Romana Domus Lunæ* 18. *Februarij* 1669. *coram b. m. Benilaqua*, §. *Reſpectu verò*, nec poſſit per actum fictum poſſeſſionem transferre in
50 præiudicium pupilli, vtputa per aſpectum, conſtitutum, vel alium ſimilem, Doctor. *in l.*1. *in princ. ff. de acquir. poſſeſs.* Tiraquell. *de conſtit. limit.*15. *par.*3. Dunoz. iun. *dec.*171. *num.*7. vbi hoc procedere volente pupillo,
51 & eo impugnante contractum, & dante de illius nullitate, ſecus verò illo tacente, ex Tiraquell. *d. limit.*15. *num.*3. *verſ. tamen ſi Tutor*.

Benè tamen poteſt Tutor transferre per actualem traditionem, & ſic per actum verum, Alex. *in dicta l.*1. *nu.*90. Rip. *nu.*67. Ruin. *in vltimis verbis*, Socein. iun. *nu.*462. Rot. *dicta deciſ.* 93. *num.* 10.

Cauendum eſt igitur à Menoch. *de recup. remed.*15. *n.*191. & à Neuizan. *conſ.*85. *n.*13. & à Natt. *conſ.* 162. *nu.*24. *lib.*1. qui tenue-
52 runt, pupillo competere remedium *Canon. reintegr.* pro re ſua nulliter, & ſine ſolemnitatibus alienata, quia Menoch. & Neuizan. mouentur auctoritate Alexan. *conſ.* 1. *ad fin. lib.* 4. qui id non dicit Natta verò loquitur incidenter, vt benè aduertuit Rota *dicta deciſ.*93. *num.*14.

Pariter cauendum eſt à Beroio *conſ.* 48. *num.*14. & 15. *lib.*3. & à Rolando *conſ.* 60. *num.*21. *lib.*4. quia iſti fundantur in auctoritate Alex. *in l.* 1. §. *Si vir vxori*, *ff. de acquir. poſſeſſ. num.*4. qui tenet contrarium, vt dicit Rot. *dicta deciſ.*93. *num.* 14.

Pariter explicandus eſt Textus *in l. qui fundum*, §. *Si Tutor*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi dicitur, Tutorem ſpoliare pupillum, ibi,
53 *nam cum pupillum ſpoliat*; Quia ille Textus loquitur, quando Tutor ſubripit rem pupilli, & ita eum ſpoliat tanquam fur, & extraneus, non vti Tutor, vt bene illum Textum explicat Syllueſt. Aldobran. *in* §. *fin. inſtit. de auct. Tut.* Rota *d. deciſ.* 93. *num.* 12. Secus autem, quando actus geritur à

54 tur à Tutore tanquam à Tutore, licet malè, quia tunc adminiſtrat, & loco domini habetur, *dicto §. Si Tutor, & l. interdum la 2. §. Qui Tutelam, ff. de furt.* Rota *dicta deciſ. 93. num. 13.* & tunc de mala adminiſtratione tenetur actione tutelæ, Rota *vt ſupra*.

55 Quæ tamen omnia intelliguntur, quando cum tutela decreta eſt adminiſtratio bonorum, ſecus tamen, ſi non conſtaret de adminiſtratione decreta, quia tunc Tutor poſſeſſionem non transfert, Seraphin. *deciſ. 135. num. 3. & deciſ. 439. par. 1. diuerſ.*

QVÆSTIO XVIII.

ARGVMENTVM.

An detur inconſtantia, & variatio in Reo circa exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Reus propoſita vna exceptione poteſt inconſtans ad aliam conuolare.*

2 *Quid ſi exceptiones eſſent contrariæ, & numer. ſeq.*

4 *Homicidium negans, & de eo conuictus poteſt conuolare ad exceptionem quod ad ſui defenſionem id fecerit.*

5 *Titulus duplex puta iuris communis, & priuilegij, vel priuilegij, & præſcriptionis poteſt à reo pro ſua defenſione allegari.*

6 *Maxime in Beneficialibus.*

7 *Multiplicatio titulorum, etiam à diuerſis Collatoribus prouenientium in beneficialibus admittitur.*

8 *Reus producens titulum inualidum non poteſt inconſtans conuolare ad titulum validum.*

9 *Tituli inualidi productio facit ceſſare præſumptionem melioris.*

10 *Exceptiones diuerſæ, & plures poſſunt à reo deduci etiam in gradu appellationis.*

11 *Exceptiones contrariæ per quarum alteram actor grauatur iure probandi an ſimul opponi poſſint.*

12 *Numerationem pecuniæ negans an ſimul poſſit excipere de ſolutione.*

13 *Vnica exceptione non poteſt reus contraria deducere.*

14 *Exceptiones contrarias permittitur reo ſimul allegare, non autem probare.*

15 *Exceptiones contrarias poteſt reus proponere conditionaliter, & ſucceſſiuè non vno, & eodem tempore.*

16 *Exceptiones contrarias deducere non poteſt reus quando lex reſiſtit.*

17 *Reus, qui ſuccubuit in vna exceptione, quam propoſuit volens tranſire ad aliam, tenetur ad expenſas reſpectu exceptionis, in qua ſuccubuit.*

DIC, licitam eſſe inconſtantiam, &
varietatem in Reo excipiente, qui
propoſita vna exceptione ad aliam
1 conuolare poteſt, *l. nemo, ff. de except.* &
ibi Gloſs. *cap. Nullus pluribus, de reg. iur.*
in 6. Bertrand. *conſ. 190. vol. 1.* Gabriel *de*
act. concluſ. 1. num. 10.

2 Et hoc dictum procedit etiamquod ex-
ceptiones eſſent contrariæ, Gloſs. *in cap. 1.*
verſ. ad hoc dico 13. quæſt. 2. Gloſs. *in regul.*
nullus, in verb. defenſionibus, de reg. iur. in 6.
& ibi Soccinus *in principio,* Aret. *in §. actio-*
num col. 7. verſ. non eſt neceſſarium, Inſtitut.
de action. Canoniſtæ *in cap. Imputari, de fid.*
inſtrum. cum alijs, quos adducit Gabriel
d. concluſ. 1. num. 11. Cagnol. *in l. nemo ex*
ijs, num. 3. ff. de reg. iur. Quod tamen de-
3 clara ſecundum Bellamer. *in dicto cap. im-*
putari num. 19. vt procedat in contrarietate
iuris, non autem in contrarietate facti per
exempla ab eo relata, latè Cagnol. *dicta l.*
nemo ex ijs, num. 9. Et propterea infertur,
quod, ſi quis prius negauerit occidiſſe
4 hominem, demum conuictus de homici-
dio poſſit conuolare ad aliam exceptio-
nem, nempe occidi ad meam defenſionē,
Bart. *in l. cum de indebito, in principio, ff. de*
probat. & in Auth. *contra qui propriam,*
in fin. verſ. & per hoc dico, C. de non numer.
pecun. cum alijs per Gabrielem *loco citato*
num. 11. verſ. hinc infertur, latè Farinacc.
de Reo confeſſo, & conuicto quæſt. 81. cap. 4.
num. 119.

Secundò, infertur quod quis poteſt du-
plici titulo ſe defendere, & iuuare, puta
5 iure communi, & priuilegio, vel duplici
titulo, priuilegio ſcilicet, & præſcriptio-
ne iuuari, Franch. *d. cap. Nullus pluribus, de*
reg. iur. in 6. Gemin. *in cap. perſona, de pri-*
uileg. in 6. Felyn. *in cap. Paſtoralis colum. 5.*
de except. Dec. *conſ. 55 col. 3.* Cagnol. *in*
in dicta l. nemo ex ijs, num. 8. Pariſ. *in cap.*
Cum veniens, num. 11. & 12. de præſcript.
Rota *deciſ. 438. numer. 16. poſt tractatum*
Poſthij *de manut. & deciſ. 491. nu. 6. par. 3.*
recent.

6 Maximè in Beneficialibus, *cap. poſt ele-*
ctionem, de conceſs. præbend. Caſſad. *deciſ. 3.*
in fin. de cauſ. poſſeſs. & propriet. Rota ſæ-
piſſimè, vt *in deciſ. 489. in fin. par. 2. recent.*
& deciſ. 622. numer. 2. par. 4. deciſ. 90.

par. 11. *num.* 2. *decif.* 290. *num.* 5. *par.* 12. *recent.* vbi de multiplicatione titulorum
7 etiam à diuerſis Collatoribus prouenientium.

8 Quæ concluſio habet locum, quando tituli ſunt ambo validi, ſecus ſi vnus ſit inualidus, & alter validus, ſi enim inualidus à Reo produceretur, non poſſet poſtea inconſtans conuolare ad titulum validum, Rota *decif.* 578. *num.* 3. *verſ. quia reſpondetur, par.* 3. *recent.*

9 Aduerte tamen, quod productio tituli inualidi facta à Reo facit ceſſare præſumptionem melioris tituli, Rota *par.* 10. *recent. decif.* 336. *num.* 30. Roxas *decif.* 80. *num.* 7. *cum ſeqq. & decif.* 99. *num.* 11. Dunoz. iun. *decif.* 905. *num.* 8.

10 Procedit non ſolùm in prima inſtantia, ſed etiam in cauſa appellationis, Soccinus *in l. is, qui, ff. de except.* Cagnol. *in dicta l. nemo ex ijs, ff. de reg. iur. num.* 4. *in fin.*

11 Illicita autem erit inconſtantia in Reo exceptiones contrarias proponente, ſi grauaret Actorem onere probandi, vt ſi negaret pecuniam eſſe numeratam, & demum diceret ſoluiſſe, nam iſtæ exceptiones ſimul proponi non poſſunt, Bart. *dict. l. nemo,* Franch. *d. cap. nullus,* Cagnol. *d. l. nemo num.* 14. & ibi Soccin. Felynus *in d. cap. Paſtoralis,* & alij, quos allegat
12 Gabriel *loco citato num.* 17. quamuis contrarium teneat Dec. *d. l. nemo,* quem tamen reprobat Cagnol. *vbi ſupra.*

13 Secundò, illicita eſt in Reo inconſtantia, ſi in vna exceptione proponeret contraria, *l.* 2. & ibi Angel. *ff. quando appell. ſit,* Dec. *d. l. nemo,* & ibi Cagnol. *num.* 13. Gabriel *loco cit. num.* 16.

14 Tertiò, illicita erit inconſtantia in Reo, ſi vellet contrarias illas exceptiones probare, nam licèt admittatur ad eas allegandas, non tamen admittitur ad illas probandas, Soccin. *d. l. nemo in principio,* & ibi Cagnol. *num.* 12. Felyn. *d. cap. Imputari, verſ. quinta declaratio, de fid. inſtrumen.* cum alijs per Gabrielem *loco cit. num.* 15.

15 Quartò, illicita erit inconſtantia, ſi exceptiones contrarias Reus vellet vno, & eodem tempore proponere, debet enim illas vel conditionaliter, vel ſucceſſiuè proponere, Cardin. *d. cap. Imputari, de fid. inſtrum.* Felyn. *d. cap. Paſtoralis num.* 5. *de except.* Dec. *d. l. nemo,* cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 19. *&* 20.

16 Quintò, illicita eſt inconſtantia in Reo proponente contrarias exceptiones, quando lex reſiſtit, Cagnol. *d. l. nemo, num.* 15. latè Gabriel *loco cit. num.* 21. *&* 24.

17 Declara tamen, quod licèt Reo permittatur inconſtantia, ſi tamen in vna exceptione ſuccubuit, & vult tranſire ad aliam, non euitat condemnationem expenſarum reſpectu exceptionis, in qua ſuccubuit, Bertrand. *conſ.* 383. *num.* 3. Gabriel *loco cit. num.* 23.

QVÆSTIO XIX.

ARGVMENTVM.

An licita ſit variatio Actori in libello, & quando Actor poſt litem conteſtatam poſſit inconſtans liti renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Libellum mutare, vel emendare poteſt Actor inconſtans vſque ad litem conteſtatam.*
2 *Quæ de emendatione libelli dicuntur, habent etiam locum in illius mutatione.*
3 *Litis ante conteſtationem non dicitur quis agere, ſed velle agere.*
4 *Lis non dicitur ſubeſſe, niſi ſit conteſtata.*
5 *Actor, & Reus non dantur ante litem conteſtatam.*
6 *Actor, qui iurauit velle in priori actione perſiſtere adhuc mutare, & emendare poteſt libellum ante litem conteſtatam.*
7 *Hæres libellantis ante litem conteſtatam mutare, & emendare poteſt libellum.*
8 *Hæres an poſſit declarare libellum à defuncto porrectum.*
9 *Periculum cauſæ introductæ à defuncto totum tranſit in hæredem.*
10 *Facultas declarandi competens defuncto quando in hæredem tranſeat.*
11 *Arbitrium morte finitur.*
12 *Procurator an, & quando declarare poſſit voluntatem principalis.*
13 *Procurator poteſt declarare, & emendare libellum ante litem conteſtatam.*
14 *Procurator in vtilitatem principalis poteſt ex mandato generali gerere, quæ requirerent mandatum ſpeciale.*
15 *Libellum ante litem conteſtatam an ſemel tantùm, vel etiam pluries mutare, & emendare liceat.*
16 *Dedecori proximum eſt ſæpius in vna cauſa variare.*
17 *Iudicis arbitrio remittitur an ſæpiùs liceat libellum mutare, vel emendare.*
18 *Æquitate ſuadente etiam poſt litem conteſta-*

Digitized by Google

tam poteſt Iudex pro eius arbitrio admittere mutationem, & emendationem libelli.
19 *Partibus conſentientibus Iudex poteſt admittere libelli mutationem, & emendationem etiam poſt litem conteſtatam.*
20 *Mutatio libelli non admittitur niſi refectis expenſis.*
21 *Quid ſi partes conſentiant mutationi.*
22 *Libelli mutatio, ſeu emendatio admittitur in cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus.*
23 *Quid ſi in criminalibus emendatio, ſeu mutatio libelli ſaperet deſiſtentiam ab accuſatione.*
24 *Accuſator non poteſt inconſtans ab accuſatione deſiſtere.*
25 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione punitur pœna Turpiliani.*
26 *Actor, cui fuit præfixus terminus ad proponendam actionem non poteſt mutare, vel emendare libellum etiam ante litis conteſtationem.*
27 *Quid in accidentalibus.*
28 *Libellus nec mutari, nec emendari poteſt etiam ante litem conteſtatam, quando ex eo fuit parti quæſitum ius.*
29 *Per productionem libelli aduerſus tranſactionem iuramento firmatam dicitur quæſitum ius parti.*
30 *Pœnitentia ſera periurij labem non detergit.*
31 *Confeſſio emiſſa in libello an, & quando poſſit per Actorem reuocari ante litem conteſtatam.*
32 *Libellus porrectus coram Iudice habente iuriſdictionem limitatam in certis cauſis ante litem conteſtatam mutari non poteſt, vel emendari.*
33 *Libellus generalis, & incertus admittitur parte non opponente.*
34 *Tam in iudicio ordinario, quàm in ſummario.*
35 *Quid ſi producatur coram Iudice habente iuriſdictionem limitatam.*
36 *Libellum in cauſa appellationis an, & quando mutare, vel emendari liceat.*
37 *Probationes in gradu appellationis coadiuuare permiſſum eſt.*
38 *Libelli mutatio, vel emendatio poſt litem conteſtatam illicita eſt.*
39 *Clauſula* Saluo iure addendi, & minuendi *appoſita in libello an ſuffragetur, vt poſt litem conteſtatam mutari, vel emendari poſſit, & num.* 41.
40 *Proteſtatio nil operatur, quando tempus eſt taxatum à lege.*
42 *Libelli mutatio, vel emendatio poſt litis conteſtationem non admittitur, quamuis partes conſentiant.*
43 *Litis conteſtatio, vel alij actus ſubſtantiales iudicij non poſſunt tolli partium conſenſu.*
44 *Conſenſus partium nil valet in his, quæ à iuris definitione ſubſtantiam capiunt.*
45 *Libelli mutatio, vel emendatio poſt litem conteſtatam an ſit illicita tam in iudicio vniuerſali, quàm in particulari, & num. ſeqq.* De Inconſtantia in Iudicijs.
46 *Petitionis hæreditatis iudicium vniuerſaliter intentatum competit pro omnibus, quæ extabant apud Reum conuentum de tempore executionis, quamuis ad eum peruenerint poſt cauſæ introductionem.*
47 *Libelli mutatio, vel emendatio non eſt neceſſaria in generali iudicio petitionis hæreditatis pro rebus peruentis ad Reum conuentum pendente lite, & de ratione.*
48 *Iudicio petitionis hæreditatis reſtricto ad certam rem particularem an poſſit poſt litem conteſtatam, variari, vel emendari libellus pro alijs rebus.*
49 *Hæres inſtitutus in re certa, & eandem certam rem petens in iudicio petitionis hæreditatis poſt litem conteſtatam non poteſt declarando, ſeu mutando libellum aliam rem petere.*
50 *Actor petens partem, ſeu dimidiam hæreditatis non poteſt poſt conteſtatam litem variare libellum, & petere totam hæreditatem.*
51 *Quid ſi portio non petita ſuperueniret poſt litem conteſtatam, & num. ſeqq.*
52 *Portio hæreditatis non petita per cohæredem accreſcit cohæredi petenti portionem ſuam.*
53 *Non tamen ità accreſcit vt cenſeatur comprehenſa in eodem libello, in quo petierat portionem ſuam.*
54 *Libellus ſuper petitione totius hæreditatis conceptus ab hærede, cui competebat illius dimidia conualidatur ſuperueniente ſibi alia portione.*
55 *Hæredibus omnibus petentibus partem ſuam, portio per eorum alterum pendente lite repudiata alteri accreſcit, etiam ad effectum proſequendi litem inceptam.*
56 *Coniunctus dicitur quaſi ſubſtitutus.*
57 *Libellus in iudicio generali reſtrictus ad certam ſpeciem poſt litem conteſtatam, non poteſt emendari per additionem alterius ſpeciei.*
58 *Redditione rationis Tutori, vel adminiſtratori petita de certis effectibus, puta de frumento, non poteſt poſt litem conteſtatam ſuperaddi alia ſpecies in eodem libello.*
59 *Actio generalis poteſt generaliter proponi, & generaliter proſequi.*
60 *Actione generali generaliter propoſita admittitur emendatio libelli.*
61 *Libelli emendatio poſt litem conteſtatam non datur in actione generali ſpecialiter proſecuta.*
62 *Proſecutio iudicij magis attenditur, quàm petitio.*
63 *Iudicium dicitur particulare etiamſi actio ſit generalis, quando illius proſecutio fuit particularis.*
64 *Libellus in actione generali propoſitus ſuper petitione ſingulari, & proſecutio litis pariter ſingularis operantur, quod poſt litem*

conteſtatam illius emendatio non admittatur.

65 *Libellus nullus, vel ineptus poſt litem conteſtatam an mutari poſſit, vel emendari, & num. 66.*

66 *Libellus poſt litem conteſtatam, & quoad acceſſoria, prout ſunt fructus, an mutari, vel emendari poſſit, & num. 70.*

67 *Libellus mutari, vel emendari non poteſt poſt litem conteſtatam in gradu appellationis.*

68 *Libellus poſt litem conteſtatam mutari poteſt quoad acceſſoria, quæ lite pendente contingunt.*

69 *Libellus poſt litem conteſtatam an, & quando mutari poſſit in diminutionem rei petitæ.*

70 *Conteſtatio litis vitioſa non impedit emendationem libelli.*

71 *Libellus incontinenti poſt litem conteſtatam mutari, & emendari poteſt.*

72 *Emendatio libelli poſt litem conteſtatam admittitur in non ſubſtantialibus, ſcilicet ad tollendum verba ſuperflua, vel ad illius nitorem.*

73 *Libelli emendatio poſt litem conteſtatam admittitur, quando aliud pro alio per errorem petitum fuit.*

74 *Libellus productus à Procuratore etiam poſt litem conteſtatam, & non docto de errore, poteſt per principalem mutari, & emendari.*

75 *Articuli per Procuratorem producti prout etiam poſitiones mutari, & emendari poſſunt non docto de errore.*

76 *Libellus ex iuſta cauſa mutari poteſt ſemper, & quandocunque etiam inuito aduerſario, & poſt litem conteſtatam.*

77 *Libellus obſcurus declarari poteſt etiam poſt litem conteſtatam vſque ad ſententiam.*

78 *Declaratio libelli obſcuri nil noui inducit.*

79 *Libelli mutatio etiam poſt litem conteſtatam admittitur per viam renunciationis litis.*

80 *Actor poſt litem conteſtatam an poſſit renunciare inconſtans liti, & cauſæ, refectiſque expenſis à iudicio inconſtans deſiſtere.*

81 *Renunciatio litis admittitur non ſolùm in cauſis profanis, ſed etiam in beneficialibus.*

82 *Procurator habens ſpeciale mandatum poteſt liti renunciare.*

83 *Liti etiam tacitè renunciari poteſt.*

84 *Actus contrarius pendentiæ litis importat illius renunciationem.*

85 *Actus non factus intra terminum à lege, vel Iudice præfinitum indicat, quod litigator recedere velit à iure ſuo*

86 *Renunciatio liti fieri poteſt per quæcunque verba ad illam idonea.*

87 *Verba* nolo amplius ad cauſam venire, *an, & quando importent renunciationem litis.*

88 *Quando dicantur prolata deliberato animo, vel ex calore iracundiæ.*

89 *Facta declarant animum.*

90 *Iurans ſe in termino probatorio à Iudice præfixo nihil probare velle, an, & quando cenſeatur liti renunciaſſe.*

91 *Renunciatio litis facta abſente parte an, & quando valeat.*

92 *Renunciatio litis facta coram Notario non actuario cauſa ſubſtinetur.*

93 *Iudex an poſſit acceptare renuntiationem litis pro parte abſente.*

94 *Iudex non petentibus non accommodat partes ſuas.*

95 *Renunciatio litis facta abſente parte, poſtmodum ea ratificante valida eſt.*

96 *Quid ſi facta ſit præſente parte, & tacente.*

97 *Renuncians liti parte præſente, & non acceptante, vel parte abſente antequam rata habeatur, an poſſit inconſtans pœnitere.*

98 *Renunciatio litis valet etiam non capto iudicio, & de ratione.*

99 *Renunciari poteſt liti ſiue agatur de actione in rem, ſiue in perſonam.*

100 *Renunciatio litis vbi tractatur de actione in rem, valet etiam facta abſente parte.*

101 *Litis renuncians, an, & quando ad illam habere poſſit regreſſum.*

102 *Litis nomine venit inſtantia.*

103 *Litis nomine venit etiam ius inſtantiæ.*

104 *Renuncians liti an poſſit ad illam habere regreſſum, quando pendet à poteſtate Superioris.*

105 *Minor læſus per renunciationem litis, poteſt petere reſtitutionem in integrum.*

106 *Renuncians liti per metum, vel dolo inductus etiam maior in integrum reſtituitur.*

107 *Renuncians liti non poteſt ad illam regredi, quando reſtituendæ litis aliam non deducit cauſam, niſi propriæ voluntatis inconſtantiam.*

108 *Liti renuncians conditionaliter conditione non impleta, poteſt ad illam habere regreſſum.*

109 *Inſtantiæ non autem liti renuncians, poteſt ad litem regredi ſaltem officio Iudicis.*

110 *Ceſſio litis quando importet illius extinctionem maximè in beneficialibus.*

111 *Renunciatio litis, ex qua cauſa facta præſumatur remiſſiuè.*

QVÆSTIO hæc tractatur à Doctoribus *in l. edita, C. de edend.* & ſtatuenda eſt concluſio, libellum
1 poſſe mutari, vel emendari vſque ad litem conteſtatam, Doctores *in dicta l. edita,* vbi Dec. *num.* 28. Caſtrenſ. *nu.* 77. Ripa *nu.* 37. Cagnol. *num.* 67. Bart. *num.* 1. Alex. *nu.* 4. Iaſon *num.* 13. Alciat. *num.* 31. Albericus *num.* 13. Fulgoſ. *num.* 3. Gilkenius *nu.* 13. Felyn. *in cap. Præſentium, num. 27. extr. de teſtibus,* Gail. *obſeru.* 74. *num.* 4. *lib.* 1. Facch. *controuerſ. lib.* 11. *cap.* 100. Menochius latè *de arbitr. caſ.* 176. *num.* 24. Giurb. *deciſ.* 10. *num.* 4. Bellonus *de internall. cap.* 144. *num.* 2. Duran. *deciſ.* 375. *num.* 12.

2 Dixi *mutari, vel emendari*, quia quæ
tradunt Doctores circa emendationem,
habent locum in mutatione, Seiſell. *in
dicta l. edita, num.* 7. Pandus *in pragmat.
diſpendia num.* 123. Borell. *in Summ. deciſ. de
libell. oblat. tit.* 49. *num.* 97. Ratio autem
3 quare in libello detur inconſtantia vſque
ad litem conteſtatam, eſt, quia ante litis
conteſtationem, non dicitur quis agere,
ſed velle agere, *l. amplius non peti, ff. rem
4 rat. hab.* imò nec dicitur ſubeſſe lis, *dicta
l. edita*, ibi *ſpeciem futuræ litis*, nec eo
5 tempore datur Actor, vel Reus, Baldus
in Auth. litigioſam, C. de litigioſ. Menoch.
d. caſ. 176. *num.* 24.
6 Et hæc inconſtantia habet locum,
quamuis Actor iuraſſet, ſe velle in priori
actione perſiſtere, Cagnol. *d. l. edita nu.* 184.
verſ. ampliatur regula multis modis.
7 Proceditque non ſolùm in principali,
ſed in hærede libellantis, qui poterit libel-
lum mutare, quamuis illum declarare non
8 poſſit, vt poſt Aquen. tenet idem Cagnol.
loco citato, Gilkenius *d. l. edita, num.* 28.
Decius tamen *d. l. n.* 50. & Iaſ. *d. §. nihil
commune, num.* 96. non priuant hæredem
9 facultate declarandi libellum, per Text.
in l. ſi quis filio 32. *§. ſi quis plures, ff. de legat.* 1.
vbi hæres in eligendo declarat volunta-
tem defuncti, & per alia iura relata à Gil-
kenio *loco citato, num.* 30. cum enim peri-
10 culum totius cauſæ ad illum tranſeat,
non videtur arcendus à prædicta faculta-
te, *l. hæredem, ff. de regul. iur.* & cum hac
opinione reſidet idem Gilkenius, cui li-
benter ſubſcribo, nam regula illa, quod
facultas declarandi non tranſeat ad hære-
dem, procedit in his, quæ merè ſunt ar-
bitraria Teſtatori, cuius arbitrium morte
11 finitur, non autem in his, quæ poſſunt
dependere ab aliquo alio extrinſeco, quid
enim ſi errore ductus Teſtator libellum
obſcurum, porrexiſſet, ex qua obſcuritate
damnum hæredi inferretur, non videtur
reijcienda hæc facultas declarandi, itaut
illa vti non poſſit vti hæres, ne perma-
neat in damno, quia tunc quaſi iure pro-
prio hæres habet ius declarandi ad notata
per Burgoſ. de Paz. *in relection.* 1. *legis,
Tauri num.* 427. *verſ. nec obſtat*, Caldas
Pereira *de nomin. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 10.
num. 29.
12 Quod dicimus de hærede, idem dicen-
dum eſt de Procuratore; quamuis enim
ius declarandi voluntatem principalis
non tranſeat ad Procuratorem, vt voluit
Bald. *in d. l. edita, num.* 57. Corn. *num.* 20.
Roman. *num.* 8. Iaſon *num.* 26. Cagnolus
num. 130. Hoc tamen procedit, quotieſ-
13 cunque ius Domini efficeretur deterius,
ſecus autem ſi meliorem cauſam Domini
redderet mutando, & emendando, vel de-
clarando libellum, & hanc opinionem
tenet Gilkenius *d. l. edita, nu.* 30. Certum
eſt enim Procuratorem ex ſolo mandato
generali poſſe gerere vtilia pro principali,
14 quamuis etiam ſpeciale requireretur, vt
voluit Anchar. *in cap. qui ad agendum, de
Procur. num.* 3. cum aliis per Rotam *in Ro-
mana, ſeu Veliterna affictus* 28. *Iunij* 1647.
coram clar. mem. Bichio, quæ eſt *deciſ.* 316.
inter eius impreſſas num. 15. & in eadem
cauſa *deciſ* 500. *num.* 28. *coram eodem.*
15 Habetque locum hæc inconſtantia non
ſolùm ſemel, ſed bis, & pluries, vt voluit
Dec. *in d. l. edita num.* 14. Menoch. *dicto
caſ.* 176. *num.* 35. *verſ. ſecunda eſt opinio*,
Bart. *conſ.* 117. *num.* 4. *lib.* 1. Tuſchus *litt. L,
concluſ.* 322. *num.* 25. Ioannes Bolognett.
d. l. edita num. 30. qui tamen opinatus eſt
bis tantùm variationem eſſe permiſſam.
Contrarium quod ſemel tantùm, &
non bis, nec pluries licita ſit inconſtanti,
voluere *in dicta l. edita*, Aretinus *num.* 5.
Bartholom. Soccin. *num.* 5. Corn. *num.* 21.
Purpurat. *nu.* 50. Iaſon *nu.* 27. Alciat *nu.* 54.
Miſinger. *§. ſiu minus num.* 29. *de act.* Bald.
l. fin. ff. de codicill. Felyn. *cap.* 2. *de tregu. &
pac.* & latè probat Menoch. *loco cit. nu.* 35.
Rota *par.* 1. *diuerſor. deciſ.* 256. *num.* 8.
Gilkenius *d. l. edita num.* 22. qui hanc opi-
16 nionem dicit eſſe veram, cum dedecori
proximum ſit ſæpius in vna cauſa variare,
*l. quæ omnia ff. de Procur. cap. Qualiter, &
quando, de accuſat.*
17 Sed dic, vlteriorem inconſtantiam, &
variationem in libelli mutatione, vel
emendatione repoſitam eſſe in arbitrio
Iudicis, ſi inſtam cauſam inconſtantiæ
18 ipſe perpendat, Purpurat. *d. l. edita, nu.* 60.
Coſta *var. iur. ambiguitatum lib.* 1. *cap. vlt.*
Menoch. *d. caſ.* 176. *num. fin.* Gilkenius
d. l. edita, num. 22. *ad finem*, Facchineus
dicto lib. 11. *controuerſ. cap.* 94. *in fin.*
19 Imò in arbitrio Iudicis poſitum eſſe, ſi
æquitas id permittat, puta, ſi partes con-
ſentiant mutationi, etiam poſt litem con-
teſtatam admittere libelli mutationem, &
emendationem, Bald. *in d. l. edita in lectura
Perusina num.* 55. Purpuratus *num.* 313.
Gilkenius *nu.* 313. Marc. Ant. Maceraten.
var. reſolut. reſol. 83. *num.* 7.
20 Et quamuis non admittatur inconſtan-
tia, & variatio in mutatione libelli, niſi
refectis expenſis, Iaſon *l. ſancimus, num.* 14.
C. de iudicijs, & in d. §. nihil commune nu. 69.
Hippolyt. de Marſil. *in l. Patre, vel marito
num.* 73. *ff. de quæſt.* Balb. de Mocrouejo
cap. 1. *de libell. oblat. num.* 30. in caſu tamen
21 *ſupra* tradito expenſæ refici non de-
bent, Baldus, Purpuratus, & Gilkenius
loco cit.
22 Tertiò, habet locum inconſtantia non
ſolùm in cauſa ciuili, ſed etiam in crimi-
nali, Bartolus *d. l. edita, num.* 2. Anan. &
Abb. *dicto cap.* 2. *de libell. obl.* & ibi Felyn.

num. 13. Baldus *in l. accuſationem in fin. C. qui accuſ.* Guazzin. *defenſ.* 3. *cap.* 5. *num.* 2.

23 Quod tamen intellige, niſi emendatio, vel mutatio libelli ſaperet aliquo modo
24 deſiſtentiam ab accuſatione, quia non ſolùm illicita eſſet inconſtantia, ſed Accuſator puniretur pœna Senatuſ-conſulti,
25 Turpil. *de qua in l.* 1. §. *ſi qui autem, ff. ad Turpil.* vt poſt Baldum tenet Felynus *dicto cap.* 2. *num.* 13. *verſ. ſed intellige ſanè*; De qua re quando liceat in Accuſatore inconſtantia, dicemus *infra*.

26 Ceſſabit autem primò inconſtantia etiam ante litem conteſtatam, ſi Actori præfinitum ſit tempus, intra quod actionem proponere debeat, Bart. *dicta l. edita, num.* 3. Alex. *num.* 6. Aret. *num.* 5. Barthol. Soccin. *num.* 6. Bald. *in repet. Paduan. nu.* 17. Corn. *num.* 21. Iaſon *num.* 20. Romanus *num.* 87. Fulgoſ. *num* 3. Purpurat. *num.* 61. Dec. *num.* 36. Gilkenius *num.* 19.

27 Quod tamen intelligas, ſi vellet Actor mutare, vel emendare libellum in ſubſtantialibus, non verò in accidentalibus, Alex. Aret. Purpurat. *loco ſuperius cit.* Miſinger. §. *ſin minus num.* 29. & ibi Iaſon *num.* 8. *de action.* Felyn. *in cap.* 2. *de libell. oblat. nu.* 4. & ibi Abb. *nu.* 24. Soccin. *nu.* 125. Gilken. *d. l. edita num.* 19. *in fin.*

28 Secundò ceſſabit etiam ante litem conteſtatam inconſtantia, ſi ex productione libelli ſit ius parti quæſitum, Alexand. *d. l. edita, num.* 7. Purpurat. *num.* 59. Alciat. *num.* 53. Cagnol. *num.* 159. Gilkenius *nu.* 23. Miſinger. *d.* §. *ſin minus, num.* 29. Felynus *in cap. Significantibus, de libell. oblat. num.* 4.

29 Quod poſſet ſuccedere, ſi quis contra tranſactionem iure iurando firmatam
30 libellum produxerit, vt inquit Gilkenius *d. num.* 23. nam ſera pœnitentia hanc labem non detergeret.

31 Tertiò, ceſſabit inconſtantia ante litem conteſtatam, ſi Actor vellet confeſſionem in libello factam reuocare, Alex. *dicta l. edita, nu.* 2. Soccin. *num.* 6. Gilkenius *nu.* 24. Felyn. *d. cap.* 2. *num.* 4.

Sed hæc concluſio recipit eaſdem declarationes, quas adducemus in ea quæſtione, an, & quando in confeſſione detur inconſtantia, & ſufficiat hic dicere, nonnullos putaſſe ceſſare inconſtantiam in hoc caſu, ſi libellus Reo traditus eſt, Iaſon *num.* 7. Alciat. *num.* 55. Purpurat. *num.* 56. *in d. l. edita,* Angel. *d.* §. *ſin minus, num.* 26. Iaſ. *num.* 9. Miſinger. *num.* 29. cum alijs per Gilkenium *num.* 24.

32 Quartò, ceſſabit inconſtantia etiam ante litem conteſtatam in emendatione, & mutatione libelli, quando ille porrectus eſt coram Iudice, qui iuriſdictionem limitatam in certis tantùm cauſis habeat, Iaſon *l.* 1. *num.* 4. *ff. de edend.* Dec. *dicta l. edita num.* 7. Gilken. qui alios *num.* 31.

33 Cui affine eſt, quod licèt libellus incertus, & generalis, ſi pars non opponat procedere ſoleat, *l. fin. ff. de annal. exception.* Rota *deciſ.* 256. & 257. *par.* 1. *diuerſ.* ſiue
34 ſimus in iudicio ordinario, ſiue ſummario, Rot. *in citatis deciſionibus*.

35 Hoc tamen locum non habet, ſi producatur coram Iudice, qui limitatam habet in certis cauſis iuriſdictionem, Innocentius *in cap. Cum ſit generale, de for. compet.* Iaſon *l.* 1. *num.* 4. *ff. de edend.* Dec. *d. l. edita num.* 7. cum alijs per Gilkenium *loco citato nu.* 31.

36 Quintò, ceſſabit inconſtantia in cauſa appellationis, Roman. *d. l. edita num.* 117. & 118. Alex. *nu.* 13. Corn. *nu.* 24. Purpur. *num.* 71. Alciat. *num.* 47. & 62. Dec. *num.* 54. Iaſon. *num.* 27. Gilken. qui plures alios *num.* 32. addo Ruginell. *de appellat.* §. 10. *gloſ.* 3. *num.* 8. Scacc. *eodem tract. quæſt.* 11. *num.* 36.

Sed hæc concluſio intelligitur de libello in priori inſtantia producto, non autem de libello in cauſa appellationis præſentato, quia & hunc ante litem conteſtatam mutare, vel emendare Actor poterit, Roman. *in d. l. edita num.* 117. Dec. *nu.* 54. Gilken. *num.* 34. qui ſubiungit, hoc procedere, dummodo in libello appellans
37 non mutet ea, quæ in libello prioris inſtantiæ comprehenſa ſunt, quamuis ſupplere, quæ ibi deſunt, & articulos veteres nouis additionibus coadiuuare poſſit, *l. per hanc, ff. de temp. appellat.* Poſt litem verò conteſtatam, illicitam omnino eſſe incon-
38 ſtantiam in mutatione, vel emendatione libelli, Gloſſ. *dicta l. edita, verb. emendari,* Cyn. *num.* 19. Odofr. *num.* 13. Bartol. *nu.* 6. Alberic. *num.* 13. Corn. *num.* 22. Alex. *nu.* 5. & 9. Aret. *num.* 4. Barthol. Soccin. *num.* 4. & 9. Roman. *num.* 97. Caſtren. *num.* 5. & 6. Alciat. *num.* 34. Dec. *num.* 28. Iaſon. *num.* 13. Purpur. *num.* 66. Aret. *dicto* §. *ſin. minus nu.* 6. Iaſon. *ibid. num.* 6. Felin. *cap.* 2. *de libell. oblat. num.* 14. Soccin. *num.* 132. Gilken. *d. l. edita num.* 36.

39 Quod procedit, etiamquod in libello addita ſit clauſula *ſaluo iure addendi, vel minuendi,* Bartol. *d. l. edita num.* 30. Bald. *num.* 99. Salic. *num.* 17. Iaſon. *nu.* 41. Gilken. *num.* 36. Iaſon. *in* §. *omnium, de act.* Felyn. *dicto cap.* 2. *nu.* 14. *de libell. oblat.* & ibi Abb. *num.* 28. Soccin. *num.* 132. Barboſ. *de clauſul.* 142. *num.* 1. Cum enim à lege ſit tempus
40 taxatum, vltra illud, etiam adhibita proteſtatione, progredi non poſſumus, *l. alimenta, ff. de negoc. geſt. cap. Inter dilectos, de fid. inſtrum.* Celſus Vgo *tract. de clauſ. pag.* 504. Barboſ. *vbi ſupra,* Gilken. *loco citato num.* 37.

41 Et quamuis Bald. Bellam. & Lanfranc. velint, clauſulam hanc operari, ſi Reus taceat, vel illi clauſulæ conſenſerit, quod etiam tenet Balboa de Mocrouejo *in re-*

Digitized by Google

lect. cap.1. & 2. de libell. oblat. num.30.
Non eſt recedendum tamen ab opi-
nione Iaſonis, & Riminaldi *in d. l. edita*,
& Aretini *in §. Omnium inſtit. de action.* con-
trarium ſentientium, quibus aſſentit Gil-
ken. *loco cit. num.38.*
42 Secundò, illicita eſt inconſtantia poſt
litem conteſtatam, etiamquod pars con-
ſentiat, Soccin. *dicta l. edita num.5.* Alexan.
num.9. Purpur. *num.72.* Alciat. *num.34.* Gil-
ken. *num.38.* Bald. *in Auth. hoc Sacramentum,
de iureiurand. calumn. dan.* & ibid. Celſus *in
apoſtill.* Felyn. *dicto cap. 2. num. 14.* Gilken.
43 *num. 39.* Ratio eſt, quia litis conteſtatio,
& alij actus ſubſtantiales iudicij non poſ-
ſunt tolli partium conſenſu, Gloſs. *in cap.
de cauſ. de offic. delegat.* Felyn. *dicto cap. 2.
num. 14.*
44 Vel ſecundum Gilken. in his, quæ à
iuris diffinitione ſubſtantiam capiunt, ni-
hil poteſt Partium conſenſus, *l. nemo po-
teſt, ff. de legat. 1. l. pacta, ff. de pact. l. neque ex
Prætorio, ff. de reg. iur.* cum alijs ibi per eum
allegati.
45 Tertiò, illicita eſt inconſtantia ſiue
ſimus in iudicio vniuerſali, & generali,
ſiue particulari, vt contra Gloſs. *in verb.
emendari*, & Odofred. *num.13. dicta l. edita*
voluere Bartol. *in præd. l. num.19.* Alberic.
num.13. Bald. *num.34.* Salic. *num.11.* Fulgoſ.
num.1. Caſtren. *num.12.* Alexan. *num.3. & 4.*
Roman. *num.102.* Alciat. *num.32.* Barthol.
Soccin. *num.8.* Aretin. *num.4.* Dec. *num.25.*
Corn. *num.23.* Iaſon. *num.10. & 11.* Purpur.
num.73. Gilken. *num.41.* Innoc. *dicto cap.2.
de libell. oblat.* & ibi Anton. de Butr. Felyn.
dicto cap. Significaſti n.11. & ibi Mar. Soccin.
num.139. Abb. *num.21. & 25.* Angel. *d. §.
Sin minus num.7.* Iaſon. *nu.4.* Miſinger. *nu.8.*
Couuarr. *pract. cap.12. num.6.*
Cæterum in hac materia vide bene diſ-
currentem, & ratiocinantem Menoch.
dicto caſ.176. vbi plures diſtinguit caſus.
Primus eſt, quando in libello petitionis
hæreditatis Actor ſimpliciter petiit, ſe
hæredem declarari, hoc ſanè caſu, ſi
pendente lite, aliæ res perueniant ad
Reum conuentum, illæ continentur
ſub eodem libello, & petitione vniuer-
46 ſali hæreditatis, quæ datur pro reſtitu-
tione omnium, quæ apud Reum exta-
bunt tempore executionis, *l.4. l. licet mini-
mam, & l. ſi quo tempore, ff. de pet. hæred. l. hac
in fine, ff. ſi ſeruit. vendic.* & ideò non eſt ne-
47 ceſſaria hoc in caſu libelli emendatio,
Bart. *d. l. edita num.6.* Dec. *num.2.* Couuarr.
pract. cap.12. in fin.
48 Secundus caſus eſt, quando in libello
petitionis hæreditatis Actor petiit vnam
rem tantùm hæreditariam ſibi reſtitui, &
hoc caſu non dari inconſtantiam poſt li-
tem conteſtatam ſcripſerunt Petrus, Cyn.
Bartol. Alexan. Soccin. *dicta l. edita*, vbi
Cagnol. *n.53.* dicit, receptam eſſe Doctor.
opinionem, Menoch. *d. caſ. 176. num. 5.*
vbi latè hanc opinionem defendit ab ar-
gumentis Fulgoſ. Caſtren. Aret. Rimin.
ſen. Dec. Curt. iun. *dicta l. edita*, & Didaci
Couuarr. *loco cit.*
49 Tertius eſt caſus, quando hæres inſtitu-
tus in re certa eam petijt petitione hære-
ditatis, hoc caſu lite conteſtata non datur
inconſtantia rem alteram addendo, Corn.
conſ.148. num.4. lib.4. Couuarr. *dicto cap.12.
in fin.* Menoch. *loco cit. num.15.*
50 Quartus caſus eſt, quando Actor petijt
ſolùm dimidiam hæreditatis, deinde lite
conteſtata vult emendare libellum, peten-
do totam ipſam hæreditatem, hoc etiam
caſu non eſt licita inconſtantia, neque
permiſſa emendatio, Caſtren *dicta l. edita
num.6.* Alex. *num. 5.* Dec. *num.25.* Cagnol.
num. 61. Bolognett. *num.58.* Menoch. *loco
cit. num.16.*
51 Qui tamen caſus declaratur, quando
illa portio non petita superuenit Actori
poſt litem conteſtatam, nam tunc quia
portio, quæ ſuperuenit, dicitur contineri
ſub illa petitione, ideò eſt locus emenda-
tioni libelli, Bald. *dicta l. edita num.38.* Dec.
ibidem num.25. in fin. Soccin. *dicto cap.2. de
libell. oblat. num.15.* Contrarium in hoc te-
nuerunt Alexan *dicta l. edita num.5.* Claud.
Seiſell. *col. 2.* Gozzadin. *num. 61.* Cagnol.
num. 62. Concordat opiniones Menoch.
diſtinguendo tres caſus.
52 Primus eſt, quando qui ſolam partem
habet, ſolam petit, & alter cohæres nihil
petit, hoc caſu, etſi illa portio non petita
accreſcat ei, qui ſuam petiit quoad effe-
53 ctum, non tamen ità accreſcit, vt dicatur
comprehenſa ſub illo libello, & ità pro-
cedit opinio Alexan. Claud. Gozzadin. &
Cagnol.
54 Secundus eſt caſus, quando vnus hæ-
redum totam petiit hæreditatem, cum di-
midiam tamen petere debuiſſet, & hoc
caſu portio ſuperueniens ſub petitione
prima continetur, & conualidatur iudi-
cium, & ſic procedit opinio, Bald. Soc-
cin. & Dec.
55 Tertius caſus eſt, quando ambo hære-
des petierunt partem ſuam, & lite pen-
dente vnus eorum inconſtans deſeruit iu-
dicium, atque ita portionem ſuam repu-
diauit, hoc caſu totum alteri accreſcit,
non tantum quoad ipſum effectum, ſed
56 etiam quoad litis inſtantiam, quæ tranſit
in alterum coniunctum, qui ei dicitur
quaſi ſubſtitutus, *l. quidam teſtamentum, ff. de
vulg. & pupill.* & hoc caſu habet locum
opinio Baldi, Dec. & ſequacium, Menoch.
loco cit. num.20. & 21. verſ. Tertius eſt caſus.
Sed de his Menochij diſtinctionibus vi-
dendus eſt doctiſſimus Facchineus *lib. 11.
controuerſ. cap.91. & 95.*

37 Quoverò ad emendationem libelli in indicio generali, hoc eſt quando Actor petiit Tutorem condemnari ad reddendam rationem adminiſtrationis, & de re vna, puta frumenti petiit, tunc non datur
58 inconſtantia addendo aliam ſpeciem adminiſtrationis, Alexan. *dicta l.edita num.9.* Iaſon. *num.13.* Dec. *nu.26.* Curt.iun. *nu.76.* Cagnol. *nu.65.* & reliqui omnes Menoch. *loco cit.num.22.* qui tamen declarat rectius,
59 quod ſi hæc actio generalis fuit generaliter propoſita, & generaliter proſecuta, ſicuti fieri poſſe dicit Iaſon. *l. licet num. 2.*
60 *C. de indic.* & tunc admittitur inconſtantia in emendatione libelli.
61 Aut actio eſt generalis, ſed proſecutio
62 ſpecialis, & tunc, quia proſecuta magis, quam petita attenduntur ſecundum Iaſon. *d. l.licet num.22.* Menoch. *remed.1.recuper. num.177.* non admittitur inconſtantia poſt
63 litem conteſtatam, quia iudicium dicitur ſingulare.
64 Aut petitio eſt ſingularis, & proſecutio pariter ſingularis, & tunc abſque dubio non datur emendatio libelli poſt conteſtationem litis, ſic Menoch.*loco cit.num.22.*
65 Quartò, illicita eſt inconſtantia poſt litem conteſtatam, etiamquod libellus ineptus, & nullus eſſet, ſic Bartol. *dicta l. edita num. 2.* quem ſequuntur Alexan. *num. 15.* Roman.*num.89.* Iaſon. *num.20.* Dec.*nu.35.* Fulgoſ. *num.3.*

Contrarium voluit Bald. *in repet.Paduana num.44.* Aret. *num. 6.* Purpur. *num. 103.* Marian. Soccin. *dicto cap. 2. num. 104.* vbi horum opinionem ęquiorem dicit,& opus eſſe noua litis conteſtatione, vt aduertit Alexan. *num.10.* Gilken. *num.48.*

Quintò dic,illicitam eſſe inconſtantiam ſiue Actor poſt litem conteſtatam, velit
66 emendare libellum circa cauſam principalem, ſeu circa acceſſoria, veluti fructus, vſuras, expenſas, quæ ante litem conteſtatam deberi poſſent, Bald. *d.l.edita num.27.* Salicet. *num.11.* Fulgoſ.*nu.4.* Bart. *num. 7.* Dec. *num. 43.* Cyn. *num.20.* Iaſon. *num. 33.* Purpur. *num. 82.* Gilken. *num.54.* Soccin. *dicto cap. Significantibus, de libell. oblat.num:136.* Iaſon. *in l. 1. C.de indic.nu 3.* & ibi Caſtren.*num.8.* Aretin. *circa fin.* cum alijs per eundem Gilken.*dicto num.54.*
67 Sextò dic, illicitam eſſe inconſtantiam poſt litem conteſtatam, etiam in cauſa appellationis, Scacc. *de appellat. quæſt. 11. num. 30. & 36.* Gregor. Toloſ. *de appellat. lib.6.cap.15.* Crauett. *conſ.273. num.7.* cum alijs per Giurb. *deciſ.* 108. *num.* 4. Roman. *conſ.* 381. Tuſc. *littera L, concluſ.322. num.4.*
68 Fallit primò hæc concluſio, vt liceat inconſtantia, & libelli emendatio, & mutatio in acceſſorijs, quæ pendente iudicio contingere ſolent, *l.ædiles,§.Item ſciendum, ff de ædilitio edicto*, & hanc opinionem tenet Dec. *d.l.edita nu.44.* Purpur. *num.84.* Gilken. *num.125.*
69 Fallit ſecundò, ſi emendatio conſiſteret in diminutionem rei petitæ, *l. quidam æſtimauerunt, ff de reb.credit.* Bartol. *d. l.edita num.6.* Dec. *num. 41.* Salyc.*num.11.* Corn. *num. 13.* Fulgoſ. *num. 4.* Caſtren. *num. 5.* Purpur. *num. 87.* Gilken. *num.126.* qui tamen *num. ſeq.* intelligit fallentiam, dummodò ex tali petitione nullum ius ſit Reo quæſitum, & damna, quæ paſſus eſt, Actor reficere velit.
70 Tertiò fallit, ſi libellus productus ſit ineptus, Bartol. *d. l. edita num.10.* Aretin. *num. 6.* Gilken. *num. 128. verſ. tertio conſtituuntur,* Felyn.*cap.ex tenore extra,de reſcript. & in dicto cap. ſignificantibus num.16. verſ. eſt vna notabilis fallentia,* Alexan. *conſ.77.lib.5.* Abb. *cap. cum dilecti, de empt. & vendit.* Vide quæ *ſupra* diximus.
71 Quartò fallit, ſi lis conteſtata vitioſa ſit, Alexan. *d. l.edita nu.11.* Purpur.*nu.119.* Gilken. *num.129.*

Quintò fallit, ſi incontinenti poſt litem conteſtatam, quis ſit inconſtans, veliteque mutare, vel emendare libellum, Alexan. *d. l. edita nn.12.* Iaſon. *nn.1.* Gilken.*nn.130.* Caſtr. *in l.Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de Procurat.* quod ſingulare appellat Felyn. qui ſequitur hanc fallentiam *in dicto cap. ſignificaſti num. 16. verſ. datur etiam alia noua limitatio,* Bolognet. *d. l.edita num.95.* Tiraquell. *de retract. conſangu. §.1. gloſ.2. nn. 3.* Bellon. iun. *de his, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo cap.144. num.5.*
72 Sextò fallit in illa emendatione,quæ nihil immutat in ſubſtantialibus,ſed vel tollit verba ſuperflua, vel addit alia ad nitorem eiuſdem libelli,Zaſius *in dicto §.ſin minus num. 8. inſtit. de act.* vbi inuehit contra quoſdam Italos, qui in libello narrauerunt etiam omnes inutiles circumſtantias per duo folia, quas ipſe reſecauit, & ſolùm vix impleuit medium folium, & cum eos reprehenderet de ſuperfluitate, dicebant, ſic fieri oportere, quod narratio ſit prolixa; & ſubiungit Zaſius, quod fortè vera dicebant ad exageranda lucra, vt poſſent maius petere pretium, & ad exagerandas ſportulas. Inuehit pariter contra quendam hominem, qui dum faceret libellum, ità dicebat: *Ego Petrutius,qui ſum Magiſter Fribrignen. & fui Decanus facultatis Artium ibi, & eram Rector &c.* & propterea ſubiungit: *& benè audite quantam ſtultitiam,* & hanc fallentiam tenet Gilken. *loco cit. num. 131.*
73 Septimò fallit, ſi per errorem aliud pro alio petitum ſit, §.*Si quis alind, inſtit.de act.* & ibi Iaſon. *num. 23.* Zaſ. *num. 11.* Miſing. *num 31.* Alciat. *d. l. edita num. 48.* Fulgoſ. *num. 7.* Vlterius *num. 3.* Gilken. *num.132.*

num. 132. Curt. iun. num. 151. Tuſc. dicta concl. 322. num. 7.

74 Eo magis ſi libellus productus ſit à Procuratore, quia tunc etiam non docto de errore conceditur emendatio, & mutatio,

75 Rota in ſimili de poſitionibus, & articulis productis à Procuratore deciſ. 2. de confeſſis in nou. & deciſ. 19. de Procur. pariter in nou. & deciſ. 31. de teſt. in antiq. & de libello fuit dictum in cauſa Sublacen. bonorum 14. Martij 1601. coram Litta, & in Granaten. computorum 7. Martij 1617. coram Coccino, quæ eſt deciſ. 431. par. 4. to. 1. recent.

76 Octauò fallit ſubſiſtente iuſta cauſa, quia ſemper, & quandocunque etiam inuito Aduerſario libellus mutari poteſt, Berou. conſ. 38. in fin. lib. 3. Tuſc. d. concl. 322. num. 19.

77 Nonò fallit in declaratione libelli obſcuri, quæ poteſt fieri vſque ad ſententiam, Riminald. ſen. conſ. 172. num. 20. vol. 1. & conſ. 445. vol. 3. cum alijs per Borell. in ſumm. deciſ. tit. 49. num. 91. ex declaratione

78 enim libelli obſcuri non nouum inducitur, Verall. deciſ. 27. num. 6. lib. 3. Felyn. cap. 2. col. 9. verſ. Item illam fallentiam, de libelli oblatione, Borell. loco cit. num. 92.

79 Decimò fallit, ſi mutaretur libellus per viam renunciationis actioni intentatæ aliā inchoando, Doctor. d. l. edita, Berou. dicto conſ. 38. num. 10. lib. 3. Tuſc. dicta concluſ. 322. num. 16.

80 Idemque eſſet, ſi Actor poſt litem conteſtatam renunciaret liti, & cauſæ, refectiſque expenſis recederet à iudicio, Curt. iun. d. l. edita num. 141. C. edend. Tuſc. dicta concluſ. 322. num. 21.

Neque obſtat Authent. qui ſemel, C. quomodo, & quando Iudex, de qua ſupra. Quia ille Textus procedit, quando quis ſimpliciter vult deſiſtere à lite tergiuerſando, & differendo iudicium, quia tunc non datur inconſtantia, ſed cogitur perſeuerare vſque ad finem; ſecus verò, quando vult omnino renunciare liti, & cauſæ, vt benè poſt Angel. in §. Si omnem, in Auth. de litigioſ. declarat Felyn. dicto cap. Significantibus num. 17. Gilken. d. l. edita num. 144. & propterea legem edita non eſſe correctam per diſpoſitionem dict. Auth. qui ſemel, voluere Odofr. in dicta l. num. 12. Bartol. num 9. Bald. repet. Patauina nu. 49. Alberic. num. 14. Salyc. num. 13. Corn. num. 26. Aret. num. 8. Roman. num. 120. Alexand. num. 14. Caſtren. num. 10. Alciat. num. 50. Donell. num. 20. Iaſon. num. 28. Decian. num. 53. Gilken. num. 141. Miſinger. dicto §. fin minus num. 26. Zaſ. num. 11. Aret. num. 7. Abb. dicto cap. 2. num. 27. Felyn. num. 17. Soccin. num. 144. Angel. dicto §. omnem, in Auth. de litigioſ.

81 Quæ quidem inconſtantia in renunciando liti, & cauſæ non ſolùm habet locum in cauſis profanis, ſed etiam in beneficialibus, cap. pridem, de pact. & ibi Innocent. Io. Andr. & Abb. in cap. gratiæ, de reſcript. in 6. Rota deciſ. 32. aliàs 678. de ſentent. & re iudic. in antiqu. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 4. nu. 26. Licet enim renunciatio in beneficialibus non inducat ceſſionem iuris, Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. num. 287. habet tamen vim pacti de non petendo, vt poſt Mil. in verb. renunciare litt, & cauſa, tradit Creſcent. deciſ. 4. aliàs 158. num. 2. de reſtitut. ſpoliat. Lancellott. loco cit.

82 Hæcque renunciatio valida eſt etiamſi facta ſit à Procuratore ſpeciale manda-
83 tum habente, Bellam. deciſ. 260. Lancell. loco cit. num. 288. Imò etiamſi tacitè fiat, puta ſi litigator facit actum contrarium
84 pendentiæ litis, quia per talem actum cenſetur in totum liti renunciare, l. deſtitiſſe, ff. de iudic. l. ſi filius, ff. de minor. Bald. in Auth. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric. Calcan. conſ. 22. num. 6. Lancell. de attent. loco cit. num. 291. Gilken. dicta l. poſtquam liti num. 12. vbi exemplificat, quando eſt cer-
85 tum tempus præfinitum à lege, vel à Iudice, intra quod actus explicari debeat, nam non facto die conſtituta, videtur litigator à iure ſuo receſſiſſe.

86 Pariter valida erit renunciatio, ſi quis vtatur alijs verbis, quam renunciationis, modò verba ſint idonea ad renunciationem inducendam, veluti ſi, ſecundùm Gloſſam, cui ſubſcribunt Odofr. dicta l. poſtquam liti num. 1. Corn. num. 5. Alexan. num. 6. Salyc. num. 14. Purpur. num. 38. Bart.
87 num. 3. adiecerit: Nolo amplius ad ca iſam venire, vel nunquam amplius ad cauſam veniam. Sed hæc verba putat Gilken. dict. l. poſtquam num. 14. ità demum importare renunciationem ſi ex animo, non autem
88 calore iracundiæ prolata ſint, qui animus deliberatus eliceretur ex eo, vel quia huiuſmodi verba actis adſcribi curauit, vel ad poſtulationem Aduerſarij id fieri permittat; vel tertiò ſi reuera numquam
89 poſtea ad iudicium acceſſerit cum facta animum declarent, l. de quibus, ff. de legib. Penia deciſ. 204. ſub num. 4. vbi de eo, qui
90 in termino probatorio à Iudice præfixo, nihil probare iurauit, ex quo facto declarauit animum ſuum renunciandi liti, ex Cephal. conſ. 201. num. 8. lib. 2.

91 Valida ſimili modo erit renunciatio, licet abſente Parte facta ſit, Bald. d. l. poſtquam num. 9. Salyc. item nu. 9. Alciat. nu. 18. Alberic. num. 2. Alex. num. 8. Iaſon. num. 12. Purpurat. num. 69. Rota deciſ. 306. in nou. Gilken. dicta l. poſtquam num. 16. & 17.

Contrarium voluere, vt abſente Parte, illicita ſit inconſtantia, & propterea inualida renunciatio, Fulgoſ. d. l. num. 2. Caſtren. num. 2. Donell. num. 4. Corn. numer. 5.

Cyn. *num.* 5. Angel. *num.* 3.

Concorda has opiniones, vt prior procedat, quando nomine abſentis Notarius, vel Procurator illam acceptauit, Bartol. & alii *ſupradicti*. Et hanc diſtinctionem aſſerit communem, Purpur. *num.*78. Gilken. *num.* 19. Pen. *deciſ.*204. *num.*4. *in fine*, Lotther. *de re benef. lib.*2. *quæſt.*20.*num.*151. Lancell. *de attent.loco cit.nu.*289. vbi plures adducit Rotæ deciſiones, & ex earum

92 mente ampliat, quamuis renunciatio eſſet facta coram Notario non actuario cauſæ; ſecunda verò procedat, cum renunciatio extra iudicium facta ſit, vel ſi in iudicio, in actis tamen iudicialibus inſerta non eſſet, Gilken.*d. l. poſtquam nu.*21.

93 vbi ait Bart. cautionem, vt Iudex renunciationem nomine Partis abſentis acceptet, ſibi videri ſcrupuloſam, & ab officio Iudicis alienam, cum regulare ſit, quod

94 non petentibus partes non accomodet *l.*4. *§.hoc autem iudicium, ff.de damn.infect.* quod etiam voluit Bald.*ibid.nu.*18. Alciat.*nu.*22. Purpur. *num.* 79.

95 Quod ſi à Parte demùm fuerit acceptata, & ratificata indubitatum eſt validam, Gilken. *dicta l. poſt quam num.*20.

96 Sicuti valida eſt ſi Pars interfuit renunciationi, quamuis expreſsè non acceptauerit, ſed tacuerit argumento *l. qui patitur,ff.mandati*, Dec. *dicta l.poſteaquam nu.*26. Sichard. *num.* 16. Alciat. *nu.*14. Purpurat. *num.*14. Gilken. *num.*22. Soccin. *conſ.* 228. Caccial. *in l.admonendi, ff.de iureiuran.* Ant. de Butr. *cap. fin. extr. de confeſs. num.* 12. & ibi Abb. *num.*15. Alciat. *de præſumpt. reg.*3. *præſumpt.*21. *num.*6. *&* 8. vbi hanc ſententiam communem, & veram appellat Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 124.

Bene verum eſt, quod qui renunciauit, inconſtans eſſe poterit vtroque caſu, nempe ſi pars præſens talem renunciatio-

97 nem non amplectitur,& antequam abſens illam ratam habeat, Salyc. *d. l.* poſtquam voluerit *nu.*21.Purpur.*nu.*81.Sichard. *n.*16. Soccin. *num.*5. Aretin. *nu.*4. Alciat. *nu.*19. Gilken. *num.*23. Maſcard. *de probat.concluſ.* 346. *num.*16.

98 Valida erit quoque renunciatio,etiamſi iudicium cæptum non ſit, quamuis enim ſecundùm Bart.*in expoſitione gloſs.in dicta l. poſtquam*, voluerit iudicium nullum eſſe ante litis conteſtationem, *l.* 1. *ff. de lit. conteſt. l.amplius, ff.rem rat.haber.* Non inde tamen inferri debet, validam non eſſe renunciationem, cum eadem ratio vigeat, ſiue ante, ſiue poſt litis conteſtationem, vt bene probat Gilken. *d.l. poſtquam nu.*22. 23. *&* 24. & hanc opinionem tenent Bald. *d.l.num.*9. Salic.*num.*6. Alberic.*nu.*2. Corn. *num.*4. Dec.*num.*20. *& ſeq.* Caſtren.*num.*4. *&* 5. Aret. *num.* 4. Alex. *num.* 5.

99 Quæ omnia habent locum, ſiue tractetur de renunciatione actionis in rem, ſiue in perſonam, Angel. *num.* 3. Salyc. *num.* 9. Purpur. *num.* 74. Alciat. *num.* 20. Gilken. *num.*29. vbi alios. Imò, quando tractatur

100 de renunciatione actionis in rem ſufficere,nudam renunciationem etiam abſente Parte factam, voluere Gloſs. *dicta l. poſtquam*, Angel. Salic. Purpur. Alciat. & Gilken. *numeris citatis.*

101 Et in tantum valida eſt hæc renunciatio litis, itaut poſt eam non detur regreſſus ad illam denuò intentandam, vt expreſsè definit Textus *in dicta l. poſtquam*. Licet enim Dec. *d. l. nu.*14. dicat aduerſus

102 hanc renunciationem dari regreſſum, quia videtur quis ſoli inſtantiæ renunciare, quæ litis nomine ſignificatur, *l. properandum*, §. *fin. l. cum lite mortua, ff. de iud. ſoluen. cap. forus*, §.1. *de verb. ſignif. l. nulla, C. de fruſtator. iudic.* Communis tamen opinio eſt in contrarium, vt voluere Gloſs. *in d. l. in verb. poſtquam*, Cyn. *nu.* 4. Corn. *num.*1. Angel. *num.*2. Caſtren. *nu.*3. Bartol. *num.*3. Bald. *num.* 4. Fulgoſ. *num.*2. Salyc. *num.*4. Alex. *num.*4. Alciat. *num.* 8. Iaſon. *num.*1. *&* 9. Purpur. *num.* 12. Aret. *num.* 3. Roman. *num.* 15. Donell. *num.* 2. Sichard. *num.* 3. Gilken. *num.* 8. & videtur innuere Rota *deciſ.* 210. *num.* 10. *par.* 12. *recent.* Litis enim nomine non ſolùm

103 continetur inſtantia, ſed etiam ipſum ius inſtantiæ coniunctum, *l.litis* 36. *ff. de verb. ſignificat.* Gilken. *loco cit. num.* 9. 10. *&* 11.

104 Sed regula *l. poſtquam* limitatur, quando renunciatio non pendet à poteſtate renunciantis, ſed ſuperioris argumento Textus *in cap.Admonet, de renunc. & cap. Niſi, eodem tit. cap.Inter corporalia, & cap. Quando, de tranſlat. Epiſc.* Gilken. *d.l. poſtquam num.*39.

Quod tamen intellige iuxta *ſupra* tradita ex Rotæ *deciſ.* & Lancell. *de attent. par.* 4. *cap.* 41. *in præfat. num.*488.

105 Secundò fallit in minore, qui ſi per renunciationem læſus fuerit, poteſt petere reſtitutionem in integrum, Salyc. *d. l. poſtquam num.* 23. Roman. *num.* 21. Decius *num.*30. Iaſon.*num.*14. Gilken.*num.*40.

106 Tertiò fallit in renunciatione meticuloſa, vel dolo extorta, nam in his etiam maioribus non denegaretur auxilium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa &c. l. ſed etſi poſt Prætorem* 26. §. *fin. ff. ex quib.cauſ. maior.&c.* Gilken. *d.l. poſtquam num.* 41. qui dicit,

107 Textum *in d. l. poſtquam* accipiendum eſſe de his, qui nullam aliam reſtituendæ litis cauſam afferre poſſunt, quam inconſtantiam voluntatis.

108 Quartò fallit in renunciatione conditionali, ſi conditio non adimpleatur, poſt

Digitized by Google

Rot. Lancell. *loco cit. num.* 296.

109 Fallit quintò, quando renunciatio reſpiceret ſolummodo inſtantiam, non autem litem, quia tunc, ſaltem officio Iudicis daretur licitè inconſtantia, Doctor. *d. l. poſtquam liti*, Lancell. *loco cit. num.* 299. apud quem latè videas, quando per hanc ceſſionem dicatur extincta lis, maximè in

110 beneficialibus, & vltra eundem vid. Rot. *in Caſenaten. Iuriſpatr.* 26. *Iunij* 1648. *coram Arguelles*, §. *non obſtat, vſque ad finem*, in qua materia diffusè tractatur *in Hieracen. Beneficiorum* 27. *Iunij* 1653. *coram Cerro*, §. *Ceſſio*, Dunozett. iun. *deciſione* 793. *num.* 6. Rich. *deciſione* 507. *numer.* 6.

111 Sed an, qui renunciat liti cenſeatur id facere, quia inter agendum animaduertit ſibi ius non eſſe in re controuerſa? An verò execratione litium, & moleſtiarum forenſium, quia ſcilicet mauult re carere, quam litigare? An is etiam fuerit fatigatus expenſis, & laboribus? An denique amicitia ductus, quam habet cum colitigante? Videndi ſunt citati à Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus à num.* 203. *C. de reuo can. donat.* vbi eleganter, & eruditè more ſuo.

QVÆSTIO XX.

ARGVMENTVM.

Quando Accuſator inconſtans poſſit ab accuſatione deſiſtere; Et an data deſiſtentia poſſit ad proſequendam accuſationem conuolare. Et quid in crimine adulterij.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator poteſt inconſtans ab accuſatione deſiſtere.*

2 *Cedere quiſque poteſt iure ſuo.*

3 *Accuſator, qui ſe accuſationi non inſcripſit, an, & quando poſſit pænitere, & ab accuſatione deſiſtere.*

4 *Accuſatione non ſubſcripta per accuſantem res dicitur integra.*

5 *Accuſator re integra poteſt pænitere.*

6 *Quid ſi accuſati fama per libellum, vel per dictum ipſius accuſatoris ſit denigrata.*

7 *Accuſator, qui ſolummodo preces obtulit Principi contra accuſatum, poteſt inconſtans ab accuſatione deſiſtere.*

8 *Accuſator, qui cognouit accuſationem iniuſtam, & calumnioſam non ſolùm poteſt, ſed etiam debet ab accuſatione inconſtans deſiſtere.*

10 *Iudex poteſt accuſationem admiſſam abolere quando libellus peccat in aliquo ſubſtantiali.*

11 *Accuſationem admiſſam contra perſonam, quæ puniri non poteſt ſine perturbatione Reipublicæ, abolere an ſpectet ad Iudicem, vel ad ſolum Principem, & num.* 13.

12 *Accuſationem contra perſonam, quæ nequeat puniri ſine perturbatione Reipublicæ, poteſt Iudex non admittere.*

14 *Iudex an, & quando impedire poſſit accuſationem admiſſam contra perſonam publico bono vtilem, vel neceſſariam.*

15 *Boni publici prouiſio non ſpectat ad Iudicem, ſed officij ſibi iniuncti adminiſtratio.*

16 *Iudex tenetur parti ius dicere.*

17 *Nec ab eo prætextu maioris boni publici poteſt ſe eximere.*

18 *Temperamentum, quod poſſit capere Iudex admiſſa accuſatione contra perſonam bono publico vtilem, vel neceſſariam.*

19 *Iniuria priuata illata per perſonam publico bono vtilem, vel neceſſariam debet aliqua via damnum reſarciri.*

20 *Querela, ſeu accuſatio quando debeat non admitti, vel admiſſa reſcindi tam per Principem, quàm per Iudicem remiſſiuè.*

21 *Accuſator libello ſe ſubſcribens, & promittens perſeuerare vſque ad ſententiam, non poteſt ab accuſatione inconſtans deſiſtere.*

22 *Accuſator, qui fideiuſſionem præſtitit de accuſatione proſequenda, non poteſt ab ea inconſtans deſiſtere.*

23 *Accuſator poſt litem conteſtatam, an, & quando inconſtans deſiſtere poſſit ab accuſatione.*

24 *Accuſator an, & quando deſiſtere inconſtans poſſit ab accuſatione reo iam citato.*

25 *Accuſator in crimine læſæ maieſtatis tenetur proſequi appellationem, nec poteſt ab ea recedere.*

26 *Quid in crimine patriæ oppugnantæ, traditæ peculatus, Sacramenti deſerti, & in crimine falſi.*

27 *Accuſatus ratione infamiæ ſibi illatæ poteſt cogere accuſatorem ad perſiſtendum in iudicio.*

28 *Accuſator expreſsè deſiſtens ab accuſatione non impetrata illius abolitione incidit in pœnam Turpiliani.*

29 *Abolitionis impetratio quid ſit.*

30 *Et quomodo ab accuſatore peti debeat.*

31 *Turpiliani pæna quæ ſit in crimine publico, & num. ſeq.*

32 *Quæ in priuato.*

33 *Accuſator condemnatur ad expenſas, ſiue expreſsè, ſiue tacitè ab accuſatione deſiſtat.*

34 *Accuſator quando dicatur tacitè ab accuſatione deſiſtere.*

35 *Tempus proſeqaendæ accuſationis eſt biennium.*

36 *Pœnæ tacitè ab accuſatione deſiſtentis remiſſiuè.*

37 *Accuſator re integra ab accuſatione deſiſtens non eſt condemnandus ad expenſas.*

38 *Accuſator ab accuſatione deſiſtens non poteſt inconſtans ad illam inſtaurandam admitti.*

39 *Actiones ſuas remittentibus ad illas, non datur regreſſus.*

40 *Accuſator deſiſtens non poteſt ad accuſationem redire ſecuta abolitione priuata.*

41 *Accuſator deſiſtens pacto inito cum accuſato, quatenus accuſatus pactum non adimpleat, non poteſt ad accuſationem redire.*

42 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione cum proteſtatione ſe poſtea accuſaturum, non poteſt ad accuſationem redire.*

43 *Interrogatus an velit accuſare, & negans, non admittitur amplius ad accuſandum.*

44 *Quid ſi interrogatio fiat re integra.*

45 *In delictis mixti fori accuſans coram Iudice Eccleſiaſtico, & deſiſtens, non poteſt inconſtans iterum accuſare coram Iudiee laico.*

46 *Accuſatori an liceat tranſigere ſuper accuſatione.*

47 *Accuſator tranſigens cum accuſato an incidat in pœnam Turpiliani.*

48 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione an auferat ius accuſandi alijs proximioribus, quibus competebat.*

49 *Tranſactio vnius non præiudicat alteri habenti intereſſe principale.*

50 *Tranſactio nulla an impediat accuſatori, quin poſſit accuſationem repetere.*

51 *In crimine adulterij, etiam tranſactio, nulla impedit viro accuſatori ne valeat ad accuſationem redire.*

52 *Pactum, ſeu tranſactio in crimine adulterij an valeat.*

53 *Maritus remittens vxori adulterium, non poteſt inconſtans eam accuſare.*

54 *Maritus poteſt accuſare vxorem de adulterio, tanquam maritus, & tanquam extraneus.*

55 *Maritus accuſans vxorem de adulterio iure mariti, & deinde illud remittens, adhuc poteſt inconſtans illam accuſare tanquam extraneus.*

56 *Maritus accuſans vxorem de adulterio iure mariti, dicitur illam accuſare propter iniuriam priuatam.*

57 *Adulterium vxoris infert iniuriam marito.*

58 *Iniuriam ſuam priuatam quiſque remittere poteſt.*

59 *Maritus accuſans vxorem de adulterio tanquam extraneus dicitur illam accuſare de iure publico.*

60 *Remiſſio iniuriæ priuatæ non præiudicat iuri publico.*

61 *Promiſſio de non accuſando adulterium vxoris iure extranei facta per maritum, non attenditur.*

62 *In criminibus publicis accuſatoris tranſactio non operatur quin poſſit inconſtans iterum accuſare.*

63 *Tranſactio, & remiſſio ceſſare faciunt animi rancorem.*

64 *Tranſactio, & remiſſio in his, quæ reſpiciunt intereſſe particulare impediunt proceſſum.*

65 *Maritus, qui accuſauit vxorem de adulterio tanquam extraneus, & poſt litem conteſtatam ab accuſatione deſtitit, non poteſt illam vlterius accuſare, nec tanquam maritus, nec tanquam extraneus.*

66 *Accuſator deſiſtens ab accuſationem iam cæpta non impetrata abolitione incidit in Turpilianum.*

67 *Pœna Turpiliani irrogat infamiam.*

68 *Infamis accuſare non poteſt.*

69 *Adulterij accuſationem intermiſſam à marito poteſt proſequi quilibet de populo.*

70 *Iudex ex officio poteſt proſequi accuſationem adulterij à marito intermiſſam, nullo alio proſequente.*

71 *Maritus, qui tranſegit, vel remiſit vxori adulterium commiſſum, poteſt illam denuò relabentem accuſare.*

72 *Venia delictorum reſpicit præterita, non autem futura.*

73 *Vxorem in adulterio relabentem an poſſit maritus accuſare ſolùm de illo nouo, vel reaccuſare etiam de alio per tranſactionem remiſſo, vel condonato.*

74 *Crimen accuſatoris indulgentia, vel tranſactione ſemel extinctum, non poteſt amplius ab eodem in iudicium deduci.*

75 *Tranſactio in delictis quando, & quibus caſibus licita ſit.*

76 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione per ſimplicitatem, vel iuſto occupatus impedimento poteſt ad accuſationem redire.*

77 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione ob generalem criminis abolitionem factam, ex aliqua cauſa poteſt intra 30. dies repetere accuſationem, & redibit ad eundem ſtatum, in quo erat ante abolitionem.*

78 *Accuſator, qui ab accuſatione deſtitit per errorem, vel Aduerſarij dolis ad deſiſtendum inductus, poteſt ad accuſationem redire.*

79 *Denunciato Iudici Maleficio (puta combuſtiones domus) ſed nemine nominato, ac formata inquiſitione contra aliquos an, & quando denunciator inconſtans poſſit alios accuſare.*

80 *Accuſator, ſeu denunciator non tam de facili permittendum eſt, quod ab accuſatione deſiſtat, & de ratione.*

81 *Quid in cauſis Sancti Officij.*

1 DIC regulariter poſse Accuſatorem ab accuſatione deſiſtere, nam licitum eſt vnicuique iuri ſuo ce-
2 dere, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſc.& Cleric. l. pe.ult. C. de pact. cap. tuis, de teſt.* cum alijs per Barboſ. *in Axiomat. iur. axiomate* 135. *num.* 13. & hanc concluſionem deſumunt Doctores *ex cap. licet, de accuſat.* & ibi Abb. *nu.* 6. Boic. *item nu.*6. Anchar. *num.*13. Soccin.*num.*15. Felyn.*num.*2.Butr. *num.*22. & cæteri Barr. *l. ſi maritus, §. ſi negauerit, ff. de adult.* Salyc.*in l. ſi ea, C. qui accuſ.non poſſ.* Bald.*l.transfigere,C.de tranſact.* Alex. *d. §. Si negauerit*, Bart. *l. quæſitum,& in l. Senatus, §. Qui poſt, ff.ad Turpil.*Gigas *de crimin. leſ. maieſt. quæſt.*17. *num.* 2. *lib.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.*7.*cap.*37. *num.*18. Sanchez *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 1. *num.* 5.

3 Quæ concluſio ampliatur, multò magis locum habere, ſi Accuſator non ſe
4 inſcripſit accuſationi, quia tunc res dici-
5 tur integra,& propterea licet pœnitere,*dicto cap. licet*, & ibi omnes Canoniſtæ,Butrius *num.* 1. Felyn. *num.* 1. Abb.*num.* 1. & Boich. *num.*6. Præpoſ. *cap. p.* 2. *qu.*8. *n.*29.

6 Sed hæc ampliatio locum non habet, ſi per libellum, vel dictum Accuſatoris eſſet accuſati fama denigrata, Gloſs. *in cap. Epiphanium, verſ. quæro vltimo*, & ibi Archid. Boic. *dicto cap. licet, num.*7. *ad fin.*

7 Amplia ſecundò,multò magis,ſi ſolum preces contra accuſatum ſint Principi oblatæ, vt *in dicto cap.licet*,tenent omnes Canoniſtæ, Præpoſ. *loco cit. num.*30.

8 Tertiò, amplia multò magis, ſi Accuſator cognouerit iniuſtam, & calumnioſam eſſe accuſationem, quia non ſolum poteſt, ſed debet omninò deſiſtere, *cap. ſi quamquam* 2. *quæſt.* 3. Præpoſ. *ibid. num.* 1. Turre-crem. *ibid.in princ.* Syluest. *verb.Accuſatio, quæſt.*7. *num.*6. Leſſius *de iuſt.& iur. lib.*2. *cap.*30. *dub.*3. *num.* 14. Marant. *in ordin.iudic.q.*13.*artic.*7.*concl.*4. *verſ.*2. *poteſt.*

9 Quartò amplia multò magis, ſi Iudex accuſationem reijciat, vel admiſsam reſcindat, Caietanus *quæſt.*68. *artic.*3. Leſs. *loco cit.num.*15.vbi quod Iudex inconſtans poteſt accuſationem admiſsam abolere,
10 primò, ſi libellus peccet in aliquo ſubſtantiali; Secundò, ſi accuſatur aliqua
11 perſona, quæ non poteſt ſine magna Reipublicæ perturbatione puniri, ſed hoc ca-
12 ſu ſolus Princeps poterit inconſtans eſſe, non autem Iudex inferior, qui ſolummodò poterit accuſationem non admittere, ſed admiſsam non abolere, niſi conſulto
13 Principe, Caiet. *loco cit.* Tertiò, ſi perſona illa bono publico cenſeatur neceſſaria, vel valde conducibilis, & hocquoque caſu ſolus Princeps poterit eſſe inconſtans, non autem Iudex inferior, qui ſo-
14 lum poteſt impedire admiſsam accuſationem ſi non agitur de iniuria Partis, ſi
15 autem agitur de iniuria Partis, non poteſt, non enim ad ipſum ſpectat principaliter boni publici promotio, ſed officij
16 ſibi iniuncti adminiſtratio, itaque tenetur Parti ius dicere; nec poteſt ſe prætextu
17 maioris boni publici eximere, alioquin ſæpè Iudices hac arte liberarent, quos
18 vellent. Poteſt tamen Principi ſcribere, quid iudicet expedire, & interim ſententiam ſubſtinere,quod idem ex Soto,& Caietano confirmat Sanchez *conſ.moral. lib.*6. *cap.*4. *dub.*1. *num.*6. vbi tamen quod ſi ac-
19 cuſatio ſit de iniuria priuata, debet alia via reſarcire damnum.

20 Sed de materia non admiſsionis querelæ, & accuſationis, ſeu admiſsæ reſciſsionis, tam in Principe, quàm in Iudice inferiori videndus eſt Marant. *in ordin.iudic. quæſt.*13. *artic.*8. *concl.*1. 2. & 3.

Dic primò,illicitam eſſe inconſtantiam & Accuſatorem non poſſe ab accuſatione deſiſtere, ſi accuſationi ſe inſcripſit,
21 hoc eſt, quando Accuſator libello accuſationis ſe ſubſcribit profeſsionem faciens, quod talem Reum talis criminis det in libello obligans ſe ad talionem,& promittens ſe perſeueraturum vſque ad ſententiam, Gloſs. *l. pen. C. de accuſat. cap. ſuper his,de accuſat.* Præpoſ. *d.cap.*1. 2. *qu.*8. *nu.*8. *cum.ſeqq.* Farinacc. *de accuſat.quæſt.*16.*nu.*1. & hanc opinionem tenent communiter Canoniſtæ *in d. cap. licet* Præpoſ. *d. cap.*1. *nu.*30. Boich. *dicto cap. licet, num.*6.

22 Secundò, illicita eſt inconſtantia ſi Accuſator fideiuſſorem præſtitit de accuſatione proſequenda, *l.* 1. *C. ad Turpil. l.qui crimen, C.qui accuſ.* Præpoſ. *loco cit.num.*30. Angel. *de malef. verb. & ad querelam Titij, in fin. num.*66. Abb. *d. cap. licet num.*6. Anchar. *num.* 13.

23 Tertiò,illicita eſt inconſtantia in Accuſatore poſt litem conteſtatam, Auth. *qui ſemel, C. quomodo, & quando Iudex*, Bart. *in l. quæſitum, l. Senatus, ff. ad Turpil.* Præpoſ. *loco cit. num.*30. Angel.*loco cit.num.*66. Leſſius *de iuſt. & iur. loco cit. num.* 18. vbi quod non eſt licitum deſiſtere, niſi authoritate Iudicis, & conſenſu Rei, ſi fuit ſubiectus tormentis, vel aliàs infamatus, Abb. *d. cap. licet, num.*6. Anchar. *num.*13.

24 Dic quartò,illicitam eſſe inconſtantiam ſi Reus accuſatus fuerit citatus, & comparuerit, ſecus ſi fuerit contumax Præpoſitus *loco cit. num.* 30. Gigas *de crimin. læſæ maieſt. lib.*1. *qu.*17. Angel. *de malef. in verb. & ad querelam Titij, in fin. num.* 66. quod tamen intellige, ſi fuit citatus ſuper libello producto, ſecus ſi ſuper producendo, Bald. *l.* 1. *in fin. C. vt intra certum tempus quæſt. crimin.* Præpoſ. *loco cit. num.*30.

25 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtantiam in crimine læſæ maieſtatis, in quo

Digitized by Google

compellitur Accuſator ad proſequendam
accuſationem, Angel. *l. accuſationis, C. de
accuſat.* Lauden. *de crimin. læſæ maieſt. q.*44.
Gigas *d. quæſt.*17. *num.*4. Decian. *tract. cri-
min. lib.*7. *cap.*37. *num.*18. *& cap.*44. *num.*6.
Farinacc. *eodem tit. de crimin. læſæ maieſtatis
quæſt.*118. *num.*27.

26 Idem dic in crimine Patriæ oppugna-
tæ, vel traditæ peculatus, ſacramenti de-
ſerti, & crimine falſi, Boich. *d. cap. licet,
num.*4. Gigas *d. quæſt.*17. *ad fin.*

27 Dic ſexto, illicitam eſse inconſtantiam
quando ex accuſatione orietur infamia
accuſato, quia poterit dicere, volo, quod
litiges, & procedas in cauſa, & vſquequo
feratur ſententia, *cap. quiſquis* 4. *quæſt.* 5.
cap. quædam, cap. vltimo, & cap. Epiphanium, 5
*quæſt.*1. Anton. de Butr. *d. cap. licet, in fine,*
Auguſt. de Arimino ad Angel. *de malef.
verb. & ad querelam Titij, in fin. num.* 68.
verſ. tamen limitat.

Cæterum quibus puniatur pœnis Ac-
cuſator, qui inconſtans ab accuſatione il-
licitè deſtitit.

28 Dic primò, quod incidat in pœnam
S.C. Turpiliani, ſi expreſsè deſiſtat non
impetrata abolitione, *l.* 1. *§. ſi quis autem,
ff. ad Turpil.* & ibi Bart. Præpoſ. *d. cap.*1.2.
*quæſt.*8. *num.*28. Angel. *de malef. in verb. &
ad querelam Titij in fin. num.*66. Leſs. *d. lib.*2.
*cap.*30. *dub.* 3. *num.*18.

29 Nil aliud autem eſt abolitionis impe-
tratio, niſi quando Iudex cauſa cognita,
Accuſatore petente nomen Rei abolet ab
inſtantia iudicij accuſationis propoſitæ il-
lum abſoluendo, *l. ſi interueniente, circa fin.
ff. ad Turpil. l.* 3. *C. de abolit.*

30 Et debet Accuſator exprimere cauſam,
quare petit abolitionem, alias non eſt au-
diendus, puta, quia deceptus propter ma-
las informationes venit ad accuſandum,
& debet iurare, quod non petit hanc abo-
litionem pretio corruptus petere, vel hu-
mana gratia, *d. l.* 1. *C. de abolit.* Bartol. *in
l. aut priuatim, §. Triginta, ff. ad Turpil.*
Præpoſ. *d. cap.* 1. 2. *quæſt.*8. *num.*12. Pœna
31 verò Turpiliani eſt in crimine publico
quinque librarum auri, & infamiæ, *l.* 1.
C. ad Turpil. Leſs. *loco cit. nu.* 18. latè An-
gel. *de malef. d. verb. & ad querelam Titij, in
fin. num.*66. Præpoſ. *d. cap.*1. *num.*28.

32 Secundò, incidit in pœnam extraordi-
nariam, ſi crimen ſit priuatum, *l. ſi quis,
C. ad Turpil.* Leſs. *loco cit. num.* 18. *ad fin.*
Silueſt. *verb. Accuſatio, num.* 8. vbi tamen
dicit ſecundum aliquos quod ſiue crimen
ſit publicum, ſiue priuatum Accuſator
inconſtans punitur pœna Turpiliani, per
Gloſsam *in cap. ſi quem pœnitet* 2. *quæſt.*3. *&
l.* 2. *C. ad Turpil.* qui Textus loquitur in-
diſtinctè.

33 Tertiò, debet condẽnari in expenſis quo-
cunq; modo Accuſator ſit inconſtans, ſiue
34 expreſsè deſiſtendo, ſiue tacitè, vel non
comparendo infra tempus ei aſsignatum,
vel non proſequendo in termino ſibi ſta-
35 tuto, vel ſinendo labi tempus à lege
ſibi præfixum, quod eſt biennium ſecun-
dum doctrinam Bart. *in l. ſi quis autem, ff.
ad Turpil.* Angel. *de malef. loco cit. num.*66.
Et hanc opinionem de condemnatione
in expenſis tenet, Bald. & Petr. de Sen. *in
l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. l. qui crimen,
C. qui accuſ. non poſs.* & ibi Doctores add.
ad Anchar. *d. cap. licet de accuſat.* Angel.
*de malefic. d. verb. & ad querelam Titij in fin.
num.* 66. vbi latè de pœnis ſtatutis contra
deſiſtentem ab accuſatione tacitè.

36 Quod dictum de expenſis crederem
procedere, quando Accuſator non deſiſtit
37 re integra, quia, ſi re integra deſiſtat, & ni-
hil Parti depereat, non eſt condemnan-
dus in expenſis, Boich. *d. cap. licet, nu.*6.

38 Quartò hoc habet in ſe deſiſtentia Ac-
cuſatoris ab accuſatione, vt amplius in-
coſtans ad accuſationem inſtaurandam
non admittatur, quod eſt ſecundum ca-
put inconſtantiæ in Accuſatore, & hanc
concluſionem probant Textus *in l. quid
extitit, la ſeconda, ff. ad Turpil. l.* 2. *§.* 1. *ff.
de adult. l. accuſatione, C. Qui accuſat. non
l. in Senatus conſultò, §. Idem in accuſatione,
verſ. nam cum ff. ad Turpil.* vbi clarè dicitur.
*Nam eum, qui ſemel deſtitit, ſi poſtea ac-
cuſare paratus ſit, non eſſe audiendum, Di-
ui Seuerus, & Antoninus ſtatuerunt,* hanc-
que concluſionem latè exornat Decian.
*tract. crimin. lib.*3. *cap.* 29. *num.* 1. Bald. *in
l. accuſatione, C. de his, qui accuſare non poſs.*
Baiard. ad Clarum, *§. fin. quæſt.* 10. *num.* 1.
Foller. *in pract. crimin. verb. Audiantur ex-
ceptione,* Caualc. *in fragm. fragm.*84. *verſ. at
ille vbi in fine, & de brachio Regio par.*5. *n.*48.
Guazzin. *ad defenſam, defenſ.* 3. *circa accuſa-
tionem, cap.*11. *num.*1. *& ſeqq.* Conciol. *re-
ſol. crimin. reſol.* 5. *in verb. Accuſatio.*

39 Ratio eſt, quia remittentibus actiones
ſuas non datur regreſsus, *l. quæritur, §. Si
venditor, ff. de ædilit. edict. cap. eos,* 7. *qu.*1.
Decian. *loco cit.* Guaz. *loco cit.*

40 Amplia primo, vt denegetur incon-
ſtantia etiam ſecuta abolitione priuata,
l. mulier, §. fin. ff. ad Turpil. Decian. *loco cit.
num.*2. Guaz. *loco cit. num.*3. Conciol. *dicta
reſol.*5. *num.*1.

41 Amplia ſecundò, vt illicita ſit incon-
ſtantia, etiam quod Accuſator deſtitiſset
pacto inito, vt ei accuſatus aliquod da-
ret, vel faceret, nam ſi & ipſe accuſatus
inconſtans in pacto promiſsa non adim-
pleat, nihilominus Accuſator iterum ac-
cuſare eum non poteſt, *l. quamuis, C. ad
Turpil.* Decian. *loco cit. num.* 4. Guaz. *loco
citato, item num.* 4. Conciol. *dicta reſol.* 5.
num. 2.

42 Amplia tertiò, ceſſare inconſtantiam

etiam quod Accuſator deſtitiſſet ab accu-
ſatione cum proteſtatione ſe poſtea accu-
ſaturum, Bartolus *in l. miles*, §. *Socer*,
ff. de adulter. Decianus *loco citato num.* 5.
Guaz. *loco cit. item nu.* 5. Conciol. *d. reſol.* 5.
num. 3.

43 Amplia quartò, vt ceſſet inconſtantia
non ſolum in eo, qui deſtitit ab accuſa-
tione iam porrecta, ſed in eo, qui fuit in-
terrogatus, an velit accuſare, & neget,
quia non admittitur amplius ad accuſan-
dum, *l. ſi maritus*, *la ſeconda*, §. *Si negaue-
rint*, *ff. de adult.* Decian. & Guaz. *loco cit.*
vterque *num.* 6. Addo Ego textum à nemi-
ne dd. Doctor. adductum *in dicto cap. licet*,
ſæpius citato *de accuſat.* vbi Abb. *num.* 4.
qui miratur etiam neminem ad hoc pro-
poſitum allegaſſe, *d. Text.*

44 Fallit tamen hæc ampliatio re integra,
quia tunc etiam quod Accuſator dixerit,
ſe nolle accuſare, poteſt inconſtans accu-
re Decian. *loco cit. per text. in l.* 3. §. *Si is,
cuius intereſt*, *ff. de ſepulchr. violat.* Guaz. *loco
cit. num.* 6.

45 Amplia quintò in eo, qui accuſauit
aliquem ſuper delicto mixti fori coram
vno Iudice, puta Eccleſiaſtico, nam, ſi
deſtitit, non poteſt inconſtans iterum
accuſare coram laico, *argum. l. ſi is, de quo,
C. ad Turpil.* Imol. *in cap. cum dilectus de purg.
canon.* Alciat. *cap.* 1. *de offic. ordin. num.* 87.
Decian. *dicto cap.* 29. *num.* 8. Guaz. *dicto
cap.* 11. *num.* 7.

46 Amplia ſextò in eo, qui deſiſtit ab ac-
cuſatione per tranſactionem cum parte
initam. Licèt enim dubitent Doctores,
an diſpoſitio Text. *in l. transigere C. de tran-
ſact.* habeat locum in accuſatore, qui, ſi
tranſigat poſt factum inſtrumentum, ac
47 datum fideiuſſorem, incidit in pœnam
Turpiliani, & partem negatiuam, tenet
Gloſſa *in dicta l. tranſigere*, *verb. prohibitus*,
contra cuius opinionem Bart. 1. *lect. num.* 7.
Guido de Suzar. quem refert Albericus
d. l. tranſigere, *col.* 2. exiſtimant, licitam
eſſe tranſactionem ex parte accuſatoris,
quoniam *d. l. tranſigere* indiſtincta eſt, ac
generalis, hanc tamen opinionem tenent
Iaſon *d. l. nu.* 11. Riminal. *col.* 3. Alciat. *nu.* 9.
Curt. iun. *num.* 30. Padill. latè *num.* 44. 45.
& 46. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 34.
num. 10. *verſ. extende primò*, vbi dicit, quod
licèt accuſator deſiſtens ab accuſatione,
incidat in pœnam Turpiliani, nihilomi-
nus quia ipſe ſe ſubſcribit ad pœnam ta-
lionis, quæ eſt eadem cum illa, qua tene-
tur accuſatus, ideo, vt redimat ſe ab illa
pœna, licita erit tranſactio etiam ex parte
ſui, & ita ſentiunt Bartolus, & Baldus, &
communiter omnes contra Gloſſam, *vbi
ſupra*, & *num.* 11. cum Iaſone, & Curtio
iuniore ampliat, vt nec etiam accuſator
ſic tranſigens incidat in pœnam Turpilia-
ni, ſed tranſactio teneat quamuis talionis
inſcriptio, & pœna abierit in deſuetudi-
nem, quod etiam voluere Aret. *num.* 3.
Alciat. *nu.* 9. Donell. *nu.* 5. Petr. Fab. *ad l.* 41.
& 125. *ff. de reg. iur.* Vueſembec. *in paratit.
num.* 5. quos refert Gilkenius *dicta l. tran-
ſigere num.* 51. quamuis ipſe diſtinguat in
tranſactione inita ante accuſationem, &
poſt accuſationem, nam priori caſu putat
accuſatorem nullam mereri pœnam, ſe-
cundò verò non euadere pœnas Turpi-
liani, quæ diſtinctio non placet, vno enim
tempore licita eſſet tranſactio, & altero
illicita, quod generalitati *l. tranſigere*, non
conuenit. Vide Facchineum *controuerſ.
lib.* 1. *controuerſ. cap.* 8. *verſ. item Bartolus.*

48 Et hæc ampliatio habet locum, vt non
ſolùm inconſtans accuſator repellatur à
noua accuſatione, ſed etiam auferat ius
accuſandi proximioribus in gradu, Clar.
§. *fin. quæſt.* 58. *verſ. ſed punctus eſt*, Farinacc.
quæſt. 4. *num.* 37. *verſ. tu verò dicas.* Quod
tamen intellige iuxta diſtinctionem rela-
tam à Deciano *d. cap.* 34. *num.* 17. *verſ.* 3.
caſu, hoc eſt, niſi ius accuſandi commune
ſit alio proximiori, quia tunc tranſactio,
verbi gratia, facta à filio non nocet patri,
ità è conuerſo, quia vnius actio per alium
49 conſumi non poteſt, & cum principali-
ter omnibus competat, tranſactio vnius
non præiudicat alteri, de quo videndus
eſt, Barboſa 1. *par. l.* 2. *in principio num.* 108.
ff. ſolut. matrim.

50 Sed hæc ampliatio non habet locum,
ſi tranſactio eſſet nulla, vtputa in caſibus
51 à iure non permiſſis, hoc enim caſu lici-
ta eſt inconſtantia in ipſo accuſatore, qui
nulliter tranſegit, poteritque accuſatio-
nem repetere, Felyn. *in cap. De his verſ.
ſecundò limita de accuſat.* Marant. Monticell.
Foller. relati à Farinaccio *dicta quæſt.* 4.
num. 38.

Contrarium tenet Gomeſ. *de delictis*,
cap. 3. *de homicid. num.* 56. Clar. *quæſt.* 58.
num. 10. & ibi Baiard. *num.* 21. Guazz. *de
tregu. & pac. quæſt.* 10. & *d. defenſ.* 3. *cap.* 6.
num. 16.

Retenta priori opinione dic non pro-
cedere in crimine adulterij; nec ſi accu-
51 ſatori impoſitum ſit perpetuum ſilen-
tium, nec ſi tranſactio ſit inita poſt litem
conteſtatam, hiſce enim tribus caſibus
etiamquod tranſactio ſit nulla, ceſſabit
inconſtantia, nec accuſator iterum accu-
re poterit, Foller. *pract. crim. canon. cap.* 35.
num. 15. Farinacc. *loco cit. num.* 38.

Sed quæ dicta ſunt de crimine adulte-
rij, paulò altiùs repetenda ſunt, quamuis
52 enim certum ſit ſuper crimine adulterij
illicitam eſſe tranſactionem, vel pactum,
iuxta Textum *in d. l. tranſigere*, *C. de tran-
ſact. l. de crimine*, *C. de adulter. l. Miles*, *ff.
de adulter.* Padill. *d. l. tranſigere à num.* 70.

Digitized by Google

Gilkenius num.9. Clar.§.fin. quæſt.58.nu.11. Barboſa par. 1. l. 2. in principio, num. 104. ff. ſolut. matrim.

53 Quæ regula aduerſari videtur Textui; in l. ſi maritus, §. ſi negauerit, ff. de adulter. vbi probatur valere remiſſionem mariti de adulterio commiſſo per vxorem, itaut amplius inconſtans eam accuſare non poſſit, Farinacc. de delict. carn. quæſt. 142. num. 71.

Diſtinguenda tamen ſunt duo tempora, alterum ante litem conteſtatam, ſecundum poſt litem conteſtatam.

54 Secundò diſtinguendum eſt, maritum duplici iure poſſe accuſare vxorem,altero iure mariti, l. iure mariti, C. de adulter. altero iure extranei, Cyn. l. tranſigere 7. oppoſit. C. de tranſact. Barboſa loco citato, num 105.

55 Quando ergo ſumus in priori tempore, hoc eſt ante litem conteſtatam, & in accuſatione iure mariti facta, tunc certum eſt valere remiſſionem, & tranſactionem, itaut non detur inconſtantia in maritò, vt vxorem amplius iure mariti accuſare poſſit, quamuis iure extranei ad illam accuſandam admittatur, Iaſon d. l. tranſigere, num.16. Purpurat. num. 79. Padill. num. 91. Barboſa loco cit. num. 105.

56 Et ratio eſt, quia quando maritus accuſat iure mariti propter iniuriam priuatam,
57 quæ illi ſpecialiter infertur per adulterium vxoris accuſat, l.quamuis, C.de adult.
58 Nil mirum ergo, ſi poſſit illam remittere, cum priuatam iniuriam quilibet remittere poſſit, §.fin. inſtit. de iniur. l. ſi tibi, §. quædam, ff.de pact. Bartolus conſ.175.nu.1.
59 Cæterum accuſatio iure extranei competit marito iure publico, ideo remiſſio
60 nihil ei præiudicabit l. iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. cap. quemadmodum, §. fin. de iur. iur. Quod procedit, quamuis ſe
61 iure extranei etiam non accuſare promitteret, quia hæc promiſſio inconſtantiam non tollit, Barboſa loco cit. num. 106. Cum enim crimina ſint publica, non obſtante
62 inutili tranſactione poterit accuſator inconſtans iterum accuſare, Gloſs. fin. in fin. in l. accuſationes, C. qui accuſ. non poſs. & in l. iuris gentium, §. ſi paciſcar, verb. non licet, ff. de pact. Alex. d. l.tranſigere, num.10. Pariſ. conſ. 150. num. 4. lib. 4. Barboſa Clarum mordens loco cit. num.106. in fin. verſ. in delictis verò priuatis, vbi quid in delictis
63 priuatis ceſſare inconſtantiam facit remiſſio, ſiue tranſactio, nam remiſſio, & tranſactio non ſolùm faciunt ceſſare rancorem animi, vt aduertit Bartolus dicto conſ. 175. num. 1. Alexand. d. l. tranſigere, & ibi Iaſon num. 6. Sed etiam impediunt
64 proceſſum, quatenus reſpiciunt particulare intereſſe remittentis, Barboſa loco cit. num. 107.

65 In ſecundo verò caſu poſt litem conteſtatam ſi maritus deſiſtat ab accuſatione adulterii, amplius non admittetur ad accuſandum, neque iure mariti, neque iure extranei, l. quæſitum, §. fin. ff. de adulter. l.2. §. marito eodem tit. l. abolitionem in fine, C. de adulter. Alex. d. l. tranſigere num. 19.
66 Non quidem ratione remiſſionis, vel tranſactionis, quæ etiam hoc caſu nulla eſt, ſed quia deſiſtens ab accuſatione iam
67 cœpta non impetrata abolitione incidit in Turpilianum, & conſequenter efficitur infamis, ideo indiſtinctè ab accuſatione
68 repellitur, l. 2. ff. ad Turpil. l. 2. C. eodem, Bart. §. ſi negauerit in fin. Barboſa loco cit. num 107. vbi cum multis dicit hoc caſu
69 accuſationem intermiſſam, quemlibet de populo poſſe proſequi, l. ſi conſtante, ff. de adulter. Grammat. & Afflictus ab eo relat.
70 Quod ſi nullus ſit, qui accuſationem proſequi velit Iudex ex officio proſequi poterit, Boer. deciſ. 91. num. 2. Barboſa loco citato num. 107. in fin. & de more plenè Capic.lat. deciſ. 121. lib. 2.
71 Hæc tamen tranſactio, vel remiſſio non tollit ius accuſandi marito, ſi denuo vxor in adulterium relabatur, quia
72 præcedens venia non trahitur ad futura delicta, ſed ſolùm præterita reſpicit argumento l. non alia, §. 1. ff. de iudic. Gloſs. in cap. Plerumque, verb. nec reconciliata in fin. de donat. inter virum, & vxorem, & ibi Alexand. de Neuo num. 6. Præpoſit. num.6. Archid. cap. 1. num.4. 32. quæſt. 6. Bellam. ibidem num. 2. Io. Lupus cap. per veſtras in principio, §. 9. num. 18. de donat. in vir. & vxor. cum aliis tam Iuriſperitis, quàm Theologis, quos refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 5. num. 20. vbi benè reprobat Salycetum, & Angelum contrarium ſentientes.
73 Quemadmodum etiam cauendum eſt à Lupo loco cit. num.22. aſſerente, coniugem in adulterium relabentem non ſolùm poſſe accuſari de nouo de illo delicto nouo, ſed reaccuſari de adulterio iam per tran-
74 ſactionem remiſſo, vel aliàs condonato, etenim crimen ſemel tranſactione, aut indulgentia accuſatoris extinctum, non poteſt ampliùs ab eodem in iudicio deduci, cap. De his, de accuſat. d. l. tranſigere, C. de tranſact. cap. Si illic 23. quæſt.4. iuncta Gloſs. in verb. recidiuo, cum aliis per Sanchez loco cit. num. 21. & etiam Lupum reprobant Couuar. Barboſ. Azeued. Surd. Ludouic. Lopez apud Sanchez d. num. 21. allegat.
75 Quando autem, & quibus caſibus licita ſit in delictis tranſactio, vide plenè per Doctores in d. l. tranſigere, & per Decian. d. cap. 34. per tot.

Redeundo ad principalem concluſionem.

Dic

Digitized by Google

76 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam in accuſatore, qui deſtitit ab accuſatione ſi per ſimplicitatem deſtitiſſet, vel iuſto impedimento detentus fuiſſet, *l. vlt. C. ad Turpil.* Decian. *dicto cap.* 29. *num.*9. Guaz. *dicto cap.* 11. *num.*8. Conciol. *dicta reſol.* 5. *num.* 4.

77 Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtantiam in accuſatore, qui deſtitit ab accuſatione, ſi fuiſſet facta generalis abolitio criminis ex cauſa aliqua, nam poterit poſtea intra triginta dies repetere eandem accuſationem, & erit in eodem ſtatu, in quo erat ante abolitionem, *l. ſi quis repetere*, *l. aut priuatione*, §. *triginta dies*, *ff. ad Turpilianum*, *l.* 1. *C. de gener. abolition.* Decianus *d. cap. num.* 10.

78 Dic tertiò, licitam in accuſatore ſupradicto inconſtantiam, ſi errore, vel aduerſarij dolis inductus eſſet ad deſiſtendum, *argumento l.* 2. *C. de abolit.* Decian. *dicto cap.*29. *num.*10. *verſ. limitari poteſt* 3. Guaz. *d. cap.* 11. *num.* 8. qui tamen dicit non procedere, ſi per colluſionem deſiterit ab accuſatione, Conciolus *dicta reſolut.* 5. *num.* 4.

Sed an qui denunciauit Iudici maleficium, puta combuſtionis domus, nullos

79 nominando, ſed Iudex inquiſitionem formauit contra aliquos, poſſit poſtea alios accuſare. Vide benè diſtinguentem Decianum *dicto cap.* 29. *num.* 12. & Guaz. *loco cit. cap.* 12. *per tot.* qui omnia mutuatus eſt ab eodem Deciano, & concludunt, quod ſi Actor viam denunciationis incæpit, non quidem ex debito officij, ſed nulla cogente neceſſitate, & tunc inconſtans non poſſit ad viam accuſationis conuolare, niſi tamen in priori denunciatione nullos nominauerit, quia tunc licita eſſet inconſtantia Speculat. Gandin. & alij ab iiſdem *allegati*.

80 Pro Coronide dic, quod non tam de facili admittitur denuncians, ſiue accuſator ad deſiſtendum ab accuſatione, præſertim in cauſis Sancti Officij, quia potuit

81 cum delato, vel cum teſtibus conuenire, Decianus *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 28. *nu.* 12. Pegna *comment.* 14. *ad* 3. *partem Directorij*, Souſa *in aphoriſm. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Salelles *de materijs Tribunalis Sancti Officij*, *lib.* 2. *cap.* 1. *reg.* 164. *num.* 50. & 51. Sed redeamus ad ciuilia.

QVÆSTIO XXI.

ARGVMENTVM.

An ſi quis fecerit pactum de litigando coram Iudice non ſuo, poſſit inconſtans ab eo recedere: Et quid ſi paciſcens eſſet Clericus?

SVMMARIVM.

1 *Pactum de litigando coram Iudice non ſuo, an ſit licitum.*
2 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo, poteſt inconſtans à promiſſione recedere, & de ratione.*
3 *Pactum de prorogandа iuriſdictione an obliget.*
4 *Receſſus à pacto de litigando coram Iudice non ſuo, an detur ex capite pœnitentiæ, vel alio capite.*
5 *Pœnitentia datur ſolummodo in contractibus innominatis correſpectiuis.*
6 *Contractus nominati correſpectiui, ex ſe producunt actionem.*
7 *Pœnitentia in contractibus innominatis correſpectiuis datur re integra.*
8 *Pactum nudum non producit actionem, &* num. 18.
9 *Pœnitentiæ terminus non intrat in pacto nudo.*
10 *Pactum de litigando coram Iudice omnino incompetente eo facilius poteſt contraueniri.*
11 *Clerico non licet paciſci de litigando coram Iudice laico.*
12 *Pactum de litigando coram Iudice laico factum à Clerico, & iuramento vallatum illicitum eſt.*
13 *Quid accedente conſenſu Epiſcopi.*
14 *Clericus ad iudicium ſeculare, nec inuitus, nec volens trahi poteſt.*
15 *Clericum trahens ad forum ſecularem an poſſit pœnitere.*
16 *Pœnitentia an detur in delictis.*
17 *Renunciatio diſpoſitioni* l. ſi conuenerit, *appoſita in pacto de litigando coram Iudice non ſuo, an obligat.*
19 *Partes non poſſunt efficere, quod ex pacto nudo oriatur actio.*
20 *Iudex incompetens vigore pacti de litigando coram eo, non poteſt procedere contra Reum contumacem quamuis paſſum ſe citari.*
21 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo, & à promiſſione recedens tenetur parti damnum reficere actione de dolo.*
22 *Et an teneatur ſolùm ad expenſas, vel etiam ad intereſſe.*
23 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo,*

poteſt à promiſſione recedere ante litem conteſtatam non autem poſt.

24 *Sed an acta facta ante litem conteſtatam adhuc ſubſtineantur, & quando, & num.* 27.

25 *Delegans poteſt inconſtans reuocare delegationem.*

26 *Sed acta facta coram delegato ante reuocationem, an annullentur.*

28 *Promittens cum iuramento litigare coram Iudice non ſuo, an poſſit à promiſſione inconſtans recedere.*

29 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo cum verbis* in veritate *an poſſit à promiſſione recedere.*

30 *Verba* in veritate *æquipollent iuramento.*

31 *Promiſſioni iurata de litigando coram Iudice non ſuo continenti præiudicium Superioris non poteſt promittens contrauenire.*

32 *Iuriſdictio prorogari non poteſt in præiudicium Superioris.*

33 *Aduerſus pactum de litigando coram Iudice incompetente etiam iuratum poteſt Superior, in cuius præiudicium factum eſt, reclamare.*

34 *Promittens cum iuramento litigare coram Iudice non ſuo poteſt à promiſſione recedere ex cauſa antiqua, occulta, vel noua ſuperueniente.*

35 *Quid ſi ageretur de proroganda iuriſdictione Iudicis excommunicati.*

36 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo interueniente ſtipulatione, an poſſit inconſtans à promiſſione recedere.*

37 *Recedens à promiſſione de litigando coram Iudice non ſuo, in qua ſtipulatio interuenerat, an ad intereſſe teneatur, & num. ſeqq.*

38 *Intereſſe modicum leges non curant.*

39 *Pœna etiam grauis appoſita in pacto de litigando coram Iudice non ſuo totaliter debetur ab eo, qui inconſtans à promiſſione recedit.*

40 *Pœna, & intereſſe contra promittentem litigare coram Iudice non ſuo, an, & quando peti poſſit coram Iudice, cuius promiſſor tenebatur prorogare iuriſdictionem.*

41 *Intereſſe ſuccedit loco facti non præſtiti.*

42 *Pœna facti non præſtiti eſt, & conſideratur tanquam quid omnino diuerſum ab ipſo facto.*

43 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo, coram ipſomet Iudice non poteſt à promiſſione recedere.*

44 *Quid ſi Iudex non acceptauit, vel præſens non recuſauit.*

45 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo, coram ipſomet Iudice, ſed non in figura iudicij adhuc non poteſt à promiſſione recedere.*

46 *Quid ſi pactum prorogationis, veſtitum ſit cohærentia contractus.*

47 *Confeſſio quod Iudex non ſuus ſit Iudex competens, præiudicat confitenti, vt amplius nequeat ab illius iuriſdictione recedere.*

48 *Quid ſi facta ſit per errorem, vel ignoranter.*

49 *Promittens non declinare iuriſdictionem non poteſt inconſtans illam declinare.*

50 *Promiſſio de litigando coram Iudice non ſuo de iure Canonico ſeruanda eſt.*

51 *Pacta de iure Canonico ſunt ſeruanda.*

52 *Pactum de iuriſdictione prorogandа ſecundum ius Canonicum ſeruandum eſt etiam in Terris Imperij, itaut paciſcens ab eo non poſſit inconſtans recedere.*

53 *Prorogatio iuriſdictionis oriens ex contractu, vel delicto in alieno Territorio eſt irretractabilis.*

54 *Viator immediatè receſſurus ratione contractus non dicitur prorogare iuriſdictionem.*

55 *Quid ſi in eo loco poſuerit ſtationem, ſeu tabernam.*

56 *Tabernæ, ſeu ſtationis poſitio in aliquo loco indicat animum contrahendi domicilium.*

57 *Viator culpoſus non oſtendens ſe eſſe viatorẽ, dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus.*

58 *Quid vbi ageretur de contractu, qui deberet hinc inde adimpleri, puta tradendo rem, & recipiendo pecuniam.*

59 *Viator accedens ad locum ea intentione illic contrahendi, & forum ſortiendi dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus.*

60 *Viator contrahens in loco, in quo de iure communi poſſet conueniri dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus quamuis alias ex priuilegio potuiſſet illum forum declinare.*

61 *De contractu Viatoris, vel aduenæ remiſſiuè.*

62 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo addito pacto de iudicio ſiſti, & de parendo mandatis Curiæ an poſſit à promiſſione inconſtans recedere.*

63 *Prorogatio iuriſdictionis tacitè inducta, an poſſit amplius impugnari.*

64 *Acta facta contra Clericum coram Iudice laico ſunt nulla, etiamſi Clericus tacuerit clericatum vſque ad ſententiam, & executionem.*

65 *Et an hoc caſu Clericus debeat in expenſis condemnari.*

66 *Procurator iuriſdictionem à domino prorogatam non poteſt impugnare.*

67 *Quid concurrente legitima cauſa.*

68 *Vel quando iuriſdictio fuit prorogata ab ipſo Procuratore.*

69 *Prorogans iuriſdictionem, deinde pœnitens, ac poſtmodum denuo in eam inconſtans conſentiens, non poteſt amplius ab illa recedere.*

70 *Iuriſdictio prorogata in præparatorijs etiam ante litis conteſtationem non poteſt in illis amplius impugnari.*

1 PACTVM hoc eſſe licitum ex Text.
in cap. 1. de indic. tenent communi-
ter Canoniſtæ, & præſertim Abb.
*num. 1. & 17. l. ſi quis in conſcribendo, C. de
pact.* Bart. *l. ſi conuenerit num. 1. ff. de iuriſdict.
omn. Iudic. l. eſt receptum, & l. 1. ff. de iudic.*
Scacc. *de ſententia, & re iudicat. gloſs. 7.
quæſt. 3. num. 23. limit.* 4. Statuenda eſt ergo
2 concluſio, licitam eſſe pœnitentiam, ſeu
inconſtantiam in eo, qui fecit pactum de
litigando coram Iudice non ſuo, poſſe-
que à dicto pacto recedere, Textus clarus
eſt *in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*
vbi dicitur, *Si conuenerit, vt alius Prætor,
quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret; & pri-
uſquam adiretur, mutata voluntas fuerit: pro-
culdubio nemo compelletur eiuſmodi conuentioni
ſtari.*
Et hanc concluſionem firmat ibi Albe-
ric. *num.* 4. Alex. *num.* 1. Angel. *nu.* 1. Bald.
num. 1. Bartol. *num.* 1. Caſtren. *num.* 1. Dec.
num. 1. Fulgoſ. *num.* 1. 10. & 12. Iacobinus
de Sancto Georgio *num.* 1. Iaſon. *num.* 1.
Odofr. *num.* 1. Roman. *num.* 1. Zaſ. *num.* 1.
Canoniſtæ *in cap. 1. de iudic.* vbi Abb. *nu.* 17.
Anchar. *num.* 9. & 10. Barbat. *num.* 80.
Bellamer. *num. 9. verſ. quartò quæritur,* latiſ-
tiſſimè Berous *à num.* 139. Dec. *num.* 92.
latè Anton. de Butr. *num.* 37. Felyn. *num.* 6.
Imol. *nu. 31. verſ. quandoque verò,* Hoſtien.
num. 3. Zabarell. *num.* 4. & 5. Barboſ. *ad l. 1.
de indic. artic. 3. nu.* 80. Peregrin. *in cap. 1. de
iudic. num.* 31. Scacc. *de ſentent. & re iudic.
loco cit. num.* 28. Carleual. *de iudic. tit. 1.
diſput. 2. num. 1004. cum ſeqq.* Fermoſin. *ad
cap. 1. de iudic. quæſt. 17. num.* 1.
In aſſignanda tamen huiuſce conclu-
ſionis ratione laborant Doctor. vt videre
eſt per Iaſonem *d. l. ſi conuenerit toto num.* 1.
Carleual. *dicta diſput. 2. num.* 1007.
Tu non recedas à ratione aſſignata per
Bartol. *d. l. ſi conuenerit num.* 1. quem ſequi-
tur Alberic. *in princ.* quod ſcilicet ex pacto
nudo non datur actio *l. iuris gent. §. nulla, ff.
de pact.* & ob id nullus cogendus eſt ſtare
3 pacto nudo de proroganda iuriſdictione,
& huic rationi ſubſcribunt Butr. *d. cap. 1.
num.* 37. Zabarell. *col.* 2. Imol. *nu.* 31. Abb.
num. 19. Imol. *in cap. Significantibus num. 25.
& in cap. P, & G, de offic. delegat. num.* 106.
Soccin. *in cap. Significaſti num. 46. de for. com-
pet.* Fermoſin. *dicto cap. 1. num.* 1. Barboſ.
d. l. 1. artic. 3. num. 86. de iudic. Ex quo intel-
4 lectu communiter recepto infert ipſe,
labi Doctor. dum dicunt, quod in termi-
nis *d. l. ſi conuenerit,* Partes poſſunt pœnite-
5 re, quia cum ibi agitur de nuda partium
conuentione, non poteſt tractari de pœni-
tentia, illi enim tantum locus eſt in con-
6 tractibus innominatis correſpectiuis, qui
ex ſe producunt actionem *l. naturalis, ff. de
7 præſcript. verb.* in quibus re integra datur
pœnitentia, *l. ſi pecuniam, ff. de condiction. ob*
8 *cauſ.* Sed in pactis nudis, cum non naſca-
9 tur actio, non poteſt tractari de pœniten-
tia, Gloſs. *in l. ſi eum fundum, ff. de pact.* Non
eſt igitur dicendum in terminis *d. l. ſi con-
uenerit,* licitum eſſe Partibus pœnitere, ſed
potius, quod non ſunt compellendæ Par-
tes illi conuentioni ſtare, quod apertè col-
ligitur ex verbis *d. l. ſi conuenerit.*
Sed iudicio meo labitur ipſe doctiſſi-
mus vir, vt videre eſt per Carleual. *dicta
diſp. 2. num. 1003. & num.* 1008. quia pœni-
tentia hic habetur pro receſſu à pacto ini-
to quocunque modo ſequatur, vel enim
ex quo Partes iudicium non incipiant, vel
non proſequantur, ſemper dicuntur in-
conſtantes, variæ, & pœnitentes.
10 Amplia primò, hanc concluſionem eò
magis procedere, quando Iudex proro-
gatus eſſet omnino incompetens, vtputa
11 ſi eſſet laicus, & Paciſcens eſſet Clericus,
tunc enim quia illicitum eſt huiuſmodi
pactum, & prorogatio, *cap. Si diligenti, de
for. compet.* & ibi omnes Canoniſtæ, Spe-
cul. *tit. de Reo rubr. 3. verſ. Item Clericus
num.* 19. Farinacc. *de Inquiſ. quæſt. 8. num.* 12.
Scacc. *de iudic. to. 1. cap. 11. nu.* 36. Fermoſ.
*in cap. Si diligenti, de foro compet. quæſt. 1.
num. 17. & 18. cum ſeqq.*
12 Etiamſi eſſet iuramento vallatum, Spe-
cul. *de renunciat. concl. 9. par.* 2. Marant. *in
Specul. diſtinct. 11. num.* 2. Alexan. de Neuo
conſ. 56. num. 1. Scacc. *loco cit. cap. 11. nu.* 36.
Fermoſin. *dicto cap. ſi diligenti quæſt. 2. per
totam.*
13 Imò etſi adeſſet conſenſus proprij Epiſ-
copi, Scacc. *dicto cap. 11. num.* 6. Farinacc.
dicta quæſt. 8. num. 13. Sbrozz. *de offic. Vicarij
lib. 2. quæſt. 203. num.* 4. cum alijs per Squil-
lant. *de priuileg. Cleric. cap. 7. num. 3. verſ. &
dicendum eſt,* Fermoſin. *dicto cap. ſi diligenti
quæſt.* 5. Ita eſt etiam licita quandocunque
inconſtantia, Scacc. *de ſentent. & re iudic.
dicta gloſs. 7. quæſt. 3. limit. 4. num. 29. verſ.
aduerte ne decipiaris.*
14 Et cum certum ſit, quod nullo modo
poteſt Clericus ad iudicium ſeculare, nec
inuitus, nec volens trahi *d. cap. ſi diligenti,
de for. compet.* & ſi quis eum trahat, amittit
cauſam, Auth. *ſtatuimus, C. de Epiſc. &
Cleric. dicto cap. ſi diligenti, de for. compet.*
Federic. de Sen. *conſ.* 90. Anton. de Butr.
*dicto cap. ſi diligenti nu. 13. & cap. Significaſti
num.* 14. & ibi Abb. *num.* 19. Soccin. *nu. 56.
quæſt.* 10. Surd. *conſ. 222. num. 1. lib.* 2. &
communiter omnes Scacc. *dicta gloſs. 7.
quæſt. 3. limit. 1. num.* 79.
15 Videbimus, an etiam detur pœnitentia
in trahente Clericum ad forum ſeculare
in ea quæſtione, An in delictis detur pœ-
16 nitentia? Tu interim vide Doctor. *in cap.
ſi diligenti, de for. compet.* præſertim Areti-
num, & Soccinum.
17 Secundò amplia, etiamquod Partes re-

nunciauerint diſpoſitioni *d. l. ſi conuenerit*,
18 cum enim in eo fundetur, quod ex pacto
nudo non detur actio, non poſſunt Partes
19 efficere ſuo conſenſu, vt ex nudo pacto
detur actio, Barboſ. *dicta l.1. artic.3. num.8.*
de iudic. & idem voluit licet alia ratione
Bald. *in cap. P. & G. num.9. de offic. delegat.*
Dec. *l.penult. num.19.* & ibi Alciat. *num.7.*
C. de pact. Corn. *conſ.* 209. *num.* 19. *&* 23.
lib. 2.

Contrarium voluerunt Alberic. *d. l. ſi*
conuenerit num. fin. Zaſ. *num.* 20. Iaſon. *d. l.*
penult. C. de pact. Fermoſin *ad cap. Significaſti*
18. *quæſt.* 6. *num.* 3. Sed de materia vide
omnino Scacciam *d. limit.4. à num.171. per*
multos, vbi dicit hanc quæſtionem pende-
re ab alia nempe an quis poſſit iuri ſuo re-
nunciare, & ſatis amplè hanc materiam
tractat latiſſimè, & Carleual. *de iudic. dicta*
diſput. 2. *à num.*1037. *cum pluribus ſeqq.* ad
quem pariter omnino recurras.

Tertiò amplia, etiamquod promittens
paſſus ſit ſe citare, nam ſi non compareat
20 non poteſt Iudex contra ipſum procedere
tanquam contumacem, vt ex Caſtrenſ.
tenet Scacc. *d. limit.4. num.34. verſ. extende*
etiam illatiuè.

21 Non euitabit tamen hoc caſu incon-
ſtans aliquod damnum, quod poterit Ad-
uerſarius recuperare per actionem de do-
lo, Abb. *dicta cap.* 1. *num.* 19. *de iudic.* &
ibi latè Io. de Imol. *num.3. verſ. Doctores ta-*
men &c. Anton. de Butr. *num.* 39. *in fin.*
Bero. *num.* 169. *&* 171. Bellamer. *num.*11.
verſ. fatentur tamen Legiſtæ, Barbat. *num.*98.
Alexan. *d. l. ſi conuenerit num.* 6. Anton. de
Matthæis *de prorogat. iuriſdict. num.* 12.
Barboſ. *d. l.1. de indic. artic.* 3. *num.* 92. vbi
num. 93. *&* 94. dicit ab inconſtanti poſſe
22 ſolùm recuperare expenſas, non autem
intereſſe, Soccin. *dicta l. ſi conuenerit nu.*22.
Dec. *num.*10. Anton. de Matthæis *d. nu.*12.
de quo tamen vide cæteros Canoniſtas, &
præſertim Felyn. *dicto cap.*1. *num.*6.

23 Dic nihilominus concedi inconſtantiã,
& pœnitentiam ante litem conteſtatam,
non autem poſt, vt per Text. *in d. l. ſi con-*
uenerit, & d. cap.1. de iudic. volunt tam Le-
giſtæ, quàm Canoniſtæ, Scacc. *d. limit.*4.
*num.*24. Aſin. *de execut.* §. 9. *cap.*33. *num.*3.
Fermoſin. *ad cap.1. de indic. quæſt.*21. *num.*3.
Carleual. *de iudic. d. diſput.* 2. *num.* 990. *&*
*num.*1068.

24 Non tamen quoad acta ante litem con-
teſtatam confecta, in illis enim non habet
locum pœnitentia, Alex. *dicta l. ſi conuenerit*
num.8. verſ.9. fallit, Dec. *ibid. num.*20. *& in*
*dicto cap.1. num.*147. *&* 148. *de iudic.* Bald.
in l.1. C. de iuriſdict. omn. Indic. Angel. *in*
l.1. de iudic. Scacc. *d. limit.4. num.*101.

25 Quod confirmatur, quia licet Delegans
poſſit inconſtans reuocare Delegatum,
l. iudicium ſoluitur, ff. de indic. non tamen
26 acta facta ante reuocationem annullan-
tur, Alexan. *d. limit.* 9. Dec. *dicto cap.* 1.
num. 148. Quamuis *in dicta l. ſi conuenerit*
num. 20. dicat, hoc ſimile non bene pro-
cedere, quia, etſi reuocetur delegatus,
cauſa tamen continuatur coram Dele-
gante, non ſic autem in caſu noſtro, quia
27 illa acta videntur facta ſub tacita condi-
tione pœnitentiæ, & data pœnitentia
reſoluuntur. Sed priorem opinionem te-
net Scaccia *dict. limit.* 4. *num.* 102. qui
concedit Actorum validitatem, ſi Reus
non ſit contumax, ſecus ſtante contuma-
cia, ex qua inſurgit diſſenſus in iuriſdi-
ctionem Iudicis, & conſequenter actorum
nullitas.

Dic ſecundò, ceſſare inconſtantiam
etiam ante litem conteſtatam, ſi conuen-
28 tio ſit iuramento firmata, Alex *d. l. ſi con-*
*uenerit num.*2. Angel. *num.1. verſ. Similiter*,
Caſtren. *num.*2. Dec. *num.*3. Fulgoſ. *nu.*12.
verſ. Tertia limitatio, latè Iaſon. *num.3. &* 6.
Zaſ. *num.*20. Canoniſtæ *dicto cap.1. de indic.*
& ibi Dec. *num.* 127. *fall.*6. *& ſub num.*137.
Anton. de Burgos *in repetit. num.* 45. Boſ.
Codech. *in ead. repetitione num.* 144. Coſta
num. 128. Berou. *num.* 182. latiſſimè affe-
rendo omnia argumenta pro vtraque
parte explicat Seraphin. *de priuileg. iuram.*
*priuil.74. à num.*165. Scacc. qui etiam latè
proſequitur *d. limit.4. à num.*35. Hieronym.
Gabriel *de iureiuran. concluſ.9. num.*12. Cou-
uarr. *cap. Quamuis*, §.4. *num.3. de pact. in* 6.
Franc. Marc. *deciſ.* 276. *par.*1. Mancin. *de*
*iuram. effect.22. num.3. par.*4. idem Coſta *de*
*re integra diſtinct.2. num.*1. vel niſi ſubmiſſio
eſſet iurata. Et hanc eſſe communem opi-
nionem, poſt Seraph. *loco cit.* tenet Fac-
chineus *controuerſ. lib.*1. *cap.*61. *in fin. verſ.*
Sed contraria ſententia, Anton. de Matthæis
*de prorog. iuriſdict. nu.*12. Sacca *reſponſ.*244.
num. 2. Fermoſin. *ad dict. cap.* 1. *de iudic.*
quæſt.17. nu.2. in fin. & nu.3. in med, Carleual.
*de iudic. dicta diſput.2. num.*1032. Itaut non
ſit curandum de Iacobino de S. Georgio
*in l. ſi conuenerit num.*2. qui poſt Anton. de
Butr. & Abb. *in dicto cap.* 1. contrarium
tenentes dicit pro hac opinione contraria
conſuluiſſe, & iudicatum ſecundum eam
fuiſſe, quos cum alijs refert Carleual. *dicta*
diſput. 2. *num.* 1033. vbi *num. ſeqq.* refert
mediam inter has duas ſententias, ean-
denque refutat *num.* 1035.

29 Quod non ſolum habet locum, ſi pa-
ctum eſſet iuratum, ſed etiam ſi dictum
ſolum fuiſſet *in veritate reſpondere pro-*
30 *mitto*, quia huiuſmodi verba æquipollent
iuramento Bald. *in rubr. C. res inter alios*
acta Boſchus Chodec. *d. repet. cap.* 1.
num. 147. *verſ. Sequendo concluſionem præ-*
dictam.

31 Secundò, ampliatur etiamquod pactum
iuratum redundaret in præiudicium tertij,

Digitized by Google

puta Superioris, in cuius præiudicium
32 iuriſdictio prorogari non poteſt, Guidopap. deciſ. 77. num. 2. & ibi additio Seraphin. d. priuil. 74. num. 198. verſ. 4. limita, Anton. de Matthæis de prorogat. iuriſdict. dicto num. 12. Non enim daretur inconſtantia in iurante, quamuis Superior poſſet contra hoc pactum reclamare, & de-
33 beret exaudiri propter eius præiudicium, Addit. ad dict. deciſ. 73. Guidopap. litt. D, Ant. de Matthæis loco cit. Seraph. loco cit.

Limita tamen hoc dictum primò ſi noua cauſa ſuperueniſſet, vel antiqua
34 eſſet occulta, quia tali caſu licita erit inconſtantia, non obſtante iuramento, Abb. dicto cap. Ex tenore, de ſent. excomm. Seraph. d. priuil. 74. num. 196. Coſta dicto cap. 1. de iudic. num. 239. & 240.

35 Secundò limita, ſi tractaretur de proroganda iuriſdictione Iudicis excommunicati, l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. Iudic. Roman. conſ. 48. Seraphin. loco citat. numer. 198.

36 Dic tertiò, ceſſare inconſtantiam, ſi vltra pactum interueniat ſtipulatio, Bart. dicta l. ſi conuenerit num. 4. Alberic. num. 2. Alexan. num. 3. Bald. num. 2. Iaſon. num. 30. Zaſ. num. 12. Dec. dicto cap. 1. de iudic. à num. 111. Berous latè num. 166. Riminald. num. 69. Scacc. d. limit. 4. num. 76. Coſta de re integra d. diſtinct. 2. num. 2. Barboſ. dicta l. 1. num. 99. ff. de iudic. Sacca reſponſ. 434. num. 4. quamuis Carleual. de iudic. dicta diſput. 2. num. 1009. adducat quædam motiua contra hanc concluſionem, quibus ipſe totaliter non adhæret, ſed referendo Doctor. pro hac opinione, hanc eandem concluſionem relinquit in ſuo eſſe, vt videre eſt apud eundem num. 1010. & 1011.

Sed aduerte, quod non omnes admittunt hanc limitationem ita ſimpliciter, ſed dicunt aliqui, prout Bart. Alex. Iaſon. & alij locis cit. dari quidem inconſtantiam
37 etiam adiecta ſtipulatione, ſed partem inconſtantem teneri ad intereſſe, iuxta Regulam l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus, ff. de verb. obligat. quod voluit etiam Rip. dicto cap. 1. num. 55. de iudic. Barboſ. d. l. 1. num. 101. Scacc. d. limit. 4. num. 78. & latiſſimè de materia Carleual. de iudic. dicta diſput. 2. à num. 1023. vbi num. 1027. dicit ſe tenere hanc opinionem tanquam magis communem.

Quamuis nec etiam hoc caſu teneri inconſtantem ad intereſſe voluerint Petr. & Cyn. l. ſi quis ex conſenſu num. 9. C. de Epiſc. & Cleric. Io. And. in addit. ad Specul. tit. de Iud. compet. adeund. §. 1. num. 19. Barbat. dicto cap. 1. num. 122. & ibi Dec. num. 20. verſ. licet, Iaſon. d. l. ſi conuenerit num. 18. Soccin. in rubr. de verb. obligat. & ibi Niger num. 178. cum aliis, quos plenè refert Carleual. dicta diſput. 2. num. 1022.

Quorum tamen opinionem reprobat Barboſ. loco cit. num. 102. dicens, Doctor. prædictos non aduertiſſe, quod lex ſi conuenerit non procedat ſi pacto ſit adiecta ſtipulatio, ſed vanam hanc diſpoſitionem eſſe, dicit Scacc. d. limit. 4. num. 80. cum
38 enim intereſſe non poſſit eſſe niſi modicum, de quo leges non curant, ſi pœnitentia non datur, niſi re integra, quod excerpſit à Iaſone dicta l. ſi conuenerit n. 28. fallent. 11. in fin.

39 Quod fortaſsè non procederet in pœna, quia poſſet apponi etiam grauis, & talis deberetur ab inconſtante, l. ſi pacto, quo pœna, C. de pact. Barboſ. dicta l. 1. numer. 103.

40 Sed an intereſſe, & pœna peti poſſit coram Iudice, cuius promiſſor tenebatur iuriſdictionem prorogare?

Diſtingue ſecundum Barboſam dicta l. 1. à num. 103. quam diſtinctionem eodem relato ſequitur Carleual. de iudic. d. diſp. 2. num. 1027. & 1028. Quod aut agimus de
41 intereſſe, aut de pœna, priori caſu poterit fieri coram eo Iudice, ſecundò minimè, & ratio eſt, quia intereſſe ſuccedit loco facti non præſtiti, l. ſi quis ab alio, §. fin. ff. de re iudic. non ſic pœna, quæ eſt
42 omnino diuerſa à facto, & conſideratur tanquam quid omnino diuerſum, vt ex Decio tenet idem Barboſ. loco cit.

Et propterea cauendum eſt à Beroo dicto cap. 1. num. 108. dum aſſerit facilius peti poſſe pœnam coram Iudice, cuius proroganda fuerat iuriſdictio, quam intereſſe, Barboſ. loco cit. num. 113. & 114.

43 Dic quartò, ceſſare inconſtantiam, ſi pactum factum ſit coram ipſomet Iudice, cuius iuriſdictio erat proroganda, Cyn. in l. eſt receptum, ff. de iudic. Alex. dicta l. ſi conuenerit num. 6. verſ. quintò fallit, Angel. num. 1. verſ. Item non habet locum, Caſtren. num. 2. Fulgoſ. num. 7. latè Iaſon. num. 18. qui de communi, quamuis contrarium teneat Zaſ. num. 41. Abb. d. cap. 1. num. 18. de iudic. & ibi Dec. num. 100. qui tamen multa adducit in contrarium, Berou. num. 162. Rimin. iun. num. 85. verſ. tertiò limita, Scacc. d. limit. 4. num. 89. Coſta de re integra dicta diſtinct. 2. num. 1. verſ. ecce cancellationem, Carleual. de iudic. dicta diſput. 2. num. 1067.

44 Quod dictum ampliatur etiamquod deficiat acceptatio Iudicis, dummodo ſit præſens, & non recuſet, Alexan. dicta l. ſi conuenerit num. 6. & 7. Fulgoſ. nu. 7. Caſtren. num. 2. Angel. num. 1. in fin. Scacc. d. limit. 4. num. 91.

Contrarium voluit Dec. dicta l. ſi conuenerit num. 14. qui latè examinat articulum, & reſpondendo ad omnia in contrarium, concludit, non habere locum pœnitentiam, ſi Iudex acceptauerit, ſecus eo præ-

Digitized by Google

ſente, & non acceptante. Idem ſupponit Iaſon. *num.* 18. Zaſ. qui tenet etiam contra Decium *al fin.* Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 100. qui vſque ad 111. latè examinat, Rimin. *dicto num.* 85. *verſ. tertiò limita*, Matheſil. *ſingul.* 106. & ibi Addent. latiſſimè, qui hanc contrariam opinionem defendunt, reſpondendo omnibus contrariis.

45 Sed limitationem ſupradictam amplianḋo confirmat, & ſequitur Boſch. Codech. *dicto cap.* 1. *num.* 129. *verſic. quam concluſionem*, qui *num.* 131. ſecundò ampliat etiamquod conuentio non fit facta in figura iudicij, dummodo præſente Iudice facta ſit, & per Text. *in dicta l. ſi conuenerit* benè ampliationem confirmat.

46 Dic quintò illicitam eſſe pœnitentiam, quando pactum prorogationis veſtitum fuit cohærentia contractus, Alexan. *dicta l. ſi conuenerit num.* 5. *fallent.* 4. Caſtren. *nu.* 2. Fulgoſ. *num.* 12. Iaſon. *num.* 28. quamuis dubius Specul. & Soccin. *allegati* à Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 88.

47 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam quando prorogatio fit per modum confeſſionis, vt puta, quia conuentus coram Iudice non ſuo fatetur, illum eſſe Iudicem ſuum competentem, Alex. *dicta l. ſi conuenerit num.* 8. *fallen.* 6. Iaſon. *num.* 22. *limit.* 3. Fulgoſ. *num.* 15. *verſ.* 25. *limit.* Dec. *in dicto cap.* 1. *num.* 138. vbi latè Scacc. *dicta limit.* 4. *num.* 95.

48 Quod Ego intelligerem, ſi confeſſio eſſet facta ſcienter, ſecus ſi ignoranter, putando verè Iudicem eſſe ſuum, nam hoc caſu errore comperto licita erit pœnitentia, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit*, qui ſupradictam concluſionem impugnat *num.* 39.

49 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtantiam quando tractatur de pacto non declinandæ iuriſdictionis, v. gr. cum Scholaris habens priuilegium declinandi iuriſdictionem Ordinarij, promittit eum non declinare, Alex. *dicta l. ſi conuenerit num.* 8. *fallen.* 8. Iaſon. *num.* 1. Dec. *nu.* 23. Iacobin. de S. Georgio *num.* 3. Fulgoſ. *num.* 15. *verſ.* 15. *limit.* Dec. *dicto cap.* 1. *de iudic. num.* 100. latè ibidem Boſch. Codech. *numer.* 121. Anton. Burgos *num.* 29. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 30. *&* 100.

50 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtantiam de iure Canonico, quia eo iure

51 pacta ſunt ſeruanda, *cap.* 1. *&* 3. *de pactis*, Alexan. *dicta l. ſi conuenerit num.* 5. *limit.* 3. Iaſon. *num.* 28. *limit.* 10. Zaſ. *num.* 18. Dec. *num.* 17. Iacobin. à S. Georgio *num.* 5. Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 10. Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 1024. Berou. *num.* 174. *&* 175. vbi ampliat diſpoſitione iuris Canon. hoc

52 in caſu non ſolum eſſe ſeruandam in foro Eccleſiaſtico, & in Terris Eccleſiæ, ſed etiam in foro ſeculari, & in Terris Imperij, quod etiam videtur admittere Thomas Pauroncifter *de iuriſdict. Imperij Rom. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 16.

53 Dic nonò, illicitam eſſe inconſtantiam ſi quis proroget iuriſdictionem Iudicis non ſui contrahendo, vel delinquendo. Salic. *in l. nullum* 4. *oppoſit. C. de Teſt.* Alberic. *dicta l. ſi conuenerit nu.* 5. Angel. *num.* 1. *verſ. nec in ea*, Iaſon. *nu.* 23. Dec. *nu.* 22. Iacobin. de S. Georgio *num.* 4. Dec. *dicto cap.* 1. *de iudic. nu.* 171. Coſta *de re integra d. diſtinct.* 2. *num.* 4. *ad fin.* Carleual. *de iudic. dicta diſp.* 2. *num.* 989. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 163. Qui

54 tamen, quod attinet ad prorogationem iuriſdictionis ratione contractus declarat, non procedere, quando quis contrahit tanquam viator immediatè receſſurus, quia tunc non ſortitur forum ratione

55 contractus, ſed requiritur, quod ibi poſuerit ſtationem, ſeu pergolam, aut ta-

56 bernam, aut quid ſimile, quamuis non habeat animum ibi contrahendi domicilium. Et hoc idem affirmat Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 238.

57 Niſi viator fuiſſet in culpa non oſtendendo ſe viatorem, vel niſi res, quæ contractabatur erat talis, vt hinc inde adim-

58 pleretur contractus tradendo rem, & recipiendo pretium, ſecus ſi res, quæ contractabatur eſſet talis, vt contractus veriſimiliter tunc adimpleri non deberet.

59 Vel niſi viator ad illum locum acceſſiſſet hac intentione, vt illic faceret contractum, & pro eo illic forum ſortiatur.

60 Vel niſi contraheret in loco, in quo de iure communi poſſet conueniri, ſed ex priuilegio poſſet illum forum declinare; quia licet in eo loco contrahat tanquam viator, nihilominus in eo loco poteſt conueniri, vt ex Anton. de Butr. Soccin. & Franc. benè probat idem Scacc. *à nu.* 164. *vſque ad* 170. Sed de hac materia contra-

61 ctus Viatoris, vel Aduenæ videnda ſunt, quæ latè diſſerit doctiſſimus Petr. Barboſ. *ad l. hæres abſens*, §. *Proinde*, *à num.* 94. *per multos ſeqq. ff. de iudic.* & Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 275. *cum multis ſeqq.*

62 Dic decimò, illicitam eſſe inconſtantiam ſi vltra conuentionē de litigando coram Iudice non ſuo, fuit additum pactum de iudicio ſiſti, & de parendo mandatis Curiæ, Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de reo, & confeſſo* 1. *volum.* Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit nu.* 24. *verſ. ſextò limita*, vbi dicit pulchram limitationem, quamuis non forti ratione comprobatam, Fulgoſ. *num.* 12. *verſ. quartò limita*, Dec. *num.* 21. *& in dicto cap.* 1. *nu.* 145. *verſic. decimò fallit*, Scacc. *dicta limit.* 4. *num.* 170.

63 Dic vndecimò, illicitam eſſe inconſtantiam, ſi prorogatio iuriſdictionis tacitè fuerit inducta, *l. ſed, etſi ſuſceperit, in*

Digitized by Google

princ. ff. de iudic. Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit*
num.26. verſ.octauò limita, Angel. *nu.1.verſ.*
nec habet locum, Fulgoſ.*nu.15.verſ.14.limita,*
64 vbi tamen ad exemplum per eum addu-
ctum cogita, non enim videtur verum,
quod, ſi Clericus conuentus coram laico
proceſſit ad litis conteſtationem tacito
Clericatu ſuo, quod proceſſus valeat, ex
quo eſt prorogatio, potius iuris, quàm
hominis: Nam certum eſt, quod licet
Clericus differat etiam vſque ad ſenten-
tiam,& executionem Clericatus exceptio-
nem opponere, acta ſunt nulla, quamuis
65 debeat in expenſis condemnari, Felyn. *in*
cap. exceptionem, de except. Bellamer. *deciſ.*
226. cum alijs per Fatin. *de inquiſit. quæſt.8.*
num.15. & 16. Hanc verò limitationem
ſequitur Dec. *dicto cap.1. de iudic.num.174.*
Scacc. *d. limit.4. num.103.*
66 Dic duodecimò, illicitam eſſe incon-
ſtantiam in Procuratore, licet enim Do-
minus inconſtans eſſe poſſit, & pœnitere,
Procurator autem nullo modo, Anchar.
conſ. 139. & 192. Dec. *dicta l. ſi conuenerit*
nu.19. verſ.octauò fallit, & in d.cap.1.nu.143.
& 144. Felyn. *ibid. nu.7. verſ.item nota, quod*
dicta lex ſi conuenerit, non habet locum &c.
67 Declara dictum non procedere primò
ſi ſubeſſet legitima cauſa, tunc enim etiam
in Procuratore daretur inconſtantia, *l. ſi*
hominem, ff.mandati, Dec. *dicta l.ſi conuenerit*
num.19. in fin.
68 Secundò, ſi ipſe Procurator iuriſdi-
ctionem prorogaſſet, quia & ipſe poſſet
pœnitere, Dec. *dicto cap. 1. num.145.* vbi
dicit hoc in caſu ceſſare rationes Anchar.
69 Dic decimotertiò illicitam eſſe incon-
ſtantiam ſi ſemel pœnituerit, demum in
eundem Iudicem iterum inconſtans quis
conſenſerit, vt per Text. in Auth. *offeratur*
de lit. conteſt. tenet Fulgoſ. *dicta l. ſi conue-*
nerit num.14. verſ.11. limit.
70 Dic decimoquartò, illicitam eſſe in-
conſtantiam in præparatorijs iudicij, quia
etiam ante litis conteſtationem in illis
confertur iuriſdictio, & ſic non eſt locus
pœnitentiæ, Fulgoſ. *d. l. ſi conuenerit nu.12.*
in 1. limit.

QVÆSTIO XXII.

ARGVMENTVM.

An qui promiſit ſoluere in vno loco ſuæ obligationi ſatisfacere inconſtans poſſit in alio loco.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere in vno loco non poteſt in-*
conſtans à tali promiſſione recedere.
2 *Sed in eo loco vbi promiſit ſoluere poterit*
conueniri.
3 *Non ſolùm in ijs, quæ principaliter veniunt à*
contractu, ſed etiam in acceſſorijs.
4 *Solutionis deſtinatæ forum ſortitur etiamſi de-*
ſtinatio ſit tacita.
5 *Debitor ſubijcitur foro deſtinatæ ſolutionis,*
quamuis deſtinatio fiat poſt perfectum con-
tractum, & ex internallo.
6 *Debitor non poteſt conueniri in loco contractus*
quando ſolutio eſt deſtinata in alio loco.
7 *Solutione in quocunque loco generaliter deſti-*
nata poterit debitor vbique conueniri.
8 *Quod ſi debitor alibi ſoluat, parti tenebitur*
actione arbitraria ad intereſſe.
9 *Solutione in quocunque loco generaliter deſti-*
nata tenetur creditor eligere forum vbi velit
ſibi ſolui.
10 *Et debitor in foro electo conueniri poteſt pro*
tota quantitate.
11 *Quid ſi illum forum ratione aliqua debitor*
non ſortiatur.
12 *Contractus per fictionem iuris dicitur fieri in*
loco deſtinatæ ſolutionis.
13 *Contractus verè celebratur in loco vbi verba*
proferuntur.
14 *Solutione deſtinata in certis locis, puta Senis,*
vel Florentiæ adiecta clauſula generali, &
vbique locorum, an debitor poſſit conueniri
in locis diſtantioribus expreſſis, & num. 16.
15 *Et an in locis inſolitis.*
17 *Cautela, ob quam debita etiam in locis diſtra-*
tioribus poſſit conueniri.
18 *Debitor conuenitur in loco deſtinatæ ſolutio-*
nis, quatenus ibi reperiatur, alias non.
19 *Debitor conueniri poteſt in loco, in quo habet*
bona.
20 *Debitor an conueniri poſſit etiam in loco*
vbi non inuenitur, quando ibi promiſit ſe
præſentare, & num. 23.
21 *Debitor abſens an poſſit conueniri in loco vbi*
non inuenitur, quando ibi certa die promiſit
ſolutionem, & num. ſeq.
23 *Debitor abſens conueniri poteſt in loco deſti-*
natæ ſolutionis, quando proprio foro re-
nunciauit.
24 *Quamuis renuncians forum aliquem ſortire-*
tur ex priuilegio ſpeciali.
25 *Debitor abſens conueniri poteſt in loco ſolu-*
tionis deſtinatæ cum iuramento.
26 *Dummodo iuramentum ſit ſpecialiter annexum*
ſolutioni, non autem contractui ſimpliciter.

Digitized by Google

27 *Debitor abſens conueniri poteſt in loco deſtinatæ ſolutionis prævia citatione executa per Iudicem, ſub cuius iuriſdictione degit mediantibus hortatorijs.*

28 *Inſtitor, & adminiſtrator conueniri poſſunt ad redditionem rationis in certo loco, vbi fuit promiſſa, quamuis ibi non inueniantur.*

29 *Quid ſi non fuiſſet expreſſum, quod Inſtitor in illo loco conueniri poſſit.*

30 *Et an hoc procedat tam in rationibus publicis, quàm in priuatis.*

31 *Adminiſtrator non poteſt conueniri in loco rei adminiſtratæ, quando ille, cui ratio eſt reddenda alibi ſibi elegit locum domicilij.*

32 *Abſens in cauſa ſtatus conueniri poteſt etiam in loco, vbi non inuenitur.*

33 *Debitor abſens an conueniri poſſit in loco, vbi non inuenitur, quando promiſit ſoluere* vbicunque placuerit *creditori.*

34 *Verbum* placuerit *ſonat in arbitrium boni viri.*

35 *Arbitrium boni viri regulari debet ſecundum iuris diſpoſitionem.*

36 *Debitor abſens an poſſit conueniri in loco, vbi viget peſtis.*

37 *Clericus abſens non tenetur venire ad Eccleſiam ſuam in loco peſtiferato.*

38 *Quid ſi aliter Eccleſia careret ſuffragio Miniſtrorum.*

39 *Promittens reſpondere in aliquo loco, an poſſit inconſtans forum declinare.*

40 *Et an videatur promittere quod ibi ſoluet, vel potius quod poſſit ibi conueniri, & num. 44.*

41 *Debitor, qui voluit conueniri poſſe ad reſpondendum in aliquo loco poteſt inconſtans forum illum declinare.*

42 *Verbum* reſpondere *duplicem habet ſignificationem.*

43 *De reſponſione contradictoria, & executiua, & quid vtraque importet.*

45 *Verbum* reſpondere *interpretatur pro* ſoluere.

46 *Quid vbi fuit adiectum* reſpondere de pecunijs, *& agitur inter mercatores.*

47 *Solutione deſtinata in duobus locis poterit debitor in eorum altero ſolùm pro medietate conueniri.*

48 *Quid vbi fuit addita clauſula generalis, quod poſſit conueniri vbicunque fuerit repertus, an poſſit in altero eorum conueniri pro tota ſumma.*

49 *Solutione deſtinata in pluribus locis per verba alternatiua, non poteſt debitor in duobus locis conueniri, ſed in vno tantum ad electionem creditoris.*

50 *Electio in alternatiuis ſpectat ad debitorem.*

51 *Quid in alternatiuis locorum.*

52 *Solutione deſtinata in pluribus locis, ad creditorem ſpectat electio loci reſpectu petitionis, ſed reſpectu ſolutionis debitor poteſt eligere in quo loco eam facere malit.*

53 *Debitor ſemel eligens locum, in quo velit ſoluere, non poteſt inconſtans illum amplius variare.*

54 *Debitor eligens locum ſolutionis ante litem conteſtatam, non poteſt euitare condemnationem in loco, vbi creditor eum conuenit.*

55 *Et an habenda ſit ratio intereſſe debitoris, ac ſi ſolueret in loco electo.*

56 *Quid ſi debitor eligat poſt litem conteſtatam.*

57 *Creditor ſemel eligens locum ſolutionis non poteſt inconſtans illum amplius variare.*

58 *Locus deſtinatæ ſolutionis attẽditur quoad forũ, ſed in reliquis inſpicitur locus contractus.*

59 *Maior, ſeu Superior qui in lite habenda cum inferiore, ſe ſubiceit alicui Iudici, an poſſit inconſtans voluntatem mutare.*

60 *Promittens litigare coram Iudice non ſuo, non poteſt inconſtans à promiſſione recedere poſtquam coram eo expoſuit exceptiones dilatorias, ſuper quibus petijt pronunciari.*

61 *Antecedens qui vult, vult etiam conſequens.*

62 *Iudicem approbans in exceptionibus dilatorijs videtur illam approbare etiam quo ad cauſam principalem.*

1 ILLICITA eſt inconſtantia in eo, qui in aliquo loco ſoluere promiſit, nam remota pœnitentia efficaciter in tali
2 loco poterit conueniri, *l. 3. ff. de bon. aut. Iudic. poſſiden. l. hæres abſens, §. fin. ff. de iudic.* Angel. *d. l. ſi conuenerit, num. 1. verſ. nec habet locum pænitentia*, Alex. *nu. 9. verſ. 10. fallit.* Bart. *num. 4.* Dec. *num. 31.* Fulgoſ. *num. 15. verſ. vigeſimaprima*, Iacobin. de S. Georg. *num. 7.* Iaſon. *num. 29. verſ. 12. limita*, Zaſ. *num. 36. verſ. vltimo fallit*, Dec. *d. cap. 1. de iudic. num. 149.* Felyn. *num. 12.* Scacc. *d. limit. 4. num. 104.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de ſolut. reſolut. 26. n. 6.* Carleual. *de iud. d. diſput. 2. quæſt. 4. nu. 248.*

3 Et hoc dictum ampliatur etiam quoad acceſſoria in quibus ſortitur forum rationе deſtinatæ ſolutionis, Abb. *cap. dilecti, de foro compet.* Dec. *d. l. ſi conuenerit, nu. 31. & d. cap. 1. num. 150.* Trentacinq. *loco citato num. 7.* Carleual. *de iud.* qui plures refert *diſput. 2. quæſt. 4. ſub num. 248. in fine.*

4 Secundò amplia vt procedat etiamſi tacitè ſit deſtinata ſolutio, Anton. de Butr. *cap. fin. de foro compet.* Bart. *d. l. hæres abſens, §. Proinde, ff. de iudic.* Dec. *d. cap. 1. num. 151. & d. l. ſi conuenerit, num. 31.* Trentacinq. *loco cit. num. 8.* Carleual. *de iudic. dicta diſput. 2. quæſt. 4. num. 279.*

5 Tertiò amplia etiamſi poſt contractum perfectum ex interuallo deſtinatio ſolutionis facta ſit, Anton. de Butr. *d. cap. fin. de foro compet.* Dec. *d. cap. 1. de iudic. n. 152.*
6 vbi de mente Butrij quod iſto caſu etiam in loco contractus poterit conueniri, ſecus quando in ipſo contractu ſolutio alibi deſtinatur, Dec. *d. l. ſi conuenerit, num. 31.* Trentacinq. *loco citato num. 9.* Carleual. *de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 4. num. 260.*

7 Quartò amplia, vt procedat non ſolùm, quando locus ſpecialiter nominatur, ſed

tur , ſed etiamſi generaliter ſit dictum , *in*
quocunque loco , vel ſi dicatur , *vbicum-*
que fuerit petitum , vel *vbicunque fuerit*
inuentus , nam vbique poterit conueniri ,
nec propter generalitatem promiſſio vi-
tiatur , *l. Titium* , §. *Tutores* , vbi Bart. per
illum Text. *ff. de admin. Tut.* Alex. *d. l. ſi*
conuenerit, *num.*10. Iaſ. *num.*39. Dec. *n.*34.
Abb. *d. cap.* 1. *de iudic. num.* 23. Anton. de
Butr. *num.* 37. Dec. *num.* 153. Soccin. *cap.*
Dilecti num. 31. *quæſt.* 7. Carleual. *de iudic.*
*d. diſp.*2. *quæſt.*4. *num.*243. Scacc. *d. limit.*4.
*num.*107. *&* 109. vbi *num.*111. dicit, quod
8 ſi promiſſor inconſtans alibi ſolueret , te-
netur actione arbitraria ad intereſſe .

9 Nota tamen , quod iſto caſu creditor
debebit eligere locum, vbi velit ſibi ſolui,
Bald. *in rubr. C. de conſtit. pecun.* & *in l. ab eo*,
C. quomodo , & quando Iudex, verſic. extra.
10 Dec. *d. cap.* 1. *num.* 154. Et in tali loco ſic
declarato poterit conueniri pro tota
quantitate , Bart. *l.* 3. §. *Si quis ita, ff. de eo*
quod cert. loc. etiamquod ibi non ſortiatur
11 forum aliqua ratione , vt per Anton. de
Butr. & Abb. concludit Dec. *dicto cap.* 1.
*num.*155. Scacc. *d. limit.*4. *nu.* 117. Soccin.
d. cap. Dilecti , *num.*31. *quæſt.*7.

12 Declara primo hanc concluſionem, ſeu
dictum procedere fictione iuris , quia per
iuris interpretationem dicitur contractus
13 fieri in loco deſtinatæ ſolutionis , verè
enim contractus celebratur , vbi verba
proferuntur , vt bene proſequitur , Dec.
*d. cap.*1. *num.*155. *&* 156. & *in d. l. ſi conue-*
nerit , *num.*34. Trentacinq. *loco cit. nu.* 11.

14 Declara ſecundò , dictum procedere ,
quando generaliter facta fuit promiſſio ,
non expreſſis aliquibus locis, quia tunc in
quolibet loco poterit conueniri, ſecus au-
tem ſi aliqua loca exprimuntur vtputa
promiſit ſoluere Florentiæ, Senis, adiecta
tamen clauſula generali , *& vbique loco-*
rum vbi fuerit inuentus , quia iſta clauſu-
la generalis reſtringitur, & intelligitur de
locis ſimilibus expreſſis , hoc eſt non di-
ſtantioribus , vt voluit Abb. *d. cap.*1. *n.*23.
Anton. de Butr. *num.*37. Decius *num.*157.
Rip. *num.* 71. Peregr. *num.* 70. Iaſon. *d. l. ſi*
conuenerit, *num.*44. Scacc. *d. limit.* 4. *nu.*132.
qui pluribus ſimilibus hanc declarationem
comprobat . Contrarium voluit Imol. *in*
*dicto cap.*1. *num.* 12. ſcilicet , quod adiecta
clauſula generali , *& in quibuſcumque alijs*
locis , poſſit conueniri , etiam in locis re-
motioribus , & eum videtur ſequi Alex.
d. l. ſi conuenerit , *num.*12.

Decius *d. cap.* 1. *num.* 157. diſtinguit ;
quod aut eſt locus inſolitus , de quo par-
15 tes veriſimiliter non debuerunt cogita-
re , & non poterit in tali loco conueniri ,
ſi verò locus non ſit inſolitus , quamuis
ſit remotior alijs expreſſis locis, ex inten-
tione partium videtur , quod ibi poſſit
conueniri, & propterea, qui Piſis contra-
xit , & promiſit ſoluere Florentiæ , Senis ,
& vbique locorum, poterit conueniri Ro-
mæ , Mediolani , vel Venetijs .

Cæterum hanc diſtinctionem expreſsè
improbat Scaccia *d. limit.*4. *num.*140. Quia
16 illa clauſula debet reſtringi ad loca non
diſtantiora, & propterea, ſi quis promittit
ſoluere Senis, Florentiæ, & Bononiæ, cum
Bononia diſtet à Senis 80. milliaribus, po-
terit conueniri in quolibet loco diſtanti
per 80. milliaria , ſed non in loco magis
diſtanti ; Et hæc opinio videtur magis
æqua , quam ſequitur Trentacinq. *loco cit.*
17 *num.*16. vbi tamen ad remouendam om-
nem difficultatem dicit ſecundum Cepol-
lam *Caut.* 70. debere formari promiſsio-
nem his verbis : *Quæ centum dictus debitor*
promittit ſoluere hic Paduæ, Vicentiæ, Peruſij,
vel Florentiæ , & in dictis locis ſe præſentare,
vel in aliquo ipſorum ad requiſitionem dicti
creditoris , & vbique locorum quantumcunque
diſtantium , etiamſi reperiatur ibi , nauigans ,
vel quid ſimile faciens , vel etiamſi ibi timeret
potentiam Aduerſarij , vel alterius , vel Iu-
dicis authoritatem , vel etiamſi ibi non repe-
riatur , & promiſit ſoluere omnia , & integra
centum , & inſolidum vbi fuerit inuentus , vel
vbi fuerit petitum , & dictus Debitor renun-
tiauit omnibus , & ſingulis legibus , &c. de
qua etiam cautela videndus eſt Scaccia
*d. limit.*4. *num.*162.

18 Declara tertiò, dictum procedere quan-
do quis reperitur in loco , in quo ſoluere
promiſit , ſecus ſi ibi non reperitur, quia
non poterit conueniri , Bartol. *in d. l. Ti-*
tium , §. *Tutores* , *ff. de admin. Tut. & in di-*
cta l. ſi conuenerit, & in rubr. de conſtit. pecun.
Dec. *d. cap.*1. *num.*158. *& in d. l. ſi conuene-*
*rit num.*33. Berou. *d. cap.*1. *num.* 144. Car-
leual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *quæſt.* 4. *nu-*
mero 262.

Aduerte tamen quod ſunt plures ca-
ſus , in quibus tenetur promiſſor ſoluere
in loco , in quo promiſit , etiamſi ibi non
inueniatur , & ſic non poterit eſſe incon-
ſtans .

19 Primus eſt , quando conuenitur in lo-
co , vbi habet bona , Alex. *d. l. ſi conuene-*
rit , *num.* 10. Iaſ. *num.* 39. Anton. de Butr.
d. cap. 1. *num.* 27. & ibi Dec. *num.* 159. *&*
160. Scacc. *d. limit.* 4, *num.* 115. Carleual.
*de iudic. d. diſput.*2. *quæſt.*4. *num.* 264.

20 Secundus eſt caſus , quando quis pro-
miſit ſoluere in aliquo loco , & ibi ſe præ-
ſentare, quia tunc in tali loco poterit con-
ueniri, quamuis ibi non reperiatur, Bald.
in l. cum Archimedoram , *num.*5. *C. vt in poſ-*
ſeſs. legat. Iaſ. *d. l. ſi conuenerit* , *num.*41. *&*
in l. 1. *num.* 2. *limit.*4. *ff. de eo, quod cert. loc.*
Dec. *dicto cap.*1. *num.*162. Peregr. *num.*63.
verſ. admittunt tamen, Rip. *num.* 66. Felyn.
*cap. vlt. de foro compet. nu.*22. Couuar. *pract.*

quæſt. cap.10. num.6. verſ.12. Scacc. dicta limit.4. num.118. Carleual. de iudic. dicta diſput.2. quæſt. 4. num.266.

21 Tertius eſt caſus, quando quis promiſit ſoluere certo loco, & certo tempore, putà Florentiæ in die S. Ioannis, vel in Nundinis, nam ibi poterit conueniri etiam quod non repetiatur, vt poſt Baldum, & Imol. tenet Dec. d. cap. 1. num. 164. & Peregr. num.63. verſ. admittitur, Iaſ. d. l. ſi conuenerit, num.42. & d. l. 1. num.2. limit.5. ff. de eo quod cert. loc. Curt. iun. l. 1. num. 10. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Couuar. loco cit. num.5. verſ.13. Scacc. d. limit. 4. num. 119. Carleual. de iudic. d. diſp.2. quæſt.4. nu.267.

22 licet ipſe dicat habere ſuſpectos de falſitate ſecundum, & tertium caſum, vt numero 268.

23 Quartus eſt caſus, quando promiſſor proprio foro renunciauit, quia in loco deſtinatæ ſolutionis poterit conueniri, etiamſi ibi non reperiatur, Gloſſa in l. 1. in l. pro non dato, ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Bald. d. l. cum Archimedoram, n.5. C. vt in poſſeſſ. legat. Abb. in dicto cap.1. num.23. Dec. num.165. Peregr. loco cit. Iaſ. dicta l. ſi conuenerit, num.40. & d. l. 1. num.2. limit. 3. ff. de eo quod cert. loc. Couuarr. pract. quæſt. cap.10. num. 6. Carleual. de iud. d. diſput. 2. quæſt.4. num.263.

24 Quod procedit etiamſi renuncians priuilegio fori haberet ex priuilegio ſpeciali forum aliud præter illud, quod de iure communi illi competebat, vt aduerſus Iaſonem, & Dec. bene firmat Couuarr. dicto cap.10. num.5. ex Boſco Codec. d. cap.1. de iudic. num.12.

25 Quintus eſt caſus, quando debitor promiſiſſet cum iuramento ſoluere aliquo in loco, quia tunc ratione iuramenti poſſet eo in loco conueniri, quamuis ibi non reperiretur, Iaſ. d. l. 1. num.2. limit.1. ff. de eo quod cert. loc. Angel. Paul. Caſtrenſ. & Iacobin. d. l. hæres abſens, §. 1. ff. de iudic. Roman. ſingul.279. Marian. Soccin. cap. Dilecti, num.39. de foro compet. Felyn. cap. vlt. eod. tit. num.21. Curt. d. l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Rip. d. cap.1 de iudic. num.66. & ibi Beron. num.196. Peregr. d. num.63. verſ. admittuntur, Couuarr. d. cap.10. num.6. verſ.10. Scacc. d. limit. 4. num. 120. Carleual. de iud. d. diſput.2. quæſt.4. num.162. vbi innumeros allegat.

26 Sed aduertendum eſt, iuramentum hoc non debere eſſe ſimpliciter annexum contractui, ſed in ſpecie ſolutioni, vel reſponſioni apud Iudicem, vt benè Couarr. loco cit. verſ. id circo erit, quod tamen non placet Soccino relato à Bernar. Diaz reg.642. limit. 2. licet opinionem Couarruuiæ teneat Gutierez de iuramento confirmat. par.3. cap.16. num.6.

27 Sextus eſt caſus, quando mediantibus litteris hortatorijs ad Iudicem, ſub cuius iuriſdictione, & intra cuius territorium manet, Iudex deſtinatæ ſolutiònis citare facit promiſſorem, vt coram eo compareat, Dec. d. cap.1. num. 161. Scacc. dicta limit.4. nu.116. & 122. Couuarr. dicto cap. 10. num. 6.

28 Septimus eſt caſus, quando Inſtitor, vel adminiſtrator rationem reddere in certo loco promiſit domino, quia etſi ibi non inueniatur, conueniri poterit, Caſtren. d. l. hæres abſens, §. ſi quis tantlam, n.8. ff. de iudic. Peregr. d. cap. 1. loco cit. Ægid. d. l. ex hoc iure ſecunda part. cap.13. clauſ.5. num.23. vbi ampliat etiamquod non fuiſſet

29 expreſſum, quod Inſtitor in illo loco conueniri poſſit, Barboſ. d. l. hæres abſens, §.1. num.66. qui tamen ſolum hoc dicit proce-

30 dere in rationibus publicis, non in priuatis, ſuper quo conſidera.

31 Adde quod ſi ille, cui reddenda eſt ratio, locum domicilij elegit, non poteſt demum inconſtans trahere Adminiſtratorem ad locum rei adminiſtratæ, vt probat Eſcobar. de ratiocin. cap.7. num.6.

32 Octauus eſt caſus, quando tractaretur de cauſa ſtatus, l. 1. C. vbi cauſa ſtat. Peregr. loco cit.

33 Declara quarto generale dictum quando ſolutio deſtinatur in aliquem locum ad liberam voluntatem creditoris, ſecus ſi debitor ſoluere promiſit vbicumque placuerit creditori, quia tunc non poterit conueniri, niſi in loco, in quo ſortitur forum, Bart. d. l. ſi conuenerit, num. 4. Alex. num.13. Iacob. de S. Georg. num.10. Abb. d. cap.1. num.23. Dec. num.167. Contrarium voluit Anton. de Butr. d. cap. 1. num. 37. & ibi Imol. num. 19. Fulgoſ. d. l. ſi conuenerit, col. vlt. Iaſ. num.38. Dec. nu.30. Soccin. d. cap. dilecti, num.3. quæſt.7. Dec. d. cap.1. num.167. in fine.

34 Sed non eſt recedendum ab opinione Bartoli, vt dicit Scacc. d. limit. 4. num. 31. quia verbum, placuerit, ſonat in arbitrium boni viri, l. Thais, §. Sorore, ff. de fideicom.

35 libert. ſed vir bonus non debet arbitrari, niſi prout leges diſponunt, lege vir bonus, ff. iudic. ſolui, Scacc. loco cit. num.126.

36 Declara quintò, quando in loco deſtinatæ ſolutionis vigeret peſtis, quia ibi reſpondere non tenetur Angel. in l. cum res in princ. ff. de legat. 1. & ibid. Alex. idem Alex. d. l. ſi conuenerit, decima fallen. & hanc eſſe communem opinionem quidquid dixerit Imola in d. l. cum res, tenet Dec. dicto cap. 1. num. 168. Scaccia latè num.160. Carleual. de iudic. d. diſp.2. quæſt.4. num.254.

37 idem Iacobin. de S.Georg. d. l. ſi conuenerit, num. 6. vbi ex Imol. in cap. fin. extr. de Cler non reſiden. quod Clericus abſens non

38 teneatur venire ad Eccleſiam ſuam in loco peſtifero. Niſi tamen Eccleſia care-

Digitized by Google

ret ſuffràgio miniſtrorum, & hoc eſsē notandum dicit Iacobin. *ibidem*.
39 Declara ſextò, quando ſoluere promiſit, ſecus ſi ſolum reſpondere in aliquo
40 loco, quia videtur promittere, vt ibi poſſit conueniri,& non excluditur inconſtantia, Alex. *d. l. ſi conuenerit*, *num.* 17. Bart. *num.*4. Iaſ. *num.*36. *&* 37. Iacobin. de Sancto Georg. *num.* 11. Caſtrenſ. qui teſtatur de communi, *l. ſi quis*, *num.* 6. vbi Alex. *item num. 6. verſ. in gloſs. Cod. de pact.*
41 vbi quod licèt debitor in Inſtrumento dixerit, quod vult poſſe conueniri Florentiæ, Bononiæ, *& vbique locorum*, tamen hoc non obſtante ſi fuerit conuentus Florentiæ, poterit declinare forum,& ibidem Iaſon *num.* 12. vbi de commun. Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 169. Abb. *num.* 23. Scacc. poſt Specul. *dicta limit.* 4. *num.* 148. & melius *num.*154. & de dicta promiſſione reſpondendi in tali loco, vide Carleual. *de iudic. d. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 258. vbi ex duplici ſignificatione, quam habet verbum *reſpondere* affert diſtinctionem concernentem hanc materiam.
42 Quamuis *num.* 152. teneat contrarium cum Baldo *in l. eam, quam C. de fideicom.* quem ſequitur Caſtrenſ. *l. non vtique*, §. *ſi quis ita num.* 3. *ff. de eo, quod cert. loc.* Alex. *d. l. ſi quis num.* 7. *C. de pact.* ea ratione,
43 quia qui promittit reſpondere certo loco promittit ſoluere, non enim intelligitur de reſponſione contradictoria, ſed de executiua, quia non intereſt ſtipulatoris ap-
44 ponere pactum contradictorium, ſed ſatisfactorium, alioquin tanquam fatuus loqueretur contra ſeipſum, & hanc opinionem tenent bellè Petrus Barboſa *in l.* 1. *artic.* 3. *nu.* 232. *ff. de iudic.* Ægid. Luſitan. *in l. ex hoc iure par.* 2. *clauſ.* 5. *num.* 10. *ff. de iuſt. & iur.* Auguſtinus Barboſa *dict.* 349. *num.*4. cui opinioni Ego quoque adhæreo per Textum *in d. cap. dilecti de for. compet.*
45 vbi verbum *reſpondere* interpretatur pro *ſoluere*, quæ opinio tantò magis procedit, quando fuit adiectum, *reſpondere de pecunia*, & ſumus inter Mercatores, vt poſt
46 Doctores *ſupra* allegatos voluit Scaccia *dicta limit.* 4. *num.* 148. *&* 151.
Declara ſeptimò, vt ſi quis promiſerit ſoluere copulatiuè duobus in locis, purà
47 Florentiæ,& Bononiæ poterit ſolùm pro medietate conueniri in altero eorum locorum *l. non vtique*, §. *ſi quis ita ſtipuletur il primo*, & ibi Caſtrenſ. *num.* 1. *ff. de eo, quod cert. loc.* Marian. Soccin. *dicto cap. Dilecti num.* 29. *quæſt.* 5. *de for. compet.* Peregrinus *dicto cap.* 1. *num.* 69. Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 144.
48 Quæ tamen declaratio non haeret locum, ſi adeſſet addita clauſula generalis, *& vbicunque fuerit repertus*, quia tunc pro tota ſumma poteſt conueniri in quo-

libet loco, Caſtrenſ. *dicta l. non vtique*, §. *ſi quis ita, ff. de eo, quod cert. loc.* Marianus Soccin. *dicto cap. Dilecti*, *num.* 30. *quæſt.* 6. quamuis contra Scacc. *loco citato num.* 145. ipſe loquatur inconſtanter, & obſcurè, Carleual. *de Iudic. d. diſp.* 2. *num.* 257.
49 Declara octauò, quod promiſſor tunc poſſit conueniri vbique locorum ex expreſſis, qnando loca ſunt expreſſa copulatiuè, ſecus ſi ſunt expreſſa alternatiuè, putà Mediolani, vel Pariſijs, quia tunc non poteſt in vtroque conueniri, ſed in vno loco ad electionem creditoris, *dicta l. non vtique*, & ibi Caſtrenſ. *num.* 1. *&* 2. *ff. de eo, quod cert. loc.* Marianus Soccinus *d. cap. Dilecti*, *num.*28. *quæſt.*4. *de for. compet.* Scacc. *loco citato num.*146. Peregr. *d. cap.* 1. *num.* 58. *verſ. altera*, & de vtroque caſu Carleual. *de indic. d. diſp.*2. *num.*255. *&* 256.
50 Quamuis enim in alternatiuis electio ſit debitoris, *cap. In alternatiuis de regul. iur. in* 6. §. *huic autem de act. l. plerunque*, §. *verum, ff. de iur. dot.* Rota *deciſ.* 189. *num.* 7. *par.* 12. *recent.* Bichius *deciſ.* 218. *num.* 13.
51 Hæc tamen regula fallit in alternatiuis locorum, in quibns electio eſt creditoris, ne ſit in poteſtate debitoris inconſtantis in vno loco conuenti dicere ſe velle conueniri in alio, *d. l. non vtique*,& ibi Caſtren. *num.* 2. 4. *&* 5. Berou. *d. cap.* 1. *num.* 192. *de iudic.* Scacc. *loco cit. num.* 146.
52 Hanc limitationem intellige reſpectu petitionis, & loci, ſecus autem reſpectu ſolutionis, quæ remanet in electione debitoris, in quo loco velit eam facere, Caſtrenſ. *dicto l. non vtique*, *num.* 6. Soccin. *dicto cap. Dilecti*, *num.* 28. *quæſt.* 4. Iaſon *conſ.* 134. *num.* 22. *lib.* 4. Magonius *deciſ. Lucen.* 16. *num.* 10. qui dicit, quod
53 electione ſemel facta per debitorem non poteſt inconſtans amplius variare.
At Scaccia *loco citato num.* 147. dicit, quod licèt electio ſolutionis ſit debitoris,
54 tamen ſi ipſe elegit ante litem conteſtatam locum, in quo velit ſoluere, non poteſt euitare condemnationem, nec ſolutionem faciendam in loco, vbi cre-
55 ditor iudicium inſtituit, ſed habebitur ratio intereſſe debitoris, ac ſi ſolueret in alio loco, quàm in loco debito, quod ſi lis
56 ſit conteſtata, tunc non poteſt inconſtans euitare debitor ſolutionem in loco, vbi Actor iudicium cæpit, nulla habita ratione intereſſe; Quemadmodum etiamſi ſe-
57 mel facta à creditore electo loci fuerit, illum amplius variare non poſſe certum eſt ad Textum *in l. ſi is, cui, ff. de legat.* 2. Gomeſ. *de contract. cap.* 11. *ante num.* 44. Caldaſ. *de nominat. emphyt. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 83. De qua quæſtione an, & quando in electionibus licita ſit variatio, dicemus aliàs ſuo loco.
58 Declara nonò procedere dictum quo-

ad facultatem conueniendi , & ſoluendi , ſecus quoad ſubiiciendum contractum legibus , & ſtatutis loci , quia locus contractus inſpicitur , Abbas *cap. fin. col.* 11. *de for. compet.* Dec. *d. l. ſi conuenerit, nu.* 32. Trentacinq. *loco cit. num.* 10. Peregrinus *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 36. latiſſimè Surd. qui plurimos refert *conſ.* 257. *ex num.* 1. *lib.* 2. Carleual. *de iudic. d. diſp.* 2. *num.* 272. Rota *in Peruſina, ſeu Eugubina donationis veneris* 24. *Aprilis* 1671. *coram R. P. D. Calataiud, §. tertio denique .*

Dic decimoquintò illicitam eſſe inconſtantiam ſi maior, vel Superior, aut æqua-
59 lis habet litem cum alio, ita quod difficile eſſet conueniri iſte Superior , putà Papa , Imperator , vel Dux , vel Comes , qui poſſunt difficile , & quaſi impoſſibiliter conueniri , quia ſi iſti maiores , vel æquales ſe ſubiecerint inferiori Iudici , tunc non eſſet locus inconſtantiæ , nec poſſunt amplius mutare voluntatem per Textum *in l. eſt receptum, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* tenet Zaſ. *d. l. ſi conuenerit, num.* 35. Quamuis contra teneat Romanus *ibidem num.* 2. Non enim videtur bona ratio à Romano adducta , quod magis faueatur neceſſitati, quia in caſu noſtro ſupponimus voluntariam ſubiectionem , quæ tollit maioritatem .

Dic decimoſextò illicitam eſſe inconſtantiam ſi partes litigantes ante litem con-
60 teſtatam propoſuiſſent exceptiones dilatorias, & ſuper eis petiiſſent pronunciari ; Quia tunc cenſentur Iudicem ſine mutatione voluntatis approbaſſe , nec poſſent poſtea pœnitere , Zaſ. *d. l. ſi conuenerit à num.* 25. vbi dicit communem opinionem,
61 quamuis Fulgoſ. contra teneat , & per bona fundamenta quibus tamen idem Zaſ. vnica ratione reſpondit , quam ipſe putat eſſe viuam , hoc eſt , qui vult an-
62 tecedens , vult etiam conſequens, *l. illud, ff. acquir. hæredit.* ſed qui vult, quod Iudex iudicet in exceptionibus dilatoriis, meritò debebit etiam velle conſequens , ideſt quod iudicet in cauſa *l. Papinianus , C. de ſent. paſſis* , de qua limitatione vide Alex. *d. l. ſi conuenerit , num.* 17. *verſ. in gloſs.* & Iaſon *ibidem num.* 32. Surd. *conſ.* 280. *nu.* 15. *&* 16. *lib.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 19. *num.* 6. Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 991.

QVÆSTIO XXIII.

ARGVMENTVM.

An creditor, qui ceſſit actiones contra debitorem ſuum, poſſit eſſe Inconſtans.

SVMMARIVM.

1 *Actio omnis cedi poteſt .*
2 *Quid in eo , qui cum iuramento promiſit non cedere .*
3 *Cedens actionem , quam cum iuramento non cedere promiſerat , efficitur periurus .*
4 *Cedens rem vni, non poteſt inconſtans eandem rem alteri cedere , & num.* 14.
5 *Iura ſemel ceſſa amplius cedi non poſſunt .*
6 *Beneficium vni reſignans , an poſſit inconſtans illud alteri reſignare .*
7 *Cedens vni ius viæ, vel aquæ-ducendæ an, & quando poſſit illud etiam alteri cedere .*
8 *Clauſula* ponens &c. *an , & quando impediat ne res vni ceſſa , poſſit alteri amplius cedi .*
9 *Iura ceſſa ex cauſa neceſſaria (putà dotis) non poſſunt amplius alteri cedi .*
10 *Idem ius cedi non poteſt duobus inſolidum .*
11 *Duo Procuratores in rem propriam inſolidum conſtitui non poſſunt .*
12 *Procurator in rem propriam an ceſſionarius .*
13 *Obligatio omnium iurium, & actionum vtiles actiones transfert in eum, cuius fauore facta eſt .*
15 *Notariorum ſtylus apponendi in Inſtrumentis ceſſionum obligationem , & affirmatiuam quod iura , quæ ceduntur alteri prius ceſſa non fuerint .*
16 *Actione ceſſa contra vnum ex pluribus reis debendi inſolidum , non poteſt eadem actio cedi contra alterum .*
17 *Cedens cum iuramento rem ceſſam alteri cedere non poteſt , & de ratione , & num. ſeq.*
19 *Actiones directæ remanentes penes primum cedentem in præiudicium primi ceſſionarij non poſſunt alteri cedi .*
20 *Cedens , qui in prima ceſſione non tranſtulit actionem vtilem in ceſſionarium, poteſt eandem rem alteri cedere .*
21 *Venditor ante traditionem poteſt eandem rem alteri vendere , & illius dominium in alterum transferre .*
22 *Ceſſio conditionalis, vel ob cauſam conditione, & non purificata , vel cauſa ceſſante non impedit , quin eadem res alteri cedi poſſit .*
23 *Quid ſi ſecunda ceſſio fiat pendente conditione & an expectari debeat illius euentus .*
24 *Actiones directæ oſſibus inhærent cedentis .*

25 *Cedens actiones vtiles adhuc poteſt alium conſtituere Procuratorem in rem ſuam pro exercitio actionum directarum.*
26 *Quid ſi ceſſionarius ſit abſens.*
27 *Ceſſio iurium facta ad certam cauſam non impedit, quin eadem iura poſſint alteri cedi.*
28 *Ceſſio prima, quæ eſt nulla, non impedit quod fieri poſſit ſecunda.*
29 *Ceſſio prima deficiente aliquo ex requiſitis* l.3.C.de nouation. *non impedit, quin fieri poſſit, ſecunda ſaltem quoad exercitium directarum actionum, & num. 31.*
30 *Creditum ceſſum exigi poteſt à cedente deficientibus requiſitis dictæ* legis *3., & num. 34.*
32 *Ceſſionarijs pluribus concurrentibus quis præferendus.*
33 *Cedens an poſſit inconſtans creditum exigere.*
35 *Actiones directæ inceſſibiles ſunt.*
36 *Cedens exercitio directarum actionum vti non prohibetur.*
37 *Debitor ceſſus habita notitia ceſſionis an, & quando liberetur ſoluens cedenti.*
38 *Quid de diſtinctione quæ in hac quæſtione tradi ſolet inter ceſſionem factam ad commodum cedentis, & factam ad commodum ceſſionarij.*
39 *Alia diſtinctio inter ceſſionem ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria.*
40 *Clauſula* ponens, &c. *an, & quando tollat cedenti exercitium directarum actionum, & num. 42.*
41 *Quid de diſtinctione, quæ in hac quæſtione tradi ſolet inter actiones directas reales, & perſonales.*
43 *Quid de alia diſtinctione inter ceſſionem voluntariam, & neceſſariam.*
44 *Clauſula* ponens, &c. *quam habeat virtutem remiſſiuè.*
45 *Importat dominij translationem.*
46 *Quid ſi titulus translationis eſſet inualidus.*
47 *Cedens, vti poteſt exercitio directarum actionum non obſtante iuramento in ceſſione appoſito, & num. 50.*
48 *Periurus repellitur à limine iudicij.*
49 *Actione carere quis non dicitur quamuis repelli poſſit à limine iudicij.*
51 *Cedens vti poteſt exercitio directarum actionum quamuis ceſſio facta ſit per viam donationis.*
52 *Cedens nec exigere poteſt à debitore, nec directarum actionum exercitio vti quando actiones directæ remanſerunt penès eum inutiles, & inefficaces.*
53 *Actiones directæ inefficaces remanent, quoad cedentem, quando ceſſio fit ex cauſa neceſſaria.*
54 *Ceſſio facta per hæredem grauatum dicitur ex cauſa neceſſaria.*
55 *Procurator acquirens ex ſtipulatione actiones ſibi acquirit directas, & domino vtiles.*
56 *Sed actiones directæ apud Procuratorem remanent inefficaces.*
57 *Cedens correo, vel fideiuſſori directas actiones inutiles retinere dicitur.*
58 *Directarum actionum exercitium an transferri poſſit, & per quæ verba, & num. 60.*
59 *Nulla verborum cautela adhiberi poteſt, per quam actiones directæ transferantur.*
61 *Ceſſione facta in vltima voluntate an actiones directæ penès cedentem remaneant inefficaces.*
62 *Hæres an poſſit à depoſitario exigere pecuniam, quam teſtator alteri legauerat.*
63 *Actiones vtiles habens ex vltima voluntate, an, & quando præferatur habenti actiones directas.*
64 *Cedens ex cauſa neceſſaria fideicommiſſi, vel vltimæ voluntatis non poteſt agere pro re ceſſa quamuis in actu ceſſionis proteſtatus fuerit in contrarium.*
65 *Cedens actiones reales poſſeſſionem concomitantes, non poteſt ex illis agere contra poſſeſſorem.*
66 *Cedens actiones directas habenti actiones vtiles an ex illis amplius agere poſſit.*
67 *Cedens qui fecit pactum de non petendo à debitore, non poteſt actiones directas exercere.*
68 *Aliàs repellitur exceptione doli mali.*
69 *Cedens excluditur ab actione contra debitorem ceſſum, quando contra eum egit ceſſionarius, & inſtantia remanſit perempta.*
70 *Debitor hæredi, qui promiſit ſoluere, adhuc ab eo conueniri non poteſt ſi hæreditas fuit reſtituta fideicommiſſario, vel euicta.*
71 *Cedens an, & quando vti poſſit exercitio directarum actionum vbi ceſſio facta ſit ad commodum ceſſionarij tantùm, & num. 74.*
72 *Ceſſio non eſt modus tollendarum actionum.*
73 *Cedens non repellitur ab agendo ipſo iure, ſed per exceptionem.*
75 *Cedens totum id, quod exegit à debitore tenetur reſtituere ceſſionario, ad cuius commodum, facta fuit ceſſio.*
76 *Procurator, vel nudus miniſter habens actiones directas dicitur illas inefficaces habere.*
77 *Ceſſionarius poſt ceſſionem alteri factam, an, & quando poſſit agere.*
78 *Cedens non poteſt vti exercitio directarum actionum, quando illis vtitur in fraudem ceſſionarij.*
79 *Quando autem dicatur agere in fraudem ceſſionarij.*
80 *Cedens qui non eſt ſoluendo, vel eſt perſona potens, & non valens de facili conueniri agens contra debitorem, quem ceſſit, dicitur agere in fraudem ceſſionarij.*
81 *Cedens agere an, & quando poſſit virtute directarum actionum vbi tertius habens ius liberandi debitorem proteſtatus illi fuit ne cedenti ſolueret.*
82 *Cedens agere non poteſt ex actionibus directis quando ceſſio habet vim ſolutionis.*
83 *Actiones directæ remanent apud cedentem etiam inuitum.*

84 *Ceſſionarius an ſit citandus, & ad cauſam admittendus ſic proteſtante debitore per cedentem conuento.*

85 *Debitor ceſſus ſoluens cedenti poſt ceſſionem, an, & quando liberetur remiſſiuè.*

86 *Cedens poſt ceſſionem præindicare non poteſt ceſſionario.*

87 *Confeſſio cedentis non præiudicat ceſſionario.*

88 *Per ceſſionem res deſinit eſſe integra.*

89 *Confeſſio cedentis nocet ceſſionario, quando ceſſio eſt facta ad commodum ſolius cedentis.*

90 *Scientia debitoris ceſſi, an, & quando requiratur ne confeſſio cedentis præiudicet ceſſionario.*

91 *Confeſſio cedentis an præiudicet ceſſionario habenti regreſſum contra ipſum cedentem, & num. 93.*

92 *Confeſſio reuerſura in damnum confitentis non præſumitur facta in fraudem.*

94 *Confeſſio cedentis non præiudicat ceſſionario habenti regreſſum contra ipſum cedentem, quando ceſſio eſt facta per viam dationis in ſolutum.*

95 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario, quando penès cedentem non remanent actiones directæ, nec illarum reliquiæ, ex quo ipſe ſit ceſſionarius alterius.*

96 *Cedentis confeſſio non nocet ceſſionario, quando debitori ceſſo facta fuit intimatio ne ſoluat.*

97 *Quid ſi interuenit vnus ex requiſitis,* l. 3. C. de nouationibus.

98 *Confeſſio iudicialis cedentis an præiudicet ceſſionario.*

99 *Confeſſio cedentis emiſſa ante ceſſionem præiudicat ceſſionario.*

100 *Ceſſionarius non poteſt habere plus iuris, quàm habeat cedens eius auctor.*

101 *Confeſſio cedentis præiudicat ceſſionario, quando ceſſio eſt conditionalis.*

102 *Confeſſio cedentis in præiudicium ipſiuſmet confitentis attenditur.*

103 *Pactum, & tranſactio cedentis non præiudicat ceſſionario, quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarij.*

104 *Secus ſi ſit facta ad commodum cedentis.*

105 *Pactum gratuitum factum à cedente non præiudicat ceſſionario habenti cauſam oneroſam.*

106 *Recipere ex cauſa lucratiua non licet, quod alius mala fide remittit.*

107 *Cedens qui poſt ceſſionem debitum liberaliter remittit, dicitur eſſe in dolo.*

108 *Et ipſe dolus cedentis obſtat etiam debitori.*

109 *Quid ſi debitor ceſſionem ignoret.*

110 *Debitor ceſſionem ſciens non poteſt cum cedente tranſigere.*

111 *Tranſactio inter cedentem, & debitorem ceſſionis ignarum, an valeat.*

112 *Renunciatio cedentis facta poſt ceſſionem non præiudicat ceſſionario.*

1 PRÆMITTENDVM, quod omnis actio cedi poteſt, vt *in titulo de hæreditate, vel act. vendit. l. vlt. ff. de rei vendit. l. 2.* & ibi Gloſs. & Bart. *C. de litigioſ.* Gloſs. *in l. planè, verb. debeat, ff. famil. hereiſc.* cum alijs per Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 25. *Gloſs. 3. num. 2.* Carth. *decis. 18. num. 6.* Bertazz. *clauſ. 27. gloſs. 6.* Oliban. *de act. par. 2. lib. 1. cap. 4. num. 35.* Olea, qui innumeros refert, *de ceſs. iur. tit. 3. quæſt. 1. num. 1.*

2 Intantùm quod ſi quis iureiurando promiſit non cedere actiones, poteſt nihilo-
3 minus inconſtans ad ceſſionem deuenire,
quamuis periurus efficiatur, Crauett. *conſ. 191. num. 6.* Carthar. *dicta decis. 18. num. 10.* Mancin. *de iuram. par. 4. quæſt. 14. effect. 22. num. 19.* Oliban. *loco cit. verſ. poteſt fieri, & valet ceſſio.*

Videndum eſt, an creditor, qui ceſſit actiones contra debitorem ſuum, inconſtans eſſe poſſit?

Quæſtio hæc tripliciter poteſt conſiderari.

Primò, an poſt ceſſionem vni factam, alteri eandem ceſſionem facere poſſit?

Secundò, an ceſſione facta, inconſtans poſſit à debitore creditum exigere, vel recipere?

Tertiò, an poſt factam ceſſionem aliquem actum facere poſſit, per quem ceſſionario præiudicetur?

4 Quoad primum dic omnino illicitam
eſſe inconſtantiam, cum iura ſemel ceſſa,
5 amplius cedi non poſſint, *l. non quocumque,*
§. *Qui Caium, ff. de leg. 1.* & ibi expreſsè firmant Bart. Bald. Angel., & Caſtren. *in l. qui duos,* §. 1. & ibi Bald. *ff. de legat. 2.* idem Bald. *in l. 3. num. 7. C. de nouat. & in conſ. 134. ad fin. & conſ. 216. num. 4. lib. 2. & conſ. 105. num. 6. & conſ. 248. volumn. 3.* Salyc. *in l. 1. quæſt. 19. C. de actionibus,* cum aliis per Bertazzol. *de clauſ. clauſ. 29. gloſs. 2. nu. 6.* addo Cagnol. *in repetit. l. 2. C. de pactis num. 203.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 15. num. 6.* vbi
6 an resignans beneficium vni, alteri reſignare poſſit inconſtans, de qua quæſtione videbimus *infra*, Cephal. *conſ. 658. nu. 10. volum. 5.* Tuſch. *litt. C, concluſ. 183. num. 1.* Alex. *conſ. 15. lib. 6.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap. 24. num. 58.* Ludouic. *concl. 4. declarat. 12.* Giurb. *decis. 104. num. 1.* Buratt. *decis. 470. num. 1.* Io. de Graſs. *de ceſs. iur.* §. 4. *num. 7.* Oliban. *de action. ſine eius* Additionator *par. 2. lib. 1. cap. 4. num. 19. verſ. producit inſuper alium effectum,* Carthar. *d. decis. 18. num. 3.* Griuell. *decis. Dolan. 111. num. 1.* Rota *decis. 316. num. 20. par. 12. & decis. 148. num. 10. par. 11. recent.*

7 Hinc propterea infert Florian. de S. Petro *l. per quem, ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* quod qui ceſſit ius viæ, vel aquæducen. vni, non poteſt alteri illud ius cedere in præiu-

dicium primi, ſi autem primò non no-
ceat, ſecundò ceſſio vtique poterit fieri,
l. ruſticus, §. *aquaductus*, *ff. eodem tit.* & ibi
Florian. *num.* 1. vbi infert ad quæſtionem
de aqua conceſſa Fratribus Prædicatori-
bus, quæ demùm conceſſa fuit Fratribus
Minoribus, quod conceſſio tenuerit, de
qua quæſtione facit mentionem Bartol. *in
l. in concedendo, ff. de aqua pluu. arcen.*

8 Quæ concluſio multo magis ampliatur,
ſi cedens actiones vſus fuerit clauſula illa
ponens in locum ſuum, Agnel. *in l. ſi cum emp-
tore, ff. de pact.* Iaſon. *d. l. non quocunque*,
dicto §. *Caium, ff. de legat.*1. Theſ. *deciſ.*201.
Intrigliol. *ſing.* 86. Surd. *conſ.* 22. *num.* 36.
Rot. *deciſ.*15. poſt Oleam *de ceſs. iur. nu.*12.
verſ. quia præterquamquod.

Sed quia ſuper hac concluſione multi
alij Doctor. contrarium tenuerunt, & præ-
ſertim Rota *deciſ.*453. *num.*4. *par.*1. *diuerſ.*
& de ea dicemus in ſecundò puncto, ideò
vide quæ *infra* adducemus.

9 Secundò amplia multò magis, ſi ceſſio
fiat ex cauſa neceſſaria, nempe pro pretio,
vel ex cauſa dotis, vel alia non diſſimili,
Ronchegal. *de duobus reis in l. 3. num.* 74.
& 75. Ludouic. *dicta concluſ.*4. *verſ. declara
ſecundò*, Giurb. *deciſ.*104. *num.*2.

10 Tertiò amplia, vt neque duobus inſo-
lidum idem ius cedi poſſit, Bald. *l.*1. *C. de
act. & oblig.* Tuſc. *dicta concluſ.*183. *num.* 3.
Giurb. *deciſ.* 104. *num.* 3. Sicuti nec duo
11 Procuratores in rem ſuam inſolidum
12 conſtitui poſſunt, quia ſunt ceſſionarii,
Bart. *in rubr. de Procur. in* 8. *col.* Iaſ. *in dicto*
§. *qui Caium num.*7.

13 Quartò amplia, vt non ſolùm proce-
dat, quando tractatur de ceſſione formali,
ſed etiam quando quis obligat omnia
bona ſua, iura, & actiones præſentia, &
futura, quia vtilis actio transfertur in
eum, cui fit obligatio, Alexan. *conſ.* 15.
*num.*1. *verſ. ex quo infertur lib.* 6. Tuſc. *dicta
concluſ.* 183. *num.* 5. Oſaſc. *deciſ.* 62. Giurb.
*dicta deciſ.*104. *num.* 5.

14 Quintò amplia, vt non ſolùm procedat
in primò cedente, ſed multo magis in ſe-
cundò, & alio deinceps, quia alteri cede-
re non poteſt, Iaſ. *in l. cum emptore nu.* 14.
in 4. *limit. ff. de pact.* Alex. poſt Bartol. *in l.
ex aſſe nu.*6. *ff. ad Trebell.* Tuſc. *d. concl.*183.
num. 7.

Hinc propterea ſolent Notarij in huiuſ-
modi ceſſionibus, quæ principaliter fiunt,
15 expreſsè addere, quod cedens proteſtatur,
& affirmat, ſe iura, quæ tunc cedit, alteri
prius non ceſſiſſe, Bertazzol. *d. clauſ.* 29.
gloſs. 2. *num.*6. *in fin. verſic. Solent tamen No-
tarij.*

16 Sextò amplia, etiamquod ſint plures
rei debendi inſolidum, nam actione ceſſa
contra vnum, non poteſt cedi eadem
actio contra alterum, *l.*3 *in fin. ff. de duobus
reis*, Iaſon. *d.* §. *qui Caium num.*5. Ronch eg.
*de duobus reis l.*3. *num.*79. *&* 80.

17 Septimò amplia multo magis, ſi prior
ceſſio fuerit iuramento firmata nam tunc
18 cedens omni actione nedum vtili, ſed
etiam directa priuatur, Theſaur. *deciſ.*201.
*num.*7. Griuel. *dicta deciſ.*111. *num.*2.

19 Octauò denique amplia, vt quamuis
apud cedentem maneat exercitium actio-
num directarum, illas tamen cedere non
poteſt in præiudicium prioris ceſſionarij,
Alexan. *dicto conſ.*15. *nu.*2. *lib.*6. Tuſc. *dicta
concluſ.*183. *num.*8.

20 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando actio vtilis in primò contractu
non eſt in alterum tranſlata, quia tunc al-
21 teri cedi poteſt, ſicuti res vni vendita,
ſed non dùm tradita poteſt alteri vendi,
& eius dominium tranferri, *l. quoties, C. rei
vendic.* de qua quæſtione dicemus ſuo lo-
co, Bart. *in dicto* §. *qui Caium, ad fin.* & ibi
Iaſon *num.*7. Salycet. *l.*1. *C. act. & obligat.
num.*24. 19. *quæſt.* Alexan. *dicto conſ.*15. *nu.*1.
*vol.*6. Guidopap. *ſingul.*606. Oſaſc. *deciſ.*62.
per totam.

22 Secundò dic, licitam eſſe inconſtan-
tiam, quando eſſemus in prima ceſſione
conditionata, vel ob cauſam, nam con-
ditione non purificata, & cauſa ceſſante
poſſet fieri ſecunda ceſſio, Bald. *conſ.*248.
lib. 3. Tiraquell. *dicto* §. 26. *gloſs.*1. *num.*82.
Rot. *deciſ.*404. *par.*4. *diuerſ.* Buratt. meliùs
deciſ. 470. *num.* 4. Tuſc. *dicta concluſ.* 183.
num. 4. qui ſubiungit, quod ſi ſecunda
23 ceſſio fiat pendente conditione expectan-
dus eſt conditionis euentus, quia præ-
fertur ſecundum conditionis exiſtentiam,
vel non exiſtentiam; imò hoc caſu poſſe
cedentem ſine nota inconſtantiæ reuo-
care ceſſionem, etiamquod interueniat
vnum ex tribus, de quibus *in l.*3. *C. nouat.*
voluere Bald. & Salyc. *in l. pacto ſucceſſorum,
C. de pact.* Miſinger. *cent.* 3. *obſeruat.* 96.
Ricc. *collect.* 118. *verſ. & an valeat reuocare
ceſſionem*, Balb. *deciſ.*176. Oliban. *de act. par.*2.
*lib.*1. *cap.* 4. *num.*30. Coſta *de rat. quæſt.*70.
num. 7. Carpan. *ad Statut. Mediol. par.* 1.
cap. 445. *num.* 63. Alb. *conſ.* 547. *num.* 6.
Arias de Meſ. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 19.
num. 20.

24 Tertiò, dic licitam eſſe inconſtantiam
in ceſſione exercitij actionis directæ, quæ
ſemper inhæret oſſibus cedentis, nam quis
poteſt per ceſſionem vtilium actionum
25 conſtituere Procuratorem in rem ſuam,
Bart. *in dicto* §. *qui Caium num.* 1. *verſ. ſed
indirecta*, latè ibid. Iaſ. *nu.*8. *verſ.*3. *intellige,
& num.*9. *cum ſeq.* Salycet. *dicta l.*1. *num.*25.
*quæſt.*19. *C. act. & oblig.* Alex. *dicto conſ.*15.
*num.*1. *lib.*6. Afflict. *deciſ.*335. *nu.*22. Cephal.
conſ. 658. *num.* 40. Oſaſch. *deciſ.* 63. Tuſc.
d. concluſ. 183. *num.* 12. Marant. *l. ſi Actor
nu.*15. *ff. de Procurat.* Cald. Pereyra *de empt.*

Digitized by Google

26 *& vendit. cap.* 24. *num.* 42. qui de mente
Gregorij Lopez ampliat etiamſi Ceſſio-
narius abſens ſit, Griuell. *dicta deciſ.* 111.
*num.*8. *&* 9. Buratt. *deciſ.*470.*num.*4.

27 Dic qnartò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando prima ceſſio fuit facta limitatè ad
vnam cauſam, quia non impedit, quin
poſſit fieri ſecunda ceſſio, Bald. *d. conſ.* 248.
num. 1. *lib.* 3. Buratt. *dicta deciſ.* 470. *num.* 4.

28 Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam,
qnando prima ceſſio nulla eſt, nam tunc
nihil obſtat, quin poſſit fieri ſecunda ceſ-
ſio, Buratt. *deciſ.* 438. *& dicta deciſ.* 470.
num. 5.

29 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando in priori ceſſione non interuene-
rit vnum ex tribus, de quibus *in l.* 3. *C. de*
30 *nouat.* nam ſicuti vno ex iſtis non interue-
niente poteſt inconſtans cedens ipſemet
exigere creditum ceſſum, vt videbimus
31 *infra*, ità nihil obſtat, quin ſecundam fa-
cere poſſit ceſſionem, ſaltem reſpectu ex-
ercitij directarum actionum, vt bene ratio-
cinatur, & reſoluit Rota apud Buratt.
dicta deciſ. 470. *à num.* 2. Cephal. *d. conſ.* 658.
num. 20.

32 Cæterum in concurſu dictarum ceſſio-
num quis ſit præferendus, Cephalus *dicto
conſ.* 568. *num.* 14. dicit, præferendum eſſe,
qui poſſidet per regulam *l. quoties, C. de rei
vendic.* quem ſequitur Oliban. *de action.
par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. *verſ. producitur*,
ibi, *& in duabus ceſſionibus*, Caldas verò
Pereyra *dicto cap.* 24. *num.* 58. diſtinguit;
Aut ſecunda ceſſio fuit facta re integra,
hoc eſt antequam interueniat quodlibet
ex notatis *in l.* 3. *C. de nouat.* & præuentioni
locus eſt, nam quemadmodum potuit ip-
ſe Dominus per *dictam l.* 3. non obſtante
ceſſione creditum exigere, ità, & ſecun-
dus ceſſionarius; Aut verò ſit ſecunda
ceſſio re non integra, & tunc, quia nec
ipſe Dominus poterat, non etiam poterit
ſecundus Ceſſionarius *per dictam l.* 3.

33 Quo verò ad ſecundum punctum, an
cedens ceſſione facta poſſit inconſtans ipſe-
met creditum ceſſum exigere? licet hæc
quæſtio perdifficilis ità videatur, vt Ca-
cheranus *deciſ.* 62. *num.* 7. dixerit, hanc in-
telligi non poſſe ſine diuino lumine, quod
ſibi illuxiſſe iactantia teſtatur Franc. Mer-
lin. *controuerſ. forenſ. cent.* 2. *cap.* 31. *in princ.*
Tu tamen ſtatue concluſionem, licitam
eſſe inconſtantiam, poſſeque cedentem
creditum ceſſum exigere, niſi interueniat
34 vnum ex tribus requiſitis, de quibus *in
l.* 3. *C. nouat.* vt eſt Textus *in dicta l.* 3: qui
eſt ſingularis ſecundùm Bartol. & alios,
ibidem, & vltra Doctor. *in dicta l.* 3. tenet
Iacob. de Aret. *in tract. de ceſſ. act. rubr.* 7.
num. 85. Bartol. *in l.* 1. *num.* 20. *ff. oper. nou.
nunciat.* & ibi Gloſſ. Bald. Salycet. & Ca-
ſtren. Bald. *l.* 1. *num.* 19. *C. act. & obligat.*
Doctores omnes *in l. ſi cum emptore*, *ff. de
pact.* Rub. *conſ.* 159. *nu.* 2. Bertran. *conſ.* 116.
num. 12. *volum.* 2. Tiraquell. qui plures *de
vtroque retract.* §. 26. *num.* 14. hos omnes, &
alios Bertazzol. *de clauſ. clauſ.* 29. *gloſſ.* 4.
num. 5. addo Oſaſc. *dicta deciſ.* 62. *per tot.*
Amat. *deciſ. March.* 93. *num.* 9. Surd. *conſ.* 22.
lib. 1. *num.* 7. *&* 8. Ludouic. *d. concluſ.* 4. *verſ.
quo verò*, Trentac. *var. reſolut. vol.* 1. *lib.* 3.
reſolut. 14. *num.* 1. *verſ.* 4. *concluſ.* Oliban.
de act. dicta par. 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 30.
verſ. permittitur, Parlad. *rer. quotid. lib.* 2.
cap. fin. 3. *par.* §. 4. *num.* 15. Gaſpar Anton.
Theſ. *lib.* 4. *forenſ. quæſtion. quæſt.* 12. plures
remiſſiuè adducit Arias de Meſa *variar.
reſolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 17. latè Tuſch.
littera C. concluſ. 185. qui latè proſequitur
concluſionem, ſed more ſuo ſatis confusè,
Olea *de ceſſ. iur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 12. *cum
ſeqq.* Rota *deciſ.* 239. *num.* 1. *par.* 10. *recent.*
Buratt. *deciſ.* 135. *num.* 8. *& d. deciſ.* 470.
num. 4.

35 Ratio concluſionis eſt, quia cedens
actiones, cum cedat tantùm vtiles, reti-
neatque penès ſe directas, quæ oſſibus
inhærent, inceſſibileſque ſunt, *l.* 1. §. 1.
ff. ad Trebell. l. 3. *in principio*, *ff. pro ſocio*,
Surd. *d. conſ.* 22. *num.* 9. *verſ. quia tenendum*,
Buratt. *d. deciſ.* 470. *num.* 1. propterea non
36 prohibetur exercitio illarum vti, vt di-
cunt omnes Doctores *ſupra citati*.

Amplia primò, concluſionem procede-
re, etiamquod debitor ceſſus ceſſionis
37 ſcientiam habeat, Specul. *tit. de Procurat.*
§. *ſequitur num.* 13. & ibi Io. Andr. Gloſſ. *in
l. nomen in verb. vtilibus*, *C. quæ res pignor.
obligar. poſſ. & in l. grege*, §. *cum pignori in
verb. ſoluto*, *ff. de pignor.* Angel. *in d. l. ſi
cum emptore in fin ff. de pact.* Soccin. *conſ.* 18.
num. 16. *volum.* 1. Surd. *d. conſ.* 22. *num.* 9.
Afflict. *d. deciſ.* 335. *à num.* 22. & ibi Vrſill.
à num. 18. Angel. *conſ.* 258. Cuman. *conſ.* 4.
num. 4. Tuſc. *d. concluſ.* 185. *num.* 3. *&* 11.
Rota *deciſ.* 453. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſor.*
Merend. *controuerſ. lib.* 9. *cap.* 27.

Cæterum in hac ampliatione Gloſſa, &
Doctores nedum inuicem, ſed ſibimet
fuerunt contrarij, & inconſtantes, vt di-
cit Bertazzol. *d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 4. *num.* 8. &
Gloſſæ ſibi obloquuntur ſicuti moris eſt
earum, dicit Cyn. *in dicta l.* 3. *C. de nouat.
verſ. ſecundò quæro:* nam Gloſſa *in l. fin. ff. de
tranſact.* tenet contrarium, & eam ſequitur
Cyn. *in dicta l.* 3. *C. de nouat.* & hanc com-
muniter teneri dicit Baldus ſibi contra-
rius in locis per Bertazzol. *loco cit. allegatis*,
vbi alios quamplures hinc inde allegat,
addo pro hac opinione defendenda Oſaſc.
deciſ. 45. contra Afflictum tenet Facchin.
controuerſ. 94. *lib.* 3. *per tot.* Gaſpar Ant.
Theſ. *d. quæſt.* 12. *lib.* 4. ex multis idem
contendit Carleual. *de Iudic. diſput.* 26. *à
num.* 8. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 109. *num.* 35.

Gallerat.

Digitized by Google

Galerat. *de renunc. lib. 1. cap. 4. à num.* 86. Schiphordeg. *lib. 3. tract.23. quæſt.*10. *cum ſeq.*

38 Fœdere tamen diſtinctionis nonnulli haſce contrarias opiniones concordant, vt ampliatio procedat, quando ceſſio facta eſt ad commodum cedentis, & eius periculo; contraria verò, quod procedat, quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarij, ſic Bartol. poſt Iacobum de Arena, & Oldradum *in d. l. ſi cum emptore*, §. *ſi hæres*, & ibi Caſtrenſ. & Imol. Baldus & Angel. parùm ſibi conſtans *in l. 3. C. de nouat.* idem Baldus, Caſtrenſ. Alex. & Iaſon *in dicta l. ſi cum emptore*, & hanc eſſe communem opinionem dicit Romanus *conſ.* 102. Baldus *conſ.* 163. *volum. 3.* Aret. §. *prætcrea, num. 34. de act.* Alex. *conſ.* 15. *num.* 1. *vol.* 7. Neguſ. *de pignor. 3. memb. 2. par. num. 26. verſ. 2. dubitatur*, Bertrandus *conſ.* 190. *par.* 1. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 63. Bertazzol. *d. clauſ.* 29. *gloſs.* 4. *num.*9. *verb. & licèt*, vbi dicit, & ſi hanc diſtinctionem tanquam communem credat eſſe ſeruandam, etiam in practica tamen ad euitandas omnes difficultates laudaret fieri denunciationem per ceſſionarium debitori, addo Surdum *d. conſ.*22. *nu.*43. *& conſ.* 82. *nu.*38. Olea *de ceſs. iur. tit.*8. *quæſt.*2. *num.*17. *&* 18. Felician. *de cenſ. 2. tom. lib. 4. cap. vnico num. 9. verſ. ſed dubitari*; quam ſententiam probant etiam Sfort. Odd. *in d. l. 3. quæſt. 3. artic.* 2. Gait. *de credito, cap. 2. titulo 3. à num.* 455. Carlenal. *de iudic. d. diſput.* 26. *num.* 8. Rota *d. deciſ.* 453. *num.*3. vbi quod res tranſit ſine difficultate, quando ceſſio facta eſt ad commodum ceſſionarij, licèt
39 ſubiungat, quod aliqui ex Dominis putabant diſtinctionem procedere, vbi ceſſio fit ex cauſa neceſſaria, ſecus autem, vbi fit ex cauſa voluntaria, de quo vide.

40 Secundò amplia etiam, quod ceſſio fuerit facta cum clauſula, *ponens in locum ſuum*, quia hæc clauſula non tollit inconſtantiam in cedente reſpectu directarum actionum, Bald. *d. l. 3. num.*1. *&* 5. Salyceт. *num. 6. & 7. verſ. Ego*, Caſtrenſ. *d. l. ſi cum emptore, num.4. ff. pact.* vbi Alex. *num. 3.* Caſtrenſ. & Iaſon *num.* 9. Iacobin. *in prima lectura num.* 6. vbi teſtatur ſic fuiſſe iudicatum in ſacris Audientijs, & in ſecunda lectura *num.3.* Angel. *l. 2. num.2. in principio, ff. ad Senatum-conſultum Trebell.* vbi Caſtrenſ. *num. 3.* Roman. *l. 2.* §. *ſi ego, num. 2. ff. de oper nou. nunciat.* vbi Alexand. *num. 8. verſ. tamen ipſemet Angelus*, quam ſententiam ibi confirmat Curt. ſen. *in addit. verſ. ſed aduerte*, dicens ſic ſæpius reſpondiſſe Aret. *l. cum filius-familias num. 5. poſt principium, verſ. vnde Angelus, ff. de legatis primò*, Iacobin. de Sancto Georgio *l. fin. num. 3. verſ. hic addit mirabiliter, ff. de rei vendic.* vbi dicit, hanc ſententiam in iudicijs obſeruari ſolere, Angelus *conſ.*259. *num. 3.* Afflict. *dicta deciſ.* 335. *num.* 22. *&* 23. vbi Vrſil. *num.* 16. Bertran. *conſ.*116. *num. 14. verſ. quamuis, tom. 2. par.* 1. Bertazzolus *clauſ. 28. gloſs. 2. num. 1. in fine*, Saccha *conſ.* 196. Antonius Fab. *in ſuo Cod. tit. de actione, vel hæreditate vendita, deffin. 3. num. 1. & in allegat. num.* 2. Addent. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.*119. *num. 3. verſ. & in iſto caſu*, Syluius Spanocch. *lib. 9. quæſt. public. tract. num.* 280. Rota *dicta deciſ.* 453. *num. 4. par. 1. diuerſ.* Hos omnes Merend. *controuerſ. iur. lib. 9. cap. 26. num.* 1. addo Mart. *de clauſ. par.*1. *clauſ.*91. *num. 3. verſ. contrarium, Rub. ſingul. Rotæ Romanæ par. 2. clauſ. 536. num.* 5. Caldas *de emptore, & vendit. dicto cap.24. num.49. verſ. ſed falſam.*

Contrariam opinionem tenuit Angelus ſibimet contrarius, & inconſtans *in d. l. ſi cum emptore, num. 31. ff. de pact. & in l. 3. num. 5. C. nouat.* Aretinus etiam ſibi contrarius *in l. cum filio num. 5. verſ. tu autem aduerte, ff. de legat.*1. Crot. *conſ.*83. *num.*12. Oſaſc. *deciſ. 45. num.* 6. Surdus *d. conſ.* 22. *num. 35. lib.* 1. Oddus *in repetit. l. 3. C. de nouat.* poſita *poſt tractatum de fideicommiſs. quæſt.3. artic.5.* Coſta *de port. rat. quæſt.* 212. Mart. *d. clauſ.* 91. *num.3.* Rub. *d. clauſ.*536. *num.* 4. Trentacinq. *var. lib. 3. volum. 1. reſolut. 14. verſ. ſecunda concluſio*, & Hector Capic. latro, ſeu potiùs Reuerterius *dec.*16. *num.*45. Adden. *ad deciſ. Buratti* 470. *nu.*10. Arias de Meſa *var. reſolut. lib. 1. cap.* 19. *num.* 6. vbi dicit hanc opinionem tenuiſ-
41 ſe Sacrum Conſilium, nec fuiſſe habitam rationem de diſtinctione, quam in hac re ſubijcit Theſ. *dicta deciſ.* 201. *num.*7. inter actiones directas reales, & perſonales, & hanc eandem opinionem ſecuta eſt Rota *deciſ. 45. par. 11. recent. num.* 16.

42 Concordant nonnulli has opiniones, vt prior opinio procedat, quando ſimplex clauſula, *ponens in locum ſuum*, addita eſt in ceſſione, ſecus verò, ſi ceſſio facta ſit etiam alijs verbis prægnantiſſimis, Cepoll. *caut.* 190. Iaſon *d. l. ſi cum emptore num.* 11. Rip. *l. 1. in principio num. 13. ff. ad Trebell.* Rota *in Voto reddito in cauſa Pariſien. prætenſorum ſcutorum* 53000. *num.* 32. *verſ. quod ſi iſta verba regiſt. in par. 4. recent. deciſ.*373. Addent. *ad dictam deciſionem* 470. Buratt. *num.* 10. Faber Schiphordegerius, & Monterus, quos allegat idem Arias de Meſa *loco cit. num. 6. verſ. planè*.

43 Secundò nonnulli concordant, vt inconſtans poſſit eſſe cedens, qui ceſſioni addidit hanc clauſulam, ſi voluntariam fecit ceſſionem, ſecus autem, ſi neceſſariam, vt voluit Rota Romana *d. deciſ.*453. *num. 4. par. 1. diuerſ.* Coſta *dicta quæſt.* 112. *num.* 2. qui tamen dicit ab ea diſtinctione recedere clariſſima iuris lumina, de quibus apud Surdum *dicto conſ.* 22. *num.* 35.

Alba conſ. 139. num. 30. lib. 1. Rota Auenionen. deciſ. 99. Barz. deciſ. Bononien. 56. num.39. & deciſ.70.nu.28. addo Ripoll.var. reſolut. cap.vlt. nu.477. verſ. ſed meo videri.
44 De vi autem huius clauſulæ, ponens in locum ſuum, vide Mart. de clauſ. par. 2. clauſ. 39. vbi dicit, quod ſi quis concedat bona aliqua cum hac clauſula cenſetur dominium tranſtuliſſe, addo Rot. dec.273. num. 6. par. 9. tom. 1. recent. ſicut Bald. in l. 1. in fine, C. de rer. permut. cum alijs per
45 cum allegatis in quæſtione, & non poteſt poſtea ea vendicare à tertio, quia obſtat defectus dominij tranſlati in alterum, etiam quod titulus tranſlationis eſſet inua-
46 lidus, l. fin. C. rei vendit. Gloſsa in l. cum fratum, C. ſeru. fug. & poteſt hoc caſu opponi de iure tertij, etiamquod ipſe tertius nollet, Bartol. l. 2. num. 8. ff. except. rei iudic. Gloſs. in l. indebiti, §. ſed, & ſi nummi, ff. de condict. indebit. vbi Bart. in fin. illam ſequitur in feudo.
47 Tertiò amplia, etiamquod ceſſio fuerit iureiurando firmata, nam quamuis ſic cedens tanquam periurus à limine iudicij
48 poſſit arceri, ſi tamen non repellatur hac exceptione, non videtur carere actione, aliud enim eſt carere actione, aliud eſt
49 poſſe repelli à limine iudicij propter iuramentum, vt in terminis noſtris loquitur Merenda d. cap. 26. num. 9.
50 Contrarium in hoc voluit Ancharanus conſ, 119. Pariſius conſ. 15. lib. 1. Ronchegall· de duobus rei l. 53. num. 64. Ioſeph Ludouic. dicta concluſ. 4. declarat. 22. verſ. 4. Buratt. conſ. 4. Theſ. d. deciſ. 201. num. 7. vbi quod ab iſta declaratione nunquam videntur receſſiſſe Doctores.
51 Quartò amplia, ſiue ceſſio fiat per viam ceſſionis, ſiue per viam donationis, latè Cuman. conſ. 4. verſ. his tamen non obſtantibus, Tuſch. d. concluſ. 185. num. 8. Theſ. d. deciſ. 201. num. 5. verſ. contrarium.
52 Dic primò illicitam eſſe inconſtantiam, quando apud cedentem remanſerunt quidem actiones directæ, ſed inutiles, & inefficaces, & ſine effectu, l. 1. in principio, cum ibi notatis, ff. ad Trebell. l. in cauſæ in fin. & in l. ſequenti, & ibi not. ff. de Procurat. Bart. l. ex aſſe num. 4. & ibi Alexand. num. 6. ff. ad Trebell. Baldus l. 3. in ſecunda columna, C. de nouat. & in l. 1. quæſt. 5. nu.19. C. actionibus, & oblig. & conſ. 105. num. 4. volum.3. & in l. ſi Procurator, & ibi Caſtrenſ. ff. de Procuratoribus, Angelus, & Paul. in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Caſtrenſ. d. l. 3. C. mandat. cum alijs per Bertazzol. d. clauſ. 29. gloſs. 4. num. 6. addo Trentacinq. d. reſolut. 14. num. 1. verſ. ſecunda concluſio, Apicella de ceſſione bonorum, cap. 4. num. 141. verſ. quando autem debitor, Olea de ceſs. iur. d. tit. 8. d. quæſt. 2. num. 17. in fine, & num. 29. Carleual. dicta diſput. 26. num. 3. in fine, Rota d. deciſ. ſeu voto 373. num.32. par. 4. recent. & in deciſ. 323. nu. 3. poſt tractatum Poſthij de manut. Tuſchus d. concluſ. 185. num. 27.
53 Tunc autem actiones directæ remanent ſine effectu, quando habens directas cedit
54 ex neceſſitate, vt in hærede rogato de reſtituendo ad Textum in dicta l. 1. ff. ad Trebell. Carleual. d. diſput. 26. num. 3.
55 Vel in Procuratore, qui ſibi acquirit directam, & domino vtilem ex ſtipula-
56 tione, & directa remanet inefficax, dicta l. cauſa in fine, & l. ſequenti, ff. de Procuratoribus, Carleual. d. diſp. 26. d. num. 3.
57 Vel quando ceſſio fit correo, vel fideiuſſori, l. Modeſtinus, ff. de ſolution. Bertazzol. d. gloſs. 4. num. 6. Apicella d. cap. 4. verſ. quando autem debitor, Rota dicta deciſ. 323. num. 3. poſt tractatum Poſthij de manutent. Oſaſcus dicta deciſ. 62. num.6. verſ. aut ceſſio fuit facta.
58 Secundo dic, illicitam eſſe inconſtantiam, ſi cedens expreſſit in ceſſione, quod cedit actiones, & omnem ſpem, & exercitium actionum directarum, ita quod nullæ reliquiæ actionum penes cedentem remaneant, Tancredus de Cuneo in ſuo opere iudiciali vlt.par. quæſt.11. Cepoll. caut. 189. aliàs 242. Iaſon in dicta l. Si cum emptore, num. 12. ff. de pactis, Dec. l. pacto ſucceſſorum, C. de pactis, Rip. l. 1. §.1. num.13. Soccin. reg.109. prima fallentia, Riminald. iun. conſ.451.num.41. lib.4. Graſs. de exceptionibus, except.25. num.46. Bertazzol. dicta clauſ.29. Gloſſa 4. num.6.verſ.2. Apicell. dicto cap.4. n.144. Rota d. deciſ. ſeù voto 373. num.32. verſ. Quod ſi iſta verba.
Contra hanc limitationem, quamuis tot Auctoribus ſuffultam, tenet Bald. dicta l.3. num.6. C. nouat. Bertazzol. d. clauſula 4. n.6. verſ. Sed licet iſta limitatio, vbi dicit quod non auderet ſecundum eam iudicare,
59 cum ratio repugnet, nam cedens agere poteſt propter directas actiones, quæ penes ipſum remanſerunt, & ab eo ſeparari non poſſunt, quo fit, vt nulla verborum cautela poſſit adhiberi, per quam poſsit cedens prohiberi agere, & hanc opinionem tenet Afflict. dicta deciſ. 335. num. 23. & in opinionem Afflicti inclinat Rota in deciſ.453. num.2. par.1. diuerſ.
60 Cæterùm hanc rationem impugnat Pereyra, d.cap.24. Nam licèt directæ actiones cedi non poſſint, earum tamen exercitium cedi poteſt; Quare cum exercitium in ceſſionarium translatum ſit, actiones directæ, quæ penes dominum manent effectu exhauſtę ſunt, quare domino illis experiri ſuperuacuum erit, & ideò reprobato Afflicto alteri adhæret opinioni.
61 Tertiò dic, illicitam eſſe inconſtantiam, quando ceſſio facta eſt in vltima voluntate caſus eſt, l. ſi pecuniam, ff. de legat. 1,

Digitized by Google

vbi ſi teſtator cedat, vel leget alteri pe-
62 cuniam, quam apud tertium depoſuerat,
non poteſt hæres teſtatoris à Depoſitario
eum pecuniam petere, quamuis apud
eam remanſerint actiones directæ. Hanc
opinionem tenet ibi Baldus, & eum ſequi-
tur Caſtren. & Cuman. quamuis Imol. du-
bitet, dicit tamen dictum Baldi eſſe ſingu-
lare, & menti tenendum, idem vult Bald.
*in l. ex legato nominis, num. 2. verſic. Modo
reuoco in dubium*, Iaſ. *d. l. ſi cum emptore*,
num. 12. Alex. *in addit. ad* Bartol. *dicta l.* 3.
C. nouat. Bertazzol. *d. clauſ.* 29. *Gloſs.* 4. *n.* 7.
verſ. tertiò limita, Apicell. *d. cap.* 4. *nu.* 144.
verſ. 2. *limita* Bald. *conſ.* 70. *in fine*, *lib.* 3. &
conſ. 163. *in princ. eod. vol.* Tuſc. *dicta con-
cluſ.* 185. *num.* 47. vbi *num.* 48. dicit, quod
63 habens vtiles actiones ex vltima volunta-
te non præfertur habenti actiones directas
abſque eo quod interuenerit vnum de
tribus, de quibus *in l.* 3. per Alex. *conſ.* 96.
num. 4. *lib.* 7. & *num.* 19. ampliat, etiam
64 quod cedens faceret proteſtationem in
contrarium; Quia adhuc quando cedit ex
neceſſitate fideicõmiſſi, vel ex vltima vo-
luntate non poteſt agere pro re ceſſa, Bald.
dicta conſ. 70. *num.* 8. *verſ. nam illi vſque ad
finem lib.* 3.

65 Dic quartò illicitam eſſe inconſtantiam
in actionibus realibus, quæ concomi-
tantur poſſeſſorem, vnde his ceſsis non
poterit cedens agere contra poſſeſſorem;
in l. qui ſibi, & ibi Salycet. *C. de hæredit. vel
actione vendita*, Alex. *in addit. ad* Bart. *dicta
l.* 3. Bertazzol. *d. clauſ.* 29. *Gloſs.* 4. *num.* 6.
verſ. 4. *limita*.

66 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, ſi cedens habenti vtiles ceſſerit
actiones directas, quia tunc ipſæ directæ
remanent inefficaces penès cedentem, ſic
Salyc. *in l. emptor.* 2. *oppoſit. C. de hæredit.
vel. act. vendit.* dicens audiuiſſe à quodam
Doctore ita tenente, & notandum aſſe-
rit, licet ille non bene firmet, & relin-
quat cogitandum, ſed hoc Salicetti di-
ctum reprobat Bertazzol. *dicta clauſul.* 29.
Gloſs. 4. *num.* 6. *verſ. quinto*, quia actiones
directæ non poſſunt ſeparari, niſi legis
authoritate.

67 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam,
ſi cedens fecerit pactum de non petendo
68 à debitore, quia tunc illi obſtaret excep-
tio doli mali, *dicta l. ſi cum emptore*, & *ibi
omnes*, & *l. ſicut*, §. *ſi Procurator*, *ff. quibus
modis pignus*, *vel hypotech. ſolu.* Bertazzol.
dicta Gloſs. 4. *num.* 6. *verſ.* 6. *limit.*

69 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, ſi ceſſionarius contra debitorem
ceſſum egerit, & litem conteſtatus fuerit,
tamen eius iudicij finem fecerit, & per-
empta inſtantia, quo caſu eius virtus ſub-
lata cenſetur, nam tunc durat effectus, vt
cedens excludatur, Bald. *d. l.* 3. *C. Manda-
ti*, Alex. *in apoſtilla ad Bartol. d. l.* 3. *C. de No-
uat.* Bertazzol. *dicta Gloſsa* 4. *num.* 6. *verſ.* 7.

70 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam iuxta terminos, *l. ſi poſt conſtitutam*,
ff. de conſtit. pecun. vbi ſi debitor hæredi-
tatis conſtituit ſe ſoluturum hæredi cer-
tam ſummam pecuniarum, & hæres hæ-
reditatem fideicommiſſario reſtituat, vel
ab eo euincatur, tenetur cedere etiã actio-
nem fideicommiſſario, vel euincenti, nec
ante, nec poſt ceſſionem agere poterit
contra debitorem, & hanc opinionem
ſequuntur *in dicta lege* Angel. & Paul. Ca-
ſtrenſ. Bertazzol. poſt Alex. & Iaſon. qui
tamen in meo Codice hoc non dicit *dicta
Gloſsa* 4. *num.* 6. *verſ.* 8.

71 Dic nonò, illicitam eſſe inconſtantiam,
quando ceſſio eſt facta ad commodum
ceſſionarij tantum, non ad commodum
vtriuſque, iuxtà diſtinctionem quam po-
ſuit Iacob. de Aret. *l.* 1. §. 1. *ff. ad Trebell.*
Bartol. *d. l. facta*, §. *Si hæres*, & *in d. l. ſi
cum emptore*, Bald. *d. l.* 1. *C. quan. pronoc.
non eſt neceſſe*, Bertazzol. *d. Gloſs.* 4. *num.* 6.
verſ. 9. qui tamen hoc dictum, ſeu limita-
tionem dicit ſibi nõ videri procedere, quia
cum actiones non remanſerint eliſæ, vel
inefficaces penès cedentem, procul dubio
72 poteſt agere cedens, cum ceſſio non ſit
modus tollendarum actionum, vt dicit
Baldus *l.* 1. *quæſt.* 5. *C. de action. & obligat.* &
hanc contrariam opinionem tenent Ca-
ſtrenſ. *d.* §. *Si hæres*, & *d. l.* 3. *C. Mandati*,
& alij quos ipſemet Bertazzol. allegauit in
concluſione, ſubiungitque Bartol. nec
alios id negare, cum ſupponunt ipſo iure
73 non repelli cedentem Actorem, ſed ex-
ceptione oppoſita, iuxta §. *præterea cum ibi
notatis Inſtitutionibus de exceptionibus*, *l. Iu-
lian. verum debitorem*, *ff. de condic. indebit.* &
74 cum hac opinione videtur tranſire Rota
quando ſumus in ceſſione voluntaria, *di-
cta deciſ.* 453. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* Buratt.
dicta deciſ. 470. *num.* 3.

Sed pro dicto, & denegatione incon-
ſtantiæ tenet latè probans Surd. *d. conſ.* 22.
num. 31. Rot. *d. voto, ſeu deciſ.* 373. *num.* 33.
par. 4. *recent.* Duran. *deciſ.* 99. *num.* 5. & 6.
Addent. *ad dictam deciſ.* 470. Buratt. *num.* 8.
verſ. hanc diſtinctionem. Ex quo vides quo-
modo in hoc articulo Rot. vitio incon-
ſtantiæ laboret.

75 Hoc vnum tamen eſt conſtans, quod
ſiue cedens poſſit agere, ſiue non, totum
illud, quod exegit a debitore, tenetur
reſtituere ceſſionario, ad cuius com-
modum ceſſio facta fuit, *l. apud Celſum*,
§. *Quod is, cui ff. de dol. mal. except.* Bald.
in dicta l. quæ omnia, §. *fin. ff. de Procurat.* &
d. conſ. 105. *num.* 6. Caſtren. *d.* §. *Si hæres*,
& *in l.* 3. Bertazzol. *d. Gloſs.* 4. *num.* 6. *in fin.*
Tuſc. *d. concluſ.* 185. *num.* 26. Oliban. *de
action. par.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 30. *verſ. Sed ſi debitũ.*

76 Dic decimò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando habens directas eſt nudus miniſter, vt Procuratot, *l. in cauſæ, §. fin. cum l. ſeq. ff. de Procurat.* Bald. *in d. l. ſi cum empt. num.3.* Iaſ. *ibidem num.13.* Apicell. *dicto tit.4. num.144. verſ.3. limit.*

77 Dic vndecimò, illicitam eſſe inconſtantiam in cedente, qui tantum vtiles actiones habet, quia tunc, cum nihil apud eum remaneat, agere non poteſt, Bartol. *dicta l. ex aſſe, & in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebell.* Iaſ. *d. l. ſi cum emptore, num.14.* Apicell. *loco cit. verſ. 4. limit.* Tuſc. *d. concluſ. 185. num.37. & 42.* Cald. Pereyra *dicto cap. 24. num.50. verſ. limitari etiam poteſt*, Carleual. *d. diſput.26. nu.2.* Salycet. *d. l.1. C. de action. & obligat. quaſt. 11.* vbi declarat, dictum procedere, quando nihil remanet penès cedentem, ſecùs ſi vtilis ceſſa deriuaret ab alia vtili, quæ penès ipſum cedentem remaneret; quando autem hoc eueniat, nempè quando actio vtilis dicatur exoriri, vel deriuari, vide Salycetum *loco citato num.17. verſ. his præmiſſis*, vbi benè, & more ſuo ſubtiliter.

78 Dic duodecimo, illicitam eſſe incon-
ſtantiam, quando cedens in fraudem ceſ-
ſionarij vellet agere, vt poſt Bald. elegan-
ter reſoluit Iaſ. *in §. Item ſi quis in fraudem,*
num.117. Inſtit. de action. & in dicta l. ſi cum
emptor., num. 15. ff. de pact. Cald. Pereyra
d. cap.24. nu. 14. qui declarat tunc ceden-
79 tem dici velle agere in fraudem, ſi ali-
quando dixit, ſe facturum ceſſionem non
profuturam ceſſionario argum. eorum
quæ notat Alex. *in l. ſi quis poſthumus, col.1.*
ff. de liber. & poſthum. Felyn. *cap. in præſen-*
tia num.35. de probat.

80 Vel ſi ſoluendo non ſit, vel potentia polleat, quod facilè conueniri non poſſit, Alberic. *l. fin. C. de Procurat.* Iaſ. *d. l. ſi cum emptore, nu.16. ff. de pact.* Pereyra *d. cap.24. num.44.* Apicell. *d. tit.4. num.144. verſic. 5. limit.*

81 Dic decimotertiò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando tertius tale ius habet, quod poteſt debitorem liberare, proteſtatus eſſet ne cedenti ſolueret, ſic Baldus per illum Textum *in Authentica Sed iam, C. depoſit.* Iaſon *remiſſiuè, dict. l. ſi cum emptore, num.16. verſ. aliam limitationem*, Apicell. *etiam remiſſiuè, d. cap. ſeu tit.4. num.144. verſ. alia datur limitatio*, qui omnia à Iaſone eo non citato tranſcripſit: Quod tamen dictum non procedit in Depoſitario poſſeſſore, Inquilino, vel ſalario ſoluendo, vt *in d. Text. Auth. ſed iam* dicit Bald. addit. ad Bartol. *in d. l.3. C. de nouat. verſ. Et hanc legem.*

82 Dic decimoquartò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando ceſſio habet vim ſolutionis, Buratt. *deciſ.898. & deciſ. 934. iuncta deciſione* Durani 99. *nu. 2. & 3.* idem Buratt. *deciſ.476. num.7.*

83 Quid autem ſi cedens vi directarum
actionum, quæ, vt dixi, ab eo ſeparari
non poſſunt, & penès eum remanent
etiam inuitum ageret aduerſus debitorem
ceſſum, debitor autem poſtularet citan-
84 dum eſſe quoque ceſſionarium, an ceſ-
ſionarius ſit admittendus ad cauſam, &
citandus? Affirmatiuè reſoluit Faber in
ſuo Codice *lib.4. diffin. 2. tit.29. per tot.* in-
tereſt enim debitoris, tum vt res iudicata
cum vno proſit cum alio; tum etiam quia
ſi ceſſio facta eſt ad commodum ceſſiona-
rij, poteſt debitor cum eo tranſigere, &
85 litem effugere; Quando autem ſoluens
debitor ceſſus poſt ceſſionem ſoluendo li-
beretur poteſt elici ex ſupradictis Docto-
ribus, ſed in ſpecie ab allegatis à Carolo
de Graſs. *d. excep. 25. à num. 43.* ab Olea
d. tit.3. quaſt.2. & ab eodem *adductis*.

86 Quouero ad tertium punctum fac concluſionem cedentem poſt factam ceſſionem præiudicare non poſſe ceſſionario, *argum. l. ſi partem, §. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt.* facit *l. debitorem pactionibus, C. de pact.* Rota *deciſ. 397. num. 17. par.12. recent.*

Non enim eſt iuſtum, quod ſit in facultate cedentis præiudicare ceſſionario, *argum. l. ſi ſuperatus*, vbi Bartol. *ff. de pignor.* Surd. *d. conſ. 22. num. 31.* Rota *d. deciſ. ſeu voto 373. num.33. par.4. recent.*

87 Hinc primò infertur, confeſſionem factam à cedente non præiudicare ceſſionario, Cyn. *l. fin. C. de Procurat.* Bartol. *in dicta l. facta, §. hæres, num. 5. ff. ad Trebell.* & ibi Caſtren. Idem Caſtren. *in l. per diuerſas, num. 1. in fin. C. mandati, & conſ. 110. num.6. & 134. num.2. vol.1. & conſ.79. nu.2. vol.2.* Alex. *conſ.46. num.3. verſ. præterea, vol.5.* Corn. *conſ.139. num.4. vol. 3.* cum alijs per Surd. *d. conſ.22. nu.31.* Greg. XV. *deciſ.157. num.9.* vbi quod nec etiam confeſſio venditoris nocet emptori, *& deciſione 311. num. 12.* vbi de aſſertione, ſeu confeſſione facta in litteris poſt ceſſionem, & ibi Addent. *num. 20.* Menoch. *conſ.1187. num. 25.* qui loquitur de approbatione librorum, & calculorum facta poſt ceſſionem, Surd. *conſ.82. num. 24.* qui loquitur in recognitione debiti facta poſt ceſſionem plures, Maſcard. *concluſ.374. n.1.* alios refert, & ſequitur Carol. de Graſs. *d. except.25. nu.51.* Gratian. *cap.287. nu.12.* Capell. Tholoſ. *deciſ.119. num.2.* Salgad. *in lab. cred. par.1. cap.27. num.63.* vbi de confeſſione de recepto Mura *deciſ.14. num.16.* Camill. Borell. *in ſumma deciſ. tom.2. tit. de confeſſ. à num. 78.* Rota *deciſ.294. num. 10. par.11. recent.*

88 Ratio concluſionis eſt, tum quia, *vt ſupra* dictum eſt, non eſt iuſtum, quod ſit in facultate cedentis priuare ceſſionarium

iure ſuo, Surd. d. conſ.82. num.23. Tum
etiam quia per ceſſionem res deſinit eſſe
integra, ideò non ſtatur dicto cedentis,
Bertran. conſ.290. num. 1. vol. 2. Natt. con-
ſil.152. num.11. Rolan. conſ.85. nu.9. vol.2.
Oſaſc. decif.45. num. 6. Surd. dicto conſ. 22.
num.31.
89 Hæc tamen illatio declaratur, vt pro-
cedat, quando ceſſio eſt facta ad commo-
dum ceſſionarij, ſecus autem ſi ad com-
modum ſolius cedentis, vt voluere om-
nes Doctores in concluſione citati, quibus
addendi ſunt, Iaſ. in §. Item ſi quis in frau-
dem, num.177. inſtit. de action. Capell. Tholoſ.
deciſ.119. in fin. Ronchegall. in l.3. num.73.
ff. de duob. reis, Alex. conſ.46. num.5. vol. 5.
vbi additio Paulum Soccinum, & alios
citat Cald. Pereyra dicto cap.24. nu.52. Ber-
tazzol. dicta Gloſs.4. clauſ.29. num.11. verſ.
tertius eſt caſus, Olea de ceſs. iur. d. quæſt.2.
num.40. Buratt. qui alios deciſ. 476. num.1.
90 vbi tamen videtur requirere ſcientiam
debitoris ceſsi, vt ceſsionario non præiu-
dicet, quæ aſsertio patitur difficultatem
per ea, quæ tradit latè Bertazzol. dicta
Gloſs.4. num.11. verſ. Eſt etiam quartus caſus.
Vnde crederem poſſe intelligi doctrinas
inter ſe in hoc caſu diſcordantes, vt ſcien-
tia debitoris noceat, quando ipſe debitor
vellet excludere ceſsionarium à petitione
debiti per exceptionem ſolutionis, & li-
berationis ſibi à debitore factæ poſt ceſſio-
nem, non enim tunc poterat illi ſoluere,
quoquomodo ſciuerit, Surd. dicto conſ.22.
num.43. & 44. Secus autem quando debi-
tor vellet vti ſola confeſſione cedentis ad
excluſionem ceſſionarij, vt ſi cedens fate-
retur poſt factam ceſsionem debitorem
non debere, vel non tantam ſummam
debere; vt optimè diſtinguit Paulus de
Caſtro in d. l. facta, §. ſi hæres, num. 4. in
fin. vbi dicit, Et lega iſta ad digitum, quia il-
luminant tibi intellectum circa iſtum pactum,
in quo Doctores confuſiſſimè, & imperfectiſſi-
mè loquuntur.
91 Et quamuis nonnulli velint, quod con-
feſſio præiudicet ceſſionario, etiamquod
ſit facta ad illius commodum, quando
ceſſionarius habet regreſſum contra ce-
dentem, Imola in dicta l. facta, §. hæres, ff.
ad Trebell. Alex. conſ. 46. num. 4. volum. 4.
Corn. conſ. 139. vol. 3. num. 4. Cephalus
conſ. 21. num. 1. ea ratione, quia cum
92 huiuſmodi confeſſio reuerſura ſit in
damnum confitentis, contra quem ceſ-
ſionarius habet regreſſum, non eſt præſu-
mendum, quod illa fiat in fraudem, vt
benè Surd. d. conſ. 22. num. 10. cui addo
Crauettam de antiquit. temp. par. 1. verb.
amplia nunc num. 25. fol. 41. Pereyra in dicto
cap.24. num. 53. qui tamen ſubiungit, hoc
93 non procedere, ſi cedens exiſteret non
ſoluendo, nam ſi inops ſit, & egenus,
fraudulenta confeſſio erit cum effectu
noxia, nihilominus eorum opinio non eſt
attendenda, quia communis eſt in con-
trarium, vt per Surdum d. conſ. 22. nu.34.
& Buratt. d. deciſ. 476. num. 7.
94 Et quatenus vera eſſet, non haberet lo-
cum, ſi ceſſio facta eſſet per viam datio-
nis inſolutum, Alex. d. l. ſi cum emptore
col. 3. ante medium, verſ. vnde teneas primam
reſponſionem, Iacobin. num. 6. Imol. dicto §.
ſi hæres num. 4. Surdus d. conſ. 22. num. 32.
& 33. Buratt. d. deciſ. 476. num. 7.
95 Nec ſi penès cedentem non remanent
actiones directæ, nec illarum reliquiæ, vt
quia ille ſit ceſſionarius alterius ad notata
in l. actio, ff. de probation. Caſtrenſ. dicto §.
hæres in fine, Crot. conſ. 83. num. 15. Surd.
d. conſ. 22. num. 36. Burattus d. deciſ. 476.
num. 9. Bertazzol. d. gloſs. 4. num. 11.
96 Nec ſi fuiſſet denunciatum debitori,
ne ſolueret iuxta l. 3. C. de nouat. Surdus
d. conſ. 22. num. 38. Buratt. dicta deciſ. 476.
num. 10. vel aliàs vnum interueniat ex
97 tribus, de quibus in dicta l. 3. Bertazzol.
loco citato num. 11. verſ. ſecundus caſus eſt.
Et intantùm verum eſt, quod cedens
non poſſit inconſtans per confeſſionem
98 prejudicare ceſſionario, vt habeat locum,
etiamſi confeſſio eſſet iudicialis, vt poſt
Specul. Lambertum de Ramponibus,
Bald. Caſtrenſ. & Pariſ. tenet idem Ber-
tazzolus loco citato, num. 11. verſ. quintus eſt
caſus, ſed contra nil confeſſionem factam
in iudicio præiudicare ceſſionario tenuit
poſt Cephalum Menochius de arbitrar.
lib.2. caſ. 473. num. 11. Farinacc. de teſtibus
quæſt. 60. num. 354. Olea de ceſs. iur. tit. 8.
quæſt.2. num. 41. in fine, vbi reprobat Surd.
conſ. 82. num. 23. & 24. contrarium te-
nentem.
99 Fallit tamen, ſi confeſſio facta eſſet
ante ceſſionem, quia tunc ceſſat fraudis
ſuſpicio, nec ceſſionarius plus iuris habere
100 poteſt, quàm ſuus auctor, Crauett. loco
citato num. 24. Pereyra loco citato, num. 52.
Noguerol. allegat. 22. num. 12. & 13.
101 Fallit ſecundò in confeſſione facta
ſuper ceſſione conditionata, vt in caſu,
ſuper quo conſuluit Pariſius conſ.58. lib.1.
Maſcard. d. concluſ. 374. num. 7.
102 Fallit tertiò in præiudicium ipſius ce-
dentis, Pariſius dicto conſ. 58. num. 2. &
ſeqq. lib. 1. Maſcard. d. concluſ. 374. num. 6.
Surd. d. conſ. 82. num. 22.
103 Secundò infertur, non poſſe cedentem
ſi ceſſio ſit facta ad commodum ceſsio-
narij per pactum, vel tranſactionem eidem
ceſſionario nocere, ſecùs ſi ſit facta in
104 commodum cedentis, iuxta diſtinctio-
nem Bartoli in dicto §. ſi hæres, Bertazzol.
d. clauſ. 2. gloſs. 4. num.10. Ruin. conſ.177.
num. 5. lib. 1. Oſaſc. d. deciſ. 45. Bertrand.
d. conſ. 290. lib. 2. Iaſon in dicto §. Si quis

*in fraudem num.*177.*Inſtit. de action.* Pereyra *d. cap.* 24 *num.* 52.

105 Quod eò magis procedit, quando ſumus in pacto gratuito, quia poſterior dolus auctoris nocet ceſſionario, qui cauſam
106 habet onerosam *argum. l. fin. ff. de pact.* non enim quis efficaciter recipit ex cauſa lucratiua id, quod alius in mala fide re-
107 mittit, nam talis remittens eſt in dolo primo cedendo, poſtea liberaliter remittendo, & cedentis dolus obſtat debitori,
108 & ceſſionarius poterit replicare de dolo, Bald. *l.* 1. *nu.* 20. *in fine C.de action. & oblig.* Caſtrenſ. *d. l. ſi cum emptor, num.* 4. *ff. de pact.* vbi hoc caſu non fit diſtinctio an de-
109 bitor ſciuerit, vel ignorauerit, de quo mox *dicemus*, Bertran. *d. conſ.* 290. *in fin. lib.* 2. Apicell. *de quinquen. dilat. titul.* 1. *nu.*148. Surd. *d. conſ.*22. *num.*32. Bertazzol. *d. gloſs.* 4. *num.* 10. Olea *de ceſs. iur. dicta quaſt.* 2. *num.* 36. Arias de Meſa *var. reſolut. lib.*1. *cap.* 19. *num.* 19. Buratt. *d. deciſ.* 476. *num.* 11.

110 Dixi, quod in pacto gratuito non refert, an debitor ſciuerit, vel ignorauerit ceſſionem, quia in pacto oneroſo, ſeu transactione aliter dicendum eſt; nam ſi debitor ſciuit ceſſionem, vtique tranſigere non poteſt cum cedente, vt *in dicta l. fin. ff. de tranſact.* ſecus autem ſi ignorauerit, quia tunc ſubſtinetur tranſactio, vt voluit Caſtrenſ. *d. l. ſi cum emptore*, ſequi-
111 tur Bertazzol. *d.gloſs.*4.*num.*10. qui dicit quod licèt Alexander, & alij diſſideant à Caſtrenſe, illius tamen opinio videtur probabilior, & ſententiã eam tenet Gaſp. Schiphordeg. *var. tract. cap.* 23. *quaſt.* 13. Faber *in ſuo Codice lib.* 4. *diffinit.* 19. *in addit. num.* 1. *& in diffinit.* 2. *in addit. num.*8. idem *lib.* 12. *coniectur. cap.* 2. *&* 3. Apicell. *de dilat. quinquen. tit.* 1. *num.* 14. Carol. de Graſs. *de except. in prælud. num.* 187. *verſ. an tranſactio*, cum alijs adductis per Oleam *d. quaſt.* 2. *num.* 36. vbi latè probat hanc diſtinctionem inter pactum gratuitum, & non gratuitum.

112 Tertiò infertur, non poſſe cedentem renunciare iuri ceſſo in præiudicium ceſſionarij, Buratt. *dicta deciſ.* 476. *in fin.* vbi quod non potuit cedens renunciare ſententijs, & actis, quæ iam ceſſerat.

QVÆSTIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Quando in confeſſiones iudiciali detur inconſtantia: Et an in confeſſione facta in poſitionibus tam ab Actore, quàm à Reo.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſione nulla datur maior probatio.*

2 *Confeſſionem iudicialem an, & quando confitens inconſtans reuocare poſſit.*

3 *Ponens fatetur.*

4 *Ponens inconſtans non poteſt confeſſionem emiſſam in poſitionibus reuocare.*

5 *Viro bono non conuenit, poſtea reuocetur, quod ſemel dixit.*

6 *Poſitiones contrariæ ab eadem parte dari non poſſunt.*

7 *Iuramentum præſtandum eſt à Ponente in productione poſitionum.*

8 *Confeſſio emiſſa in poſitione, quæ nondum ſit effecta de actis poteſt à Ponente reuocari.*

9 *Et an reuocari poſſit incontinenti, quamuis poſitio ſit effecta de actis.*

10 *Et quando reuocata dicatur incontinenti.*

11 *Quid ſi pars poſitionum productioni expreſsè non contradicat.*

12 *Erroris probatio non eſt neceſſaria ad reuocandam confeſſionem emiſſam in poſitionibus, quando reuocatio fit incontinenti.*

13 *Sed an dicatur facta incontinenti ſi fiat poſtquam poſitio, ſeu confeſſio fuit iam ſcripta à Notario.*

14 *Confeſſio in poſitionibus emiſſa per Procuratorem poteſt à principali reuocari.*

15 *Etiam non docto de errore.*

16 *Principalis poteſt ponere contrarium eius, quod poſuerat Procurator.*

17 *Confeſſio per Procuratorem emiſſa in poſitionibus non nocet principali, quamuis principalis ſit in loco Iudicij, dummodo non ſit præſens, & intelligat in actu nõ productionis.*

18 *Conffeſſio in poſitionibus emiſſa per Procuratorem habentem mandatum ad producendum ſic, & ſic, non poteſt per Principalem reuocari.*

19 *Procurator volens dare poſitiones, debet habere mandatum ad ponendum ſic, & ſic.*

20 *Principalis non poteſt reuocare confeſſionem emiſſam in poſitionibus, quas ipſe ſubminiſtrauit Procuratori.*

21 *Poſitiones diſtinctæ, & particulares continentes actus, tempus, & qualitates, quæ ſine inſtructione principalis ſciri non poterant, præſumuntur Procuratori ſubminiſtratæ per principalem.*

Digitized by Google

22 Confeſſio Procuratoris in poſitionibus non reuocata re integra intercedeute temporis longitudine, intra quod poſſit præſumi, quod principalis fuerit certioratus à Procuratore, nocet priucipali.

23 Principalis vtens poſitionibus productis à Procuratore cenſetur illas approbaſſe.

24 Ne confeſſionem in eis emiſſam reuocare poſſit.

25 Confeſſio Procuratoris quamuis reuocata, ſi eſt veriſimilis nocet priucipali.

26 Confeſſio emiſſa in poſitione erronea poteſt reuocari.

27 Error tamen probari debet.

28 Confeſſio emiſſa in poſitione erronea quamuis iurata poteſt renocari.

29 Quid ſi poſitio ſit redacta in ſcripturam.

30 Confeſſio emiſſa in poſitione erronea per partem acceptata errore probato reuocari poteſt.

31 Hæres ponentis poteſt reuocare confeſſionem erroneam defuncti ex poſitionibus reſultantem.

32 Confeſſio geminata in poſitionibus geminatis emiſſa ſi ſit erronea adhuc poteſt renocari.

33 Confeſſio erronea emiſſa in poſitionibus an, & quomodo reuocari poſſit poſt ſententiam, & rem iudicatam.

34 Reſtitutio in integrum ex capite erroris non conceditur, quando exinde directè impugnaretur ſententia iam lata.

35 Error poſt ſententiam commiſſus non admittit reſtitutionem in integrum.

36 Erronea confeſſio an, & quando reuocari poſſit poſt concluſum in cauſa.

37 Concluſio in cauſa præcludit viam probationibus.

38 Error iuſtus requiritur, vt illius prætextu reuocari poſſit confeſſio.

39 Error iuſtus, vel iniuſtus quis dicatur.

40 Ponens reuocare an poſſit confeſſionem emiſſam in poſitione per aduerſarium negata, & num. 43.

41 Poſitionem negans non poteſt amplius ſe illa iuuare.

42 Poſitione negata perinde eſt, ac ſi in ea ponentis confeſſio non emanaſſet.

44 Mulier venire poteſt contra propriam confeſſionem iuratam, quam Iudex per ſententiam reprobauit.

45 Confeſſio in poſitionibus emiſſa per perſonas non valentes confiteri, poteſt reuocari.

46 Furioſi, mentecapti, & pupilli non habentes tutores, confiteri non poſſunt.

47 Confeſſio, & poſitio an, & quando reuocari poſſit vſque ad ſententiam non docto de errore.

48 Negans poſitionem aduerſario deinde illam probante, poteſt negationem reuocare.

49 Error, & ignorantia in facto alieno præſumitur.

50 Non autem in facto proprio.

51 Ponens negatiuè per modum exceptionis non cenſetur fateri.

52 Reſpondens poſitionibus non poteſt inconſtans ſuam confeſſionem reuocare.

53 Maximè quando reuocatio eſſet non probabilis, vel calumnioſa.

54 Ex confeſſione in reſponſione ad poſitiones reſultat vera confeſſio.

55 Confeſſio emiſſa in reſponſione ad poſitiones reuocari non poteſt, quamuis reſpondens non teneretur reſpondere.

56 Quid ſi proteſtetur, quod licèt reſpondeat, tamen vbi reſpondere non tenetur, vult, quod reſponſio habeatur pro non facta, & num. ſeq.

57 Proteſtatio contraria facto non prodeſt.

58 Confeſſio emiſſa in reſponſione poſitionis reuocari eò minus poteſt, quando reſpondenti fuit datus terminus ad deliberatè reſpondendum.

59 Intellige de termino dato principali, non autem Procuratori, vel Curatori.

60 Terminus ad deliberatè reſpondendum poſitioni ſuper facto proprio dandus non eſt, maximè parte non petente.

61 Confeſſio emiſſa in reſponſione poſitionis, eò minus reuocari poteſt, quando reſpondenti fuit datus terminus ad illam reuocandum.

62 Quid ſi reſponſio ſit geminata, & ex interuallo.

63 Vel ſi ſit iurata.

64 Vel poſt concluſum in cauſa.

65 Confeſſio etiam in cauſa apppellationis poteſt reuocari.

66 Confeſſio emiſſa in reſponſione ad poſitiones non poteſt reuocari, quando præceſſit inſtrumentum.

67 Vel præceptum de ſoluendo.

68 Quid ſi fuit à parte acceptata.

69 Reſpondens poſitionibus incontinenti poteſt reuocare ſuam reſponſionem.

70 Quamuis non probetur error.

71 Incontinenti autem fieri, quando dicatur reuocatio.

72 Et res ad hunc effectum, quando dicatur integra.

73 Reſponſio ad poſitiones incontinenti reuocari poteſt non obſtante iuramento.

74 Iurans falſum credens eſſe verum, an ſit periurus.

75 Confeſſionis reuocationem incontinenti factam non impedit iuramentum.

76 Reſponſio ad poſitiones docto de errore an ex interuallo poſſit reuocari.

77 Confeſſio in reſponſione ad poſitiones per dolum extorta poteſt per confitentem reuocari.

78 Quid ſi reſpondens non tenebatur reſpondere.

79 Vel ſi reſpondens proteſtetur de reuocando quamcunque confeſſionem, quæ danda non eſſet.

80 Et quando hæc proteſtatio non ſit neceſſaria.

81 Reſponſio ad poſitiones facta per Procuratorem reuocari poteſt per principalem etiam non docto de errore.

82 *Præſertim in ſecunda inſtantia.*
83 *Quid ſi Procurator haberet mandatum ſpeciale ad reſpondendum ſic, & ſic.*
84 *Et de virtute iſtius mandati.*
85 *Confeſſio Procuratoris non reuocata re integra nocet principali.*
86 *Errore probato principalis poteſt reuocare confeſſionem Procuratoris, etiam re non integra, & à parte acceptatam.*
87 *Quid in errore iuris.*
88 *Confeſſionis in poſitionibus emiſſæ, ſiue per ponentem, ſiue per reſpondentem reuocatio vbi admittitur, non niſi ſemel conceditur.*
89 *Poſitionem negans poteſt re integra negationem renocare.*
90 *Et ad hunc effectum res quando dicatur integra.*
91 *Actum impugnans an, & quando eo vti poſſit.*
92 *Impugnans dictum proprium dicitur allegare ſuam turpitudinem.*
93 *Ponens ſuper negatione aduerſarij, quam impugnauit, non poteſt ſe fundare.*
94 *Poſitionem negans non poteſt ſe in illa fundare nedum in eadem inſtantia, ſed nec etiam in alia inter eaſdem perſonas.*
95 *Poſitione, cui reſpondere recuſauit an, & quando quis vti poſſit.*
96 *Poſitione negata vti poteſt qui negationem reuocauit.*
97 *Erroris probatio an, & quando requiratur ad reuocandam negationem poſitionis.*
98 *Reuocatio negationis poſitionis fieri debet in eodem iudicio non autem in alio.*
99 *Aliàs præſumeretur calumnioſa.*
100 *Reuocatio negationis poſitionis non admittitur quando renocans in alio non grauaretur.*
101 *Quid poſt detectum mendacium.*
102 *Vel poſt terminum probatorium, & numero 118.*
103 *Poſt captam probationem.*
104 *Ex internallo.*
105 *Vel poſtquam negatio fuit acceptata per partem.*
106 *Errore probato admittitur reuocatio negationis poſitionis, etiam ex internallo, & poſt acceptationem partis.*
107 *Negans poſitionem non poteſt reuocare negationem ad acquirendum præmium ex confeſſione prouentens.*
108 *Quid ad euitandam pœnam.*
109 *Poſitionem negans poteſt ſe fundare ſuper probationibus per aduerſarium factis circa eandem poſitionem negatam.*
110 *Quid in ijs, quæ mediatè ex negata poſitione reſultant.*
111 *Poſitione negata in parte poteſt vti negans quoad aliam partem, quæ negata non fuit, & num. 122.*
112 *Poſitione impugnata ſolummodo verbis generalibus vti an adhuc poſſit impugnans.*
113 *Negatio generalis narratorum, prout narrantur, impugnat, ſolùm ſubſtantialia iudicij non autem illius circumſtantias.*
114 *Poſitione negata an, & quando quis vti poſſit negatione per partem non acceptata.*
115 *Negatio poſitionis nec requirit, nec habere poteſt acceptationem partis.*
116 *Scriptura impugnata an, & quando quis vti poſſit.*
117 *Negationem petitionis tacitè acceptaſſe dicitur quis, eo ipſo quod petijt terminum probatorium.*
118 *Poſitione negata poteſt negans vti re integra.*
119 *Et quando res integra dicatur ad hunc effectum.*
120 *Poſitione negata cum verbis* non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, *an quis vti poſſit.*
121 *An, & quando hæc verba importent, vel non importent ſimplicem negationem.*
123 *Poſitio habens plura capita implicita poteſt negari in totum, & num. 125.*
124 *Poſitione negata ob eius implicitatem negans vti poteſt.*
126 *Poſitio eſt ſpecies probationis.*
127 *Probationibus qui renunciauit poſitionibus quoque renunciaſſe cenſetur.*
128 *Poſitionibus renuncians non poteſt inconſtans illas producere.*
129 *Probationibus omnibus, qui generaliter renunciauit non admittitur ad producendum poſitiones.*
130 *Probationum certæ ſpeciei qui renunciauit, non prohibetur facere poſitiones.*
131 *Mora circa reſponſionem poſitionum, an, & quando purgari poſſit.*
132 *Moræ purgatio admittitur quando pars detrimentum non recipit.*
133 *Moræ purgatio non admittitur circa reſponſionem poſitionum, quando ius partium exinde fieret deterius.*
134 *Prout deterius fieret quatenus pars grauaretur onere probandi.*
135 *Iuramentum calumniæ præſtare recuſans an, & quando admittatur ad purgationem moræ.*
136 *Moræ purgatio circa reſponſionem poſitionum admittitur etiam poſt ſtatutum terminum probationum, eumque elapſum, & de ratione num. ſeq.*
138 *Contumax in reſpondendo poſitionibus poteſt moram purgare etiam poſtquam illæ fuerunt pronunciatæ pro confeſſatis, antequam feratur ſcientia ſuper meritis.*
139 *Quid ſi mora ſibi fuit à parte remiſſa.*
140 *Et remiſſa ad hunc effectum, quando dicatur.*
141 *Contumax in reſpondendo poſitionibus an, & quando purgare poſſit moram in gradu appellationis.*
142 *Statuto mandante, quod elapſo certo termino poſitiones*

poſitiones habeantur pro confeſſatis, contumax non admittitur ad purgationem moræ.

143 *Eo magis Statuto mandante, quod poſitiones habeantur pro confeſſis ipſo iure.*

144 *Sed an ſtante hoc Statuto Iudex poſſit prorogare parti terminum ad reſpondendum.*

145 *Mora circa reſponſionem poſitionum purgari non poteſt, quando Iudex, vel Statutum apponit diem in pœnam confeſſi.*

146 *Mora geminata circa reſponſionem poſitionum purgari non poteſt.*

147 *Mora purgari poteſt circa reſponſionem poſitionum ſtante conſuetudine, quod illius purgationi locus ſit antequam accuſetur contumacia.*

148 *Princeps poteſt admittere contumacem ad reſpondendum poſitionibus, & purgandam moram, etiam poſt ſententiam refectis expenſis.*

146 *Contumax in reſpondendo poſitionibus admittendus eſt ad purgationem moræ cauſa in Rota vertente, & de ratione.*

150 *Rota de ſtylo non pronunciat poſitiones pro confeſſatis niſi concurrentibus tribus, de quibus hic remiſſiuè.*

151 *Praxis Rotæ in materia poſitionum.*

1 TRANSEVNDO ab actionibus ad probationes, quia confeſſione nulla datur maior probatio, *l. cum te, C. de tranſact. l. fin. C. de fideicomm. l. generaliter, C. de non numerata pecunia, l. 1. C. de confeſſionibus*, Tuſc. *littera C, concluſ.* 645. Rota *deciſ.* 758. *num.* 7. *par.* 3. *& deciſ.* 157. *num.* 4. *par.* 4. *rec.* & paſſim.

2 Videndum eſt, quando in confeſſione iudiciali detur inconſtantia, ſed quia materia latiſsima eſt, & de ea doctiſsimi viri tractant, nempè Padilla *l. error, C. de iur. & fact. ignor.* Gabr. *de confeſs. concluſ.* 4. 5. & 6. Veſtrius *in praxi lib.* 6. *cap.* 1. & ibi Grauat. *in addit.* Maſcard. *concluſ.* 368. *lib.* 1. & *concluſ.* 1182. *lib.* 3. Tuſc. *littera C, concluſ.* 649. *per tot.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 73. *par.* 1. *num.* 15. Trentacinq. *var. tit. de confeſs. lib.* 2. *reſolut.* 1. Scacc. latiſsimè *in praxi, vol.* 2. *cap.* 7. *à num.* 552. Cumia *in ritibus Siciliæ, cap.* 37. *à n.* 91. & de confeſſione facta in iudicio criminali latè Farin. *quæſt.* 81. *cap.* 9. *à num.* 315. & *in Repert. iudiciali, quæſt.* 11. *à num.* 2. *per totam*, Bich. *deciſ.* 12. *à num.* 7. & 406. *num.* 6.

Ideò breuitèr, ſed dilucidè quàm potero de ea me expediam.

Videndum igitur eſt, an confeſsio facta in precibus, & in commiſsione, poſſit reuocari.

Item, an confeſsio facta in libello?

Quid de confeſsione facta in interrogationibus?

Et de confeſsione facta in poſitionibus?

De Inconſtantia in Iudicijs.

3 Et quia in iudicio ſolent partes producere poſitiones, vt Reus, vel Actot interrogentur ſuper illis, cumque, qui ponit, fateatur argum. Text. *in l. cum precũ, C. de liber cauſ.* Bart. *in l. quod principalis, §. obſeruari, num.* 19. *C. iuram. calum.* Gloſs. *in cap.* 1. *in verb. Statuimus in fin. de confeſſionibus, in* 6. Alex. *conſ.* 71. *num.* 4. *lib.* 3. Amic. *conſ.* 61. *num.* 6. & 101. *nu.* 3. Gaill. *lib.* 1. *obſeruat.* 79. *num.* 6. Scacc. *de iudic. par.* 1. *cap.* 60. *num.* 7. Miſinger. *reſponſ.* 25. *num.* 23. Monaldus *conſ.* 92. *num.* 14. Greuæus ad Gaill. *d. concluſ.* 79. *num.* 9. Surd. *conſ.* 105. *num.* 17. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 577. *num.* 8. Maſcard. *concluſ.* 1176. *num.* 8. Rota *deciſ.* 779. *par.* 2. *recent. num.* 1. Modernus Vrbinat. poſt hæc ſcripta viſus *de poſitionibus, cap.* 25. *num.* 1. Ridolphin. *in praxi, par.* 2. *cap.* 2. *num.* 36. Rota *deciſ.* 39. *num.* 4. *par.* 11. *rec.*

4 Dic in hac confeſsione confitentem inconſtantem eſſe non poſſe, minimèque illam poſſe reuocare, *l. quidam in iure, ff. de donat.* Crauet. *conſ.* 61. *num.* 3. & *conſ.* 171. *nu.* 4. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1182. *num.* 9. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 21. *num.* 589. Verall. *deciſ.* 190. *par.* 1. Greuæus *loco cit. conſid.* 1. *num.* 2. Modernus Vrbin. *de poſit. cap.* 22. *num.* 1. Ridolphin. *in praxi, par.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. Vbald. *deciſ.* 4. *nu.* 4.

5 Ratio concluſionis eſt, quia non conuenit bono viro, vt, quod ſemel dixit, poſtea reuocet, Verall. *d. deciſ.* 190. *par.* 1. Scacc. *loco cit. num.* 589. *in fine*, vbi refert illud Poeticum,

Nam volat emiſſum ſemel irreuocabile verbum.

Relatum per Gloſs. *in cap. cum in poſitionibus, in verbo iuſta cauſa, de iureiurando in* 6. *Specul. de poſit. §.* 10. *verſ. Item ſi ponens, n.* 8. & *de confeſs. §. poſtremo, verſic. cæterum ſi, num.* 6. Modern. Vrbinat. *d. cap.* 25. *num.* 1. & eſt indecens, quod quis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, in eumdem caſum velit ſuo teſtimonio infirmare, *c. per tuas, de probat. l. generaliter, C. non numerat. pec.* Maſcard. *d. concluſ.* 1182. *num.* 11.

6 Amplia, vt nec poſsit inconſtans contrarias producere poſitiones, Curt. *de poſit. num.* 32. Specul. *de poſit. §.* 7. *num.* 17. *in princ.* Michalor. *de poſit. cap.* 17. *num.* 1.

7 Et maximè ſtante iuramento, quod debet à Ponente præſtari, Michal. *d. cap.* 17. *num.* 1.

8 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiã in Ponente, ſi poſitio nondum ſit effecta de actis, quia tũc licitè poteſt confeſsio in ea facta reuocari, Bald. *in l. generaliter, §. ſed iuramento, C. rebus creditis*, Marant. *par.* 6. *de poſit. num.* 8. Specul. *de poſit. cap.* 10. *n.* 8. Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 1182. *num.* 12. Scacc. *d. cap.* 7. *num.* 608. Modern. Vrbinat. *de poſit. d. cap.* 22. *num.* 6. vbi etiam *num.* 7. declarat, quando poſitio dicatur facta de

Q

actis, & eodem relato hoc idem declarat
Rota in Romana prætenſi matrimonij, Veneris
15. Iannarij 1666. coram Eminentiſs. Cerro,
§. quo vero.
9 Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtan-
tiam, ſi reuocatio fiat incontinenti, quia
tunc, etſi poſitio ſit effecta de actis nihilo-
minus confeſsio in ea facta reuocari po-
teſt, Alex. conſ.71. num.6. lib.3. Tiraquell.
de retract. conuent. §. 1. Gloſsa 5. num. 14.
Gabr. de confeſs. concluſ. 6. num. 8. Scacc.
loco cit. num.669. Modern. Vrbinat. d.c.22.
num. 6. addo Tuſc. concluſ. 392. num. 4. lit-
tera P, Mareſcottus var. lib.2. cap.44. nu.9.
Bellon. de internall. cap.162. num. 7. Rota
coram Coccin. deciſ. 170. num. 3. Dicitur au-
10 tem facta reuocatio incontinenti, ſi re
integra facta ſit, hoc eſt antequam confeſ-
ſio fuerit à Parte acceptata, Franc. cap fin.
num.6. de iureiur. in 6. Roman. l.1. §. ſi quis
ſimpliciter, num.13. in princ. ff. de verb.oblig.
Gabr. de regul.iur. concluſ.1. num.24. Mare-
ſcott. d. cap. 44. num. 9. Coccin. dicta deci-
ſione 170. num.3. Pacian. conſ.79. num.43. &
47. Bellon. d. cap.162. num.7. Vbald. dec.4.
num. 11. vbi tamen declarat in hoc caſu
11 ſufficere vt pars expreſsè non contradi-
cat ad hoc, vt iſta confeſsio reuocari non
poſsit.
12 Et hoc caſu licita eſt inconſtantia, er-
rore etiam non probato, Franc. loco citato,
Roman. d. §. ſi quis ſimpliciter, Mareſcott.
d. cap.44. num. 10. Coccin. dicta deciſ. 170.
num.3.
13 Et propterea cauendum eſt à Iaſone, in
l. error, num. 9. C. de iur. & fact. ignor. qui
dicit, quod reuocatio non dicitur incon-
tinenti facta, poſtquam fuit poſitio, ſeu
confeſsio ſcripta à Notario, non enim
dictum Iaſonis procedit in inconſtantia
circa reuocationem, ſed circa correctio-
nem poſitionum, Mareſcott. loco cit. nu-
mero 10. Coccin. d. deciſ.170. num.4.
14 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi poſitio facta ſit per Procuratorem, quia
à Principali ſemper poterit reuocari, Fe-
lyn. cap.1. nu.16. vt lit. non conſt. Caputaq.
deciſ.198. par.1. Mareſcott. loco cit. num.11.
Coccin. dicta deciſ. 170. num. 6. Modern.
Vrbinat. d. cap.22. nu.21. Buratt. deciſ.166.
num.10.
15 Et hoc dictum procedit, etiam quod
non doceatur per Principalem de errore,
vt notant omnes ſupra citat., Scacc. dicto
cap.7. num.601. poſt Virgin. Boccac. de lit-
teris remiſs. cap.5. num. 10. Surd. deciſ. 17.
num.16. Gratian. diſcept.3. num.11.
16 Imò principalis poterit contrarium
eius, quod Procurator poſuit, ponere
Surd. & Grat. loco cit. Scacc. d. cap.7. n.600.
Modern. Vrbinat. loco cit. num.22.
17 Secundò procedit, etiamquod princi-
palis eſſet in Curia, ſiue in loco iudicij,
quia adhuc, vt confeſsio Procuratoris no-
ceat principali, neceſſe eſt, quod princi-
palis ſit præſens in iudicio, & intelligat,
l.1. iuncta Gloſsa in verbo præſens, C. de erro-
re Aduocat. Coccin. d. deciſione 170. num. 7.
Mareſcott. loco cit. num.12.
18 Ceſſat tamen inconſtantia in principa-
li, quando ipſe dediſſet mandatum Pro-
19 curatori ad ponendum ſic, & ſic, vt re-
quiritur Gloſsa in cap.vlt. verbo expreſsè, de
iureiur. in 6. cap. preſentiam, de teſtibus, lib.6.
Iaſ. l. Iudices, num. 7. C. de iudic. Rota de-
ciſ.779. num.1. & 3. par.2. in recent. Buratt.
deciſ. 127. num. 12. & ibi Adden. littera C,
vbi alias adducunt Deciſiones Rotales,
Addentes ad Greg. XV. deciſ. 282. num.9.
Grat. diſcept.772. num.24. Buratt. deciſ.446.
num.3. Merlin. deciſ.92. num.1. Ridolphin.
in praxi par.1. cap.10. num.70. tunc enim
principalis inconſtans eſſe non poſſet, Bel-
lamera deciſ.694. Veſtr. in praxi, lib.5. cap.16.
num.4. Scacc. d. cap.7. num.597. optimè Fe-
lyn. in cap.1. num.16. verſ. ſi autem Procura-
tor, vt lit. non conteſt.
20 Ceſſabit paritèr inconſtantia, ſi Prin-
cipalis ſubminiſtraſſet poſitiones Procu-
ratori, Buratt. deciſ.566. num.11. vbi quod
præſumuntur poſitiones ſubminiſtratæ, ſi
21 Procurator eas produxit plenas, diſtinctas,
particulares circa actus, tempora, & qua-
litates, quæ ſine inſtructione principa-
lium ſciri non poterant, vt in ſimili Rota
deciſ. 77. poſt primum volumen Conſiliorum
Farinacij.
22 Vel ſi interceſſit longitudo temporis,
ex qua poſſet præſumi, quod Procurator
de poſitionibus Principalem certioraſſet,
quo caſu confeſſio Procuratoris re inte-
gra non reuocata nocet Principali, Puteus
deciſ.386. num.3. lib.2. in nouis, Buratt. di-
cta deciſ.566. num.13. vbi aliàs Deciſiones
Rotales allegat.
23 Vel ſi Principalis vſus fuiſſet poſitioni-
bus productis à Procuratore, quia tunc
24 confeſſio cenſetur approbata, & ideò re-
uocari non poteſt, Put. deciſ.79. num.2. &
dicta deciſ.386. lib.2. in nouis, cum alijs per
Burattum d. deciſ. 566. num. 14. vbi quod
25 confeſſio Procuratoris etiam reuocata,
vbi eſt veriſimilis, nocet Principali, Rot.
deciſ.496. num.1. par.1. diuerſ. & deciſ. 198.
num.3. par. 1. in recent. & per alias deciſio-
nes per eum allegatas.
26 Dic ſextò licitam eſſe inconſtantiam ſi
poſitio ſit erronea, quia tunc reuocari po-
terit, l. error, C. iur. & fact. ignor. Ludouic.
deciſ. Peruſ.68. num.8. lib.2. Veſtrius in pra-
xi, d. cap.16. num.1. lib.5. Sebaſt. Medic. de
nouat. verb. poſitio, fol. 399. Maſcard. dicta
concluſ. 1182. num. 15. cum alijs latè per
Scacciam, d. cap. 7. num. 609. vbi quod
27 concluſio non habet contradictorem,
dummodo error probetur Michalor. de

poſitionibus, dicto capitulo 22. numero 17.
28 Et hoc dictum locum habet, etiamſi
poſitio eſſet iurata, Bellam. *concluſ.* 431.
Staphil. *de litter. iuſt. verb. vtrum autem, nu-
mer.* 10. Veſtr. *d. cap.* 16. *num.* 7. Scacc. *loco
cit. num.* 611. Vbald. *deciſ.* 94. *num.* 1.
29 Secundò locum habet, etiamſi poſitio
eſſet redacta in ſcripturam, quia quoad
hoc ſcriptura nihil releuat Specul. *de poſit.*
§. *fin. num.* 8. Franc. *in cap. fin. col.* 3. *de iu-
reiur. in* 6. Gabr. *de confeſs. concluſ.* 6. *num.* 6.
vbi tamen *num.* 7. refert nonnullos, ſed
malè contrarium ſentientes, Scacc. *dicto
cap.* 7. *num.* 612. Quinimò etiamſi eſſet a
Parte acceptata, adhuc errore probato
poſſet reuocari, Scacc. *loco cit. num.* 613.
30 Tertiò locum habet etiam in hærede
Ponentis, qui poterit reuocare confeſ-
31 ſionem erroneam defuncti, Iaſ. *l. cum te-
ſtamento, num.* 5. *C. de iuris, & fact. ignorant.*
Grauat. ad Veſtr. *d. cap.* 5. *num.* 6. Scaccia
loco cit. num. 614.
32 Quartò dic locum habere inconſtan-
tiam, etiamſi poſitiones eſſent geminatæ,
& ſic confeſſio eſſet geminata Iaſ. *l. error,
num.* 29. *C. iur. & fact. ignor.* Grauat. ad Ve-
ſtrium *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 16. Maſcard. *relat.*
à Scaccia *loco cit. num.* 616.
33 Quintò dic locum habere, etiam poſt
ſententiam, & rem iudicatam, hoc ta-
men diſcrimine, quod poſt ſententiam
in cauſa appellationis confeſſio in poſi-
tione renocari poteſt ſine miniſterio reſti-
tutionis in integrum; Poſt rem iudicatam
verò requiritur reſtitutio, Veſtr. *d. cap.* 16.
num. 1. *in fin.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 8.
art. 7. *num.* 19. & 20. Scacc. *loco cit. n.* 617.
& 619. Quæ tamen reſtitutio non datur,
34 quando reuocatio erroris directè impu-
gnaret ſententiam, Angel. de mente
Bartoli *in l. fidcicommiſſum, num.* 4. *ff. de
confeſs.* Odd. *d. art.* 7. *num.* 35. Buratt. *de-
35 ciſ.* 26. *num.* 10. Nec ſi error commiſſus ſit
poſt ſententiam, vt ex Innocentio, An-
gelo, & Oddo *vbi ſupra* Buratt. *loco citato
num.* 11.
36 Imò poſt concluſum in cauſa in eadem
inſtantia, ſi error ſit patens, & de eo ap-
pareat, abſque alia probatione, tunc lici-
ta erit inconſtantia, ſi autem requiratur
probatio erroris, non erit licita incon-
ſtantia, in eadem inſtantia, ſed ſolum in
37 cauſa appellationis, quia per concluſio-
nem in cauſa eſt præcluſa via probationi-
bus, Scacc. *loco cit. num.* 621. vbi declarat
doctrinam Io: Andreæ *in addit. ad* Specul.
tit. de poſit. §. 10. *num.* 16.
38 Ad hoc tamen, vt prætextu erroris con-
feſſio reuocari poſſit, error iuſtus eſſe de-
bet, *l. de ætate*, §. *qui iuſto*, *ff. de interrogat.
action.* Bellamer. *deciſ.* 692. *num.* 1.
39 Error autem iuſtus erit ille, qui caret
latiſſima, & lata culpa, iniuſtus vero, qui
habet annexam culpam latiſſimam, ſeu
latam, de quo vide Scacciam *loco cit.* qui
rem exornat per plura exempla *à num.* 626.
vſque ad 668.
40 Sextò dic licitam eſſe inconſtantiam, ſi
poſitio eſſet à Parte aduerſa negata, quia
41 cum negans non poſſit amplius ſe illa
iuuare, Specul. *de poſit.* §. 8. *num.* 1. Rota
dec. 42. *de teſtib. in antiq.* cum alijs per Scac.
de iudic. lib. 2. *cap.* 11. *num.* 471. Michalor.
de poſit. cap. 26. de qua re dicemus *infra*
42 *ſuo loco*. Perinde eſt, ac ſi confeſsio fa-
cta à Ponenre non emanaſset, & ideò ha-
betur pro reuocata, Scacc. *d. cap.* 7. *n.* 679.
Cujus tamen dictum non placet Michalo-
ro, quia vt ipſe dicit *dicto cap.* 22. *num.* 29.
43 licèt pars, quæ negauit poſitionem, in
ea ſe fundare non poſsit, non inde ſequi-
tur, quod Ponens confeſsionem ſuam iu-
ratam reuocare poſsit non docto de erro-
re; Sed vera eſt opinio Scacciæ, quæ pro-
batur *in cap. mulieri, de iureiuran.* vbi non
44 prohibetur mulier venire contra propriã
confeſsionem etiam iuratam, quando per
ſententiam illa confeſsio eſt reprobata, &
ibi Imol. & Abb. cum alijs per Natt. *con-
ſil.* 38. *num.* 7. in terminis Magon. *deciſ. Lu-
cenſ.* 25. *num.* 32.
45 Septimò dic, licitam eſſe inconſtantiam
in poſitionibus perſonarum, quæ effectua-
liter impediuntur confiteri, quales ſunt
46 furioſi, mentecapti, & pupilli non ha-
bentes Tutorem, Bellamer. *deciſ.* 691. *fall.* 1.
Scacc. *loco cit. num.* 680.
Quod autem idem Bellamer. *deciſ.* 692.
aliàs 693. dicit, quod ſecundum ſtylum
47 Palatii quælibet confeſſio, & poſitio po-
teſt reuocari vſque ad ſententiam diffini-
tiuam tertiæ inſtantiæ, etiam non docto
de errore, vel non eſt verum per ea,
quæ tradit Caputaq. *deciſ.* 192. *par.* 1. & Rot.
in Mediolanen. fructuum 16. *Maij* 1590. *co-
ram* Gypſio, Rubeus *ſingul. Rotæ par.* 2.
verbo confeſſio, §. 6. *circa ſtylum*, vel intel-
ligendum eſt, prout intelligit, & declarat
Veſtrius *d cap.* 16. *num.* 5. Nempe vel in
poſitionibus datis à Procuratore, vel ſi à
principali, dummodo poſitiones non ſint
iuratæ, vel in actis non productæ, quia
tunc nullatenus admittitur inconſtantia,
quod etiam vult Scacc. *d. cap.* 7. *num.* 682.
683. & 684. qui ſubiungit ex mente Seba-
ſtiani Medices *in tract. de nouat. verb. poſitio,
fol.* 399. non ſic eſſe in negatione, nam ſi
48 tu negares poſitionem Aduerſarij, & Ad-
uerſarius illam poſitionem probaret, poſ-
ſes vtique tuam negationem reuocare,
vel denique intelligendum eſt procedere
49 quando error verſatur in facto alieno, in
quo error, & ignorantia præſumitur, *l. vlt.
ff. pro ſuo*, ſecus in facto proprio, in quo
50 non præſumitur error, vt in ſpecie decla-
rando dictam *deciſionem* 693. Bellameræ

reſpondit Vbaldus *deciſione* 4. *num.*7. *&* 8.
51 Octauò dic, licitam eſſe inconſtantiam,
quando poſitio fieret præcedente negati-
ua per modum exceptionis, tunc enim
Ponens non cenſetur fateri, Gloſs. *in l. ſi
quidem, verb. conteſtationem, C. de exceptio-
nibus*, Gloſsa, & Bartol. Andreas de Iſer-
nia, Marant. à Maſcardo *d. concl.* 1182. *n.* 19.
52 Hactenus de confeſſione facta in poſitio-
nibus à Ponente, modo videndum eſt de
confeſſione facta in poſitionibus à Reſ-
pondente. Certum eſt enim ex reſpon-
ſione facta ad poſitiones, eas confiren-
do veram reſultare confeſſionem Roman.
*conſil.*70. *num.*10. Soccin. Sen. *conſ.* 57. *n.* 11.
& *conſ.*97. *num.*6. *vol.* 4. Carpan. *ad Statut.
Mediolan. cap.*83. *num.*28. *par.* 1.
53 Et ſtatuenda eſt generaliter concluſio
negatiua, illicitam eſſe in Reſponden-
te inconſtantiam nec ſuam confeſſionem
reuocare poſſe, Specul. *de poſitionibus*, §, 10.
*num.*3. *verſ. argumentatur contra*, Modern.
Vrbinat. *d. tract. cap.*64. *num.*7. Aſinius *in
praxi* §. 19. *cap.*10. *num.* 2. Neuizan. *conſ.*7.
num. 12. Rota *deciſ.* 678. *tom.*3. *par.* 4. *rec.
num.*7. eo maximè ſi non probabiliter, &
54 calumnioſè confeſſionem reuocare vel-
let, tunc enim Iudex inconſtantiam ad-
mittere non deberet *adnot.* per Abb. *in cap.
præterea de teſtib. cogend.* cum alijs per Cumiā
*in Ritibus magnæ Curiæ Siciliæ cap.*37. *nu.* 93.
55 Quod procedit quamuis Reſpondens
non teneatur reſpondere, Abb. *conſ.* 118.
*num.*5. *vol.*2. Carpan. *loco citato nu.*29. niſi
Reſpondens proteſtatus fuerit, quod, li-
56 cet reſpondeat, tamen, vbi non tenetur
reſpondere, vult, quod reſponſio habea-
tur pro non facta, Bald. *conſ.*176. *in fin. vol.*2.
Curt. *l.*2. §. *qui obſeruari, num.*196. *C. de iu-
ram. per calum.* Aſinius *d.* §.19. *cap.*9. *nu.*5.
& 6. Carpan. *loco cit. num.* 30. Sed contra
tenuit Rot. *coram Vbaldo, deciſ.* 9. *num.* 4.
57 ea ratione, quia dicta proteſtatio tanquam
contraria facto non prodeſt, *iuxt. not. in
cap. cum M Ferrarienſis*, vbi Rip. declarat
*num.*70. *de conſtit.* & poſt eum Honded. *con-
ſil.*96. *num.* 19. *lib.*1. adiiciens Rota *ibidem
num.*5. quod qui reſpondet ad quod non
debuit ſibi prȩiudicat, niſi reſponderit ſub
proteſtatione, intelligendo tamen de im-
pertinentibus, ſecus de pertinentibus, quia
confeſſio præiudicat proteſtationi.
58 Secundò eo magis habet locum regu-
la, ſi datus fuerit Reſpondenti terminus
ad deliberare reſpondendum Papien. *in
form. libell. interrogat. in verbo compellatis*,
*num.*12. Roman. *conſ.*346. *num.* 10. *& con-
ſil.* 391. *in princ.* cum aliis per Carpan. *ad
Statut. Mediolan. cap.*73. *num.*25. Cumia *di-
cto cap.*37. *num.* 100. quod debet intelligi,
59 ſi datus fuerit terminus Principali, tum
Procuratori, Tutori, vel Curatori Papien.
loco cit. Carp. *loco cit. n.*26. Vbal. *deciſ.*4. *nu.*6.

60 Imo quod ſi poſitiones ſint ſuper facto
proprio reſpondentis, quod non ſit ei
dandus alius terminus ad deliberandum,
præſertim eo non potente, dicit Rota
coram Vbaldo deciſ. 9. *num.* 9.
61 Tertiò, eò magis ceſſare debet incon-
ſtantia, ſi datus ſit reſpondenti terminus
ad reuocandum, ex latè adductis per Cu-
miam *loco citato num.* 101. Carpan. *loco cit.
num.* 27. *verſ.* 2.
62 Quartò, multò magis ceſſare debet in-
conſtantia, ſi fuerit reſponſio geminata,
& ex interuallo, Roman. *conſ.* 36. *num.*10.
Cum. *loco cit. num.* 103. Carpan. *loco citato
num.* 28.
63 Quintò, ceſſabit inconſtantia, ſi reſpon-
ſio ſit iurata, niſi errore probato, Cum.
loco citato num. 104. Carpanus *loco citato
num.* 29.
64 Sextò, multò magis ceſſabit inconſtan-
tia poſt concluſionem in cauſa, Cum.
d. cap. 37. *num.* 105. Carpanus *loco citato
num.* 32. quamuis in cauſa appellationis
65 poſsit reuocari confeſsio, Cum. *num.* 95.
Carpan. *num.* 32.
66 Septimò, ceſſabit inconſtantia, ſi præ-
ceſſerit inſtrumentum, Cum. *loco citato
num.* 106. Carpan. *loco cit. num.* 33.
67 Octauò, ceſſabit inconſtantia, ſi præceſ-
ſerit præceptum de ſoluendo, Cotta *in
memor. in verb. confeſſio poteſt*, Cum. *nu.* 107.
Carpan. *num.* 34.
68 Nonò, multò magis ceſſabit inconſtan-
tia, ſi confeſsio fuerit à parte acceptata,
Cum. *num.* 108. Cotta *loco citato* Gabriel.
de confeſs. concluſ. 6. *num.* 12. Carpan. *loco
citato num.* 35. Vbald. *deciſ.* 94. *num.* 4.
69 Admitteretur tamen inconſtantia, ſi
reſpondens incontinenti confeſsionem
ſuam reuocaret, Gloſs. *in cap. vltimo in
verb. iuſta, de iureiurand. in* 6. Bald. *in repet.
Paduana, l. edita num.* 15. *verſ. ſæpe accidit,
C. de edendo*, cum alijs per Tiraquellum
de retract. conuention. §. 1. *gloſs.* 5. *num.* 15.
Gabriel. *concluſ.*1. *de reg. iur. num.*23. Soccin.
ſen. *conſ.* 95. *num.* 7. Michalor. *dicto tract.
cap.*64. *num.*8. Carpan. *ad Statut. Mediolani
dicto cap.* 73. *num.* 14. *lib.* 1. Cum. *loco cit.
num.* 92.
70 Quod procedit quamuis error non
probetur, Cum. *loco cit. num.* 92. Carpan.
loco citato num. 14.
71 Incontinenti autem dicitur facta reuo-
catio re integra, ideſt antequam confeſ-
72 ſio ſit à parte acceptata iuxta Rotæ opi-
nionem, de qua *ſupra*, Gabriel. *d. concl.* 1.
num. 24. *de reg. iur.* Tiraquell. *loco citato
num.* 16. Michalorus *loco cit. num.* 13. qui
73 *num.* 14. ſubiungit, neque hoc caſu ob-
ſtare iuramentum, nam ille, qui iurat
falſum, credens eſſe verum, non eſt per-
74 iurus, *cap. Quando de iureiurand.* & prop-
terea non impedit confeſsionis reuocatio-

75 nem, Bald. *l. error, C. de iur. & fact. ignor.*
Soccin. ſen. *d. conſ.* 97. *num.* 16.

76 Secundò admittitur inconſtantia, ſi de
errore doceatur, nam tunc etiam ex in-
teruallo poteſt confeſsio à reſpondente
reuocari, Burrius *cap. fin. de confeſs.* Soccin.
ſen. *d. concluſ.* 97. *nu.* 17. Gabriel. *d. concl.* 1.
num. 3. *de reg. iur.* Ludouiſ. *deciſ. Lucen.* 44.
num. 55. *& deciſ. Peruſin.* 68. *par.* 2. Seraph.
de priuileg. iur. priuil. 11. *num.* 3. Mancin.
de iuram. par. 2. *art.* 2. *num.* 108. Michalor.
loco citato num. 15. qui refert Ruginellum
contrarium ſentientem *in cap.* 16. *practic.*
quæſtionum à num. 15. Cum. *dicto cap.* 37.
num. 91. Vbald. *deciſ.* 94. *num.* 5.

77 Tertiò admittitur inconſtantia, ſi dolo
fuiſſet inductus ad confitendum, Bargall.
de dolo lib. 3. *cap.* 9. *num.* 23.

78 Quartò admittitur inconſtantia, ſi reſ-
pondens reſpondere non fuerit obligatus,
tunc enim ſemper permittitur reuocatio,
Oſaſchus *deciſ.* 178. *num.* 2. Modern. Vr-
binat. *dicto tract. cap.* 64. *num.* 31.

79 Eò magis adhibita cautela, de qua *ſupra*,
nempe ſi reſpondens proteſtetur de reuo-
cando quamcunque confeſſionem factam
poſitioni, quæ dauda non eſſet, Oſaſchus
dicta deciſ. 178. *num.* 2. Michalor. *vbi ſupra*.
qui tamen ſubiungit, dictam cautelam
80 non eſſe neceſſariam, quando poſitiones
ſunt admiſſæ cum clauſula, *ſaluo iure im-
pertinentium, & non admittendarum*, ex Be-
ninten. *deciſ.* 32. *num.* 15. Mancinus *de
iurament. par.* 2. *art.* 2. *num.* 84. Michalor.
d. tract. cap. 58. *num.* 9.

81 Quintò admittitur inconſtantia in reſ-
ponſione emanata à Procuratore, quæ
poteſt à principali reuocari, etiam non
docto de errore, Felyn. *in cap.* 1. *num.* 16.
vt lit. non conteſt. Adden. *ad practic. Papien.
in form. poſit. action. num.* 2. Caputaq. *deciſ.*
198. *par.* 1. Put. *deciſ.* 16. *lib.* 3. Seraph.
deciſ. 634. *num.* 3. Michalor. *dicto cap.* 64.
num. 33. *& deciſ.* 81. *num.* 12. *poſt dictum
tractatum*, Rota *deciſ.* 92. *num.* 18. *par.* 9.
tom. 1. *recent.* Royas *deciſ.* 121. *num.* 8.
82 præſertim in ſecunda inſtantia, Rota
deciſ. 505. *in antiq. poſt tractatum*, Michalor.
deciſ. 61. Rota *deciſ.* 60. *in nou.* Surdus
deciſ. 17. *num.* 16.

83 Quod primò intellige, niſi Procurator
habuerit mandatum ſpeciale ad reſpon-
dendum ſic, & ſic, vt requiritur, Rota
deciſ. 779. *par.* 2. *in recent.* quia tunc dice-
84 retur principalem reſpondiſſe, non Pro-
curatorem, Scaccia *dicto cap.* 7. *num.* 570.
Michalor. *d. cap.* 64. *num.* 35.

85 Secundò intellige, vt habeat locum, ſi
re integra confeſſio Procuratoris reuoce-
tur, aliàs nocet principali, Put. *deciſ.* 386.
lib. 3. *in nou.* cum alijs per Buratt. *deciſ.* 566.
num. 13. Michalor. *d. cap.* 64. *num.* 34.

86 Si tamen principalis errorem probaret,
poſſet Procurator confeſſionem reuocare,
etiam re non integra, & à parte accepta-
87 tam, vt dictum eſt *ſupra*, & etiam quod
eſſemus in errore iuris, Cyn. *l.* 1. *C. de
confeſs.* Specul. *de confeſs.* §. *ſequitur*, Cap-
pell. Tholoſ. *deciſ.* 392. *num.* 3.

88 Dic tamen, quod in ſupradictis caſibus,
in quibus licita eſt inconſtantia in confeſ-
ſione facta in poſitionibus tam reſpectu
ponentis, quàm reſpectu reſpondentis,
illa ſemel tantùm eſt licita, Bartol. *l. poſt
legatum nu.* 12. *ff. quibus, vt indign.* Tiraquell.
l. bones, par. 1. *num.* 26. *ff. verb. ſignific.* Aſin.
d. §. 19. *cap.* 10. *nn.* 6. Carpan. *d. cap.* 73. *nu.* 24.

89 Quod dictum eſt de confeſſione facta
ab eo, qui reſpondet poſitionibus, idem
dic de reſponſione negatiua, quæ poterit
90 reuocari, re tamen integra, hoc eſt ante-
quam aduerſarius probauerit contrarium,
Coſta *de re integra diſtinct.* 41. *num.* 1. de qua
re mox *dicemus*.

91 Sed an, qui reſpondet poſitionibus, illas
negando poſſit demum inconſtans ſe in
illa poſitione negata fundare? Articulus
hic dependet ab ea quæſtione, an quis
poſſit ſe iuuare ex actu impugnato, de qua
latiſſimè Gabriel *de reg. iur. concluſ.* 1. *per
tot.* de qua dicemus *infra*, ſed in terminis
quæſtionis noſtræ, illicitam in hoc caſu
eſſe inconſtantiam, nec in poſitione ne-
gata reſpondentem ſe fundare poſſe, vo-
luere Bartol. *in d. l. poſt legatum, ff. de his,
quibus, vt indignis*, Doctores *in l. naturaliter,*
§. *nihil commune, ff. de acquir. poſs.* Iacobus
de Arena *de poſit.* §. 3. *num.* 1. Specul.
de poſit. §. 8. *num.* 1. Hercul. *de proband.
negat. num.* 198. Maſcard. *de probat. dicta
concluſ.* 1182. *num.* 3. Cauagn. *ſuper decre-
tis Montisferrati decret.* 12. §. 8. *quæſt.* 4.
Gabriel. *dicta concluſ. de reg. iur. num.* 2. qui
alios Cioph. *conſ.* 93. *num.* 7. Rimin. iun.
conſ. 408. *num.* 2. Mancin. *de iuramen. dicta
par.* 2. *art.* 2. *num.* 13. Guidopap. *deciſ.* 182.
num. 1. Amat. *deciſ. March.* 58. *num.* 6.
Rota Genuen. *deciſ.* 60. *num.* 10. Surdus
deciſ. 196. *num.* 3. Rota Romana *deciſ.* 310.
de confeſs. in antiquis, & deciſ. 100. *num.* 10.
par. 2. *diuerſ.* Hos omnes citat Michalor.
de poſit. cap. 26. *num.* 1. addo Carpanum
ad Statutum Mediolan. d. cap. 83. *num.* 104.
par. 1. vbi alios allegat.

92 Ratio concluſionis eſt, quia propriam
turpitudinem allegaret, qui inconſtans
contra ſuum dictum veniret, Archid.
cap. 1. *confeſs. in* 6. Addent. *ad deciſ. Gui-
dopap.* 182. Surdus *dicta deciſ.* 196. *num.* 6.
Michalor. *de poſit. d. cap.* 26. *num.* 2.

93 Et hæc concluſio non ſolùm procedit
in reſpondente, ſed etiam in ponente,
qui non poteſt ſe fundare ſuper negatione
aduerſarij, Bouer. *in ſingul. verb. poſitio,
num.* 8. Addent. *deciſ. Guidopapa* 182. Car-
panus *loco cit. num.* 105.

94 Secundò habet locum concluſio non ſolùm in eadem inſtantia, ſed & in alia inter eaſdem perſonas, Ruinus *conſ.* 102. *num.* 3. *vol.* 4. Gabriel. *d. concluſ.* 1. *de reg. iur. num.* 10. Carpan. *loco cit. num.* 107.

95 Secundò habet locum non ſolùm in poſitione negata, ſed etiam in ea, cui quis negauit reſpondere, Gabriel. *d. concluſ.* 1. *num.* 11. qui ex mente Alexandri dicit procedere, ſi negans iuſſus fuit reſpondere, ſecus ſi non iuſſus, Surdus *dicta deciſ.* 196. *num.* 4. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 3. *&* *num.* 15. *verſ. contrarium*, Carpan. *loco cit. num.* 109.

96 Dic primò locum habere inconſtantiam, ſi negans poſitiones inconſtans negationem reuocauerit, Bartol. *d. l. poſt legatum col.* 4. *verſ. quæro aduerſarius*, *ff. quibus, vt indignis*, plures citat Gabriel. *dicta concluſ.* 1. *num.* 13. Amat. *d. deciſ.* 58. *nu.*6. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 12. Carpanus *loco cit. num.* 110. Nec renocatio negatio-
97 nis requirit probationem erroris, quia poteſt reuocans ſe fundare in confeſſione partis reſultante ex ſua poſitione, Bartol. & Felyn. allegati à Gabriele *d. concluſ.* 14. Carpan. *loco cit. num.* 110.

Quamuis contrarium tencant Archid. & Io. Andr. *dicto cap.* 1. *de confeſs. in* 6. Alex. *in apoſtil.* ad Bartol. *d. l. poſt legatum Guidopap. dicta deciſ.* 182. Gabriel *num.* 15. vbi renendo hanc partem limitat, ſi poſitio eſſet obſcura, & intricata, quia tunc error præſumitur abſque alia probatione, Alex. *l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter num.* 32. *ff. verb. oblig.* Carpan. *loco cit. num.* 110,

98 Renocatio verò negationis debet fieri in eodem iudicio non in alio, quia tunc
99 præſumeretur calumnia, Gabriel *dicta concluſ. num.* 20. Carpan. *loco cit. num.* 111.

100 Nec reuocatio negationis admitteretur, ſi inconſtans in alio non grauaretur, vt poſt Bartol. Bald. & Soccinum probat Gabriel. *d. concluſ. num.* 21.

101 Pariter reuocatio non admitteretur, ſi iam detectum eſſet mendacium neganris, Bartol. Alex. Roman. & Felyn. adducti à Gabriel. *dicta concluſ. num.* 22. Coſta *de re integra dicta quæſt.* 41. *num.* 10. Imò nec ſi
102 poſt terminum probationum, & multò magis ſi poſt cæptam probationem vellet
103 reuocare, Coſta *vbi ſupra, num.* 2. *&* 3.
104 Nec licita eſſet reuocatio, ſi ex interuallo quis negationem vellet reuocare,
105 Bartol. Aretin. & Roman. à Gabriel. *d. concluſ. num.*23. nec ſi à parte fuiſſet acceptata, Gabriel. *d. concluſ. num.* 24.

106 Dummodo de errore non doceat, quia tunc etiam ex internallo poſſet negationem reuocare, & etiam poſt partis acceptationem, Bartol. Aretin. Bald. & Franc. à Gabriel. *d. concluſ. num.* 25.

107 Nec admitteretur inconſtantia, quando reuocans vellet conſequi præmium confeſsionis, Bald. Barrol. & Alexand. à Gabriel. *loco cit. num.* 26. Benè tamen
108 euitaret pœnam, reuocans negationem, ſi ante conuictionem de mendacio ſuam reuocaret negationem, vt per relatos à Coſta *d. quæſt.* 41. *num.* 4.

109 Secundò limita principalem concluſionem, quod licèt negans non poſsit ſe fundare in poſitione negata, poterit tamen ſe fundare in probationibus factis per ponentem ſuper poſitione negata, Bartolus, & alij adducti à Gabriel. *dicta concluſ. num.* 29. Cioph. *d. conſ.* 93. *num.* 7. Mancin. *de iuramen. d. par.* 2. *art.* 2. *num.* 104. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 13. Carpanus *loco cit. num.* 113.

110 Tertiò limita quantum ad ea, quæ mediarè reſultarunt ex negata intentione aduerſarij, Gabriel. *dicta concluſ. num.* 20. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 14. Carpan. *loco citato num.* 114.

111 Quartò limitatur concluſio, ſi poſitio eſſet in parre negata, & in parte non, tunc enim pars negata non præiudicat reſpondenti in parte, quæ negata non fuit, Alex. *conſ.* 71. *num.* 5. *lib.* 3. Tuſch. *litt. P*, *concluſ.* 386. *num.* 11.

112 Quintò limitatur concluſio, quando negatio eſt generalis, vtputà ſi ante reſponſiones factas ſingulis poſitionibus,
113 quis oppoſuerit *generalia contra* eum negatiua in forma, vel negauerit narrata, prout narantur, talis enim oppoſitio impugnat ſolùm ſubſtantialia iudicij, non autem circumſtantias, Bartolus, Iaſon, & Cauagnol. adducti à Michaloro *d. cap.* 26. *num.* 10. *&* 11. quamuis de hoc dubitare videatur, Granut. Theorem. 20. *num.* 23.

114 Sextò limitatur concluſio ſi negatio poſitionis non fuerit à parte acceptata, Hodierna *in addit. ad dict. deciſ. Surdi* 196. *num.* 1. per Giurb. *deciſ.* 100. *nu.* 33. Gratian. *diſcept.* 279. *num.* 36.

Imò ſi à parte acceptata, dummodo tamen ſuper ea nondum fuerit aliquid declaratum, Hodierna *loco citato*.

115 Cæterum hanc limitationem benè refellit, Michalorus *dicto cap.* 26. *num.* 6. quia negatio poſitionis non requirit aliquam acceptationem ponentis, imò illam acceptare non poteſt, cum ſit de directo contra eius poſitionem, & contra iuramentum in ponendo præſtitum.

116 Doctores autem ex aduerſo ab Hodierna citati loquuntur de ſcriptura exhibita, & à parte impugnata, quia, ſi pars non acquieuit impugnationi, poterit impugnans ſe iuuare, ex inſtrumento impugnato, donec fuerit cognitum ſuper eius impugnatione, & hoc ob dubium litis euentum, fieri namque poſſet, vt illa impugnatio eſſet reiecta, aliter ſequere-

tur abſurdum, vt ſi impugnans ſuccum-
beret in impugnatione, non poſſet vti,
nec inſtrumento vti impugnato, nec mi-
nus declaratione, qua fuit reiecta impu-
gnatio, & ideo debet expectari finis litis.

Quæ omnia ceſſant in poſitione, quæ
poſtquam eſt negata, nulla alia expectan-
da eſt declaratio, nec finis litis ſuper iſta
negatione, & ideo ipſa vti negata am-
plius vti non poterit.

117 Sed iudicio meo fallitur Michalorus,
licèt enim partis acceptatio expreſſa non
requiritur in poſitione negata, cenſetur
nihilominus pars tacitè illam acceptare,
poſtquam petijt terminum probatorium,
118 quo caſu, nec minui, nec reuocari po-
teſt poſitio, Marant. *de poſition. num.* 6.
Maſcard. *dicta concluſ.* 1182. *num.* 7. Coſta
re integra d. diſtinct. 41. *num.* 2.

119 Et propterea videtur dicendum, quod
ſi adhuc pars, cuius poſitio negata fuit,
ad probanda negata non proceſſerit, pen-
dente huiuſmodi termino tanquam re
integra poterit ſuper actu negato ſe fun-
dare ad tradita per Franch. *in cap. vltimo
num.* 7. *de iur. iur. in* 6.

120 Septimò limitatur concluſio, quando
poſitio non fuiſſet ſimpliciter negata, vt
ſi poſitioni fuerit reſponſum, *non credit,
vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur*
121 Gratianus *diſcept. forenſ.* 559. *num.* 54.
Hodierna *ad dictam deciſ. Surdi* 196. *num.*7.
Michalor. *cap.* 26. *num.* 8. quamuis con-
trarium ſentiat *in cap.* 40. *num.* 13. vbi
quod hæc reſponſio cum copula, &, eſt
merè negatiua ex Rota *deciſ.* 846. *par.* 4.
diuerſor. Addent. *ad deciſ.* 282. *Ludouiſij
num.*10.

122 Octauò limita, ſi poſitio fuerit in parte
negata, & in parte non, tunc enim pars
negata non præiudicat reſpondenti in
parte, quæ negata non fuit, Alex. *conſ.*71.
num. 5. *lib.*3. Tuſch. *littera P, concluſ.* 386.
num. 11. Michalor. *d. cap.* 26. *num.* 9.

123 Nonò limita, ſi poſitio fuerit implici-
ta, habens plura capita, tunc enim ratione
implicitatis poteſt tota negari, Iacob. de
Arena *de poſit. num.* 40. Specul. *eodem
tit.* §. 7. *num.* 20. & ideo quia negata dici-
124 tur ratione implicitatis, quod eſt lici-
tum, poterit negans in actu impugnato
ſe fundare, Amat. *dicta deciſ.* 58. *num.* 7.
Michalor. *d. cap.* 26. *num.* 18.

125 An autem, qui renunciauit probatio-
nibus, inconſtans demum poſſit facere
poſitiones? Dic illicitam eſſe inconſtan-
126 tiam, nam poſitio ſpecies eſt probatio-
nis, *cap.* 2. *de confeſſ. cap. Cum ad ſecundum
de reſtit. ſpoliat.* & propterea, qui illis re-
nunciat, & poſitionibus renunciaſſe cen-
ſetur, Michalor. *d. tract. cap.* 29. *num.* 1.
verſ. contrarium. Et hoc multò magis ha-
127 bet locum, ſi in ſpecie poſitionibus re-
nunciaſſet, Michalor. *loco cit. num.* 2.

128 Secundò habet locum, ſi omnibus
probationibus, vel omni generi probatio-
129 num renunciaſſet, Michalor. *d. cap.* 29. *n.* 3.

Licita tamen eſſet inconſtantia, ſi
renunciatio eſſet reſtricta ad aliquam
130 certam ſpeciem probationum, vt per
teſtes, vel inſtrumenta, quia tunc poſitio-
nibus vti poſſet, Maſcard. *d. concluſ.* 1182.
num. 36. *& ſeq.* Michalor. *d. cap.* 29. *num.* 4.

131 Quid ſi quis citatus ad reſpondendum
poſitionibus, non curauit, vel noluit reſ-
pondere, an demum inconſtans admitta-
tur ad purgationem moræ. Et dic, quod
ſi ius ponentis non eſt effectum deterius,
& ſumus re integra, tunc admittitur in-
conſtantia, & purgatio moræ, vt in puncto
voluit Cynus poſt Iacob. de Arena *in l.* 2.
§. *quid ſi Actor num.* 7. *de iurament. calumn.*
Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *de milit. & Vaſſall.
qui contra* Carpan. poſt Alexandr. *in l. ſi
Inſulam num.* 76. *ff. de verb. oblig.* vbi Ripa
num. 38. *d. cap.* 83. *num.* 165. & 166. Surd.
conſ. 97. *num.*1. Gratian. *deciſ.*171. *num.*12.
132 Regulare eſt enim, quod vbi pars detri-
mentum non recipit, moræ purgatio ad-
mittitur, Cephal. *conſ.* 25. Burſat. *conſ.* 26.
ad finem, Capuraq. *deciſ.* 230. *num.* 3. &
deciſ. 231. *num.* 1. *par.* 2. alios Coſta *de re
integra diſtinct.*105. *num.*6. Seraph. *deciſ.*591.
num. 7. cum alijs deciſionibus, quas alle-
gant Addent. ad Gregorium XV. *dec.* 559.
num. 10. de qua concluſione alibi nos
dicemus.

133 In propoſito autem ius partis erit ef-
fectum deterius, ſi ponens grauaretur
134 onere probandi, Oſaſc. *deciſ.*71. *num.*56.
Surd. *d. conſ.* 97. *num.* 1. Carpan. *loco citato
num.* 167. Michalorus *de poſit. cap.* 47.
num. 4.

135 Hinc propterea videmus, quod ille,
qui recuſauit iurare de calumnia, non
admittitur ad purgationem moræ, ſi ius
Actoris eſſet effectum deterius, & graua-
retur onere probandi, latè Scaccia *de iudic.
cap.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 102. *lib.* 2.

136 Dictum autem procedit quamuis ter-
minus à Iudice ſtatutus lapſus ſit, non
137 enim eo caſu res deſinit eſſe integra,
*l. nonnunquam, ff. de iudicijs, l. ſi poſt tres, ff.
ſi quis cautionibus*, Gloſs. *in Clement. ſæpe
verſ. non obſtat de verb. ſignific.* Surdus *dicto
conſ.* 97. *num.* 1. Coſta *re integra d. diſt.*105.
num. 5.

138 Secundò procedit, etiam quod per Iu-
dicem fuiſſet pronunciatum, poſitiones
haberi pro confeſſatis, dummodo non
ſit ſecuta ſententia ſuper meritis, Orian.
cap. quoniam contra cap. 6. *de reſponſ. nu.*13.
verſ. item iſta de probation. Alex. *d. l. Inſu-
ſulam num.* 36. cum alijs per Carpanum
loco citato num 166. Natt. *conſ.* 364. *nu.* 10.
139 Tertiò multò magis inconſtantia lici-

Digitized by Google

ta eſt, ſi mora fuerit remiſſa, hoc eſt ſi
Actor poſt moram incurſam inſteterit
140 reſponderi, Ludouic. *decif. Lucen.* 44.
num. 39. *& ſeq.* Michalorus *dicto cap.* 47.
num. 15.

141 Quartò licita erit inconſtantia, in cauſa appellationis, vt poſt Caſtrenſ. *conſ.* 141. *lib.* 1. voluit Gratian. *d. decif.* 171. Michal. *dicto cap.* 47. *num.* 17. qui tamen declarat deciſionem Gratiani procedere, quando vlterius Iudex pronunciauit ſuper tota cauſa, & ab ea contumax appellauit, nam in cauſa appellationis poterit oſtendere, ſe verè non fuiſſe contumacem, & ſic moram purgare.

142 Illicita verò erit inconſtantia, nec dabitur purgatio moræ, ſi ſtatutum extet, quod termino elapſo habeantur poſitiones pro confeſſatis, Neuizan. *conſ.* 6. *nu.* 12. *verſ. ſed contrariam*, Carpan. *loco cit. nu.* 170. Michalor. *d. cap.* 47. *num.* 5.

143 Eo magis, ſi ſtatutum diceret vlterius, quod poſitiones haberentur ipſo iure pro confeſſis, Natt. *conſ.* 364. *num.* 10. *&* 11. Michalor. *loco cit. num.* 10.

144 Neque hoc caſu Iudex poterit prorogare terminum parti ad reſpondendum, Decius poſt Felyn. *in cap. Cum ſit Romana num.* 53. *de appellat.* Cauagnol. *ſuper decret. Montisferrati decret.* 12. Michalor. *loco cit. num.* 11. *&* 13.

145 Secundò illicita erit inconſtantia, ſi Iudex, vel ſtatutum apponat diem in pœnam confeſſi, Neuizan. *d. conſ.* 6. *ante fin.* Natt. *conſ.* 53. *num.* 5. cum alijs per Carpan. *loco citato num.* 168. alios Michalor. *dicto cap.* 47. *num.* 6. 7. *&* 8.

146 Tertiò illicita erit inconſtantia, ſi geminata eſſet mora, Neuizan. *dicto conſ.* 6. *in fine*, Oſaſc. *decif.* 5. *in fine*, Michalorus *d. cap.* 47. *num.* 9.

147 Si autem in loco iudicij eſſet conſuetudo, vt antequam Reo fuerit accuſata contumacia, ſit locus purgationi moræ, vtique daretur inconſtantia, Michalorus *d. cap.* 47. *num.* 13.

148 Poſſet etiam Princeps adiuuare inconſtantiam non reſpondentis, illumque admittere ad purgationem moræ etiam poſt ſententiam refectis expenſis, Bald. *conſ.* 121. *vol.* 1. Carpan. *loco citato num.* 168. vbi quod Senatus Mediolani ſolet diſpenſare.

149 Crederem etiam, admittendum Reum
ad purgationem moræ, ſi cauſa agitare-
tur in Rota, in qua de ſtylo contumax in
150 reſpondendo poſitionibus non habetur
pro confeſſo, niſi concurrant illa tria, de
quibus per Franc. *in cap.* 2. *numer.* 9. *de
confeſſ. in* 6. vt dicit Seraphin. *decif.* 408.
num. 4. *& decif.* 905. *num.* 1. Caual. *dec.* 562.

151 Et propterea Veſtr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num* 4. dicit Rotam conſueuiſſe expedire monitorium, vt infra triduum reſpondeat, & ſi fuerit contumax, procedit ad pœnas in monitorio contentas.

QVÆSTIO XXV.

ARGVMENTVM.

An articulans poſſit eſſe inconſtans variando, vel etiam contrarios articulos producendo.

SVMMARIVM.

1 *Articulans contraria non auditur.*
2 *Artitulans an fateatur, & num. ſeq.*
4 *Articulans contraria eò minus auditur, quando primi articuli dati ſunt cum iuramento.*
5 *Periurium non incurrit articulans contraria, quamuis primos articulos produxerit cum iuramento.*
6 *Articuli cum iuramento producti plenè probant contra articulantem.*
7 *Confeſſioni propriæ contraria proponens non auditur.*
8 *Articulans contraria ijs, quæ continebantur in articulis priùs exhibitis cum iuramento non auditur, quamuis renunciare velit teſtibus, & probationibus ex prioribus articulis reſultantibus, & de ratione, num. ſeq.*
10 *Per iuramentum dicitur quæſitũ ius alteri parti.*
11 *Articuli producti cum iuramento habentur loco poſitionum.*
12 *Articulans contraria eò minus auditur poſt concluſum in cauſa.*
13 *Probationibus via præcluditur per concluſionem in cauſa.*
14 *Articulans contraria in cauſa appellationis non auditur.*
15 *Errore probato articulans admittitur ad probandum contraria quamuis primos articulos cum iuramento produxerit.*
16 *Articulans contraria in cauſa criminali non auditur.*
17 *Quid in cauſa ſummaria.*
18 *Articuli contrarij admittuntur ſtante conſenſu partium.*
19 *Quid ſi conſenſus ſit tacitus reſultans ex eo, quod pars non ſit proteſtata.*
20 *Articuli de directo contrarij an, & quando ſint admittendi*

*admittendi in gradu appellationis ob deper-
ditas probationes, & num. ſeq.*
22 *Articuli de directo contrarij in gradu appella-
tionis admittuntur, quando teſtes in prima
inſtantia non fuerunt ritè, & rectè exa-
minati.*
23 *Articuli de directo contrarij admittuntur
etiam in prima inſtantia, & poſt didicita
teſtificata, quando teſtes non fuerunt legiti-
mè examinati.*
24 *Errore probato admittuntur articuli de dire-
cto contrarij.*

1 STATVENDA eſt concluſio, illici-
tam eſſe inconſtantiam non enim au-
ditur contraria articulans, Innocent.
in cap. fraternitatis in fin. de teſtib. & ibi Socc.
num. 22. verſ. circa octanum, Vitalin. *Clem. 2.
num. 144. eodem tit.* Buratt. *deciſ. 351. n. 2.*
Caualer. *deciſ. 208.* Vbert. *de citat. cap. 13.
num. 373.* Rota *in Romana hæreditatis 7. No-
uembris 1618. coram Pirouano poſt tract.* Po-
ſthij *de manut. deciſ. 473. num. 1.* Dunozett.
ſen. *deciſ. 121. num. 1.*
Rationem aſſignat Io: Andr. *in cap. cum
in portionibus de iur. iur. in 6.* quia licèt ar-
2 ticulans non fateatur, vt tradunt DD. om-
nes *in d. cap. cum in poſitionibus*, Alex. *con-
ſil. 172. lib. 6.* Gabr. *concluſ. 4. num. 25. de
confeſſis* Mantic. *deciſ. 198. num. 3.* Seraphin.
deciſ. 1054. num. 2. Adden. *ad dec. Greg. XV.
143. num. 5.* Duran. *deciſ. 314. num. 9. & 33.
num. 17.* Dunozett. iun. *deciſ. 282. num. 5.
& 672. num. 7.*
3 Fatetur tamen ad hunc effectum, vt
contraria articulans non audiatur, vt in
terminis tenet Scacc. *de iudic. cap. 7. n. 687.
tom. 2.*
4 Quod maximè procedit, ſi articuli eſ-
ſent iurati, quia licèt contraria propo-
5 nens in eis, non incidat in periurium, vt
declarat Io. Andr. *d. c. cum in poſitionibus,
in princ.* quem ſequitur Abbas *in cap. exa-
minata num. 3. de except.* & ibi Felyn. *nu. 2.*
Scacc. *loc. cit. num. 686.* Rota *in citat. deciſ.
coram Pirouano num. 3.* Iuramentum tamen
6 efficit, quod confeſſio in illis emanata
contra Articulantem plenè probet Capu-
taquen. *deciſ. 145. lib. 1. in manuſcript.* Rota
deciſ. 215. coram Greg. XV. num. 2. Adden.
ad d. deciſ. 143. eiuſdem Greg.
7 Et propterea contraria proponens con-
tra huiuſmodi propriam confeſſionem
non auditur, vt ex Rota *deciſ. 19. aliàs
260. de Procurat. in nou.* Caputaq. *deciſ. 192.
par. 1. & deciſ. 152. par. 3.* & ex alijs colli-
git Scacc. *loco cit. num. 687.*
8 Quod habet locum, etiamquod pro-
ducens noluerit vti Teſtibus, & renuncia-
uerit in ſpecie probationibus, ex priori ar-
9 ticulo reſultantibus; quia, licèt hæc re-
nunciatio teneat in præiudicium partis
renunciantis, non præiudicat tamen al-
10 teri parti, cui ius eſt quæſitum propter
iuramentũ ipſius renunciantis, per quod
11 articuli habeatur loco poſitionum, Io:
Andr. *d. cap. vlt.* vbi Gemin. *num. 5.* Franc.
num. 2. de iur. iur. in 6. Rota *in cit. deciſ. co-
ram* Pirouano.
12 Amplia primò, tanto magis locum ha-
bere poſt concluſionem in cauſa, cum
13 enim tunc ſit præcluſa via probationibus,
Gloſs. *in cap. cum dilectus, in verb. concluſum,*
& ibi Doct. *de fid. inſtrum.* Specul. *tit. de re-
nunc. & concluſ. num. 3. cap. auditis, de Pro-
cur. cap. Paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*
Aſin. *in prax. §. 23. cap. 1. n. 1.* Gaill. *pract.
obſeru. lib. 1. obſeruat. 108. num. 2.* Scacc. *de
iudic. lib. 2. cap. 12. num. 16.* de quo *infra*
latè dicemus.
14 Amplia ſecundò, vt illicita ſit incon-
ſtantia etiam in cauſa appellationis, *Cle-
men. 2.* ibi, *ſic non debent, de teſtib. cap. Frater-
nitatis de teſt. & atteſtat. 4.* Couuar. *practic.
cap. 18. nu. 6.* latè Rolan. *conſ. 45. nu. 8. lib. 2.*
Barboſ. *ad d. cap. fraternitatis num. 1. verſic.
amplia primo,* Azeued. *lib. 4. tit. 9. leg. 4. n. 2.*
Paz. *in prax. primi tomi, 6. par. cap. 1. n. 16.*
de quo etiam latè dicemus *infra.*
15 Daretur tamen inconſtantia ſi proba-
retur error, Soccin. *conſ. 97. num. 16. lib. 4.*
Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 16. num. 7.* Rota
in d. deciſ. coram Pirouano *num. 4.*
Tertiò amplia etiam in cauſa crimi-
nali, *cap. placuit 4. quæſt. 3.* Marſil. *lib. 1.
§. ſi quis vltrò num. 7. ff. de quæſt. & ſingul. 90.*
16 Couuar. *d. cap. 18. num. 6.* Clar. *§. fin. q. 61.
num. 2.* Gabr. *d. concluſ. 21. de teſtib.* latè Fa-
rin. *de teſtib. quæſt. 75. cap. 4. num. 1. & 139.*
Barboſ. *ad d. cap. fraternitatis num. 1. verſ.
primo amplia,* qui tamen, dum tertiò am-
17 pliat in cauſis ſummariis remittens ſe ad
cap. veniens de teſtib. fallitur, nam *allegati*
ab eo tenent contrarium, vt videbimus
infra.
18 Quæ tamen ampliatio non procedit,
ſi accedat conſenſus partium, qua tunc
poſſunt articuli, quamuis contrarij ad-
mitti, Alex. *l. 1. num. 22. ff. de fer.* Bart. *in
Auth. quiſſemel, in fin. C. de probat.* Farin. latè
quæſt. 75. cap. 4. de teſtib. num. 179. Afflict. *ad
Conſtit. Neapolit. lib. 2. rubr. 47. num. 3.* vbi
quod etiam ſufficit tacitus partis conſen-
19 ſus, ſi enim aduerſus hanc inconſtantiam
Pars proteſtata non ſit, ſibi præiudicauit,
Bald. *in cap. 1. §. item ſi vos, de controu. in-
ueſtit.* Franciſc. Ant. *in d. cap. Fraternitatis
num. 61.* Abb. *in cap. veniens il ſecondo, de
teſtib.* Gabr. *d. concluſ. 21. de teſtib. num. 77.*
Farin. *d. quæſt. 75. cap. 4. num. 182.* Super
quo tamen vide benè diſſentientem Fe-
lyn. *in d. cap. Fraternitatis à num. 6.*
20 Secundò dic, licitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa appellationis, quando vete-
res atteſtationes non reperiuntur, quia
ſine dolo, vel culpa Partis ſunt, deperdi-

tæ, tunc enim poſſunt produci articuli, etiam directo contrarii, Specul. *de teſtib.* §. *utiliter, verſ. ſed quid ſi teſtium publicatis, & in cap. fin. de probat.* & benè facit Text. *in l. veluti,§.hæc vox,ff. de eden.* Afflict. *loco citato num.*4. Gabr. qui alios *d. concluſ.* 21. *de teſtib. num.* 79. Farin. *d. quæſt.* 75. *cap.* 4. *num.*215. vbi *num.* 216. 217. *&* 218. declarat, ſi à Iudice, à Notario, vel à Parte aduerſa ſint deperditæ, ſecus à Parte producente, niſi probet, ſine culpa perdidiſſe, & quando ſint taliter deperditæ,vt de illis nullatenus poſſit apparere, vt putà, incendio; quod tamen reſidet in arbitrio
21 Iudicis, cum eius iudicio admittere inconſtantiam ob probationes deperditas remiſſum ſit, dixit etiam Pariſ. *in d. cap. fraternitatis num.* 14.
22 Tertiò, licita eſt inconſtantia, quando teſtes in prima inſtantia non fuerunt ritè, & legitimè recepti, & tunc ſicuti in pri-
23 ma inſtantia poſſunt poſt didicita teſtificata produci alii articuli,etiam de directo contrarij, Clemen. 2. *verb. ritè ſumpto,* ibi *argumento à contrario ſenſu*, & ibi Gloſs. *verb.ritè,* Imol. *num.*1. Zabarell.*num.*1.Anchar. *num.*11. *in fin.* Bonifac. *num.*11. cum aliis per Farin. *d. quæſt.* 75. *cap.* 4. *num.*98. & latius *cap.*10.*num.*358. Ita multò magis in cauſa appellationis, Bart. *in d. Auth. quì ſemel,* Angel. *in* §. *Quia verò,in Auth. de teſtib.* Afflict. *d.rubr.*47.*num.*4. ita vidiſſe ſæpius iudicatum.
24 Quartò dic,licitam eſſe inconſtantiam, ſi probaretur error, Soccin. *conſ.*47. *n.*16. *lib.*4. Veſtr. *in praxi lib.*5. *cap.*16.*n.*7. Rota *in d.deciſ. coram* Pirouano *num.*4.

QVÆSTIO XXVI.

ARGVMENTVM.

An licita ſit inconſtantia in confeſſione, quæ oritur ex inſtrumenti productione; & an producens poſſit productionem reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Producens inſtrumentum, vel ſcripturam cenſetur fateri omnia, quæ in illis continentur.*
2 *Siue ſcriptura ſit publica, ſiue priuata.*
3 *Et an cenſeatur fateri enunciata in iuribus productis.*
4 *Producens ſcripturam non ſolemnem, vel quæ non ſit in forma probanti, an, & quando adhuc cenſeatur fateri, quæ in ea continentur, & num. ſeq.*
5 *Quid vbi producitur ſcriptura carens ſolemnitate contractus.*
6 *Producens ſcripturam, quæ poſtmodum detegatur falſa, adhuc cenſetur fateri quæ in illa continentur.*
7 *Producens ſcripturam an, & quomodo cenſeatur illam approbare in quantum facit contra ſe.*
8 *Producens ſcripturam* in parte, & partibus fauorabilibus, *non cenſetur illam approbare in quantum facit contra ſe.*
9 *Quid ſi productio ſit facta cum clauſula* per compulſum.
10 *Clauſula* per compulſum *ſuffragatur, quando producuntur ſcripturæ alienæ, non autem in iuribus proprijs.*
11 *Producens ſcripturas alienas cum clauſula* per compulſum, *illiſque vtens, ſibi præiudicat, & cenſetur illas approbare, itaut eas impugnare amplius non valeat.*
12 *Quid ſi doceret de errore.*
13 *Cautela producendi* in parte, & partibus,& per compulſum, *non ſuffragatur quoad iura, in quibus producens fundat ſuam intentionem.*
14 *Producens etiam contra ſe approbare tenetur iura, in quibus fundat ſuam intentionem.*
15 *Scripturam producens, vt illam oſtendat erroneam, non cenſetur eam approbare.*
16 *Clauſula* per compulſum, *in productione iurium nil operatur de ſtylo Curiæ, quando compulſus non extenditur.*
17 *Producens ſcripturam abſente parte adhuc cenſetur illam approbare,itaut eam amplius impugnare non poſſit.*
18 *Productio iurium facta per Procuratorem an, & quando præiudicet principali, itaut eam amplius impugnare non poſſit.*
19 *Confeſſio oriens ex productione iurium eſt irretractabilis.*
20 *Pacis inſtrumentum producens non cenſetur fateri delictum in eo remiſſum.*
21 *Confeſſio oriens ex productione iurium, an reuocari poſſit docto de errore.*
22 *Veritas geſtorum errore vitiari non debet.*
23 *At præualere debet opinioni, & errori.*
24 *Producens inſtrumentum non poteſt illi dare alium intellectum.*
25 *Producens inſtrumentum non poteſt declarare ſe illud non produxiſſe animo confitendi, quæ in eo continentur.*
26 *Producens inſtrumentum poteſt illud impugnare ex capite erroris probando illius falſitatem poſtea detectam.*
27 *Et an hoc caſu reuocari poſſit confeſſio expreſ-*

ſa, quatenus producens faſſus eſſet omnia in inſtrumento contenta eſſe vera.

28 *Falſum inſtrumentum ſcienter producens tenetur illi ſtare ad ſui detrimentum, quamuis illud fuiſſet à parte impugnatum.*

29 *Confeſſionem tacitam, vel expreſſam ex productione iurium reſultantem volens ex capite erroris reuocare, & nolens impugnare iura producta non auditur.*

30 *Confeſſio reſultans ex productione iurium facta per Procuratorem reuocari poteſt etiam non docto de errore.*

31 *Confeſſio reſultans ex productione iurium reuocari poteſt etiam non docto de errore, quando ſcriptura producta eſt nulla ex defectu ſolemnitatis.*

32 *Quid ſi inſtrumentum productum eſſet à parte impugnatum.*

33 *Producens inſtrumentum non poteſt inconſtans productionem reuocare.*

34 *Maximè in præiudicium partis.*

35 *Et an poſſit inconſtans dicere ſe nolle vti inſtrumento, & vtilitati propriæ renunciare, & num. ſeqq.*

38 *Inſtrumentum producens non poteſt reprobare perſonam Notarij quoad alia inſtrumenta per eum rogata.*

39 *Productio verbalis an poſſit per producentem reuocari.*

40 *Inſtrumentum verbaliter productum non dicitur productum.*

41 *Producens iura verbaliter an, & quando cogi poſſit ad illorum editionem.*

42 *Productio verbalis non nocet.*

43 *Productio erronea probato errore poteſt reuocari.*

44 *Productio inſtrumenti poteſt reuocari, quando pars illud impugnauit.*

45 *Productio iurium re integra poteſt reuocari.*

46 *Res integra ad hunc effectum quando dicatur.*

47 *Iura per citationem* ad dicendum contra *efficiuntur communia.*

48 *Producens inſtrumentum non poteſt inconſtans illud impugnare.*

49 *Teſtem producens non poteſt illius perſonam reijcere, quatenus in eadem cauſa ab alio producatur.*

50 *Officialem approbans in aliquo officio non poteſt illum reprobare in officio conſimili.*

51 *Inſtrumenta producta impugnans non poteſt illis ſe iuuare.*

52 *Quid ſi impugnatio executionem ſecum traxit.*

53 *Actu impugnato an vti poſſit impugnans pendente lite ſuper impugnatione.*

54 *Contraria allegans non eſt audiens.*

55 *Actu impugnato vti non poteſt impugnans, qui ſuper impugnatione obtinuit.*

56 *Impugnans inſtrumentum falſum ſcienter à parte productum, & probans illius falſitatem, adhuc adhærere poteſt tacitæ confeſſioni ex illius productione reſultanti.*

57 *Producens ſcripturam falſam an poſſit inconſtans illa non vti, & productionem reuocare.*

58 *Actum aliquem impugnans adhuc poteſt ſe fundare in alio actu ſeparato ab eo, quem impugnauit.*

59 *Facto vti poteſt, qui illud non impugnauit, quamuis impugnauerit illius qualitatem.*

60 *Ignorantia excuſat ad hunc effectum, vt quis vti poſſit actu, quem ignorans impugnauit.*

61 *Impugnans actum, qui deinde inconſtans ab impugnatione deſiſtit adhuc vti poteſt actu impugnato.*

62 *Sed an deſiſtentia requiratur ante concluſum in cauſa, vel ſufficiat ante ſententiam.*

63 *Actu impugnato an, & quando vti poſſit, qui in impugnatione ſuccubuit.*

64 *Impugnans vti poteſt actu impugnato in ijs, quæ faciunt pro impugnante, & ſunt connexa ijs, quæ faciunt pro producente.*

65 *Inſtrumentum non impugnans, ſed illius ſolemnitates, adhuc vti poteſt inſtrumento impugnato.*

66 *Impugnans vti poteſt actu impugnato, quando impugnatio non fuit à parte acceptata.*

1 CERTVM eſt, quod producens aliquod inſtrumentum, ſeù ſcripturam, cenſetur confiteri omnia contenta in dicta ſcriptura, ſeù inſtrumento, Innoc. *in cap. cum olim Eccleſia n.5.* & ibi Butr. *num.11.* Abb. *num.7. de cenſib.* Bart. *in l. poſt legatum num.2. ff. quibus,vt indignis,* Bald. *in l. ſi quis teſtibus num.2. C. de teſtib. & in l. ſcripturæ n.1. C. de fid. inſtrum. l. alia cauſa num.1. C. de his, quibus, vt indignis, & in l.2.C.de fideicommiſſis in fin.* Abb. *in cap. Venerabilis num.31.* & ibi Felyn. *numer. 21.* Dec. *num. 90. de except.* cum alijs multis relatis à Scaccia *de Iud. lib.2. c.11. num.408.verſ. quam concluſionem,* addo Granut. *Theorem. 20. num. 1.* Poſth. *de manut. obſeruat. 97. num.8.* Surd. *deciſ. 267. num.1.* Idem Surd. *conſ. 151. num. 16.* Honded. *conſ. 78. num. 80. lib. 2.* Rota *deciſ. 242. num.3. deciſ.349.num.3. & deciſ.455.num.3. par.2. deciſ. 108. num.3. deciſ. 624. num. 7. par.1.* Greg. *XV.deciſ.238.num.5.* & ibi Addent. *num. 15.* Cancer. *var. reſolut. par. 1. cap. 19. num.3.* latè Menoch. *de præſumpt. lib.2. caſ.45. per tot.* Rot. *deciſ.88. num.20. par.6. rec.* Otthob. *deciſ. 151. num. 1.* Dunozett. iun. *deciſ.676. num.13.* Dunoz.ſen. *deciſ.52. num.14. & deciſ. 89. num.7.* Bich. *deciſ.402.num.7. deciſ.128. num.7.deciſ.203. num.6. & deciſ.306. num.38.*

2 Quæ concluſio habet locum, ſiue ſcriptura ſit publica, ſiuè priuata, Angel. *conſ. 132.* Crauett. *de antiq. temp. viſo, de verb. continue. num. 42.* Granut. *d. Theor. 20. num. 10.*

3 Secundo, concluſio procedit non ſolùm quoad diſpoſitiua in ſcriptura, ſed etiam quoad enunciatiua,& propter aliud

De Inconſtantia in Iudicijs. R ij

prolata, Ruin. *conſ.141.num.13.lib.3.* Rota *deciſ. 249. par.1. in rec. num. 6.* Mohed. *deciſ.1. alias 197. de regularib. num. 1.* Caualerius *deciſ. 26. num. 4. & in Romana aſſecurationis dotis 12. Maij 1605. coram Marquemontio*, Adden. *ad d. deciſ. Greg. XV. 238.* qui licèt dicant, hanc concluſionem multos habere contradictores, ex Beroo, Felyno, & Rota *coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 2. de ſent. & re iudic.* Scac. *de iudic. d. cap. 11. num. 407.* addo alios, quos citat Granur. *d. theorem.20. num.17. verſ. contrarium.* Non eſſe tamen ab ea recedendum, dicunt ibi Addent. & Scacc. *loc.cit.* & eamdem ſecuta eſt Rota coram Dunoz. iun. *deciſ.676. num. 43. coram* Bich. *deciſ.203. num.6.*

4 Tertiò habet locum, etiamquod ſcriptura producta non eſſet ſolemnis, & conſequenter ex defectu ſolemnitatum non probaret, quia nihilominus ex illius productione oritur tacita confeſſio Producentis omnium in ea contentorum Paris de Puteo *tract. de reaſſumpt.inſtrum. rubr.30. num.10.* Dec. *cap. cum venerabili, concluſ.5. num.118.& 119. de exception.* cum alijs per Scacc. *d. cap.11. num.410.* Surd. *deciſ.267.* Rota *deciſ.2. de fid. inſtrum.in nou.* cum alijs Rotalibus Deciſionibus adductis per Adden. *ad deciſ.381. num. 11.* Buratti, addo Granut. *d. theorem.20. num.14. & 18.* Thomar. *deciſ. March.68. num.45.*

Contrarium voluere Roman. *conſ. 294. num. 1.* Imol. *d. cap. cum venerabilis, ad fin.* Alex.*conſ.108. nu.5.lib.7.* Gram.ad Afflict. *deciſ. 25.* Maſcard. *de probat. concluſ. 915. num.7. lib.2.* Tiraquell.qui plures *de iure conſtit. limitat.7. num.25. verſ ſecus*, ſequitur Scacc. *d. cap. 11. num. 413.* addo Honded. *d. conſ. 78. num. 89. lib. 2.* & hanc ſequitur Rota, vt per Verall. *deciſ.199.par.1. & deciſ.159.num.1.par.2.diuerſ. & deciſ.432. coram Greg.XV.* Adden.*ad d.deciſ.238.n.15. verſ. prædicta concluſio*, cum alijs per Adden. *ad d. deciſ.381.* Buratt. Rot. *deciſ. 61. num.20. par.12. recent.* Gratian. *cap.85. numer.22.* cum duobus *ſeqq. & cap.312.n.43.* Mareſcott. *var. lib.1. cap.82. num.18.& 19.* Thomat. *deciſ. 99. num. 30.* Rot. *coram Bichio, deciſ.541. num.14.*

Concordat Scacc. hanc opiniones, vt prior habeat locum reſpectu confeſſionis, ſecunda reſpectu probationis, hoc eſt, quod verum ſit, producentem ſcripturam etiam non ſolemnem confiteri contenta in ea, ſed ex huiuſmodi confeſſione non parare ſibi præiudicium, *vt in cap.11. num.115. verſ. reſpondeo non eſſe recedendum*, quamuis etiam ipſe teneat ex illa confeſſione reſultare probationem contra Producentem.

Secundò has opiniones concordat Modern.*de mand.obſeruat.97. num.38.* vt prior opinio procedat, quando ſumus non ſolum in ſimplici productione, ſed in vſu, & formali approbatione, vt per Rotam *deciſ.219. num.5. par.4. recent.*

Item quando ſcriptura in ſui facie non præſefert aliquem defectum, vt in *dicta deciſ. 219. num. 5.* vel ſi ſcriptura fuerit à parte acceptata, Coccin. *deciſ. 204. num. 7.*

5 Tertiò habet locum, etiamquod ſcriptura careret ſolemnitate contractus, vtputa quod in contractu minoris inſtrumentum careret conſenſu conſanguineorum, vel in contractu Eccleſiæ deficeret conſenſus ſuperioris, Scacc. *de iudic. d. lib. 2. cap.11. nu.417.* qui reprobat Crauett.contrarium ſentientem, ſaltem quoad præiudicium, quod reſultare poteſt producenti ex tacita confeſſione.

6 Quartò habet locum, etiamquod inſtrumentum ſeu ſcriptura poſt productionem falſa reperiretur, quia nihilominus Producens cenſetur confiteri contenta in ea ſcriptura, Scacc. *d. cap.11. num 421.*

7 Quinto habet locum, etiam in his, quæ faciunt contra ſe Granur. *d. Theorem. 20. num.1.* Poſth. *d. obſeruat.97. nu.8.*

In hoc tamen diſtingue ſecundum Rotam *deciſ.320. nu.8. & 9. par.5. rec.* nempè quod duo poſſunt conſiderari in inſtrumento, probatio facti, & effectus probationis, ſeu eius coactiua obligatio, producens ergo ſcripturam confitebitur factum, ſed non coactiuam obligationem facti, vt benè per Rot. *ibid.*

8 Si tamen producens ſcripturam expreſſe proteſtetur, quod producit ſolum *in parte, & partibus fauorabilibus*, non cenſetur confiteri ea, quæ ſibi nocent, Felyn. *in d. cap.cum venerabilis, num.25.* & ibi Dec. *num. 99. de except.* Maſcard. *de probat. concluſ.915. num.16.in fin. lib.2.* Scacc. *dicto capitulo 11. nu.429.* addo Greg.XV.*deciſ.432. in fin.* Granut. *loco citato num. 24.* eo maxi-
9 mè ſi *per compulſum* facta eſſet productio, Honded. *d. conſ.78. nu.85. lib.2.*Rot. *deciſ. 5. de fid. inſtrum. in nou. & deciſ. 334. num.12. poſt ſecundum volumen conſil.* Farinac. Rot. *deciſ.304.nu.21.par.5.deciſ.356. num.8. par.4. tom. 2. rec.* Marcheſ. *de commiſs. par.1.fol. 816. num. 252.* Cyriac. *controuerſ.284.nu.81.* Dunozett.iun. *deciſ.928. num.7.* Royas *deciſ.454.num.3.* Rot. *deciſ.8. num.14. par.12. rec.* Adden. *ad d.deciſ.238. Gregor. XV. vbi poſt alias deciſiones*, quod
10 cautela producendi *per compulſum* ſuffragatur in ſcripturis alienis, non autem in iuribus proprijs, Verall. *deciſ.193.nu.5. par.1.* Gabr. *conſil.40. num.23. & 24. lib. 1.* cum alijs per eundem Poſth. *d.obſeruat.97. num.9.* Ridolphin. *in praxi, par.1. cap. 2. num. 152.*

11 Productio autem *per compulſum* etiam in iuribus alienis præiudicabit, quando

Digitized by Google

12 Producens illis vſus eſt, quia tunc illicita
eſt inconſtantia, niſi doceatur de errore,
Menoch. *conſ. 23. num.* 1. cum alijs per
Rot. *deciſ.88. num.23. par.6. & deciſ. 360.
num.5. & 6. par.5. rec.*
13 Nec ſuffragatur dicta cauthela, quando
in ſcripturis productis fundat ſuam inten-
tionem, quia in illis non poteſt ſe funda-
14 re, quin teneatur etiam contra ſe appro-
bare, Rota *Iannen. deciſ.72. num.4.* Oſaſc.
deciſ.39. num.39. Rota *in Anconitana compu-
torum, 9. Decembris* 1616. *coram Veroſpio*,
Adden. *ad d. deciſ.* 238. Gregor. *prope fin.*
Rota *in Ciuitatis Caſtellanæ bonorum ſuper
commun. vniuerſali, Lunæ 26. Ian.* 1671. *co-
ram R.P.D. Calataiù*, §. *iſtam quoque*.
15 Sicuti pariter non habet locum, quan-
do quis produxiſſet ſcripturam, vt eam
oſtenderet erroneam, Surd. *d. deciſ.267.
num.3.*
16 Nec ſimiliter quidquam operatur di-
cta cautela ſi compulſum non fuerit ex-
tenſum iuxta ſtylum Curiæ de quo Veſtr.
in praxi, lib.6. cap. 1. *num.* 6. Poſth. *de ma-
nutent.obſeruat.97.nu.9.* & ita firmauit Ro-
ta *in alleg.Ciuitatis Caſtellanæ bonorum*, §. *iſtam
quoque, coram R.P.D. Calataiù*.
17 Sextò habet locum etiamſi productio
facta eſſet Parte abſente, Bartol. *l. certum*,
§. *ſi quis abſens, ff. de confeſs. & in l. 2. §. fin.
in princ. ff. de iure fiſc.* Dec. *d. c. cum venera-
bilis, num.27. de except.* Granut. *dicto theo-
rem.20. num.12.*
18 Septimò habet locum, etiam, quod pro-
ductio facta eſſet à Procuratore, Verall.
deciſ.193. num.3. par.1. Rot. *deciſ.360.nu.3.
par.5. recent. deciſ.88. num. 1. par. 6.* Duno-
zett. iun. *deciſ.974. num.* 16. Rota verò *co-
ram Dunozett. ſen. deciſ.303.num.7.* dixit in
hoc caſu requiri in Procuratore manda-
tum ſpeciale, alias ex productione ab eo-
dem facta non reſultare confeſſionem
Principalis, ex *deciſ. in rec. par.2. deciſ.285.
ſub num.4.* & idem tenuit *coram Buratt. de-
ciſ.294. num.13. deciſ.593. ſub num.5. in fine,
verſ. & ad productionem, par.2. rec.* Gregor.
deciſ.270. num. 8. Verum eadem Rota pa-
rum ſibi conſtans contra poſtea firmauit,
ſcilicet ſufficere mandatum generale ad li-
tes, ad hoc, vt Procurator poſſit in huiuſ-
modi confeſſione præiudicare principali,
vt coram eodem Dunozett. ſen. *deciſ.171.
num.13.* Buratt. *deciſ.551.num.2.& 3.* & ibi
Adden. ſub *num.11.* Poſſent tamen prædi-
ctæ *deciſ.* quæ ita ſunt inter ſe contrariæ,
ad concordiam reduci diſtinguẽdo, quod
vel Procurator veriſimiliter iura produ-
cta ab alio, quam à Principali habere non
potuit, & tunc confeſſio tacita, quæ ex
tali productione oritur, præiudicet domi-
no, in quibus terminis procedunt *deciſ.*
tertio loco allegatæ, & expreſsè dicitur *in
deciſ.611. coram Buratto*, aut verò Procu-
rator veriſimiliter iura producta aliunde
habere potuit, & hoc caſu procedant de-
ciſiones primo loco allegatæ, quæ diſtin-
ctio benè colligitur, ex *dicta deciſione 285.
par.2. recent. ſub num.8. verſ. accedit* dum ibi
cõſideratur; quod priuilegium productum
non fuit à principali de partibus tranſmiſ-
ſum, ſed vti nototium per Procuratorem
in Curia repertum, quam diſtinctionem
firmarunt, Adden. ad Gregor. *deciſ. 331.
ſub num.20.* & Adden. ad Buratt. *deciſ.294.
ſub num.12. littera B*,
19 In hac ergo confeſſione, quæ oritur, ex
productione ſcripturæ, illicita eſt incon-
ſtantia nec illam Producens reuocare
poteſt, Felyn. *in cap. imputari, col.1.verſ.7.*
& ibi declarat *de fide inſtrument.* Crauett. *de
antiquit. viſo de verb.enunciat. n.56.* Scacc.
d. cap.11. num.132. in corpore, alios adducit
Granut. *d.Theor.20.num.15.* Rot. *deciſ.231.
num.5. par.12. recent.*
20 Fallit in eo, qui producit inſtrumen-
tum pacis, quia non cenſetur fateri deli-
ctum in eo contentum, latè Caball. *caſ.74.*
apud quem etiam latè de materia.
Quod dictum procedit, etiam quod Pro-
ducens vellet docere de errore, quia non
admittitur in hac tacita cõfeſſione incon-
21 ſtantia, & reuocatio ſub prætextu erroris
Specul. & ibi Io: Andr. *in tit.de inſtrument.
edit.* §. *videndum, verb. quid ſi aliquid*, In-
noc. & Butr. *in cap. cum olim de cenſib.* cum
alijs per Veſtr. *in praxi, lib.6. cap.1. num.5.*
Adden. *ad d.deciſ.* Gregor.238.*nu.15.* Gra-
nut. *d. theor.20. num.15.*
Contrarium tamen, quod admittatur
inconſtantia in hac confeſsione, & ea re-
uocari poſsit docto de errore, voluit Dec.
in dicto cap. Cum Venerabilis, num. 104. *de
except.* Crauett. *loco citato num.56.* Gabriel.
de reg. iur. concluſ. 1. *ampliat.* 2. *num.* 18.
Pætus *in prax. Capitol. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.*16.
cum alijs per Scac. *d.cap.11.n.* 432. vbi latè
22 Retenta hac opinione, quæ magis
vera eſt, & practicanda, quam tenet Rota
deciſ. 360.num.5. par.5. recent. quia veritas
non debet geſtorum errore vitiari, *l. illi-
citas*, §. *veritas de offic. Præſid.* Innocentius
*in dicto cap. Venerabilis, verſ. item licet de
except.* Baldus *conſ. 307. num.* 1. *lib.* 5. &
23 ſemper debet præualere opinioni, & er-
rori, Scaccia *d. cap. 11. num. 436.*
24 Eam amplia, quando is, qui produxit
inſtrumentum, vellet dare alium intelle-
ctum inſtrumento producto, But. *in cap.fin.
num.13.de confeſs.* Scacc. *d. cap.11.nu.437.*
qui dicit hoc etiam procedere, ſiue conſi-
deremus ipſam tacitam confeſsionem ſe-
paratam à probatione inſtrumenti, ſiue
conſideremus probationem inſtrumenti
de per ſe, ſiue conſideremus coniunctim,
& tacitam confeſsionem, & probatio-
nem, vt *ibi per eum*.

Digitized by Google

25 Secundò amplia, vt nec poſſit producens declarare, ſe animo non confitendi produxiſſe, Specul. & Io. Andr. *de inſtrum. edit. §. videndum, verſ. quid ſi aliquid,* Felyn. *d. cap. Imputari, col. 2. verſ. 7.* Pariſ. *conſ. 125. num. 21. lib. 1.* cum alijs per Granut. *dicto theor. 20. num. 16.*

26 Dic primò licitam eſſe inconſtantiam, ſi producens vellet docere de errore per modum falſitatis probando, quod inſtrumentum eſt falſum, & ab eo ignoranter productum, Bartol. *in l. poſt legatum num. 3. ff. quibus vt indign.* Anton. de Butr. *cap. fin. num. 23. de confeſs.* Abbas *in dicto cap. Cum venerabilis num. 32. de except.* Et hoc caſu reuocaretur, & tolleretur confeſsio,

27 etiam ſi fuiſſet expreſſa, vt putà ſi producens inſtrumentum expreſsè falſus eſſet, omnia in eo contenta eſſe vera, Abbas *d. cap. Cum venerabilis num. 23.* & ibi Dec. *num. 102.* Scacc. *dicto cap. 11. num. 444. & 445.*

28 Si verò productum eſſet inſtrumentum agnita falſitate, non poſſet eſſe inconſtans, ſed teneretur illi ſtare producens ad ſui detrimentum, etiamſi à parte aduerſaria fuiſſet impugnatum, Felynus *d. cap. Cum venerabilis lim. 9. num. 27.* Dec. *concluſ. 6. num. 121. & 122. de except.* Crauett. *loco cit. num. 52.* Gabriel. *de regu. iur. concluſ. 1. num. 19.* Scaccia *dicto cap. 11. num. 447.* Granut. *loco cit. num. 19.*

29 Aduerte tamen, quod ille, qui vellet docere de errore tacitæ, ſeu expreſsæ confeſſionis, & nollet impugnare inſtrumētum, non admitteretur, quia ſtante inſtrumento non poteſt conſtare de errore, Anton. de Butrio *cap. fi. num. 23. de confeſs.* Scacc. *loco cit. num. 450.*

30 Dic ſecundò licitam inconſtantiam, quando ſcriptura producta eſt à Procuratore, quia tunc reuocari poteſt confeſsio etiam non docto de errore, Scacc. *dicto cap. 11. num. 451.*

31 Tertiò, licita eſt inconſtantia, ſi ſcriptura producta nulla eſſet ex defectu ſolemnitatis, quia tum confeſsio ex ea reſultans, etiam non docto de errore reuocari poſſet, Bartol. *d. l. poſt legatum num. 2. in fin. ff. de his, quibus, vt indignis,* Scacc. *loco citato num. 452.*

32 Quartò, licita eſſet inconſtantia, ſi inſtrumentum eſſet ab aduerſario impugnatum, tunc enim, quia tacita confeſsio, quæ reſultat ex productione, vulnerata eſt ab impugnatione aduerſarii, conſequenter non eſt neceſſarium, quod tollatur probatione erroris, Scacc. *loco citato num. 453.* Granut. *loco citato num. 23.* ſed de his duabus limitationibus dictum eſt *ſupra*.

33 Secundò quæro in hac materia productionis inſtrumenti, an qui produxit inſtrumentum in iudicio inconſtans poſſit ipſam productionem reuocare?

34 Et dic, illicitam eſſe inconſtantiam, Specul. *de inſtrument. edit. §. videndum reſtat, col. 3. verſ. quid ſi aliquis produxit,* Guidop. *deciſ. 131.* bellè Roman. *conſ. 433. num. 10.* Crauett. *conſ. 86. num. 6. & de antiq. temp. par. 1. verſ. quæritur, num. 1.* latè Boer. *deciſ. 252. nu. 3.* Couuar. reprobato Azone *pract. quæſtionum cap. 20. num. 7.* ratio eſt, quia cum inſtrumentum, ſiue ſcriptura producta effecta ſit communis, vtrique litiganti, vt notatur *in l. ſi veteres, C. de fid. inſtrument. & in l. 1. §. edenda, ff. de eden.*

35 non poterit, qui produxit, inconſtans eſſe, & pœnitere in præiudicium aduerſarij, Guidopap. *deciſ. 243.* Rupell. *lib. 1. forenſ. inſtitut. cap. 46.* Bichius *deciſ. 432. num. 9.*

36 Et quamuis poſsit inconſtans dicere ſe nolle vti inſtrumento producto, & vtilitati propriæ renunciare, non tamen eius pœ-

37 nitentia debet præiudicare aduerſario, qui poteſt illo vti, & petere ſibi exemplum eius exhiberi Couuaruuias, & alij *loc. cit.*

38 Imò nec perſonam Notarii, qui confecit inſtrumentum ab eo productum, inconſtans reprobare poteſt, ità quod alia inſtrumenta contra ipſum producta reſpectu perſonæ ipſius Notarij reprobare non poterit, Baldus *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus,* Iaſon *l. 1. §. editionem col. penult. verſ. 3. declaratur, ff. eden.* cum alijs per Boer. *dicta deciſ. 252. num. 4.* Pariſ. *conſ. 125. num. 20. vol. 1. & conſ. 79. num. 3. volum. 3.* Cephal. *conſ. 236. num. 1. vol. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 915. num. 3.* Granut. *loco citato num. 20.*

39 Quæ concluſio etiam procedit non ſolùm in productione reali, ſed etiam in verbali ad tradit. per Crauettam *loco cit. num. 5.*

40 Contrarium, quod in productione verbali licita ſit inconſtantia, voluit Baldus *conſ. 110. lib. 1. circa finem,* non enim dicitur inſtrumentum productum, quod verbaliter tantùm producitur, Crauetta *loco citato nu. 4.* Imò nec tenetur verbaliter producens edere realiter inſtrumentum,

41 niſi eſſemus in ſcripturis communibus, vel in libris alicuius adminiſtrationis, vt ex Crauetta, & Borgnin. voluit Coſta *re integra, diſtinct. 71. num. 2.* Non eſt rece-

42 dendum ab hac opinione, quæ deſeruit pro priori limitatione, quia verbalis productio non nocet, Coſta *loco citato num. 2.* Gregor. XV. *deciſ. 432. num. 6.*

43 Secundò, limita, & dic licitam eſſe inconſtantiam, quando erroneè productum eſſet inſtrumentum, & probatus eſſet error, Crauett. *loco cit. num. 1.*

44 Tertiò, limita, quando inſtrumentum eſſet à parte impugnatum, quia tunc lici-

Digitized by Google

ta eſſet inconſtantia, & productionis reuocatio, Innocent. *in cap. mulieri, de iureiur.* & ibi Felyn. cum alijs per Boer. *d. dec.* 252. *num.* 4. ſequitur Maſcard. *dicta concluſ.* 915. *num.* 4.

45 Quartò limita, ſi adhuc eſſet res integra, quia tunc daretur inconſtantia in inſtrumento producto, Romanus *d. conſ.* 433. *argumento, l. ſi aduerſarius*, quam dicit Boer. *ſingularem, C. de fid. inſtrument. dicta deciſ.* 252. *num.* 4. *verſ.* 2. *limita*, Iaſon *l.* 1. *§. editiones, num.* 20. *ff. de eden.* Addent. *ad dictum conſ. Roman.* 433. *littera I*, Coſta *d. diſtinct.* 71. *num.* 8. Maſcard. *d. concl.* 915. *num.* 5. Granut. *loco citato num.* 5. *verſ. ſed*

46 *re exiſtente integra*, tunc autem eſſet res integra, ſi pars citata non eſſet *ad dicendum contra*, tunc enim per citationem illa iura

47 effecta eſſent communia, Put. *deciſ.* 262. *lib.* 2. *in correctis*, Carthar. *deciſ. Iannen. execut. deciſ.* 106. *num.* 15.

48 Tertiò quæro, an producens inſtrumentum poſſit inconſtans illud impugnare? Et dic illicitam eſſe inconſtantiam, Bartol. *in l. poſt legatum num.* 4. *ff. quibus, vt indignis*, Bald. *l.* 2. *ad finem, C. fideicommiſſ. libert. & in l. cum precum, C. de l. liber. cauſ. & in l. vlt. C. eden. & in l. aliæ, C. ijs, quibus, vt indignis*, Gloſs. ordin. *in cap. Præſertim, de teſtibus*, Iaſon *in l.* 1. *§. editiones, ff. eden. nu.* 14. Oſaſchus *deciſ.* 39. *num.* 26. *& deciſ.* 71. *numer.* 61. Becc. *conſ.* 3. *numer.* 39. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 137. *num.* 4. *par.* 3. *deciſ.* 24. *num.* 38. *par.* 10. *& deciſ.* 151. *num.* 12. *par.* 11. *recent.*

49 Quemadmodum dicimus de producente teſtem, qui demum non poteſt perſonam illius impugnare, etiam quod producatur in illa cauſa ab alia perſona, Gloſ. *l. ſi quis teſt. C. de teſtibus*, Iaſon *poſt* Specul. *d. l.* 1. *§.* 1. *num.* 15.

50 Et de approbante aliquem in vno officio, quod non poſſit inconſtans demum illum reprobare in officio conſimili, Innocentius *in dicto cap. Cum venerabilis, de except. cap. Accepimus*, & ibi *not. de ætat. & qualit.* & poſt Anton. de Butr. idem Iaſon *loco cit. num.* 16.

51 Ità etiam è contrario ſi quis impugnauit inſtrumenta producta, non poteſt poſtea inconſtans illis ſe iuuare, *cap. Ex eo, de reg. iur. in* 6. *cap. Cum olim*, vbi Abbas 6. *not. de cenſib.* Honded. *d. conſ.* 78. *num.* 98. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 136. *num.* 29. *&* 30. Rota *deciſ.* 623. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. num.* 7.

52 Eò magis ſi impugnatio traxit ſecum executionem, quia tunc amplius impugnari non poteſt, Bart. *l. Pomponius nu.* 11. *de neg. geſt.* facit Text. *in l. bonorum, ff. rem ratam haber.* Soccin. *conſ.* 16. *num.* 15. *vol.* 4. Surdus *conſ.* 139. *num.* 37. *verſ. dicit item Bartolus*, Rota *dicta deciſ.* 623. *num.* 8. vbi quod poſtquam pars iura, & inſtrumenta producta impugnauit, non poteſt vti illis iuribus, ſed eget noua iurium productione.

53 Quod non procedit, ſi lis erat ſuper illa impugnatione, tunc enim poteſt impugnans iuuari actu impugnato propter dubium litis euentum, Felyn. *in cap. Capitulum num.* 9. *limit.* 1. *de reſcript.* Ruin. *conſ.* 21. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 135. *num.* 6. *lib.* 4. Caualer. *deciſ.* 237. *num.* 2.

54 Sed hoc dictum non placet Gabriellio *dicta concluſ.* 1. *de reg. iur. num.* 42. *&* 43. ſemper enim dicit ſibi duram viſam fuiſſe hanc opinionem deſtructiuam ipſius regulæ, & contrariam tenet Butr. *in cap. Cum olim col.* 8. *de cenſib.* Bellamer. *deciſ.* 554. per eam rationem, quia contraria allegans non eſt audiendus, finita autem lite, & ſi impugnans ſuper impugnatione obtinuit,

55 non poteſt amplius inconſtans in ea ſe fundare, *ex regul. Text. in l. Papinianus, §. ſi ex cauſa, ff. de inoffſcioſ. teſtam.* & notant ibi Doctores, *& in cap. Capitulum, de reſcript.* Gabriel. *de regul. iur. d. concluſ.* 1. *num.* 44. Seraphin. *deciſ.* 260. *num.* 5. *& deciſ.* 964. *num.* 6. *relati à deciſ.* 223. *num.* 19. *par.* 7. *in recent.*

56 Secundò non procedit in inſtrumento falſo ſcienter à parte producto, licèt enim pars illud impugnet de falſo, & probet falſitatem, adhuc poteſt adhærere tacitæ confeſſioni aduerſarij reſultanti ex illius productione, Felyn. *in dicto cap. Cum venerabilis, limit.* 3. *num.* 27. Dec. *concluſ.* 6. *num.* 121. *&* 122. *de except.* cum alijs adductis à Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 447. *& num.* 476.

57 An autem producens falſam ſcripturam poſſit pœnitentia ductus ea non vti, & à productione deſiſtere? dicemus in ea quæſtione, quando inconſtantia, & pœnitentia in delictis ſuffragetur; tu vide interim latè adducta à Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 511. Farinacc. *quæſt.* 159. *à num.* 25.

58 Tertiò, non habet locum, quando actus impugnatus non habet connexitatem cum actu producto, quia tunc poteſt impugnans vti actu illo producto, Decius *l. cum proponas la ſeconda, C. de pactis*, Butr. *d. cap. Cum olim, num.* 4. *de cenſib.* Gabriel. *d. concluſ.* 1. qui alios *num.* 35. Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 476.

59 Quartò, non habet locum, quando eſt impugnata qualitas facti, quia nihilominus poteſt ſe fundare ſuper facto, Decius *conſ.* 317. Gabriel. *dicta concluſ. num.* 36. Scacc. *d. cap.* 11. *num.* 477.

60 Quintò, non habet locum, quando ignoranter impugnaſſet, quia tunc poteſt inconſtans in actu ſic impugnato ſe fundare, Butr. *in dicto cap. Cum olim, nu.* 8. *de cenſibus*, Scaccia *d. cap.* 11. *num.* 478.

61 Sextò, non habet locum, ſi impugnans

Digitized by Google

actum ab impugnatione inconſtans deſiſtat, Innocentius *in dicto cap. Cum olim, de cenſibus col.* 1. *in fin. verſ. ſi autem ante ſententiam*, & ibi Butr. *col.* 8. vbi quod deſiſtentia debet fieri ante concluſum in cau-
62 ſa, Bellamer. *deciſ* 537. *in fin.* Rota *in antiq. deciſ.* 507. cum alijs per Gabriel. *dicta concluſ.* 1. *num.* 50. *&* 51.

Sed quod ſatis ſit, quod inconſtans deſiſtat ante ſententiam, Surd. *dicto conſ.* 136. *num.* 3. Barboſa *axiom.* 31. *num.* 1.

63 Septimò, non habet locum, ſi impugnans in impugnatione ſuccubuiſſet, Innocentius *d. cap. Cum olim*, & ibi Butrius, qui ampliat, ſiue in eadem inſtantia, ſiue in alia inter eaſdem perſonas quis velit in dicta impugnatione ſe fundare, cuius contrarium tenet Gratianus *diſcept.* 287. *num.* 20. cum alijs per Gabriel. *d. concl.* 1. *num.* 52. qui de mente Angeli *in l. qui Romæ*, §. *Seia*, *ff. verb. oblig.* declarat procedere, quando impugnans agit de damno euitando, ſecus de lucro captando; & *num.* 54. declarat procedere in contractibus, ſecus verò in vltimis voluntatibus, vbi quis dixerit falſum, vel inofficioſum teſtamentum, quia licèt ſuccubuerit, non poteſt amplius in eo ſe fundare, ſecus verò, ſi dixerit tantummodo nullum, quia ſi ſuccubuit, poteſt in eo ſe fundare iuxta Textum *in l. poſt legatum*, *ff. quibus*, *vt indignis*.

64 Octauò, non habet locum, quando illud, quod facit pro impugnante, eſt connexum cum eo, quod facit pro producente; Nam ſi inſtrumentum, quod ego impugnaui, contineat, quod debeam centum Titio ſub conditione, impugnatio mea non facit, quin tenear Titio purè, Innocentius, Abb. Butr. & alij allegati à Gabriel. *d. concluſ.* 1. *num.* 60.

65 Nonò, non habet locum, quando quis non impugnat inſtrumentum, ſed ſolemnitates inſtrumenti, nam poteſt ſe fundare in eo inſtrumento, Innocentius, & Butr. à Gabriel. *d. concluſ.* 1. *num.* 62. *&* 63.

66 Decimò, non habet locum, quando impugnatio non eſt à parte acceptata, Ruin. *conſ.* 21. *vol.* 1. *& conſ.* 135. *vol.* 4. Gabriel. *num.* 65.

QVÆSTIO XXVII.

ARGVMENTVM.

An detur inconſtantia in confeſſione emiſſa in precibus, itaut porrigens eam reuocare poſſit

SVMMARIVM.

1 *Preces porrigens cenſetur fateri omnia in illis contenta.*
2 *Confeſſio emiſſa in precibus plenè probat contra porrigentem.*
3 *Quid de confeſſione emiſſa in commiſſione.*
4 *Intruſum in precibus, ſeu commiſſione aſſerens aduerſarium ſuum, ſibi præiudicat circa poſſeſſionem.*
5 *Intruſum aſſerens aduerſarium ſuum habet præſumptionem iuris contra ſe.*
6 *Poſſeſſio quælibet præſumitur iuſta.*
7 *Confeſſio emiſſa in precibus an probet contra porrigentem, quando reſcriptum eſt nullum, vel ſubreptitium.*
8 *Confeſſio emiſſa in precibus probat contra porrigentem, quamuis contra preces, & reſcriptum ſit lata ſententia.*
9 *Quid quoad enunciata, & narrata.*
10 *Quid ſi porrigens narraret verba partis contrariæ.*
11 *Vel vbi non conſtet, quod preces ab eo, vel eius nomine ſint porrectæ.*
12 *Confeſſio emiſſa in commiſſione non præiudicat impetranti, niſi commiſſio ſit in actis præſentata.*
13 *Confeſſio emiſſa in precibus præiudicat confitenti, quando poteſt argui, quod preces eius nomine porrecta fuerint, quamuis ipſe non porrexerit.*
14 *Preces porrectæ præſumuntur à parte interueniente impenſa, vel earum vſu.*
15 *Confeſſio emiſſa in precibus per partem impugnata non præiudicat porrigenti.*
16 *Delictum an fateatur ſupplicans Principi pro venia.*
17 *Excommunicatum an ſe fateatur, qui petit abſolutionem.*
18 *Preces porrigens confeſſionem in illis emiſſam non poteſt inconſtans reuocare.*
19 *Quid in eius hæredibus.*
20 *Vel vbi reſcriptum eſſet nullum, vel ſubreptitium.*
21 *Confeſſio emiſſa in precibus reuocari non poteſt, neque per minorem in beneficialibus.*
22 *Quid ſi reſcriptum eſſet productum in parte, & partibus.*
23 *Proteſtatio* in parte, & partibus, *appoſita in productione iurium nil releuat, quando iura ſunt confecta cum producente.*
24 *Verba narratiua in precibus appoſita poſſunt reuocari.*
25 *Quid ſi ſunt ad illum actum neceſſaria.*

Confeſſio

26 *Confeſſio emiſſa in precibus, & à parte non acceptata poteſt renocari.*
27 *Quid ſi ſit acceptata.*
28 *Confeſſio per errorem in precibus emiſſa poteſt renocari.*
29 *Error confeſſionis in precibus miſſæ probari debet apertiſſimè, & per teſtes omni exceptione maiores.*

1 FATENTVR omnes abſque contro-
uerſia, quod porrigens preces, con-
fitetur omnia in eis contenta, *l.cum*
precum, C. liber. cauſ. Imol. *in cap. Si cautio*
num. 17. de fid. inſtrum. Soccin. *in cap. fin.*
num. 65. de libell. oblat. Maſcard. *de probat.*
2 *concluſ. mihi 368. num.21.* Et contra ipſum
confitentem plenè probare dicit Dec.
conſ. 534. num.2. Gratian. *diſcept. 502. n.5.*
& 7. Rota *deciſ. 802. num. 1. par. 1. & de-*
ciſ.266. num.4. par. 2. diuerſ. Greg. XV. *de-*
ciſ.200. num.2. vbi de confeſſione facta in
3 commiſſione, quod idem repetit *in de-*
ciſ.555. num. 9. Rota *in plurib. deciſ. relatis*
à Poſthio *de manut. obſeruat. 19. num. 4.* &
in calcè operis per eum regiſtratis.
4 In tantum quod ſi porrigens preces,
vel obtinens commiſſionem à Principe
narraret, Aduerſarium intruſum in poſ-
ſeſſione, reijcitur illa qualitas intruſionis,
& ſibi præiudicat reſpectu poſſeſſionis,
5 cum habeat præſumptionem iuris contra
ſe, cum quælibet poſſeſſio iuſta præſuma-
6 tur, Gionagn. *conſ.8. num.145. lib.1.* Rota
in plurib. deciſ. relatis à Poſthio *dicta obſer-*
uat. 19. num.20. & 21. quas ſatis hic indi-
caſſe. benè Adden. *ad dict. deciſ.200.* Gre-
gorij XV. *num.5.*
7 Secundò procedit, etiamquod reſcri-
ptum ſit reprobatum, & ſubreptitium,
Capic. *deciſ.71.* Caſſan. *conſ.47.nu.3.* Gabr.
de confeſſ. concluſ 4. num. 2. & 3. Maſcard.
de probat. concluſ. mihi 363. num. 2. Oſaſc.
deciſ.138. num.1. Grat. *diſcept.586. num.41.*
& 857. num.1. Quamuis in reſcripto ſub-
reptitio contrarium ſentiant Aretin. &
Franc. ab eodem Gabr. *allegat.*
8 Tertiò procedit, etiamquod contra
preces, & reſcriptum eſſet lata ſententia,
Io. Andr. *in cap.cum in poſit. de iureiur. in 6.*
Capic. *d. deciſ.71.* Maſcard. *loc.cit.nu.3.*
9 Quartò procedit, etiamquod verba
eſſent ennnciatiua, vel narratiua, Soccin.
conſ.41. col. penult. vol.1. Capic. *d. deciſ.71.*
Gabr. *d. concluſ. 4. num. 5.* Maſcard. *d. con-*
cluſ. 368. num.3. Ratio eſt, quia cum in
ſimplici libello verba inſtrumenti ſint ne-
ceſſaria, dicuntur diſpoſitiua, Dec. *l. 2.*
C.inſtit.& ſubſtit. Menoch. *de arbitr.caſ.176.*
num. 34.
10 Si tamen porrigens preces narraret in
eis verba Partis contrariæ non videretur
illa fateri, Alex. *conſ.49 nu.10. vol.7.* Dec.
in cap. iurauit in princip. de probat. Purpur.
l. edita num. 58. C.eden. Maſcard. *d. concluſ.*
num.18. Gabr. *d.concl.4. num.27.*
11 Nec ſi ab eo, vel eius nomine non ſint
ſcriptæ, & porrectæ, Maſcard. *loc.cit. n.21.*
Rota *deciſ.55. num.3. poſt 1.vol. conſ.Farin.*
& deciſ.89. num.4. poſt 2 vol. eiuſdem Farin.
12 vbi loquitur de confeſſione facta in
commiſſione, quæ nec etiam nocet, ſi in
actis non ſit præſentata, vt per Rot. *d. de-*
ciſ.89. num.4. Poſth. *d. obſeru. 19. num. 47.*
qui loquitur de precibus.
13 Aduerte tamen, quod non requiritur,
quod preces porrectæ Principi ſint ſub-
ſcriptæ à Parte ad hunc effectum, ſed ſuf-
ficit, quod ex illis poſſit argui nomine
ipſius eſſe porrectas, Rota *deciſ.277.num.4.*
poſt d. vol. conſ. Farinac. quemadmodum
14 etiam præſumuntur à parte porrectæ, ſi
interuenerit impenſa, vel ſi illis vſus ſit,
Rota *dicta deciſ.55. num. 3. poſt 1. vol. conſ.*
Farinac.
15 Nec confeſſio facta in precibus nocet,
quando eſt impugnata à Parte, vel in illis
contenta ſint negata, Gabr. *d.concl.4.n.28.*
& 29. Maſcard. *d.concluſ.368.num.19.* Rota
deciſ.108. num.10. par.5. recent.
16 An autem ſupplicans Principi, & pe-
tens veniam de delicto cenſeatur fateri
delictum. Vide omninò tradita à Farin.
de inquiſit. quæſt.5. num.25. & conſ.127. n.8.
vol.2. & conſ.121.num.5. eodem vol. Quem-
17 admodum, an petens abſolutionem ab
excommunicatione cenſeatur ſe fateri ex-
communicatum? vide citatos ab eodem
Farin. *d.q.5. num.26.*
18 Dic ergo in confeſſione facta in preci-
bus, illicitam eſſe inconſtantiam, cum
illa ſit omnino irreuocabilis, *cap. cum in*
poſition. de iur. iur.lib.6. Caputaq. *dec. 208.*
par.2. num.3. Bart. *in l. Centum, §. ſi qui ab-*
ſenti, ff. de confeſſ. Abb. *in cap.ex parte n.15.*
& ibi Butr. *num.12. de confeſſ.* Bald. *in l. ſi*
magnam num.4. C. de his, qui accuſ. non poſſ.
Rota *deciſ.57. num.44. par.7. rec.& dec.94.*
num.25. eadem par.
19 Amplia, vt nec poſſit renocari ab hæ-
rede, Crauet. *conſ. 29. num. 1.* Rolan. *con-*
ſil.82. num.40. lib.2. Ruin. *conſ. 50. num.13.*
lib.1. Gratian. *diſcept.586. num.42.*
20 Amplia ſecundò, etiamquod reſcri-
ptum eſſet ſubreptitium, & nullum, per
ea, quæ dicta ſunt à Gratiano *diſcept. 734.*
num.45. & 857. num.1.
21 Amplia tertiò, etiam quod eſſet facta
per minorem in beneficialibus, Gratian.
d. diſcept. 789. num.4.
22 Amplia quartò, etiamquod reſcriptum
eſſet productum *in parte, & partibus,* Oſaſc.
deciſ. 38. num. 26. Gratian. *d. diſcept. 734.*
num.45. & diſcept. 654. num. 13. vbi quod
23 talis proteſtatio non releuat, maximè ſi
iura, quæ producuntur ſunt confuſa cum
producente, Felyn. *cap.1.num.9. de probat.*

Gratian. *d. diſcept.* 654. *num.*14.

24 Dic tamen primò, licitam eſſe inconſtantiam circa verba narratiua ipſarum precum quia illa poſſunt reuocari, Bart. *in l. qui ſamiliæ, ff. fam. hercisc. & in l. prædia, C. de præd. min.* Alex. *l. edit. C. eden.* Socc. *in cap. fin. col.* 14. 6. *effectu de libelli oblat.* cum alijs per Gabr. *d. conclus.* 4. *num.* 15. Maſcard. *d. concluſ.* 368. *num.* 10. Quod tamen dictum limita non habere locum,

25 quando verba enunciatiua eſſent neceſſaria in actu, de quo agitur Dec *l.* 2. *num.* 8. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Gabr. *d. concluſ.* 4. *numero* 16. Maſcard. *d. concluſ.* 368. *num.* 20. *verſ. declara.*

26 Secundò dic licitam eſſe inconſtantiam ſi confeſſio facta in precibus non ſit à parte acceptata, quia tunc poteſt reuocari, Iaſ. *conſ.* 21. *vol.*3. Purpur. *d. l. edita num.*58. *C. eden.* Pariſ. *conſ.*115. *numero* 31. *vol.*1 cum alijs per Gabriellem *d. concl.* 4. *num.*18. Maſcard. *d. concluſ.*368. *num.*12.

27 Si autem acceptata ſit, non datur amplius inconſtantia, nec reuocatio propter ius quæſitum parti, Iaſ. *d. conſ.* 21. *num.*2. *vol.*3. Alex. *conſ.* 92. *num.*6. *lib.* 5. Gratian. *diſcept.*789. *num.*2.

28 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi erronea ſit confeſſio, *l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignor. l. non fatetur, ff. de confeſſ.* Ancharan. *conſ.* 291. *num.* 3. Mantic. *deciſ.*191. *num.*3. Gregor. XV. *deciſ.*125. *nu.*10. *& deciſ.* 522. *num.* 14. relata per Rotam *deciſ.*159. *num.*19. *par.*5. *rec.* Menoch. *dicto caſu* 176. *num.* 34. *verſ. reſpondeo itaque.*

29 Aduertendum tamen, quod error debet probari per probationes apertiſsimas, & claras, & per teſtes omni exceptione maiores, Decius *conſ.* 105. *num.*4. Cranett. *conſ.* 75. *num.* 34. & 56. *num.* 3. cum alijs per Gratian. *dicta diſcept.* 789. *num.* 5. 6. & 7.

QVÆSTIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Vtrum confeſſio facta in libello poſſit à confitente reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Libellum offerens videtur fateri omnia in illo contenta.*
2 *Non ſolùm in diſpoſitiuis, ſed etiam in narratiuis, & enunciatiuis.*
3 *Confeſſio emiſſa in libello etiam abſente parte probat contra confitentem.*
4 *Confeſſio emiſſa in libello probat contra confitentem, quoad enunciata, & narrata, poſt litem conteſtatam, non autem ante illius conteſtationem.*
5 *Quid ſi libellans fateretur verba partis aduerſæ.*
6 *Quid ſi libellus non ſit ſcriptus manu producentis.*
7 *Vel quando fuit productus cum proteſtatione quod producens velit eo iuuari* in parte, & partibus.
8 *Confeſſio emiſſa in libello eſt irreuocabilis.*
9 *Quid quoad enunciata, ſeu narrata, & num. ſeq.*
11 *Confeſſio erronea in libello emiſſa reuocari poteſt quandocunque, tam quoad diſpoſitiua, quàm quoad narratiua, & enunciatiua.*
12 *Confeſſio emiſſa in libello, & à parte non acceptata poteſt reuocari.*
13 *Quid vbi tractatur de damno vitando.*
14 *Vel quando libellus fuit productus cum proteſtatione de vtendo illo* in parte, & partibus.

1 PRÆMITTENDVM, quod qui offert libellum, videtur fateri in libello contenta, *l. cum precum, C. liberali cauſa,* Soccin. *in cap. ſignificantibus, num.*120. *verſ.* 2. *quia agens, de libelli oblat.* Bart. *in l. centum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ.* Io. de Imola *in cap. Si cautio, de fid. inſtrument.* cum aliis per eundem Soccinum *in cap. Dilecti filij, num.* 63. *de for. compet.* Dec. *in cap. Cum venerabilis, num.* 91. *de except.* Roman. *conſ* 23. *num.* 1. Alex. *conſ.* 78. *num.* 1. *vol.* 7. Soccin. *conſ.* 244. *num.* 11. *vol.* 2. Pariſius *conſ.* 115. *vol.* 1. & *conſ.* 24. *vol.* 3. *num.* 10. Cranetta *conſ.* 201. *num.* 5. Alciatus Paradox. *lib.* 5. *cap.* 5. Oſaſchus *deciſ.* 138. *num.* 3. & 13. Rota *deciſ.* 1160. *num.*8. *lib.* 3. *par.*3. *diuerſ.* Borell. *in Summ. deciſ. tit.*49. *nu.* 164. Rota *deciſ.* 72. *num.* 1. *par.* 10. *recent.*

2 Quæ concluſio habet locum non ſolùm in diſpoſitiuis, ſed etiam in narratiuis, & enunciatiuis, bonus Textus *in l. qui familiæ,* & ibi Bart. *ff. fam. Hercis.* Marian. Soccin. *in dicto cap. Dilecti filij, num.* 63. *de libell. oblat.* Gabriel. *de confeſſ. d. concluſ.* 4. *nu.* 7.

3 vbi dicit, quod hæc confeſsio nocet, quamuis facta ſit abſente parte, Maſcardus *dicta concluſ.* 368. *num.* 4.

4 Dummodo tamen lis ſit conteſtata, nam ante litem conteſtatam non videtur quis in libello fateri verba enunciatiua, & narratiua, Iaſon *in §. ſin minus Inſtitut. de*

actio n. Soccinus *conſ.* 244. *num.* 11. *verſ. præterea, vol.* 2. & prius *conſ.* 41. *num.* 13. *vol.* 1. cum alijs per Gabriel. *d. concluſ.* 4. *num.* 9. Maſcard. *dicta concluſ.* 368. *num.* 4. *verſ. intellige.*

5 Et libellans non narraret verba partis aduerſæ, quia illa non videtur fateri, Alex. *conſ.* 49. *col.* 3. *volum.* 7. Dec. *in cap. Iurauit, in principio, de probation.* cum alijs per Gabriel. *d. concluſ.* 4. *num.* 27. Maſcard. *d. concluſ.* 368. *num.* 18.

6 Secundò, habet locum etiam quod libellus non eſſet ſcriptus manu producentis, vt contra Bartolum *in l. cum precum,* tenet Imola *in cap. Si cautio, de fid. inſtrum.* Bellencin. *in repet. d. cap. num.* 59. Marian. Soccin. *d. cap. Dilecti filij nu.* 63. *verſ. tertio verò caſu, verb. aduerte tamen,* Gabriel. *dicta concluſ.* 4. *num.* 30. Maſcard. *d. concl.* 368. *num.* 20. *verſ. contrarium.*

7 At non procederet regula, ſi producens libellum produceret cum proteſtatione ſolita, quod volebat iuuari *in parte, & partibus,* Iaſon *in* §. *item ſi poſtulante nu.* 21. *de action.* Alberic. *in l.* 1. §. *editiones, nu.* 13. *ff. de eden.* Felynus *in cap. Impetrari, de fid. inſtrument. & in cap. Venerabilis, num.* 23. *de de except.* Soccin. *conſ.* 36. *col. fin. volum.* 4. Gabriel. *d. concluſ.* 4. *num.* 31. Maſcardus *d. concluſ.* 368. *num.* 22.

8 Hiſce ſic firmatis dic, confeſsionem in libello factam eſſe irreuocabilem, & propterea non dari hoc caſu inconſtantiam, Alex. *in l. edit. num.* 2. *C. eden.* & ibi Bartholomæus Soccinus *num.* 6. Iaſon *num.* 6. Alciat. *num.* 53. Purpurat. *num.* 50. cum alijs relatis à Gilkenio *in dicta l. edita, nu.* 24. *verſ. dicta declaratio eſt.*

9 Quod tamen intellige, quando confeſsio conſiſtit in verbis diſpoſitiuis, ſecus in verbis enunciatiuis, vel narratiuis, tunc
10 enim licita erit reuocatio, & inconſtantia ante litem conteſtatam, Alex. *d. l. edita, num.* 4. Purpurat. *num.* 58. Iaſon *num.* 7. Gilkenius alijs relatis *num.* 25. Gabriel. *dicta concluſ.* 4. *num.* 7. 8. & 9. Maſcardus *de probat. d. concluſ.* 368. *num.* 10.

Quamuis Menochius *de arbitrarijs, dicto caſu* 176. *num.* 34. dicat confeſsionem factam in narratiua libelli abſolutè reuocari non poſſe, niſi æquum videatur Iudici, hoc eſt cum ſubeſt error, vel aliqua alia iuſta cauſa, ſi verò verba narratiua, vel enunciatiua eſſent neceſſaria in actu, de quo agitur, non daretur reuocatio confeſsionis etiam ante litem conteſtatam, Decius *l.* 2. *num.* 8. *C. inſtitut. & ſubſtitut.* Gabriel. *d. concluſ.* 4. *num.* 16. Maſcardus *d. concluſ.* 368. *num.* 10. *verſ. declara.*

11 Secundò, non procedit regula, quando illa confeſsio, ſiue in narratiuis, ſiue in diſpoſitiuis erronea appareret, quia quandocunque reuocari poteſt, Alexand. *dicta l. edita, num.* 2. Purpuratus *num.* 58. Gilkenius *num.* 26. Menochius *d. caſ.* 176. *num.* 34. Gabriel. *dicta concluſ.* 4. *num.* 12. Maſcardus *d. concluſ.* 368. *num.* 7.

12 Tertiò, non procedit concluſio, quando confeſsio non fuiſſet à parte acceptata, Iaſon *conſ.* 241. *num.* 13. *vol.* 3. Purpuratus *dicta l. edita, num.* 58. *C. eden.* Maſcardus *dicta concluſ.* 368. *num.* 12. Gabriel. *dicta concluſ.* 4. *num.* 18.

13 Quartò, non procedit, quando tractatur de damno vitando, nam tunc confeſſio in libello facta poteſt reuocari, Iaſon *dicto conſ.* 241. *num.* 2. *volum.* 3. Gabriel. *dicta concluſ.* 4. *num.* 19. Maſcardus *dicta concluſ.* 368. *num.* 13.

Quintò, non procedit, quando productioni libelli addita eſſet proteſtatio, quod
14 de eo volebat iuuari *in parte, & partibus,* Iaſon *in* §. *item ſi poſtulante num.* 21. *inſtitut. de action.* cum alijs per Gabriel. *d. concluſ.* 4. *numer.* 31. Maſcardus *dicta concluſ.* 368. *num.* 22.

QVÆSTIO XXIX.

ARGVMENTVM.

An reſpondens interrogationibus poſſit eſſe inconſtans, & reſponſionem reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Interrogans non fatetur, quæ interrogando proponit.*
2 *Quid ſi interrogatio fiat affirmatiuè, ita ut contineat in ſe aliquam aſſertionem.*
3 *Interrogatus reſpondens non poteſt confeſſionem ſuam reuocare.*
4 *Interrogatus per reſponſionem obligatur parti quaſi contractu.*
5 *Maximè ſi fuit ſibi datus terminus ad deliberandum.*
6 *Quid ſi reſpondens non ſit Principalis, ſed Procurator, Tutor, vel Curator, &c.*
7 *Interrogatus eò minus poteſt reuocare confeſſionem emiſſam in reſponſione, quando fuit datus, & lapſus terminus ad reuocandam reſponſionem.*

8 *Quid ſi reſponſio fuerit geminata, & ex interuallo.*
9 *Sit iurata.*
10 *Poſt concluſum in cauſa.*
11 *Si præceſſerit inſtrumentum.*
12 *Vel præceptum de ſoluendo.*
13 *Si reſponſio fuerit à parte acceptata.*
14 *Interrogatus incontinenti poteſt ſuam confeſſionem reuocare.*

1 LOQVOR de reſpondente, cum certum ſit, interrogantem non fateri ea, quæ interroganda proponit, Bartol. *l.* 1. *num.* 6. *ff. de interrogat. act. l.* 2. *§. quod obſeruari, num.* 19. *C. de iureiurand. propter calumn.* Rota *decis.* 3. *alias* 31. *nu.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. in nouis*, cum alijs per Scacciam *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 466. Franc. *decis.* 220. *num.* 9. *par.* 1.

2 Niſi interrogatio fiat affirmatiuè, itaut contineat in ſe aliquam aſſertionem, Scacc. *loco citato num.* 468. Michalorus *de poſit. cap.* 3. *num.* 19.

3 Dic in hac confeſsione, illicitam eſſe inconſtantiam, neque poſſe ſic reſpondentem ſuam confeſsionem reuocare, *l. de ætate, §. qui interrogatus, ff de interrog. act.* Cauagnol. *de decret. Montiſferrati, §.* 3. *rubr. de poſit. num.* 3. Oliban. *de actionibus, par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 20. Ratio eſt,

4 quia, vt inquit Vlpianus *in d. §. qui interrogatus*, ille, qui reſpondit, quaſi ex contractu obligatur ei, qui interrogat, Canag. *loco cit. num.* 55. Oliban. *loco cit.* Michalor. *de poſit. d. cap.* 3. *num.* 38.

5 Quod multò magis procedit, ſi reſpondenti fuerit datus terminus *ad deliberandum*, Prax. Papien. *in form. libell. interrogat. verb. compellatis, num.* 12. Bertrandus *conſ.* 346. *num.* 10. *& conſ.* 391. *in principio, & in l. ſi verò, §. de vſu, ff. ſolut. matrim. num.* 58. Aluarott. *ſi de feud. fuer. controuerſ. cap. Vaſſallus, num.* 11. Gabriel. *de confeſſ. concluſ.* 6. *num.* 5. Cumia *in Ritu Siciliæ, cap.* 37. 100. & 101. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 73. *lib.* 1. *num.* 25.

6 Niſi reſpondens ſit Procurator, Tutor, Curator, vel ſimilis perſona, quæ non ſit Principalis, Papien. *loco citato*, Carpanus *loco citato num.* 26.

7 Secundò, multò magis ceſſat inconſtantia, ſi datus ſit terminus reſpondenti ad reuocandum, & lapſus fuerit, Cum. *loco citato num.* 101. Carpan. *loco citato num.* 28.

8 Tertiò, tantò magis ceſſat inconſtantia, ſi reſponſio fuerit geminata, & ex interuallo, Roman. *conſ.* 36. *num.* 10. Cumia *loco citato num.* 102. & 103. Carpan. *loco citato num.* 28.

9 Quartò, multò magis ceſſare debet inconſtantia, ſi reſponſio ſit iurata, Cumia *loco citato num.* 104. Carpanus *loco citato num.* 29.

10 Quintò, multò magis ceſſat inconſtantia poſt concluſum in cauſa, Cumia *loco cit. num.* 105. Carpan. *loco cit. num.* 32.

11 Sextò, ceſſabit multò magis inconſtantia, ſi præceſſerit inſtrumentum, Cumia *loco citato num.* 106. Carpanus *loco citato num.* 33.

12 Septimò, ceſſabit tantò magis inconſtantia, ſi præceſſerit præceptum de ſoluendo, Cotta *in memor. in verb. Confeſſio poteſt, verſ.* 2. *prædicta*, Carpanus *loco cit. num.* 34.

13 Octauò, tantò magis ceſſabit inconſtantia, ſi confeſsio fuerit à parte acceptata, Cotta *loco citato*, Cumia *loco citato num.* 108. Gabriel. *d. concluſ.* 6. *num.* 12. *de confeſſ.* Carpan. *loco cit. num.* 35.

14 Dic tamen licitam eſſe inconſtantiam, ſi reſpondens incontinenti ſuam reſponſionem reuocaret, Gloſs. *in cap. vltim. in verb. inſta, de iureiurand. in* 6. Bald. *in repetit. Paduan.* cum alijs, &c. & in hac confeſſione remitto te ad ea, quæ dicta ſunt circa inconſtantiam in reſponſione ad poſitiones.

QVÆSTIO XXX.

ARGVMENTVM.

Vtrum confeſſio facta in iudicio criminali reuocari poſſit. Et quid de confeſſione emiſſa in tortura.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio emiſſa in iudicio criminali, an, & quando reuocari poſſit remiſſiuè.*
2 *Regulariter eſt irreuocabilis.*
3 *Confeſſi in criminalibus habentur pro iudicatis.*
4 *Confeſſio erronea in criminalibus poteſt reuocari docto de errore.*
5 *Reus in criminalibus poteſt reuocare ſuam confeſſionem incontinenti, & quando dicatur illam incontinenti reuocare.*
6 *Quid ſi confeſſio ſit iurata.*
7 *Confeſſio in iudicio criminali ferè ſemper ſolet eſſe iurata.*
8 *Reus an, & quando poſſit reuocare confeſſionem*

iur atam in eriminalibus.

9 *Reus i n eriminalibus an poſſit reuocare confeſſionem à parte acceptatam.*

10 *Quid de confeſſione deliberata, repetita, geminata, & ratificata docto de errore.*

11 *Reus in eriminalibus poteſt reuocare confeſſionem etiam in termino defenſionis.*

12 *Non ſolùm poſt concluſum in cauſa, & ante ſententiam.*

13 *Sed etiam poſt ſententiam, quando confeſſio eſt erronea.*

14 *Etiam in cauſa appellationis.*

15 *An poſt factam executionem.*

16 *Quid ſi alijs indicijs grauata ſit.*

17 *Quid de confeſſione emiſſa in tortura an, & quando poſſit reuocari.*

18 *Confeſſio emiſſa in tormentis non afficit niſi reus conſtans illam ratificet extra tormenta.*

19 *Reus confeſſus in tormentis nolens inconſtans ratificare, an, & quando poſſit ad id cogi per repetitionem tormentorum.*

20 *Excuſatio rei, quod dolore tormentorum confeſſus fuerit inanis reputatur, quando tormenta præcedentibus legitimis indicijs fuerunt illata.*

21 *Reo confeſſo in tormentis, & nolenti ratificare, allegando eius confeſſionem eſſe erroneam, & volenti probare errorem, an ſit aſſignandus terminus, vel potiùs repetenda tormenta.*

22 *Erroris cauſa pro reo in tormentis confeſſo nolente ratificare iuſta eſt, quatenus Iudex ei dixerit, quod confiteatur, quia liberabitur.*

23 *Repetitio tormentorum non datur contra reum nolentem ratificare, quando iterum ſponte confitetur, & de ratione.*

24 *Repetitio tormentorum contra reum in tormentis ſemper confitentem, & extra illam ratificare, recuſanti an, & quando poſſit per tres vices, vel etiam vltra irrogari.*

25 *Cautela pro reo torquendo ad euitandum ſupplicium delicti.*

26 *Reus indicijs grauatus per tres vices in tortura confeſſus, ratificare ſemper recuſans, euitabit quidem pœnam ordinariam, non autem extraordinariam.*

27 *Reus confeſſus principale delictum, quatenus, vel pro vlteriori veritate, vel ſuper complicibus torqueatur, an, & quando reuocare poſſit confeſſionem iam emiſſam.*

28 *Pater, & alij conſanguinei poſſunt in criminalibus reuocare confeſſionem Rei etiam inuiti.*

29 *Confeſſio ſub ſpe gratiæ per reum in criminalibus emiſſa, & ratificata, an poſſit reuocari.*

30 *Error iuris quando ſuffragetur reo ad reuocandam propriam confeſſionem in criminalibus.*

31 *Erroris, vel læſionis probatio an, & quando requiratur ex parte minoris petentis reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem in criminalibus emiſſam.*

32 *Quid ſi minoris confeſſio ſit iurata, & ratificata.*

33 *Minor in criminalibus negans, poteſt inconſtans mediante in integrum reſtitutione negationem reuocare.*

34 *Minor in atrocioribus, vel atrociſſimis an, & quando iuuetur beneficio reſtitutionis in integrum, & num. 36.*

35 *Inter delicta atrocia, & atrociſſima, an detur diſtinctio.*

37 *Reſtitutio non conceditur minori, qui ſemel reſtitutus iterum incidat in delictum.*

38 *Hæreſis in cauſa permittitur confeſſionis reuocatio.*

39 *Quid ſi confeſſio acceptata eſſet ab accuſatore.*

40 *Quid ſi reuocetur incontinenti, & quando dicatur incontinenti reuocata, & num. 42.*

41 *Et an requiratur probatio erroris.*

43 *Hæreſis reus in Sancto Officio an poſſit reuocare eius confeſſionem non docto de errore.*

44 *Confeſſio in criminalibus debet verificari in omnibus ſuis partibus.*

45 *Hæreſis reus confeſſus etiam non docto de errore poteſt confeſſionem reuocare, quoad ea, quæ non ſunt plenè probata, ad excuſandos complices, affines, & amicos.*

46 *Hæreſis reus confeſſus reuocare volens ſuam confeſſionem puniendus eſt ab Inquiſitoribus Sancti Officij tanquam temerarius.*

47 *Quid ſi adhuc in reuocatione perſiſtat.*

48 *Hæreſis reus confeſſus etiam poſt peractam pœnitentiam reuocare poteſt ſuam confeſſionem docto de errore, vt reintegretur ad famam.*

49 *Denuncians an, & quando inconſtans admittatur ad reuocandam denunciationem, & n. 51.*

50 *Iudicis arbitrio remittitur cognoſcendum an denunciationis reuocatio calumnioſè proponatur.*

52 *Defenſiones reo non debet Iudex auferre, quamuis eius confeſſio mille indicijs grauaretur, & quamuis contra reum mille vigerent coniecturæ.*

53 *Confeſſionem iudicialem an reuocare poſſit reus in criminalibus, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis.*

54 *Iudex competens poteſt cogere confeſſum ad perſeuerandum in confeſſione facta coram Iudice incompetente.*

55 *Clericus confeſſionem factam coram Iudice laico reuocare poteſt etiam non docto de errore.*

56 *Clerici confeſſio in criminalibus emiſſa coram Iudice ſeculari an faciat indicium ad torturam coram Iudice Eccleſiaſtico.*

57 *Quid ſi non fuerit reuocata.*

58 *Clericus confeſſus coram Iudice Eccleſiaſtico incompetenti poteſt cogi ad perſeuerandum in confeſſione coram Iudice competente, & de ratione num. ſeq.*

60 *Delictum confeſſus coram Iudice incompetente non ratione perſonæ, ſed ratione cauſæ,*

Digitized by Google

on poſſit per Iudicem competentem cogi ad perſeuerandum in eadem confeſſione, vel poſſit illam reuocare, & num. 65.

61 *Homicidium confeſſus coram Iudice habente modicam iuriſdictionem remiſſus ad Iudicem ordinarium, poteſt ab eo cogi ad perſeuerandum in eadem confeſſione.*

62 *Et an poſſit ex eadem confeſſione condemnari.*

63 *Delictum capitale confeſſus coram Epiſcopo, an, & quando poſſit ex ea confeſſione in pœnam vltimi ſupplicij condemnari.*

64 *Epiſcopus condemnare non poteſt reos in pœnam ſanguinis.*

65 *Papa poteſt iubere Epiſcopo, vt reum confeſſum coram eo delictum capitale, tradat Curiæ ſeculari, quæ ad vltimum ſupplicium procedat.*

66 *Confeſſio in criminalibus reuocari non poteſt ex capite erroris eo allegato, niſi etiam probetur.*

67 *Confeſſio in dubio præſumitur vera, & non erronea.*

68 *Aduocatus in criminalibus monetur ne citet ad dicendum contra articulos ad probandum errorem, neue illos exhibeat, niſi prius reus confeſſionem reuocauerit, & declarauerit velle probare errorem.*

69 *Error quomodo probetur, & an probanda ſit erroris cauſa remiſſiuè.*

70 *Metus cadens inconſtantem virum, & veſtitus aliqua ratione probabili, eſt iuſta cauſa reuocandi confeſſionem in criminalibus.*

71 *Ignorantia ruſticitatis eſt iuſta cauſa reuocandi confeſſionem in criminalibus.*

72 *Quid in facto proprio.*

73 *Obliuio eſt iuſta cauſa reuocandi confeſſionem in criminalibus.*

74 *Obliuio æquiparatur ignorantiæ.*

75 *Ira eſt iuſta cauſa reuocandi confeſſionem in criminalibus.*

76 *Ira impedit animum ne quis verum dicere poſſit.*

77 *Perſuaſiones, blanditiæ, ſuggeſtiones, impunitas promiſſa, tædium carceris, & vitæ ſunt iuſtæ cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus.*

78 *Cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus, & monitio Aduocati pro illis deducendis remiſſiuè.*

1 LATISSIMA eſt hæc materia, quam tractant Criminaliſtæ, quos in vnũ congeſſit, Farin. *de Reo confeſſo, & conuicto, qu.* 81. *num.* 315. poſt eum Cabal. *reſolut.* 186. *per tot.* Guazzin. *ad defenſam, defenſ.* 32. *cap.* 10. *per tot.* Conciol. *reſolut. crimin. reſol.* 18. *in verbo confeſſio.*

2 Regula igitur eſt, illicitam eſſe inconſtantiam, nec Reorum confeſſiones reuocari poſſe, cum indignum ſit, vt, quod ſua quiſque voce faſſus eſt, id reuocet, ac
3 teſtimonio ſuo reſiſtat, & propterea confeſſi pro iudicatis habentur, *l. generalitèr, C. de non numerat. pecun. l.* 1. *C. de confeſſis*, Simanch. *de canthelis inſtrum. tit.* 13. *de confeſs. num.* 7.

4 Hæc tamen regula primò fallit in Reo, qui per errorem confeſſus eſt, errore enim depoſito poteſt reuocare, & pœnitere, dummodo de errore doceat, *l. non fatetur, ff. de confeſſis, l. de ætate, §. vlt. ff. de interrogat. act. cap. vbi de confeſſis, l. vndè Neratius, §. vlt. ff. ad l. Aquil. l.* 1. *§. ſi quis vltro, ff. de quæſt.* Angel. *de malefic. in verb. comparent dicti inquiſiti*, Felyn. *in cap. cum venerabilis, num.* 15. *de except.* Alex. *conſ.* 34. *vol.* 1. & in alijs allegatis à Boſs. *in tit. de confeſs. num.* 60. *verſ. & latè hanc concluſionem*, Clar. §. *fin. quæſt.* 55. *num.* 18. *& quæſtione* 65. *in princ.* Farinac. *de Reo confeſſo, & conuicto, quæſt.* 81. *num.* 315. qui plures allegat, Caball. *d. caſ.* 186. *in princ.* Guazzin. *ad defenſ. defenſ.* 32. *cap.* 10. *num.* 1. Honded. *conſil.* 102. *nu.* 42. *lib.* 1. Cæuall. *in ſuis comm. contra comm. quæſt.* 652. *num.* 4. Carena *de offic. S. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 8. *nu.* 52. Conciol. *d. reſol.* 18. *n.* 3. plenè Giurb. *conſil.* 16. *n.* 5.

5 Secundò regula fallit, ſi reuocatio confeſſionis fiat incontinenti antequam, vel ſit redacta in ſcriptis, vel ſaltem antequam
6 Reus exeat è Iudicis conſpectu, Franc. *cap.* 1. *de accuſat. in* 6. Abb. *in cap. fin. extra de confeſs.* Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 348. Baiard. *quæſt.* 55. Guazzin. *d. defenſ.* 32. *cap.* 10. *num.* 2. *ad fin. & cap.* 12. *nu.* 9. Boſs. *in pract. tit. de confeſs. num.* 63. Coſta *de re integra, diſtinct.* 31. *num.* 4. Carena *vbi ſupra nu.* 51. Caſtro-palao *in opere moral. tom.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 16. §. 1. *num.* 3. Conciol. *dicta reſolut.* 18. Antonell. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3.

7 Quod procedit quamuis confeſſio ſit iurata, vt ſolet eſſe fere ſemper in iudicio criminali, Dec. *in cap. cum venerabilis, n.* 111 *de excep.* Marian. Soccin. *cap. qualit. & quan. il ſecondo, num.* 1008. *de accuſat.* Gomeſ. *de delict. cap.* 1. *num.* 66. Maſcard. *de probation. concluſ.* 345. *num.* 39. cum alijs per Farinac. *d. quæſt.* 81. *num.* 318. Cabal. *d. caſ.* 186. *n.* 2. Guazzin. *d. cap.* 10. *num.* 1. *verſ. & quamuis*, Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 55. *num.* 61. *& ſeqq.* Cæuall. *in ſuis comm. contra comm. dicta quæſt.* 652. *in princ.* Honded. *d. conſil.* 102. *num.* 42. *lib.* 1. Giurb. *d. conſ.* 16. *num.* 8. *circa med.* alios adducens, ita ſentientes Morot. *conſil.* 29. *num.* 34. *& conſ.* 46. *num.* 33. Conciol. *d. reſolut.* 18. *num.* 4. ſiue iuramentum
8 præſtitum fuerit ſimplicitèr, ſiue de plena, & ſincera veritate dicenda, Aret. *c. cum dilecti, num.* 27. *&* 29. *de accuſat.* & ibi alij Canoniſtæ, quos adducit Farinac. *d. qu.* 81. *num.* 319. vbi *num.* 320. allegat nonnullos contrarium tenentes, quando iuramentum præſtitum eſt de veritate plenè dicenda, Guazzin. *loco cit. num.* 1. *verſ. & quamuis, in fin.*

9 Secundò procedit, etiamquod confeſſio ſit acceptata, Boſ. *loco cit. num.* 61. *&* 78. Claud. *ad conſ.* Bertazzol. 103. *littera E,* Farin. *d. quæſt.* 81. *num.* 321. Guazzin. *loco citato num.* 9.

Et quamuis contrarium tenuerint Marſil. Vulpell. & alij relati à Maſcardo *concluſ.* 350. & à Brunor. à Sole *in compendio, verſ. confeſſio acceptata*, non eſt tamen recedendum à priori opinione, quæ in praćtica recepta eſt, vt teſtatur Farinacc. *loco cit. nu.* 323. Caualcan. *de Brachio Reg. par.* 3. *num.* 204. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 55. *num.* 52. Guazzin. *loco cit. num.* 9.

10 Tertiò procedit, quamuis confeſſio eſſet deliberata, repetita, geminata, ac ratificata; quia nihilominus conſtito de errore, poteſt reuocari, Felyn. *in d. cap. cum venerabilis, num.* 5. *de except.* Angel. *de maleſ. in verb. comparuerunt, & produxerunt inſtrumentum, num.* 2. Clar. *quæſt.* 64. *num.* 44. *verſ. quinimò*, Honded. *conſ.* 102. *num.* 43. *volum.* 1. cum alijs per Farin. *dicta quæſt.* 81. *num.* 324. Cabal. *d. caſu* 186. *nu.* 2. Conciol. *d. alleg.* 18. *num.* 5. Guazzin. *dicta defenſ.* 32. *cap.* 10. *num.* 1. *verſ. imò etiam*, vbi quod licet nonnulli voluerint in hac confeſſione ſic geminata, repetita, & ratificata non dari inconſtantiam, de quibus per Farin. *loco cit. num.* 325. & per Conciol. *d. reſol.* 18, *num.* 6. Non eſt tamen recedendum à priori opinione tanquam magis communi, quamuis huiuſmodi confeſſio difficilius reuocetur, & non ſolum hoc caſu ſufficiat probare errorem, ſed de cauſa erroris, quod etiam voluit Farinac. *loco citato num.* 326. addo Giurbam *conſ.* 16. *nu.* 5. *verſic. licet iurata, & in indicijs repetita confeſſio ſit*, & poſt hæc ſcripta viſus Guido *de virib confeſs. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 30. *&* 32. qui tamen dum nititur conciliare opiniones, loquitur contra communem, quia ſiue deliberatio præſumatur ex geminatione confeſſionis, ſiue de ea expreſsè pareat per terminum datum ad deliberandum, ſemper verum erit dicere erroneam confeſſionem poſſe reuocari, Guazzin. *loco cit. num.* 2. *verſ. ac etiam poterit reuocari*.

11 Quartò procedit, vt non ſolum confeſsio poſſit reuocari incontinenti, ſed etiam ex interuallo in termino defenſionis, Angel. *de maleſ. in verb. compareant inquiſiti, num.* 16. Ancharanus *conſil.* 44. Marſil. *l.* 1. *§. fin. num.* 93. *ff. de quæſtion.* Baiard. *d. quæſt.* 55. *num.* 59. cum aliis per Guazzin. *loco cit. num.* 2. *verſ. & poteſt*.

12 Quintò, habet locum inconſtantia non ſolum poſt concluſum in cauſa, & ante ſententiam, vt voluere Caualcan. *de Brach. Reg. par.* 3. *num.* 204. *&* 206. Ceual. *qu.* 652. *num.* 4. Anton. *var. lib.* 3. *reſolut.* 21. *num.* 1. Guazzin. *loco cit. num.* 3. *verſ. & quod quandoque*.

13 Sed etiam confeſſio erronea poteſt reuocari poſt ſententiam, Guido de Suzar. *de indic. & tortur. num.* 66. Grammat. *vot.* 7. *num.* 2. Foller. *in praxi crimin. verb. & ſi confitebuntur, num.* 56. Guazzin. *loco cit. num.* 3. Addentes *ad conſ.* 16. Farin. *littera A*, vbi plures, idem Farin. *d. quæſt.* 81. *num.* 327. Giurb. *d. conſ.* 16. *verſ. Etiam poſt ſententiam*, alios adducens ita ſentientes Caren. *de offic. S. Inquiſ. d. par.* 3. *tit.* 8. *nu.* 52. Conciol. *d. reſolut.* 18. *num.* 7.

14 Sextò, habet locum inconſtantia, etiam in cauſa appellationis, Angel. *de maleſ. in verb. comparuerunt dicti inquiſiti, & in termino defenſionis poſt nu.* 1. Nell. *de Bannit.* 4. *par. primi tempor. quæſt.* 1. *poſt med.* Brun. Carrer. Foller. Corrad. Monticell. à Farin. *qu.* 81. *num.* 328. Adden. *ad d. conſ.* 16. Farin. *littera A, verſ. ſic pariter*, Guazzin. *loco cit. n.* 3. *verſ. ac etiam poteſt reuocari*, Giurb. *d. conſil.* 16. *num.* 5. Seſs. *deciſ.* 138. *num.* 14. Conciol. *d. reſolut.* 18. *d. num.* 7.

15 Septimò, habet locum inconſtantia, & datur reuocatio confeſſionis, etiam poſt factam executionem, Berous *conſ.* 201. *num.* 19. *lib.* 3. Baiard. *dicta quæſt.* 55. *num.* 58. Guazzin. *loc. cit. num.* 3. *in fin.*

16 Octauò, habet locum inconſtantia in confeſſione, etiamquod alijs ſit indicijs grauata, vt de veriori, & communiori teſtantur Farinac. *dicta quæſt.* 81. *num.* 332. *&* 335. Cabal. *d. caſ.* 186. *num.* 3. Adden. *ad dict. conſ.* 16. Farin. *littera C*, Guazzin. *loc. cit. num.* 4. Conciol. *d. reſol.* 18. *num.* 8. Caren. *de offic. S. Inquiſ. dicta par.* 3. *tit.* 8. *num.* 52.

17 Nonò, datur inconſtantia in confeſſione facta in tortura demum ratificata, etiam ex interuallo, Perſonal. *de indic. numero* 81. Barz. *deciſ.* 5. *num.* 22. *& deciſ.* 107. *num.* 20. Carthar. *in prax. interrog. reo lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 26. Guazzin. *dicta defenſ.* 32. *cap.* 12. *num.* 7. Farin. *dicta quæſt.* 81. *n.* 346. Giurb. *dicto conſ.* 16. *num.* 5. *ad fin.* Conciol. *dicta reſolut.* 18. *num.* 9.

18 Quid autem ſi confeſſus in tortura in-
conſtans ratificare nolit confeſſionem,
confeſſio enim facta in tormentis non
afficit niſi in ea conſtans reus extra tor-
19 menta ratificauerit. Dic, quod poteſt cogi
ad cōſtantiam per repetitionem tormen-
torum, latè Farin. *plurib. relat. de indic. &*
tortur. quæſt. 38. *num.* 91. Guazzin. *defenſ.* 30.
cap. 24. *num.* 3. Simancha *de Cathol. inſtit.*
tit. 65. *num.* 79. Penia ad Eymericum
3. *par. Direct. comment.* 39. *§. Sit tertia, &*
20 *poſtrema regula*. Quod habet locum ſi reus
tantum inconſtans, recuſat ratificare, &
negat confeſſata, quia dicit, ſe faſſum eſſe
dolore tormentorum, cum enim illa ex-
cuſatio inanis ſit, ſi legitimis præceden-
tibus indicijs ſint illata, reo, vt ratificet, re-
petitur tortura, ſecus autem ſi reuocet

confeſſionem tanquam erroneam, & in-
21 tendat probare errorem ſuæ confeſſionis, quia tunc datur ei terminus ad probandum errorem, Farin. *dicta quæſt.* 38. *num.*100. Cantera *qq. crimin. quæſt.*1.*cap.*2. *de probat. per teſtes num.*66. Qui dum dicit, quod ſolum tormentum datur pro cauſa, & errore, male dicit ex *ſupra traditis*, dum
22 autem exemplificat, ſi Iudex dixerit reo, quod confiteatur, quia liberabitur, benè loquitur, quia eſſet cauſa ſufficiens erroris.

23 Secundò, non daretur repetitio tormentorum, quando, qui recuſat ratificare, ſpontè iterum confitetur, dicendo, quod illud, quod faſſus eſt in tortura, eſt verum, quia tunc ſtabitur huic confeſſioni tãquam ratificatiuæ, vel corroboratiuæ confeſſionis factæ in tortura, ſic Canter. *loco cit.* vbi dicit, ſic fuiſſe determinatum per ſupremum Conſilium Inquiſitionis, & Canteram ſequitur Carena in *prax. par.*3. *de indic. & tortur. tit.*10. §.23.*n.*195.

24 Aduerte tamen, quod repetitio tormẽtorum non poteſt fieri vltra tres vices, quamuis ſemper in tormentis reus fateretur, demum inconſtans confeſſionem ratificare recuſaret, latè Farinacc. *dicta quæſt.*38. *num.*96. 105. & 106. & reprobatis illis, qui tenent vſque ad quartam vicem reiterari poſſe torturã, voluit Guazzin. *defenſ.*30. *cap.*21. *num.* 5. vbi *numero* 6. nec etiam poſſe reiterari torturam tertia
25 vice, niſi indicia ſint multum vrgentia, datque cautelam *numero* 7. *verſ. Et ſic* euitandi ſupplicium delicti, vt reus parum detentus in tortura fateatur delictum, deinde in actu ratificationis dictam confeſſionem reuocet, & ſi iterum torqueatur, parum detentus in tortura iterum fateatur, ſed in ratificationis actu iterum reuocet, & ſi tertia vice eleuetur, ſtatim fateatur, demum ſit conſtans in recuſatione ratificationis, quia ſic euitabit pœ-
26 nam ordinariam, non autem extraordinariam, ſi grauatus ſit indicijs vrgentibus, Caualcan. *de Brach. Reg. par.* 3. *num.* 229. Cabal. *caſ.*288. *num.*38. *cent.*3.

Quid autem ſi confeſſus in tormento, quod ſibi irrogatur, vel pro vlteriori ve-
27 ritate, vel ſuper complicibus reuocaret confeſſionem principalis delicti, an ei ſuffragetur? Dic, quod aut Iudex adhibet in actu torturæ ſolitam proteſtationem, de qua per practicos, Carthar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.*1. *num.* 92. & 96. & Ambroſin. *lib.* 6. *cap.*4. Et tunc, vel interrogat ſuper delicto principali, vel non interrogat, primo caſu ſi reus reuocet, prodeſt ſibi reuocatio, quia proteſtatio ſeruit de vento, ſi autem non interrogat, vt verè ſi non eſt fatuus, interrogare non debet, & hoc caſu non prodeſt inconſtantia, nec reuocatio. Si autem Iudex in actu torturæ non adhibeat proteſtationem, & tortus ſubſtinuerit reuocãdo confeſſionem, ordinaria pœna puniri non debet, vt ex Claro, Ambroſino, & alijs docet Guazzin. *dicta defenſ.* 30. *cap.*9. *num.* 4. 7. & 8. vbi latiſſimè de materia Farinacc. *quæſt.* 40. *à numero* 19. *vſque ad fin. quæſtionis*.

28 Decimò, datur reuocatio confeſſionis, etiam inuito confitente, præſertim ſi reuocetur à patre, vel ab alijs conſanguineis, Alberic. l.1. §. *Antonius Seuer.num.*1. *ff. de quæſt.* Soccin. *cap. Veniens num.* 329. *de accuſat.* Farinac. *dicta quæſt.*81. *num.*329. Baiard. *dicta quæſt.* 55. *num.* 56. Guazzin. *dicta defenſ.*32. *cap.*11. *num.*2.

29 Vndecimò, datur inconſtantia, ſi confeſſio facta ſit ſub ſpe gratiæ, etiamquod fuerit ratificata, vt contra nonnullos ſentit Guazzin. *d. defenſ.* 32. *cap.* 10. *num.*10. Simanch. *de confeſſ. tit.*13.*num.*12.

30 Duodecimò, datur inconſtantia, etiam in confeſſione erronea iuris errore, dummodò talis error ſit, qui remoueat intelligentiam confitentis, Honded. *conſil.*102. *num.*47.*vol.*1. Bald. *conſ.*39.*lib.*1.Menoch. *conſ.* 191. *num.* 68. *lib.* 2. Guazzin. *loco cit. num.* 11.

31 Decimotertiò, datur inconſtantia, multò magis in minoribus, quibus aduerſus confeſſionem datur reſtitutio, etiam non probato errore, & læſione, Care. *in prax. in* 3. *tract. de homicidio*, §. *Circa quartum*, *num.*11. Boſs. *de confeſs. num.* 67. Honded. *dicto conſ.*102.*num.*50. cum alijs per Farin. *dicta quæſt.*81. *num.*377. Guazzin. *dicta defenſ.* 32. *num.* 6. Simanch. *dicto tit.* 13. *numero* 9.

Contrarium, non dari reſtitutionem in integrum minoribus aduerſus confeſſionem in criminalibus, niſi probato errore, vel læſione, Gomeſ. *var.to.*1. *cap.*1. *de delict. num.*66. Clarus, §. *fin. quæſt.* 60. cum alijs, quos adducit idem Farinacc. *dicta quæſt.*81.*num.*378. vbi dicit, hanc opinionem ſeruari apud nos, quando confeſſio indicijs præcedentibus grauata reperitur.

32 Siue confeſſio ſit ratificata, & iurata, vt latè ex Oddo, & Caldas teſtatur Farin. *dicta quæſt.*81. *num.*379. & 380.

33 Quemadmodum etiam minor poteſt eſſe inconſtans in negatione, & illam per viam reſtitutionis in integrum reuocare, vt ex Soccino, & alijs tenet Farinac. *dicta quæſt.*81. *num.*358. Caball. *dicto caſ.* 56. *numero* 9.

34 An autem in atrocioribus detur reſtitutio in integrum minoribus? non conueniunt Doct. Nam Bart. *in l. Auxilium*, *num.*6. *ff. de minor.* Marſilius, Gabr. Franc. Marc. Vrſill. ad Afflict. *relati* à Farinacc. *d.quæſt.*81.

*d.quæſt.*81. *num.* 383. voluere nullo modo
concedi; Grammaticus verò, Gomeſ.
Odd. & alij ab eodem Farin. *numero* 384.
allati tenent contrarium, alij diſtinguunt
inter atrociora delicta, & atrociſſima, vt
per Adden. ad Farin. *conſ.*66. *litt.A, lib.*1.
35 Quam tamen diſtinctionem meritò improbat Carpzouius *in prax. p.*3. *quæſt.*143.
*n.*87. cum *lex Auxil.* §. *In delictis*, nō diſtinguat inter delicta atrocia, & atrociſſima.
Oddus verò *de reſtit. in integr. parte* 2.
36 *quæſt.* 65. *art.*9. *num.* 38. remittit arbitrio
Iudicis, cuius opinionem, & ſi Farin. improbet ex eo, quia nihil allegat, crederem
tamen ſatis æquitati conſonam, ſi remittatur arbitrio Principis, non Iudicis.
37 Si autem ſemel reſtitutus fuerit, & inconſtans iterum incidat in delictum, amplius ei non conceditur reſtitutio, Gomeſ. *de delic. cap.*1. *num.*66. Farinacc. *dicta quæſt.*81. *num.* 390. Guazzin. *d. defenſ.* 32.
*cap.*32. *num.*7.
38 Decimoquartò, dic reuocari poſſe confeſſionem factam etiam in cauſa hæreſis,
Alberrin. *de aſſert. Cathol. quæſt.*29. *num.*28.
Simanch. *de Catholic. inſtit. tit.* 13. *num.*30.
Royas, *de hæreti aſſert.*25. *num.*262. Triuiſ.
deciſ. 31. *num.*1. & *deciſ.*62. *num.* 38. *lib.* 2.
Bertazzol. *conſ. crim.*95. *n.*9. & ibi Claud.
litt.D, Farinacc. *dicta quæſt.* 81. *num.* 315.
Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 20.
*num.*55. Caren. *in prax. par.*3. *de conf. reor.*
*tit.*8. §.11. *num.* 51. Farin. *de hæreſ. q.* 188.
39 *nu.* 76. vbi quamuis ſit acceptata ab Accuſatore, & Fiſco, Caſtro-palao *tom.* 1.
*tract.*4. *diſput.*8. *punct.* 16. §.1. *num.*3. *verſ.*
Si autem, Bordon. *de hæreſ. cap.*9. *quæſt.*31.
num. 113. *in fin.* Coſta *de ignor. diſtinct.* 43.
num. 11.
40 Quod eò magis procedit, ſi incontinenti hoc eſt antequam è conſpectu Iudicis exeat inconſtans confeſſionem reuocauerit, quia tunc, etiam non probato
41 errore, admittitur inconſtantia, Royas
*de hæret. par.*2. *aſſert.*25. *num.* 260. Simanc.
dicto tit. 13. *num.* 10. Pater Diana *parte* 4.
tract. 7. *reſol.* 22. *verſ. Verum non eſt negandum*, Souſa *loco cit. num.*55. Caren. *loco cit.*
*nu.*51. Caſtro-palao *loco cit. num.*3. Bordon.
loco cit. num. 113. licèt *num.* 114. Incon-
42 ſtans, & nulla auctoritate fretus, & contra communem omnium Doctorum dicat reuocationem confeſſionis etiam incontinenti factam non eſſe admittendam, cuius opinio nullatenus ſequenda eſt.
43 Cauendum eſt etiam à Simanch. *dicto tit.*13. *numero* 14. quem ſequitur Canter.
*cap.*1. *de hæret. num.*70. qui voluere in Sancto Officio poſſe reum reuocare ſuam confeſſionem, etiam non docto de errore, & hanc reuocationem ei ſuffragari ad euitandam pœnam ordinariam; quia hęc opinio nullo modo ſeruatur in Supre-

ma, & Vniuerſali Inquiſitione Romana, nec in alijs Italiæ Inquiſitionibus, cum ſi hoc daretur, eſſet aperta via omnibus hæreſim confitentibus pœnam delicti effugiendi; meritò contrariam opinionem eſſe veriorem dixit Triuiſ. *deciſ.* 31. *lib.*2.
& Canteram reprobat Farinacc. *de hæreſ. quæſt.*187. *num.*75. Seſs. *deciſ.*472. *tom.*4. *n.*7.
Diana *par.*4. *tract.*7. *reſolut.*22. Caſtro-palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 16. §. 1.
*num.*4. Caren. *par.* 3. *de confeſſ. Reor. tit.*8.
num. 56. *verſ. Verum hæc opinio*, nouiſſimè
Bordonus *de hæret. cap.* 9. *num.* 113. *verſ.*
Tertiò pariter, vbi tamen malè loquitur, dum aſſerit Simanch. & Canter. loqui de reuocatione facta incontinenti, non ex interuallo, cū tamen expreſsè Cant. dicat, intelligo, quando ex interuallo reuocat, & non conſtat de cauſa, nec de errore ad effectum reuocationis, verum eſt, quod Canter. loquitur de ea confeſſione, quæ non eſt coadiuuata legitimis probationi-
44 bus, qui melius dixiſſet, ſi confeſſio non eſſet verificata in omnibus ſuis partibus, vt requiritur ad latè tradita per Farinacc. *dicta quæſt.*81. *cap.*1. *num.*30. Caren.
*dicta par.*3. *de confeſs. reor.* §.12. *num.*58.
45 Admittit tamen Pater Diana reuocationem confeſſionis, etiam non docto errore in cauſa hæreſis, quando reus reuocaret aliqua non plenè probata ad excuſandos Complices, Affines, & Amicos, quem ſequitur Bordonus *loco cit. num.*113.
verſ. Secunda pars.
46 Si autem poſt pœnitentiam factam quis reuocaret confeſſionem, vt temerarius puniendus eſſet ab Inquiſitoribus, Pater Diana *loco cit. verſ. Notandum*, quod tamen
47 intellige, dummodò in reuocatione non perſiſtat, quia, ſi perſiſteret, tradendus eſſet, vti impœnitens Curiæ ſeculari Pater Diana *loco cit.* Farinacc. *quæſt.*196. *num.*20.
48 Secundò, intellige, niſi doceret de errore, quia, vt *ſupra* dixi, datur reuocatio, etiam facta executione, & meo tempore accidit, quod quidā vti Polygamus damnatus fuit ad triremes, qui cum peracta pœnitentia acceſſiſſet ad ſacrum Tribunal reuocaſſet confeſſionem, & de errore docuiſſet, fuit admiſſus, & redintegratus ad famam.
49 An autem, qui denunciauit ſe, poſſit inconſtans pœnitere, vt contigit in quodam Sollicitante. Dic primò, ceſſare inconſtantiam, ſi calumnioſè erroris reuocatio proponatur, Angel. *de malef.* Mill.
in prax. Monticell. & Boſs. *allegati* à Farinacc. *dict. quæſt.*81. *num.*333. qui ex alijs
50 aſſerit, an proponatur reuocatio calumnioſè remitti arbitrio Iudicis.
51 Cœterum hæc limitatio ab eodem Farinacc. *ibidem num.*335. omninò reijcitur, quia Iudex non debet auferre defen-

52 ſiones reo, etiam quod eius confeſſio eſ-
ſet grauata mille indicijs, ac pro reo in-
conſtante mille eſſent coniecturæ, vt vi-
detur requiri Guazzin. *dicto cap.*10.*num.*4.
Cabal. *dicto caſu* 186. *num.*3.

53 Dic ſecundò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, quando confeſſioni iudiciali præ-
ceſſit extraiudicialis confeſſio, Carrer. *in
prax.* 1. *tract. de appellat.* §. *Tertius caſus
num.* 20. Paris de Put. Bald. & Maſcard.
à Farinacc. *dicta quæſt.*81. *numero* 336. Sed
hanc limitationem valdè dubitabilem
eſſe dicit idem Farinacc. *loco cit. ad fin.* &
contra illam tenet expreſsè Cabal. *dicto
caſ.*186. *num.*6. dicens contrarium vidiſſe
ſeruari, & hanc etiam ſequitur Guazzin.
*dicta defenſ.*32. *dicto cap.*10. *num.*4.*verſ. Sed
aliqui firmant*.

54 Dic tertiò, illicitam eſſe inconſtantiam,
quando confeſſio facta eſt coram Iudice
non ſuo, quia Iudex competens poteſt
cogere confitentem ad perſeuerandum
in confeſſione facta coram Iudice incom-
petente Doctores omnes *in l. Magiſtratibus,
ff. de iuriſdict. omn. Iudicum*, & ibi Iaſ. vbi
de communi Boer. *decif.* 90. *num.*9. cum
alijs per Maſcard. *concluſ.* 352. *num.* 2. Fa-
rinacc. *dicta quæſt.*81. *num.*216.

55 Quod tamen non procedit in confeſ-
ſione facta à Clerico coram Iudice lai-
co, quia huiuſmodi confeſſio, etiam non
docto de errore, poteſt reuocari, Felyn. *in
cap. At ſi Clerici n.* 6. *ver. Secundo reſtringe*,
Berous *num.*140. Mantua *num.*31. *extra de
Iudic.* Iaſ. *d. l. Magiſtratibus num.* 6. cum
alijs per Farin. *dicta quæſt.*81. *num.*215.

A cuius tamen dictis omninò cauen-
56 dum eſt, dum aſſerit, confeſſionem fa-
ctam à Clerico coram Iudice ſeculari fa-
cere coram Iudice Eccleſiaſtico indicium
ad torturam; Quia contrarium veriùs
57 eſt, etiam quod Clericus coram Eccle-
ſiaſtico Iudice, eam non reuocet, vt re-
probato Baldo *in l. vnica, C. de confeſſ.* vo-
luit Barbat. *in dicto cap. At ſi Clerici, de
Iudic.* & latè proſequitur Mart. *de iuriſdic.
par.*4. *cent.*2. *caſ.*139. *à num.*11. cuius dicta
tranſcripſit Ricc. *decif. Archiep. Neapoli-
tan.* 81. *par.*4. per Rot. & ita dicit fuiſſe
reſolutum, & eum ſequitur Sperell. *dec.*18.
*num.*11. *par.*1. Sed ſi confeſſio facta fuiſ-
58 ſet à Clerico coram Eccleſiaſtico, aliàs
tamen incompetente, tunc coram com-
59 petente cogeretur in eadem confeſſione
perſeuerare, & valebit, vt extraiudicialis,
Blanc. *de indic. & tortur. num.* 218. cum
alijs per Mart. *loco cit. num.*15.

60 Idem dicendum eſt, ſi confeſſio facta
eſſet coram Iudice incompetente, non
ſolùm ratione perſonæ, verum etiam ra-
61 tione cauſæ, verbi gratia, ſi quis fateatur
homicidium coram Iudice, qui non ha-
bet, niſi modicam iuriſdictionem, & iſte
delinquens ad Iudicem ſuum ordinarium
62 remitteretur, poſſet cogi ad perſeueran-
dum in ea confeſſione, ſed non ex ea con-
demnari valeret, Doctores *in d. l. Magi-
ſtratibus, ff. de iuriſd. omnium Iudicum*, vbi
Alex. *num.*5. *in fin.* Angel. *numero* 5. Bald.
*num.*2. Caſtren. *num.*3. Fulgoſ. *num.*4. Dec.
*num.*8. Iacobin. de S. Georgio *num.* 9. Iaſ.
*num.*3. qui tamen parum ſibi conſtans vi-
detur, dum ait, hanc confeſſionem poſſe
63 reum reuocare, nam, ſi cogitur perſeue-
rare, quomodo poterit eam reuocare?
Bald. *in dicto cap. At ſi Clerici numero* 4. *de
Iudic.* Farin. *dicta quæſt.*81.*num.*204. Guaz-
zin. *d. defenſ.* 32. *cap.* 26. *num.* 1. *verſic. Et
etiam*.

Vidi tamen in vna Amerina Sacrilegij
quoſdam reos confeſſos fuiſſe coram Epi-
ſcopo Amerino ſe de nocte ingreſſos
in quoddam Monaſterium Monialium,
& furtum valdè notabile commiſiſſe, cau-
ſa eorum auocata à Sanctiſſimo D. N.
Innocentio X. eaque in S. C. commiſſa
poſt longam diſputationem an ea cõfeſ-
64 ſio ſufficeret, vt poſſet eadem S. C. in
pœnam vltimi ſupplicij reos condemna-
re, eò quia eſſet emanata coram Epiſco-
po, qui non poterat illos condemnare in
65 pœnam ſanguinis, fuiſſe reſolutum, ſo-
lam illam confeſſionem ſufficere ad con-
demnandos reos in pœnam vltimi ſuppli-
cij, & ita fuit executum, ſcio tamen non-
nullos ex Cardinalibus, & Prælatis S. C.
apud me iuiſſe ſententiam. Fateor reſolu-
tionem S. C. apud me fuiſſe periculoſam,
niſi dicas, quod potuiſſet sũmus Pontifex,
66 etiã eo caſu iubere Epiſcopo, vt traderet
reos Curiæ ſeculari, ex latè traditis per
Cyriac. *contr. iur. c.*435. per tot. & maximè
*n.*35. & ita voluiſſe ex ſeipſo, vel median-
te S. C. hoc executioni demandare.

67 Dic quartò, non ſolùm allegandum eſſe
errorem, ſed etiam probandum, quia in
dubio confeſſio præſumitur vera, & non
68 erronea, Bald. *l. fin. num.* 2. *C. de probat.*
cum alijs per Farinaccium *dicta quæſt.* 81.
*num.*337. Cabal. *dicto caſ.*186. *num.* 7. & 9.
Guazzin. *d. defenſ.* 32. *cap.* 12. *num.*1. & 2.
verſ. necnon, vbi monet Aduocatum, ne
prius citet *ad dicendum contra articulos*, ne
69 vè illos exhibeat, niſi priùs facta per reum
reuocatione confeſſionis, & declarato
velle probare errorem dictæ confeſſionis.

70 Quomodo autem probetur error con-
feſsionis, & an ſufficiat probare errorem,
vel debeat probari cauſa erroris. Videndi
ſunt Farinacc. Guazzin. Cabal. *in loco cit.*
& per eoſdem *allegati*.

71 Cauſæ verò legitimæ huius inconſtan-
tiæ, & reuocationis confeſsionis erunt,
metus ſi cadat in conſtantem virum, &
veſtiatur aliqua cauſa probabili, quod
verè per metum confeſſus ſit.

72 Secunda erit ignorantia ruſticitatis, im-
petitiæ, ruditatis, & ſimilia, maximè in fa-
73 cto alieno, nam, ſi eſſet confeſsio in facto
proprio non ſolùm eſſet allegandus error,
74 ſed etiam probandus, vt latè Farinaceius
d. quæſt. 81. *num.* 344.
75 Tertia erit obliuio, quæ æquiparatur
76 ignorantiæ.
77 Quarta erit ira, quæ impedit animum,
nè quis vetum dicere poſsit.
78 Quinta perſuaſiones, blanditiæ, ſuppoſi-
tiones, impunitas promiſſa, tædium car-
ceris, & vitæ.
79 De quibus omnibus cauſis latè dixerit
Guazzin. *ad defenſ. d. defenſ.* 32. *cap.* 13. *per
tot.* vbi benè docet Aduocatos, quomodo
debeant hæc omnia deducere, vt Reos
liberent à pœnis.

QVÆSTIO XXXI.

ARGVMENTVM.

An Iudex, qui Reo promiſit impunitatem, ex qua promiſſione confeſſio-
nem extorſit, inconſtans eſſe poſſit illi impunitatem poſtea denegando.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui Rei confeſſionem extorſit cum pro-
miſſione impunitatis an, & quando poſſit
inconſtans illam denegare, & num.* 8.
10. *&* 13.
2 *Iudex ad inueſtigandam veritatem poteſt vti
cauillationibus, & ſimulare.*
3 *Maximè concurrente publica vtilitate.*
4 *Fidem ſeruare non expedit in malis promiſſis.*
5 *Pacta contra publicam vtilitatem etiam iu-
rata ſeruari non debent.*
6 *Veritas dummodo habeatur, non refert quo-
modo habeatur.*
7 *Blanditijs, & bonis verbis vti licèt ad veri-
tatem habendam.*
9 *Fides data etiam hoſti ſeruanda eſt.*
11 *Fides publica præferenda eſt publicæ vtili-
tati.*
12 *Deceptio ſub publica fide non permittenda.*
14 *Hæreſis in crimine impunitas per Inquiſito-
res promiſſa reo confeſſo ſeruanda eſt, &
num.* 17.
15 *Inquiſitores Sancti Officij maiorem habent
auctoritatem in promittenda miſericordia,
gratia, & fortaſſe impunitate, quàm alij
Iudices.*
16 *Et an poſſint ſaltem promittere gratiam, &
miſericordiam.*
18 *Relapſus, cui Inquiſitor miſericordiam pro-
miſerat, fuit liberatus.*

1 LICITAM eſſe in Iudice huiuſmodi
inconſtantiam voluere Card. Alex.
& Gemin. *in cap. Si quilibet, & in
cap. Vtilem* 22. *quæſt.* 2. Felyn. *in cap. Acce-
dens il ſecondo, vt lite non conteſtata, & in
cap. afferte col.* 2. *de præſumpt.* & hanc eſſe
communem opinionem dixere Adden.
ad Decium *in l. ea eſt matura, de regul. iur.*
Archidiacon. *in dicto cap. Vtilem*, vbi refert
factum Alexandri Tertij, qui Epiſcopo
Simoniaco promiſit diſpenſationem, &
gratiam, qua promiſsione non obſtante,
illum depoſuit Soccin. *cap. Qualiter, &
quando il ſecondo num.* 974. *de accuſat.* Alciat.
de præſumpt. reg. 3. *præſumpt.* 27. qui alios
Couuar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. cum alijs
latè per Farinacc. *de Reo confeſſo quæſt.* 81.
num. 279.
2 Et hæc opinio non caret ſuis rationibus.
nam Iudex ad inueſtigandam veritatem
poteſt vti cauillationibus, aut ſimulare,
d. cap. Afferte, & in cap. Non enim volebat,
3 *Deus* 22. *quæſt.* 2. maximè concurrente
publica vtilitate, vt *in d. cap. Vtilem.*
4 Secundò, quia in malis promiſsis non
expedit fidem ſeruare, *cap. in malis promiſſis
de reg. iur. in* 6. hinc eſt, quod pacta con-
tra publicã vtilitatem, etiamſi iuramento
5 vallata ſint, minimè ſeruari debent, Bart.
l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſs & in l. 1. *de dolo.*
6 Tertiò, quia non refert, quomodo ve-
ritas habeatur, dummodo habeatur, *l. cum
ſeruus, ff. de verb. oblig.*
7 Quartò, nam ſi licèt torquere, & alia
nonnulla in corpore hominis facere pro
veritate habenda, tantò magis blanditijs,
ac bonis verbis vti, Archidiac. *dicto cap.
Vtilem*, quas rationes in vnum congerit
Viu. *commun. opin. in verb. Iudex promittens
liberationem art.* 2. latè Pegna ad Eymeric.
par. 3. *comment.* 23. *num.* 105. *verſ. quantum
ad ſecundum.*
8 Contrariam tamen opinionem nempe
in Iudice impunitatem promittente illici-
tam eſſe inconſtantiam, voluere Beluiſ.
in pract. lib. 3. *cap.* 18. *num.* 19. *& ſeq.*
Dec. *in dicta l. ea eſt natura, num.* 7. *& ſeq.
ff. de reg. iur.* & ibi Cagnol. *num.* 17. Ma-
galott. *de ſaluocond. par.* 2. *num.* 21. Couuar.
loco cit. num. 16. cum alijs, quos refert idem
Farinaccius *d. quæſt.* 81. *num.* 277. Guazzin.
ad defenſam defenſ. 20. *cap.* 25. *num.* 2. *verſ.
ſed contrarium*, Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 15.
num. 72. *&* 73. Peguer. *deciſ.* 39. *num.* 10.

vbi dicit ita pluries in illo Senatu fuiſſe
reſolutum, Farinacc. *conſ. 53. num. 1. & ſeq. lib. 1.* Guazzin. *de pace par. 1. quæſt. 38. num. 21.* Conciolus *reſolut. crimin. in verb. impunitas reſolut. 1. à num. 1.*

9 Ratio potiſsima eſt, quia fides data
etiam hoſti ſeruanda eſt ſecundùm Text.
cum Gloſs. *in cap. Noli 22. quæſt. 1. & in cap. Innocens 22. quæſt. 4.* & Gloſs. *in cap. Dominus autem 13. quæſt. 2.* Gloſs. *in l. conuentio de pactis*, Remig. de Gonn. *de immunitate Eccleſ.* qui latiſsimè tractat *de materia fallent. 26. ferè per tot.*

10 Non recedas ab hac opinione, quæ tutior eſt, & moribus approbata, vt dicit Ceuall. *commun. contr. commun. quæſt. 292. ad finem*, & abſque dubio ſeruatur in Statu Eccleſiaſtico.

11 Non obſtant in contrarium adducta,
quia concurrente vtilitate publica, & fide
publica, vtique fides debet præferri, ne
12 quis ſub ea decipiatur ad not. per Docto-
res relatos à Cagnolo *dicta l. ea eſt natura, ff. de reg. iur.*

13 Nec vera eſt diſtinctio Clar. *quæſt. 55. num. 6.* quem ſequitur Guazzinus *dicta defenſ. 20. cap. 25.* quod ſi promittens impunitatem, poteſt illam concedere, ſeruanda ſit, ſin minus, imputandum ſit Reo, qui credidit tali promiſsioni, quia Reus non tenetur perſcrutari, an Iudex poſsit, vel non poſsit, ſatis enim eſt, quod fides publica intercedat, quæ, vt dixi, omnino ſeruanda eſt.

14 Et etiam opinio hæc habet locum in
crimine hæreſis, quamuis enim quoad
promittendam miſericordiam, & gratiam,
& fortaſsè impunitatem maiorem habeant
Inquiſitores auctoritatem, quam alii Iudi-
15 ces, iuxta Textum *in cap. Vt commiſſi, de Hæret. in 6.* latè Pegna *loco citato num. 105. verſ. veruntamen*, nihilominus non inde
reſultat, quod ſi impunitatem promiſe-
rint, quin eam teneantur ſeruare; aliud
enim eſt quærere, an impunitatem poſsint
promittere, aliud, an ea promiſſa tenean-
tur ſeruare, nam primò caſu nonnulli pu-
16 tant, illos poſſe promittere, ſaltem gra-
tiam, & miſericordiam, vt per Pegnam *loco citato*, cuius tamen ſententiam mordicus impugnat Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 87. num. 25.*

17 Promiſſam tamen etiam Inquiſitores tenentur ſeruare, vt teſtatur Cantera *in ſuis quæſtionibus crimin. cap. 1. de vera confeſſione, num. 9.* vbi dicit ſic non fuiſſe relaxatum quendam relapſum, cui ab Inquiſitore promiſſa fuerat miſericordia, ſequitur Canteram, Diana *4. par. tract. 8. reſol. 22.* Souſa *in aphoriſm. lib. 2. cap. 20. num. 43.* Nec recedas ab hac opinione, quamquam vt vociferatum fuit in cauſa N. cui à Patre Commiſſario N. fuerat promiſſa impunitas aliter obſeruatum fuerit.

QVÆSTIO XXXII.

ARGVMENTVM.

An ſtante Statuto minuente pœnam confitentibus; augente verò negantibus, is, qui primò negauit, & poſtea inconſtans fatetur, gaudeat priuilegio Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statuti minuentis pœnam ſpontè confitentibus, illamque augentis negantibus priuilegio gaudet, qui primò negauit, poſtea inconſtans confeſſus eſt.*

2 *Quid ſi confeſſionem emiſerit poſt litem conteſtatam.*

3 *Quid ſi Statutum in prima reſponſione confeſſionem expoſceret.*

4 *Vel ſi negatio reſpiceret, quæ emergunt ante litem conteſtatam, puta declinationem fori, vel locum maleficij.*

5 *Quid ſi hoc caſu Reus de mendacio conuinceretur.*

6 *Iuriſdictionis cauſa ſeparata eſt à cauſa maleficij.*

7 *Finem ad vnum inducta trahi non debent ad alium diuerſum.*

8 *Minor, qui primò negauit etiam poſt litem conteſtatam poteſt per viam reſtitutionis in integrum fateri delictum, vt gaudeat Statuto pœnam minuente ſpontè confitentibus.*

9 *Pœnam à Statuto auctam negantibus delictum, an incurrat qui negationem reuocauit poſt litem conteſtatam, antequam de mendacio conuincatur.*

10 *Statuto minuente pœnam ſpontè confitentibus an gaudeat, qui in prima inſtantia conſtans negauit, quatenus fateatur in cauſa appellationis.*

11 *Pœnam maiorem in Statuto impoſitam negantibus non incurrit, qui negauit in prima inſtantia, & in cauſa appellationis confeſſus eſt, non adhuc probata intentione agentis.*

12 *Homicidium negans, & poſtea conuictus poteſt excipere ſe illud feciſſe ad ſui defenſionem.*

13 *Beneficio Statuti pœnam minuentis ſpontè confitentibus non gaudet, qui primò confeſſus, inconſtans reuocauit confeſſionem, & negauit, quatenus denuo inconſtans negationem reuocare velit, & in prima confeſſione perſiſtere.*

14 *Priuilegium iſtius Statuti non intrat, niſi confeſſus conſtans perſtiterit in confeſſione.*

15 *Nec ad hunc effectum admittitur reuocatio reuocationis.*

16 *Pœnam in Sancto Officio euitant ſpontè comparentes.*

17 *Quid ſi in confeſſione conſtantes non perſiſtant.*

18. *Confeſſionis reuocatio an ſit admittenda in Tribunali Sancti Officij.*

19 *Confeſſio extraiudicialis reuocari poteſt incontinenti.*

20. *Quid ex internallo.*

21 *Confeſſio extraiudicialis redacta in ſcriptis reuocari non poteſt errore non probato.*

22 *Quid ſi ſit acceptata à parte.*

23 *Quando reuocari poſſit confeſſio extraiudicialis remiſſiuè.*

1 QVÆSTIONEM hanc latè diſputat doctiſſimus Caballus *caſ.* 56. vbi duas refert Doctorum opiniones, alteram negatiuam, affirmatiuam alteram, & in hac reſidet tanquam veriſſima, & ſecundum Clar. *in prax. quæſt.* 82. mitiori.

2 Quæ tamen opinio non procedit, ſi
confeſſio facta ſit poſt litem conteſtatam, quia negatio ante litem conteſtatam non inducit Fiſco, vel Accuſatori onus probandi, ideò licet reo variare, ſecus autem, ſi fiat in conteſtatione litis, quia inducit onus probandi agenti, ideò non licet variare, Bald. *l. quidam aſtimauerunt, numero* 5. *ff. ſi cert. pet.* Rol. à Val. *conſ.* 88. *num.* 18. *lib.* 4. cum alijs per Caball. *dicto caſ.* 56. *num.* 7. vbi dicit ſe vidiſſe practicari, quando reus reſpondet Inquiſitioni, & & Accuſationi, eam negando, ſi poſtea confiteatur, non gaudet beneficio ſtatuti,
3 quia res non eſt amplius integra, cum
ſit ius quæſitum Fiſco per negationem quoad integram pœnam, cuius pars confitenti remittebatur, & onus probandi delictum incumbit Curiæ, vel Accuſatori Agenti, qui habita negatione ſemper grauatur; Niſi eſſemus in leuibus pœnis, quia, etſi Fiſcus, vel Accuſator fecerint aliquas expenſas in probando poſt negationem rei, & is nondum conuictus fateatur delictum, poterit quidem in expenſis condemnari, ſed non priuari beneficio ſtatuti, Angel. *in l. eum qui*, & ibi Corn. *num.* 4. *ff. de iureiur.* Caball. *loco cit. num.* 7.

4 Secundò, non procedit opinio affirmatiua, quando ſtatutum requireret in prima reſponſione confeſſionem, quo caſu non
eſſet licita variatio, Salyc. *in dicta l. eum, qui num.* 2. Bart. *conſ.* 115. *lib.* 1. Sed ſi negatio reſpiceret ea, quæ emergunt ante litem conteſtatam, maximè circa declinatoriam fori, & iuriſdictionis, vt ſi quis negaret, locum maleficij eſſe de territorio, vel eſſe
5 Clericum, & demum conuinceretur de
mendacio, ſibi non præiudicauit, quin poſtea in conteſtatione litis poſſit eſſe inconſtans, & fateri delictum, vt conſequa-
6 tur præmium ſtatuti, quia ſeparata eſt
cauſa iuriſdictionis à cauſa maleficij, &
7 facta ad vnum finem, non debent trahi
ad diuerſum, Bald. *l. ea quæ, num.* 19. *C. de condict. indebit*, & poſt Angelum Caball. *loco citato, num.* 9. Quemadmodum etiam ſuccurritur minori, qui primo negauit,
8 & per viam reſtitutionis in integrum po-
terit fateri delictum lite conteſtata, *l. Si ex cauſa*, §. *Nunc viden. ff. de minor.* Blancus *in prax. in canthel. pro reo defendendo caut.* 6. Repert. Inquiſit. *verb. confeſſio, verſ. Poſtquam quis negauerit, & in verb. negatiua, eodem* §. Caball. *loco citato, num.* 9.

9 Tertiò, non procedit opinio, quando tractatur de fugiendo augumento pœnarum propter negationem, quia tunc ſufficit, quod confiteatur quandocumque, antequam de mendacio conuincatur, & ſic poſt litem conteſtatam, ſed antequam conuincatur de mendacio, & probatum fuerit delictum per Curiam, ſic Corn. *d. l. Eum qui, num.* 5. Iaſ. *num.* 10. *& in* §. *Ex maleficijs, nu.* 27. *de actionibus*, Caball. qui alios *loco citato num.* 10. Quamuis dicat, contrariam opinionem, quam tenet Roman. *dicta l. Eum qui, num.* 5. Alex. *num.* 1. Roman. *conſ.* 59. eſſe de iure ſubſtentabilem, nempè licitam eſſe variationem vſque ad litem conteſtatam excluſiuè; ſed hanc tanquam mitiorem eſſe amplectendam, refectis tamen expenſis factis per Curiam, vel Accuſatorem, vt ibi per eum, *numero* 14. & 16.

10 Quartò, non procedit, ſi in cauſa appellationis velit negans confiteri, vt contra Angel. *de malef. verb. Præſente D. Caio, & Appellante, num.* 31. dicit Auguſt. de Arim. *in addit.* Caball. *d. caſu nu.* 85. & 86. vbi, quod hæc opinio indubitabilis eſt pro obtinendo beneficio ſtatuti. Contraria
11 verò Angeli poſſet procedere ad euitan-
dam maiorem pœnam, ſi non eſſet probata Agentis intentio, quando Appellans confitetur.

12 Quintò, non procedit, quando quis negaſſet ab initio maleficium, poſtea conuictus inconſtans fateretur, ſe illud feciſſe ad ſui defenſionem, tunc enim inconſtantiam dari in iure nemini dubium eſt, vt notant Doct. *in auth. Contra qui propriam, C. de non numer. pecun.* vbi Bart. *numero* 7. Bald. *num.* 17. Salyc. *num.* 8. cum alijs per

Dec. & Cagnol. *in l. Nemo ex his, ff. de reg. iur. ille num.* 1. hic *num.* 5. Caball. *reſol. crimin. caſu* 49. per Rot. & pro hac opinione tenet Salyc. *in dicta Auth. Contra qui propriam, C. de non numer. pecun. num.* 8. Caball. *dicta reſolut.* 56. *num.* 83. *&* 84.

13 Sextò, non procedit, ſi quis primò confeſſus ſit maleficium, demum inconſtans reuocauerit confeſſionem, iterumque inconſtans vellet reuocare negationem, & perſiſtere in confeſſione, quia cum prius reuocauerit confeſſionem non poteſt gaudere beneficio ſtatuti, cum bene-
14 ficium conferatur ei, qui fuit conſtans in confeſſione, Bald. *in l. ea quæ, num.* 23. *C. de condict. indebit.* Nec valet reuocatio negationis, quia non poteſt dari ad hunc
15 effectum reuocatio reuocationis, *l. ſi quis ius iurand. C. de reb. credit.* latè Caball. *dicto caſu* 56. *à num.* 21. *vſque ad* 28. Larrea *allegat. Fiſcal.* 65. *num.* 85. *par.* 1.
16 Quod nota pro ſponte comparentibus in S. Officio, qui omninò euitant pœnam, quod debet intelligi iuxta *ſupra deducta*,
17 ſi conſtantes ſint in propria confeſſione. Accidit enim meo tempore caſus cuiuſdam Confeſſarii, qui ſponte faſſus eſt, ſollicitaſſe quaſdam Moniales in actu confeſsionis Sacramentalis ad turpia, demum facta ſpontanea comparitione inconſtans iterum acceſsit ad S. Tribunal, proteſtatuſque fuit, ſe vera non fuiſſe confeſſum, & ea omnia, quæ dixit falſa eſſe, putauit enim poſſe ſuam ſpontaneam confeſsionem propriæ famæ penès S. C. ſibi eſſe præiudicio, cum fortaſſe ab aliquo Eminentiſs. Card. Supremæ Inquiſitionis ſperaret aliquod munus in Vrbe. Hic enim, ſi fuiſſet demum denunciatus, abſque dubio non potuiſſet gaudere priuilegio ſpontè comparentium, cum in confeſsione non perſtiterit, neque perſeuerauerit.

18 Cæterum valdè dubio an deberet admitti hæc inconſtantia in hoc Sanctiſsimo Tribunali, quod eſt mixtum fori pœnitentialis, & iudicialis ideò conſidera.

Quando autem in extraiudiciali confeſſione licita ſit inconſtantia, videndum eſt latius ſuo loco, cum hic tantum de inconſtantia in actibus iudicialibus tractemus.

19 Dic ſolum licitam eſſe inconſtantiam non tantum incontinenti, Gloſs. *in cap. apud miſericordiam* 32. *quæſt.* 1. Gloſs. *c. fin. de iureiur.* cum aliis per Guido *de viribus confeſſ. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 2.
20 Sed etiam ex interuallo, & non probato errore, Gloſs. *d. l, error, C. iur. & fact. ignor.* Quod tamen intelligi debet cum diſtinctione relata à Iaſone ibidem, quod ſi confeſsio cauſa ſit veſtita, requiratur erroris probatio ſecus ſi nulla cauſa roboretur, quam diſtinctionem, ſequitur Guid. *de virib. confeſs. loco cit. à nu.* 13. *vſque ad* 21.
21 Illicitam verò eſſe inconſtantiam in confeſsione extraiudiciali, ſi illa ſit redacta in ſcriptis errore non probato, voluerunt Hoſtien. & Io. Andr. *in cap. Ex litteris, de diuort.* Gloſs. *in cap. fin. de iureiur. in* 6. *& dicto cap. Apud miſericordiam* 32. *quæſt.* 1. Alex. *conſ.* 87. *num.* 1. *& conſ.* 92. *num.* 10. *lib.* 5. Moderni vbi ſupra *num.* 4.
22 Vel ſi à parte fuerit acceptata, Bald. *in l. Gallus*, §. 1. *ff. lib. & Poſthum.* Franc. Marc. *deciſ.* 1184. *num.* 28. Franch. *deciſ.* 60. *num.* 8. Guid. *vbi ſupra num.* 6. apud quos
23 videbis, quando extraiudicialis confeſsio poſsit reuocari, probato errore, quæ omnia nos retulimus *ſupra* circa reuocationem confeſsionis iudicialis.

Et hæc dicta ſint circa inconſtantiam in probatione, quæ oritur ex confeſsione ſiue expreſſa, ſiue tacita per iurium productionem; Modo videndum eſt de inconſtantia circa probationem per teſtes.

QVÆSTIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

An qui produxit Teſtes, vt examinentur, poſſit inconſtans pœnitere, illoſque examini ſubtrahere. Et ſi renunciauerit teſtium productioni, an adhuc eos producere poſſit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, præſertim quoad defenſiones: Et an poſt concluſum in cauſa poſſint noui Teſtes examinari.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes producens, vt examinentur, an, & quando poſſit inconſtans pœnitere, eoſque ab examine ſubtrahere, & num.* 5. *&* 8.

2 *Teſtes ad repulſam producens tenetur illos examinari facere, & ad id compelli poteſt, & de ratione,*

3 *Teſtes iurare debent pro vtraque parte.*

4 *Et pro vtraque parte tenentur dicere veritatem.*

6 *Teſtium depoſitiones communes ſunt.*

7 *Productio teſtium non eſt communis, ſed ſolius producentis.*
9 *Teſtes producens etiam iuratos non poteſt cogi ad illos examinandos, ſed aduerſarius cogere eos poteſt ad ſubijciendum ſe examini.*
10 *Teſtes poſtquam iurarunt an, & quando poſſint inconſtantes ab examine ſe retrahere.*
11 *Teſtes inducens poſtquam iurarunt, poteſt eos cogere ad ſe examinandum.*
12 *Inducens, qui teſtes inuitos cogit ad ſe examinandum, quibus ſe ſubijciat periculis.*
13 *Et quomodo poſſit proteſtari.*
14 *Proteſtatio de inducendo teſtes* in parte, & partibus, *operatur, quod inducens dicatur approbare eorum perſonas, non autem dicta.*
15 *Teſtes inductos ſuper vno articulo, & qui ſuper illo limitatè iurarunt, atque admiſſi fuerunt à Iudice producens, an petere inconſtans poſſit, quod examinentur ſuper tota cauſa.*
16 *Teſtium productioni renunciari poteſt tacitè, & expreſsè.*
17 *Teſtium productioni quando tacitè dicatur renunciatum.*
18 *Teſtium productioni renuncians, an, & quando poſſit inconſtans illos producere remiſſiuè*
19 *Regulariter non poteſt.*
20 *Teſtium productioni renuncians in cauſa principali an poſſit inconſtans illos producere in cauſa appellationis.*
21 *Appellationis cauſa non diuerſificat iudicium, quamuis diuerſificet Tribunal.*
22 *Teſtium productioni renuncians adhuc poteſt illos producere in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis dependentibus à primis.*
23 *Quid ſuper articulis omnino nouis, & non pertinentibus.*
24 *Teſtium productioni renuncians non poteſt inconſtans illos producere, quamuis nullos priùs teſtes induxiſſet.*
25 *Teſtium productioni renuncians adhuc poteſt illos producere ſuper articulis nouis.*
26 *Quid in criminalibus.*
27 *Probationibus in cauſa criminali renunciari non poteſt.*
28 *Quid de renunciatione iurata.*
29 *Vel vbi non intret alia pœna, quàm mutilationis alicuius membri.*
30 *Quid ſi reus dixerit nullam ſibi competere defenſionem, an, & quando debeat in defenſionibus ad probationes admitti num. 33. & 35.*
31 *Reus in criminalibus renuncians probationibus poteſt inconſtans renunciationem reuocare, & num. 34.*
32 *Quamuis delictum notorium ſit, & ipſemet dixerit nullas competere defenſiones.*
36 *Defenſionibus renunciari non poteſt.*
37 *Quid ſi reus fuerit repertus in flagranti.*
38 *Quid in latrone famoſo.*
39 *Vel in aſſaſſino.*
40 *Defenſiones dandæ ſunt cuilibet, etiam ſceleſtiſſimo.*
41 *Reus crimen confeſſus an, & quando poſſit defenſionibus renunciare.*
42 *Defenſionibus renunciare, an poſſit reus in delictis, pro quibus irrogatur pœna ſanguinis.*
43 *Quid vbi irrogatur pœna infamiæ.*
44 *Membrorum ſuorum nemo dominus eſt.*
45 *Famæ propriæ quilibet eſt dominus.*
46 *Defenſionibus introductis à iure ciuili renunciari poteſt.*
47 *Quid de defenſionibus introductis à iure naturæ, vel gentium.*
48 *Defenſionum renunciatio an poſſit à Iudice acceptari, quando imminet ſcandalum.*
49 *Hæreſis in crimine an, & quando valeat renunciatio defenſionum, & refertur praxis Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis.*
50 *Iudex Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis tenetur ex officio inquirere defenſiones pro reo inquiſito.*
51 *Quid in delictis leuibus.*
52 *Defenſionum renunciatio admittitur, quando fit, vt reus citius abſoluatur.*
53 *Reus renuncians defenſionibus poteſt incontinenti renunciationem reuocare.*
54 *Et ſecuta reuocatione Iudex non poteſt procedere ad aliquam executionem.*
55 *Renunciatio probationum in cauſa matrimoniali non attenditur.*
56 *Renunciatio probationum facta abſente parte, poteſt per renunciantem reuocari.*
57 *Renunciatione probationum non obſtante poteſt Iudex ex iuſta cauſa renunciantem admittere ad probandum.*
58 *Et an illum admittere poſſit per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali* ſi qua mihi, &c.
59 *Probationibus renuncians adhuc admittitur ad probandam ſuam exceptionem eliſam per replicationem Aduerſarij.*
60 *Teſtium productioni renuncians adhuc poteſt illos examinare ſuper articulo, qui ſit indirectè primò contrarius.*
61 *Examen teſtium, quos tempore renunciationis ſignabat.*
62 *Quid vbi renunciatio non eſt iurata.*
63 *Vel quando vult ſimul producere teſtes, & inſtrumenta.*
64 *Proceſſu publicato, & dicitis teſtificatis non poſſunt examinari alij teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs.*
65 *Et quatenus examinentur, nihil probant.*
66 *Conſentiens publicationi teſtium videtur tacitè renunciare aliorum productioni.*
67 *Nec poteſt inconſtans ad eorum nouam productionem deuenire.*
68 *Remiſſoria non conceditur ad examinandos nouos teſtes poſt publicatum proceſſum, & dicicita teſtificata.*
69 *Quid in cauſa appellationis, & num. 61. cum ſeq.*
70 *Quid in cauſa criminali.*

73 *Ius canonicum ſeruandum eſt etiam in foro ſeculari in ijs, quæ de directo diſponit contra ius ciuile.*

74 *Remiſſoria in cauſa appellationis, quando ſit concedenda ſuper articulis dependentibus à primis.*

75 *Remiſſoria ſuper articulis diuerſis omnino nouis, & impertinentibus in cauſa appellationis non conceditur.*

76 *Articuli noui non directè, ſed indirectè contrarij primis articulis ſunt admittendi.*

77 *Articuli ſuper eiſdem in gradu appellationis admittuntur, quando materias continent magis ſpecificas, & diſtinctas.*

78 *Quid in gradu reſtitutionis in integrum.*

79 *Articuli in gradu appellationis admittuntur in omnibus caſibus, in quibus admittuntur teſtes poſt publicationem in cauſa principali.*

80 *Et è conuerſo in gradu appellationis non admittuntur articuli in omnibus caſibus, in quibus non admittuntur teſtes poſt publicationem in cauſa principali.*

81 *Publicatio ſola proceſſus eſt terminus excluſiuus productionis aliorum teſtium, quamuis teſtificata non fuerint didicita.*

82 *Intellige ſciente, & patiente parte.*

83 *Secus parte inſcia, vel abſente.*

84 *Proteſtatio partis in actu publicationis, quod nolit teſtificata, didicere tanquam contraria facto non attendenda.*

85 *Petens publicationem proceſſus præſumitur habere notas depoſitiones teſtium, & ſcire teſtificata.*

86 *Remiſſoria ſecunda an, & quando concedatur ſuper nouis articulis.*

89 *Remiſſoria ſecunda an concedatur in cauſa ſummaria.*

90 *Subornationis teſtium timor viget etiam in cauſa ſummaria.*

91 *Remiſſoria non conceditur poſt didicita teſtificata, ſiue illa, quis didicerit per ſe, ſiue per alium.*

92 *Remiſſoria non conceditur poſt didicita teſtificata, quamuis teſtificata non ſint propria, ſed partis aduerſæ.*

93 *Examinis à beneficio non excluditur pars, quæ teſtificata non didicit.*

94 *Remiſſoria non conceditur poſt didicita teſtificata, quamuis non ſit facta publicatio teſtium.*

95 *Et an ad hunc effectum ſufficiat, quod teſtium depoſitiones permanſeriut penès partem.*

96 *Remiſſoria non conceditur poſt ſecutas teſtium publicationes etiam ſuper articulis diuerſis, ſed ſub primis contentis ex neceſſitate probationis.*

97 *Præſcriptionem articulans poſt publicatas depoſitiones teſtium non admittitur ad articulandum titulum, ſeu poſſeſſionem.*

98 *Remiſſoria non conceditur poſt teſtes publicatos, quando teſtes ſunt producti ſuper libello, vel petitione, vel ſuper tota cauſa.*

99 *Remiſſoria ſecunda conceditur, quando teſtes vigore primæ fuerunt nulliter examinati.*

100 *Teſtes nulliter examinati adhuc deſeruiunt pro ſufficienti fumo ad concedendam remiſſoriam.*

101 *Remiſſoria ſecunda conceditur, quando teſtes vigore primæ fuerunt examinati nulliter, quamuis publicatio eorum facta ſit ad inſtantiam partis volentis illos nouiter examinare.*

102 *Quid ſi examen non eſt omnino nullum, ſed poteſt tantummodo repelli ope exceptionis.*

103 *Vel quãdo nullitas nõ influit in ipsũ examen.*

104 *Remiſſoria ſecunda an poſſit concedi poſt didicita teſtificata, quæ erant nulla.*

105 *Remiſſoria ſecunda conceditur etiamſi teſtes ſint ritè, & rectè recepti, quando eorum publicatio eſt nulla.*

106 *Quid ſi publicatio facta ſit parte inuita, & reluctante.*

107 *Vel ſi facta ſit inſcia, vel abſente parte.*

108 *Proteſtatio partis in actu publicationis teſtium, quod velit alios teſtes producere tanquam contraria facto non attenditur.*

109 *Teſtificatis didicitis denegatur remiſſoria, non obſtante quod teſtes fuerint publicati inuita parte.*

110 *Remiſſoria non conceditur poſt publicatas depoſitiones, quamuis publicatio facta fuerit per Iudicem ex aliqua cauſa, parte inuita, vel ignorante, ſed legitimè citata.*

111 *Remiſſoria conceditur etiam poſt publicatas teſtium depoſitiones in diuerſa inſtantia, vel in diuerſo iudicio.*

112 *Publicatio teſtium in vno iudicio non impedit illorum productionem in alio.*

113 *Intellige quando aliud iudicium eſt adeò diuerſum, vt ſententia lata in vno non pariat exceptionem rei iudicatæ, in alio.*

114 *Publicatio teſtium in vno iudicio impedit illorum productionem in alio, quando vltra publicationem depoſitionum fuerunt etiam didicita teſtificata.*

115 *Quando agitur inter eaſdem perſonas, & eadem eſt agendi cauſa.*

116 *Quando negocium eſſet plenè cognitum in prima inſtantia.*

117 *Publicatio aliquorum teſtium in iudicio poſſeſſorio non impedit productionem aliorum in petitorio.*

118 *Et è conuerſo publicatio aliquorum in petitorio non impedit productionem aliorum in poſſeſſorio.*

119 *Iudicium petitorium, & poſſeſſorium tendunt ad diuerſum finem.*

120 *Publicatio aliquorum teſtium in iudicio ſummario plenariè receptorum impedit productionem aliorum in petitorio.*

121 *Teſtes plenariè recepti in iudicio ſummario probant etiam in iudicio plenario.*

122 *Publicatio teſtium examinatorum coram Arbitro non impedit productionem aliorum teſtium coram Iudice.*

Iudicium

123 *Iudicium, quod fit coram Iudice eſt diuerſum à iudicio, quod ſit coram arbitro.*
124 *Publicatio teſtium coram Arbitratore non impedit publicationem aliorum teſtium coram Iudice.*
125 *Quid ſi poſt publicationem pars acceptauit eorum depoſitiones.*
126 *Teſtes examinati coram arbitro, & poſtea mortui non ſidem faciunt coram Iudice.*
127 *Et ſecuta eorum publicatione coram arbitro, an admittatur pars ad productionem aliorum teſtium coram Iudice.*
128 *Publicatio teſtium facta coram Iudice, impedit productionem aliorum coram arbitro, & de ratione.*
129 *Quid in Arbitratore.*
130 *Publicatio teſtium non tendentium ad eundem finem, vel examinatorum in cauſa nullitatis, non impedit productionem aliorum in cauſa principali.*
131 *Publicatio teſtium in iudicio, cuius ſententia non tranſit in iudicatum, non impedit aliorum examen.*
132 *Peritorum relationes publicatæ, non impediunt contrariam probationem fieri per alios peritiores, & num. 149.*
133 *Publicatio teſtium deponentium de credulitate non impedit examen aliorum deponentium contraria credulitate, & num. 150.*
134 *Publicatio teſtium non impedit aliorum examen in cauſa matrimoniali.*
135 *Sententia lata in cauſa matrimoniali nunquam tranſit in iudicatum.*
136 *Quid ſi Iudex ex officio procedat.*
137 *Publicatio teſtium in cauſa matrimonij ſpiritualis, an impediat aliorum examen.*
138 *Sententia lata in cauſa matrimonij ſpiritualis, an, & quando tranſeat in iudicatum.*
139 *Publicatio teſtium in cauſa matrimoniali, an impediat aliorum examen ſiue deponant pro matrimonio, ſiue contra illud.*
140 *Teſtes quando dicantur deponere contra matrimonium remiſſiuè.*
141 *Publicatio teſtium in cauſa matrimoniali impedit aliorum examen, quando ſententia lata tranſit in iudicatum, ſecus è contra.*
142 *Quid ſi teſtes producerentur ſuper extrinſecis ad vinculum matrimonij.*
143 *Publicatio teſtium productorum ad impinguandum proceſſum, in cauſa matrimoniali impedit aliorum examen.*
144 *Publicatio teſtium impedit aliorum examen in cauſa ſponſalium.*
145 *Publicatio teſtium in cauſa matrimoniali impedit aliorum examen, quando non agitur de periculo animæ.*
146 *Iudex in cauſa matrimoniali non debet admittere nouum examen poſt teſtes publicatos niſi cum cauſa.*
147 *Et quando non debeat illos admittere.*
148 *Producens nouos teſtes poſt primos publicatos, non admittitur ad examen, niſi præuio iuramento, quod illos non ſubornauerit.*
151 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen, quando variatur modus agendi.*
152 *Quid ſi agitur ad diuerſum finem.*
153 *Vel quando agitur inter diuerſas perſonas.*
154 *Vel in diuerſo iudicio.*
155 *Quid ſi noui articuli dependent ab antiquis.*
156 *Vel ſi teſtes iam examinati iurarunt de dicenda veritate, & fuerunt interrogati ſuper tota cauſa.*
157 *Publicatio teſtium, an, & quando impediat nouum examen ſuper articulis indirectè contrarijs.*
158 *Vel quando agitur de probanda negatiua.*
159 *Publicatio teſtium in cauſa matrimoniali, & criminali non impedit nouum examen, quando agitur de probando falſitatem teſtium à parte examinatorum.*
160 *Quid ſi cum falſitate velit etiam probari eorum corruptio.*
161 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen, quando in eo intenditur reprobari perſonas, vel dicta teſtium.*
162 *Quid vbi agitur de reprobando teſtes reprobatorios partis aduerſæ ad coadiuuandam priorem probationem.*
163 *Vel agitur de probanda confeſſione partis.*
164 *Quid ſi imputari non poteſt parti producenti cur non fecerit eos examinare.*
165 *Quid ſi pars producens articulos potuit ad illos inſtrui ex articulis partis aduerſæ.*
166 *Quid ſi teſtes examinari volunt ſuper re notoria, vel ſuper euidentia facti.*
167 *Aut ſuper fama.*
168 *Quid vbi agitur de periculo animarum.*
169 *Vel in beneficialibus.*
170 *Aut in cauſa Monachatus.*
171 *Quid conſentiente parte.*
172 *Vel vbi agitur de materia concernente bonum publicum.*
173 *Probatio noua poſt publicationem proceſſus, neque de partis conſenſu admittitur, vbi tractatur de publico bono.*
174 *Productio nouorum teſtium poſt publicatas atteſtationes admittitur, ſi pars tacitè conſentiat.*
175 *Et quando tacitè conſentire dicatur pars.*
176 *Publicatio teſtium, an, & quando impediat nouum examen in cauſa criminali.*
177 *Siue agatur de teſtibus ad offenſam, ſiue ad defenſam.*
178 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen tendens ad probationem inſtrumenti.*
179 *Quid vbi agitur de teſtibus nouiter repertis.*
180 *Vel ſi pars procedat per viam reſtitutionis in integrum.*
181 *Quid ex cauſa ſuperueniente.*
182 *Vel quando teſtes ſunt digniſſimi.*
183 *Epiſcopus, & Archiepiſcopus dicuntur teſtes digniſſimi.*
184 *Publicatio teſtium, an impedit nouum examen, quando aliqui ex teſtibus productis non ſunt examinati.*

185 *Quid ſi ſuper articulis datis nulli teſtes fuerunt producti.*
186 *Vel quando teſtes examinati, & interrogati dixerunt nihil ſcire.*
187 *Vel quando teſtes non fuerunt interrogati, vel non fuerunt perfectè interrogati culpa, vel negligentia Iudicis.*
188 *Quid ſi id procedat ex culpa partis.*
189 *Culpa, & negligentia in teſtibus interrogandis, an præſumatur Iudicis, vel partis.*
190 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen, quando agitur de probando eo, quod ſub primis articulis continebatur de neceſſitate facti, non de neceſſitate probationis.*
191 *Quid vbi agitur de probando qualitatem contractus in primis articulis deducti, & probati.*
192 *Excommunicatione probata per teſtes examinatos ſuper primis articulis, & publicato proceſſu, an inde impediatur examen ad probandam qualitatem excommunicationis.*
193 *Publicatio proceſſus non impedit nouum examen ad probandam legitimam ætatem contrahentis, vel ingredientis Religionem.*
194 *Quid ſuper dependentibus, de quibus extra articulos depoſuerunt teſtes inducti ſuper primis articulis.*
195 *An impediat nouum examen, quando eſt perempta inſtantia.*
196 *Non impedit nouum examen concurrente Principis conceſſione.*
197 *Et an iſta conceſſio reſultet ex clauſula* non obſtante, &c.
198 *Quid de conceſſione Papæ.*
199 *Publicatio teſtium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, & ante litem conteſtatam, an impediat nouum examen.*
200 *Quando impediat nouum examen, eo, quod atteſtationes primæ ſint deperditæ.*
201 *Quid de nouo examine ad declarandas dubias teſtium depoſitiones.*
202 *Quid ſi pars fuit ad nouum examen reſtituta.*
203 *Et quæ ad hunc effectum conſiderentur pro iuſtis cauſis reſtitutionis remiſſiuè.*
204 *An hæc reſtitutio concedatur minori, ruſtico, & Eccleſiæ remiſſiuè.*
205 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen, ſtante conſuetudine, quod poſt publicationem, adhuc teſtes poſſint examinari.*
206 *Quid ſtante Statuto, quod poſt publicationem poſſint teſtes examinari.*
207 *Publicatio non impedit examen, quando quis fuit impeditus facto aduerſarij, ne teſtes examinaret.*
208 *Examen admittitur etiam poſt dedicita teſtificata, quando illa fuerunt dedicita dolo aduerſarij nouæ admitterentur atteſtationes.*
209 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen, quando Iudex illorum publicationem reuocauit.*
210 *Examen admittitur etiam poſt didicita teſtificata, quando pars fuit illorum oblita.*
211 *Publicatio teſtium examinatorum ad probandam intentionem Actoris, non impedit examen faciendum à reo ad probandam ſuam exceptionem, quæ non ſit directè contraria intentioni eiuſdem Actoris.*
212 *Publicatio teſtium non impedit nouum examen vbi agitur, de probanda abſentia.*
213 *Quid ſi teſtes ante publicationem erant excommunicati, vel inhabiles.*
214 *Teſtes poſt concluſum in cauſa examinari amplius non poſſunt.*
215 *Quid in cauſa appellationis.*
216 *Concluſio in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis.*
217 *Quid ſi concluſio ſit ſuper aliquo articulo particulari.*
218 *Teſtes noniter reperti examinari poſſunt etiam poſt concluſum in cauſa.*
219 *Quid ſuper nouis articulis.*
220 *Quid de teſtibus, qui de tempore concluſionis ignorabantur.*
221 *Teſtes in cauſa matrimoniali examinari poſſunt etiam poſt concluſum in cauſa.*
222 *Quid de teſtibus ad defenſam in cauſa criminali.*
223 *Teſtes examinari poſſunt poſt concluſum in cauſa, parte non opponente.*
225 *Teſtes examinari poſſunt poſt concluſum in cauſa, per viam reſtitutionis in integrum.*
226 *Quid æquitate ſuadente.*
227 *Vel ſi ſint perſonæ legales, & nobiles.*
228 *Quid vbi agitur de periculo animæ.*

1 QVOAD primam partem de eo, qui produxit teſtes, illicitam eſſe inconſtantiam voluere Innocent. *in cap. Præſentium col. 2. de teſtibus*, qui dixit,
2 quod, ſi Pars ſemel produxit teſtes ſuper probatione obiectiua contra teſtes ſuæ par-
3 tis propoſita, non poterit pœnitere, quia teſtes pro vtraque parte iurare ſolent, *cap. non ſanè 14. quæſt. 5.* & poteſt eſſe, quod, ſi examinentur, magis probabunt confirmationem teſtium, quàm reprobationem, & Innocent. ſequuntur Doctor. vt teſtatur Panormitanus *in dicto cap. Præſentium num.* 12. Imol. *num.* 9. Felyn. *ibidem, & cap. de teſtibus num.* 13. *eodem tit.* Aretin. *conſ.* 140. Crauett. *de antiq. temp. par. 1. verb. quæritur num.* 2. Farinacc. *de teſtibus qu.* 62. *num.* 224. Capic. *deciſ.* 39. *num.* 3.

Quæ doctrina Innocentij licet loquatur in teſtibus productis ad repulſam, eadem
4 tamen viget ratio in omni caſu, ex quo teſtes debent dicere veritatem in omni cauſa pro vtraque parte, ſic Capic. *dicta deciſ.* 39. Carthar. *deciſ. Genuen. execut.* 106. *num.* 9. Farin. *loco cit. num.* 224.

Contrarium voluere Baldus *in l. edita*

num. 108. C. eden. qui dicit, *edidi nomina teſtium, ad quod de iure cogor, l. non ex omnibus, ff. de arbitr.* quia nemo de iure inuitus probare cogitur. Volo aliqua
5 nomina detrahere, Aduerſarius contradicit, quæritur an poſſint? Reſpondet Bald.
6 videri quod poſſit, ſed tamen de cætero eos non producet, *l.3.de fid.inſtrum.* & licet atteſtationes ſint communes, tamen pro-
7 ductio teſtium non eſt communis, ſed ſolius producentis, ideò renunciare poteſt productioni. Idem concludit Baldus *dicto loco*, & eo non citato, licet rationibus non habentibus ſaporem, tenet Hieronymus de Laurentijs *deciſ.* 116. *per tot.*

8 In hac contrarietate dic, quod, ſi teſtes ſint iurati, tunc nullo modo licita eſt inconſtantia, ſi autem non ſint iurati, non eſt cogenda pars producens ad eos examini ſubijciendum, ſed poterit altera pars eos compellere, vt ſe examini ſubijciant, Capic. *dicta deciſ.* 39. Carthar. *d. deciſ.* 106. *num.* 9. qui dicunt ita intelligendum eſſe dictum Innocentij, Marſilian. *deciſ. Ianua* 41. vbi tradit ita fuiſſe deciſum in dicto Senatu, Niger *de execut. rei iudic. pag.* 286. *nu.*9. Rota *deciſ.*549.*n.*2. *par.*3. & *deciſ.*102.
9 *num.* 18. *par.* 9. *recent.* & aduertendum eſt, quod Rota *in d.deciſ.*549. dixit non eſſe cogendam partem producentem teſtes, etiam iuratos, vt eos examini ſubijciat, ſed relinquendum arbitrio alterius partis, vt poſſit cogere teſtes ad ſubeundum examen, Cancer. *var.lib.*1.*cap.*20.*num.*101. vbi bene ſequitur Poſth. *de manut. obſeruat.*89.*num.*8. *& ſeqq.*

10 An autem teſtes poſſint cogi ad examinandum, ne poſteaquam iurauerunt ſe inconſtantes poſſint ab examine retrahere, videndus eſt Farin. *quæſt.*78. *per tot.*

11 Aduertendum tamen eſt, quod etiamſi ad ipſius inducentis inſtantiam ſint inuiti ad teſtificandum cogendi, vt per Grauat. ad Veſtr. *lib.*16. *cap.*2. *nu.*26. & 27. Poſth.
12 *d.obſeru.*89. *nu.* 10. eſt tamen periculoſum eos cogere, quia immemores iuramenti præſtiti, aliquando veritatem tacent, vel imò contra inducentem probant, Poſth. *dicta obſeruat.* 89. *num.* 11. vbi dat caute-
13 lam, quod inducens proteſtetur ſe eos *in parte, & partibus*, inducere, quia tunc
14 cenſetur approbare perſonam non dicta, vt per eum *num.*12.

15. Cæterum ſi inducti ſint ſuper vno articulo limitate, & limitate iurarunt, ac Iuramentum fuerit ſic admiſſum à Iudice, & à parte, poterit pars producens inconſtans eſſe, ſi petat examinari ſuper tota cauſa, Rota *deciſ.* 268. *par.*2. *diuerſ.*

Quo verò ad ſecundam partem quæſtionis de eo, qui renunciauit teſtium productioni, àn inconſtans demum illos producere poſſit: Hæc renunciatio dupli-
16 citer poteſt contingere; Primò expreſsè *cap. intimauit*, ibi, *nec eſt ab renunciatum*, ſumpto argumento à contrario ſenſu *extr. de teſtib.* Secundò tacitè, hoc eſt vel poſt-
17 quam publicatus eſt proceſſus, & didicitâ ſunt teſtificata, vel poſt concluſum in cauſa, *§. quia verò, in auth. de teſtib.*

18 De vnoquoque horum caſuum breuitèr differendum eſt, & compendiosè, cum latiſſimè materiam tractauerit Farinacc. *in ſuo aureo tract. de teſtibus quæſt.*75.

19 Dic ergo primò, quod poſtquam pars renunciauit productioni teſtium, non poteſt inconſtans amplius redire ad illos examinandos, vt ex d. Text. *in d.cap.Intimauit*, volunt Doctor. nempe Butr. Imol. Ancharan. *extr.de teſtib.* Gloſs. per illum Text. *in cap. Cum veniſſent*, & ibi omnes Canoniſtæ *eodem tit.* Surd. *conſ.*176. *num.*7. cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.* 75. *num.* 275.

20 Quæ concluſio habet locum, etiam in cauſa appellationis, vt ſcilicet renuncians productioni teſtium in cauſa principali non poſſit inconſtans eos producere in cauſa appellationis, Innoc. *in cap. Fraternitatis, in princ.* & ibi Hoſtien. & alijs Canoniſtæ *de teſtib.* Farinacc. *d. quæſt.*75. *nu.*279. vbi *num.* 280. refert contrarium tenentes, & *num.*282. concordat opiniones. Sed non recedas à priori opinione, quæ cum habeat locum in tacita renunciatione, hoc eſt publicatis atteſtationibus, vt videbimus, multò magis debet locum habere in ex-
21 preſſa, cum diuerſum non ſit iudicium, licet diuerſum ſit Tribunal, Barb. *in Clem.*2. *de teſtib. à num.* 3.

22 Licita tamen eſſet dicta inconſtantia in cauſa appellationis, quando vellent examinari teſtes ſuper nouis capitulis, depen-
23 dentibus tamen à primis, ſecus ſi articuli eſſent noui, & non pertinentes, Innoc. *in dicto cap. Fraternitatis, de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.*75. *num.*284. & 286. Barboſ. *in d. Clem.*2. *num.* 5.

24 Secundò concluſio habet locum, etiam quod renuncians productioni teſtium, nullos prius teſtes induxiſſet, Gloſs. *fin. in cap. Cum veniſſent*, & ibi Doctor. *extra, de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d.quæſt.*75. *num.* 287.

25 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi Renuncians velit nouos producere articulos, & teſtes, *cap. Cauſam, quæ il* 2. & ibi Canoniſtæ *extr.de teſtib.* cum alijs per Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 288. Barboſ. *ad d. cap. Cauſam quæ num.* 1.

26 Secundò dic, licitam eſſe inconſtantiam in cauſis criminalibus, in quibus
27 probationibus renunciari non poſſe, voluerunt Bald. *in cap. Cum veniſſent num.* 7. & ibi Anchar. Felyn. & alij *relati* à Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 290. Balthaſſar Gomes *de poteſtate in ſeipſum lib.*1. *cap.* 17. *num.* 23.

latè idem Farin. *quæſt.39.num.51.* Gallerat. *de renunc. centur. 1. renunc. 34. num. 15.* vbi innumeros refert Viu. *deciſ. 68. num. 15. & 16.*

28 Quod dictum ampliatur etiam quod renunciatio ſit iurata, Bald. *in cap. Paſtoralis num.13. in fin. de except. & in l. vnica, C. de confeſſ.* Guttierez *de iuram. confirmat. 3.par. cap.10. num. 8.* Decian. *lib. 9. tract. crimin. cap. 1. num. 26.* cum alijs per Gomes *dicto tract. de poteſtate in ſeipſum cap. 18. num. 1.* Gallerat. *d.renunc.34. ſub num.15. verſ.ampl. dict. concluſ.* Viuian. *dicta deciſ. 68. propè fin.*

29 Secundò ampliatur etiam quod ſit imponenda tantummodo pœna mutilationis alicuius membri, Salycet. *in auth. iubemus num. 2. C. de iudic.* Balthaſſar Gomes *loco cit. num. 2.*

30 Tertiò ampliatur tametſi reus dicat, nullas habere defenſiones, Iaſon *l. pactum inter hæredem, ff. de pactis,* Farinacc. qui plures *dicta quæſt.39.num.56.* Contra quam ampliationem licet aliqui renuerint nempe Bald. *in l.Raptores n.4. C.de Epiſc.& Cler.* & alij per Farinacc. *dicta quæſt.39. num. 57.* Gomes *loco cit. num. 4. verſ. Contrarium;* Non tamen recedas ab ampliatione, quia verior, communis, & practicata opinio eſt, vt reus non poſſit dictis defenſionibus renunciare, etiamquod aſſerat, nullas habere defenſiones per ea, quæ tradit idem Balthaſſar Gomes *loco cit. num.4.* vbi *verſ.itaque priori ſententiæ,* dicit praxis contraria eſt euitanda, ne ſanguis eorum, qui inducti fuerunt ad eam renunciationem faciendam ſuper Iudice, & Aſſeſſore, ac eorum filijs conuertatur, quod etiam admittit Guazzin. *in defenſ.27. cap.1.num.7.*

31 Et hæc opinio tanto magis ſequenda eſt, quando reus, qui renunciauit inconſtans hanc reuocet renunciationem, Marſil. *in prax. cap. Examinanda num. 31.* Foller. Franc. Farin. Laderch. à Guazzino *dicta defenſ. 27. cap.1. num. 8.* Balthaſſar Gomes *loco cit. num.4. verſ. cæterum caſu, quo.*

32 Imò non ſolum ſi reus aſſerat, nullas habere defenſiones, ſed ſi notorium ſit, nullas habere, crederem nullo modo poſſe renunciare defenſionibus, & facta renunciatione illam poſſe reuocare, vt benè ad propoſitum ratiocinatur Balthaſſ. Gomes *loco cit. num.7. verſ.ideò ipſe contrarium.*

33 Multo ergo magis renunciatio erit illicita, quando eſt dubium, an reus habeat aliquas defenſiones, Rub. Alexand. *l. ſeruum quoque, §. publicè num.28. verſ. in dubio tamen, ff. de publicis iudicijs,* Farin. *d.qu.39. num. 60.* Gutticrez *de iur. confirmat. 3. par. cap. 10. num. 5.* Balthaſſar Gomes *loco cit. num.5. verſ. Contrarium.*

34 Et licet aliqui diſſentiant, valereque
hoc caſu renunciationem affirment, hi
tamen concludunt, reum renunciantem
poſſe eſſe inconſtantem, & renunciatio-
nem reuocare, Angel. *dicta l. pactum inter*
hæredem num. 5. ff. de pactis, cum alijs, quos
citat Laderch. *conſ.184.nu.8.* idem Gomes
35 *loco cit. num.5.* Cauendum eſt ergo ab illis,
qui volunt, valere renunciationem, quan-
do defenſiones ſunt illiquidæ, nam quid-
quid habet reus defenſionis ſiue liquidum
36 ſit, ſiue illiquidum, defenſionis pars eſt,
cui non poteſt renunciari, Balthaſſ. Gom.
loco cit.num.6.verſ.ſexto ergo ampliatur.

37 Valere tamen renunciationem defenſionis, nec dari hoc caſu inconſtantiam aſſerunt Doctor. quando reus repertus eſt in flagranti, Angel. *de maleſ. in verb. qui Iudex dictis inquiſitis, num. 11.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt. 39. num. 61.* Triuiſan. *deciſ.1.lib.2.* Laderch. *conſ.184.nu.8.* Guazzin. *d. defenſ.27. num.10.* Balthaſſar Gomes *lib.1. cap.19. nu.11.* qui tamen contrarium defendit *nu.12. verſ.ſed reſpondemur,* rationibus, quidem non contemnendis.

38 Secundò, valet renunciatio defenſionibus, quando ſumus in famoſo latrone, Foller. *in prax. verb. & ſi confitebuntur n.57.* cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.39. num.63.* Guazzin. *d. defenſ.27. nu.7.8.& 9.* Gallerat. *de renunc. dicta renunc. 34. ſub num. 16. verſ. ſimiliter,* Balthaſſar Gomes *d. lib.1.cap.19. nu. 3.* quamuis ipſe more ſuo contrarium defendat.

39 Tertiò, aſſaſſinus poterit renunciare
defenſionibus, Marſilius *dicto §.examinan-*
da num. 11. cum alijs per Farin. *d. quæſt. 39.*
num.64. Guazzin. *d. defenſ.27. cap.1. nu.10.*
verſ. tertiò limita, Decian. *lib.19. tract.crim.*
cap.30. num.29. Balthaſſar Gomes *d.cap.19.*
num. 6. qui tamen cum Guttier. *de iuram.*
confirmat. 3.par. cap.10. num.7. tenet, nullo
modo aſſaſſinum poſſe renunciare defen-
40 ſionibus, cum cuilibet etiam ſceleſtiſſimo
dandæ ſint defenſiones, Gallerat. *de renunc.*
dicta renunc.34. ſub num.16. verſ.ſimiliter.

41 Quartò, confeſſus poterit defenſionibus renunciare, Marſilius *dicto §. examinata num.11.12.& 17.* Clar. *quæſt.49.num.6.* cum alijs per Farin. *dicta quæſt.39. num. 62.* Gallerat. *dicta renunc. 34. ſub num. 16. verſ. conſtare autem,* Guazzin. *dicto cap. 1. num. 10. verſ. 6.* vbi tamen dicit, hoc procedere ſi notoriè conſtaret, nullam defenſionem competere aduerſus confeſſionem, aliàs dicta renunciatio non valeret, quod etiam ſequitur Guttierez *loco cit. num. 5. verſ. quatenus verò,* Balthaſſar Gomes *dicto cap. 19. num. 13.* qui tamen ſtrenuè pluribus rationibus latè contrariam opinionem defendit, nempè confeſſum crimen non poſſe defenſionibus renunciare.

42 Quintò, valeret renunciatio defenſionibus, quando ſumus in delictis, pro quibus non irrogatur pœna ſanguinis, Marſil.

dicto §. *examinanda num.* 15. cum alijs per Farin. *d. quæſt.*39. *num.* 65. *& ſeq.* Guazzin. *d.defenſ.*27. *cap.* 1. *num.* 10.*verſ. quintò limita,* Balthaſſar Gomes *d. cap.*19. *num.* 1. Vinius *deciſ.*68. *in fine* .

43 An autem vbi ex pœna irrogatur infamia, poſſit quis renunciare ſuis defenſionibus? Farin. Guazzin. & ab eis allegati *loco cit.* tenent non valere renunciationem, Anchar. Aret. Guttier. & Couuarr. *allegati* à Balthaſſare Gomes *dicto cap.* 1. *num.* 2. *verſ. contrarium,* tenet oppoſitum ea
44 ratione, quia, licet quis non ſit dominus membrorum ſuorum, vnuſquiſque tamen
45 dominus eſt famæ propriæ, Anchar. & Aret. *in cap. cum dilecti num.* 6. *de accuſat.* cum alijs, quos citat idem Balthaſſ.Gom. *dicto tract. lib.*2. *cap.*12. *num.*3.

46 Sextò, valet renunciatio defenſionibus introductis à iure ciuili, ſecus verò à iure
47 naturali, vel gentium, Marſil. *dicto* §. *examinanda num.* 13. cum alijs per Farin. *dicta quæſt.*39. *nu.*67. Guazzin *dicto cap.*1. *nu.*10. *verſ. quintò limita,* Balthaſſar Gomes *dicto cap.*19.*n.*26.28.*&* 29. Gallerat. *d.renunc.*34. *ſub num.* 16. *verſ. intellige.*

48 Septimò, valet renunciatio defenſionibus, quando immineret ſcandalum, Bald. *in l.eum reis, C. de pœnis,* Marſil. *dicto* §.*examinanda num.* 30. Gallerat. *d. renunc.* 34. *ſub num.*16. *verſ.debent tamen,* Vrſill.ad Afflict. *deciſ.*391. *num.*4.

Contrarium voluit Balthaſſar Gomes *loco cit. num.*35. qui dicit, quod ſi eſſet Iudex, ab huiuſmodi exceptionibus ſemper abſtineret, nam contrarium faciens imitaretur Pilatum peſſimum Iudicum, qui innocentiſsimum Saluatorem Dominum Noſtrum crucifixit propter tumultum Iudæorum, Carrer. *in prax. in materia torturæ quæſt.*7. *num.*26.

49 Octauò, valet renunciatio defenſionibus in crimine hæreſis, Carrer. *in tract. de Hæreticis*, §. 8. *num.* 70. Balthaſſar Gomes *dicto tract. lib.*1. *cap.*19. *num.* 37. licet ipſe contrarium teneat. Quidquid dicant Doctor. in hoc Supremo Tribunali S. Officij obſeruatur, quod, ſi Rei renuncient defenſionibus, admittitur renunciatio, quando ſumus in leuibus delictis; ſi autem ſumus in hæreſi formali, vel in delicto, pro quo veniat tradendus reus Curiæ ſeculari, vel aliàs damnandus ſit ad triremes ſaltem per decennium, renunciatio non admittitur, ſed iniungitur Procuratori reorum, vt illas omnino faciat ex officio ea ratio-
50 ne, quia in hoc Sanctiſsimo Tribunali Iudex ex officio tenetur inquirere defenſiones pro Reo inquiſito, iuxta Textum *in l. & ſi non defendantur, ff. de pœnis*, Farin. *de Hæreſi quæſt.*183. *num.*211.

51 In delictis verò leuibus ſemper finitur ſibi terminus ad illas faciendas, Caren. *par.*3. *de defenſ.reor. tit.*9. §.19. *num.*94.

52 Nonò, valet renunciatio defenſionum, quando fit, vt reus citius abſoluatur, Bart. *l. cuſtodias, ff. de public. Iudic.* Laderch. *dicto conſ.*184. *num.*8. Guazzin. *dicto cap.*1.*nn.*10. *verſ.* 7. *limit.*

53 Si tamen reus reuocaret incontinenti renunciationem, vt poteſt facere, Angel. *in dicta l. Pactum, col. fin. ff. de pactis*, non
54 poterit Iudex aliquam executionem facere contrariam, Marſil. *dicto* §. *Examinanda num.* 31. cum alijs per Balthaſſarem Gomes *dicto cap.*19. *num.*40.

55 Redeundo modò ad principalem concluſionem, dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam in cauſa matrimoniali, in qua non attenditur renunciatio, Hoſtien. *in cap. conſtitutis, il* 2. *de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.*291.

56 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi renunciatio facta ſit abſente Parte, Aretin. *in dicto cap. Cum veniſſent num.* 4. *de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.* 293.

57 Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi ex iuſta cauſa Iudex admiſerit renunciantem ad probandum, Bald. *dicto cap. Cum veniſſent num.* 7. & ibi Boich. *num.* 1. Bellamer. *num.*10. Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.*294. qui *num.*295. latè probat ex clau-
58 ſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa*, poſſe concedi reſtitutionem ad examinandum teſtes non obſtante renunciatione.

59 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam, quando, qui renunciauit, debet probare ſuam exceptionem eliſam per replicationem aduerſarij, Angel. *in Auth. Qui ſemel num.* 4. *C. de probat.* Innocent. *in dicto cap. Cum veniſſent*, & ibi Canoniſtæ *de teſtibus*, Farinacc. *dicta quæſt.*75.*num.*296.

60 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando renuncians formaret articulum indirectè contrarium primo, quia tunc poteſt ſuper eo teſtes examinare, non obſtante renunciatione, Bald. *in dicto cap. Cum veniſſet num.*7. *de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.*297.

61 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi producantur teſtes, quos tempore renunciationis ignorabat, adhibito tamen iuramento, de quo in *dicta Auth. At qui ſemel, C. de probationibus*, Bart. ibi *num.*12. Caſtren. *num.*3. & Io.Sichard. *num.*6. Farin. *d. quæſt.*75. *num.*298. *& num.*333.

62 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi renunciatio non ſit iurata, Felyn. *in cap. Si diligenti num.* 14. *de for. compet.* Monticell. *in repert. teſt. rubr. Teſtium productioni quomodo renunc.* Farinac. *dicta quæſtione* 75. *num.* 299.

63 Dic decimò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi renuncians velit producere teſtes, & inſtrumenta ſimul, poſt Monticell. Farin. *d. quæſt.*75. *num.*300.

Digitized by Google

64 In 2. verò caſu, quando publicatus eſt
proceſſus, & didicita ſunt teſtificata, fac
regulam, illicitam eſſe inconſtantiam, nec
poſſe examinari alios teſtes ſuper eiſdem
65 articulis, vel directi contrarijs, & ſi exa-
minentur nihil probent, §. *Quia verum*,
verſ. Illud tamen, & ibi Angel. Doct. om-
nes *in dicta Auth. At qui ſemel, C. de probat.*
Canoniſtæ, in cap. Fraternitatis, ext. de teſtib.
infinitos allegat Gabr. *de teſtib. concluſ.* 21.
num. 1. Farinacc. *dicta quaſt.* 75. *numero* 68.
Greg. XV. *deciſ.* 497. *num.* 1. *&* *deciſ.* 583.
item num. 1. Rot. *deciſ.* 41. *par.* 7. *&* *dec.* 285.
num. 7. *par.* 12. *recent.* & alibi ſæpiſſimè,
Ridolphin. *in prax. parte prima cap.* 11.
num. 117.

66 Rationes plures huiuſmodi concluſio-
nis aſſignantur, ſed ea, quæ conuenit
tractatui noſtro illa eſt, quia conſentiens
publicationi, tacitè videtur renunciare
productioni teſtium, ideò inconſtans ad
67 eorum nouam productionem deuenire
non poteſt, Bellamer. *dicto cap. Fraternita-*
tis num. 18. Abbas *ibidem*, Surdus *conſ.* 8.
num. 20. Farinac. *loco citato num.* 70. Hinc
68 propterea poſt publicationem, & didicita
teſtificata non poſſe concedi remiſſoriam
ad nouos teſtes producendos, & exami-
nandos voluit Theſaur. *deciſ.* 262. *num.* 1.
Rot. Roman. *dicta deciſ.* 497. & 583. *co-*
ram Greg. XV. & *dicta deciſ.* 41. *num.* 1. *par.* 7.
recent.

69 Hæc autem inconſtantia non ſolum il-
licita eſt in cauſa principali, ſed etiam in
cauſa appellationis, Clem. 2. *de teſtib. dicto*
cap. Fraternitatis, eodem tit. & vtrobique
Canoniſtæ, & Ciuiliſtæ *in dicta Auth. At qui*
ſemel, de probat. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *in*
præfat. quæſt. 5. *num.* 46. Afflict. *deciſ.* 216.
num. 1. cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.* 75.
num. 307. Gabr. *dicta concluſ.* 21. *numero* 17.
ampliat. 7. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2.
quæſt. 11. *num.* 106. bellè Rot. *deciſ.* 266. *nu.* 2.
par. 6. *in recent.* Et hoc idem procedere
in criminalibus, prout in cauſa criminali
70 ad excluſionem defenſionis rei median-
tibus articulis directò contrarijs, dixit
Vulpell. *conſ.* 136. *per tot.* quem ſequitur
Vermigliol. *conſ. crim.* 262. *per tot.*

71 Et quamuis huic concluſioni videatur
refragari, Textus *in l. Per hanc diuinam ſan-*
ctionem, C. de tempor. appellat. per quem
Textum voluere Doctor. eſſe permiſſam
inconſtantiam, & nouorum teſtium pro-
72 ductionem in cauſa appellationis, illius
tamen diſpoſitio vel procedit de iure ci-
uili ſecundum Bart. *in d. l. Lege numero* 3.
Angel. *conſ.* 155. *ante num.* 1. Anguiſciol.
conſ. 55. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. Vel quia du-
bium eſt, an Textus ille ſit correctus per
§. *Quia verò, in Auth. de teſtib.* vt dicit An-
guiſciol. *loco citato num.* 6. ſeruandum eſt
ius canonicum etiam in foro ciuili, Bart.
dicta l. Per hanc numero 5. *ad fin. verſ. Vi-*
demus Domini, vbi quod cum Textus iuris
73 Canonici dicat *directo contrarium in dicto*
cap. Fraternitatis, de teſtib. Ideò ſtandum
eſt illi Decretali, Rip. *l. Is apud quem nu-*
mero 43. *C. de eden.* Guidopap. *deciſ.* 14. &
deciſ. 347. *propè fin.* Caſtr. *conſ.* 192. *num.* 5.
Surd. *dicto conſ.* 8. *num.* 10. Quoties enim
aliquod de iure ciuili dubium exiſtit, iure
autem Canonico clarè diffinitum, vel ſi
etiam iure ciuili clarum exiſtit, manifeſto
tamen iure Canonico corrigitur, tunc
ſtandum eſt iuri Canonico in vtroque
foro, Miſinger. *obſeruat.* 41. Ridolphin. *in*
prax. par. 1. *cap.* 3. *num.* 65. & *in dicto cap.*
Fraternitatis num. 7. *cap.* 1. *& ſeq.* vbi Gloſs.
& communiter Doctor. *de nou. oper. nunc.*
& ita in puncto ratiocinatur doctiſſimus
Coccin. *deciſ.* 266. *à num.* 4. *vſque ad* 9. *p.* 6.
recent. Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *à num.* 302.
vſque ad num. 314. vbi *num.* 313. dum dicit
ſeruandas eſſe conſuetudines fori, non
benè loquitur ex traditis à Rot. *dicta de-*
ciſ. 266. *num.* 8. *parte* 6. *recent.*

74 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam
in cauſa appellationis, ſi articuli ſunt de-
pendentes à primis, Gloſs. *in dicto cap. Fra-*
ternitatis, verſ. Nouis, & ibi Innoc. *num.* 2.
Hoſtien. *num.* 5. Marian. Soccin. *num.* 93.
cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *nu-*
mero 314. qui *num.* 315. ait dictum hoc non
procedere, ſi teſtes producti in priori in-
ſtantia iurauerunt dicere veritatem non
ſolùm ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota
cauſa, ex Innoc. Soccin. Angel. & alijs
ibidem per eum *allegatis*.

Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtan-
tiam, ſi in cauſa appellationis producun-
tur articuli noui, connexi tamen, & de-
pendentes à primis, ſecus ſi ſuper omnino
75 nouis, diuerſis, ac impertinentibus, vt
probat Text. *in dicto cap. Fraternitatis*, & de-
clarant Bald. *ibidem num.* 6. *&* 7. Bellamer.
num. 42. *&* 43. Imol. *num.* 3. Ancharan.
num. 8. Zabarell. *nu.* 7. cum alijs per Farin.
dicta quæſt. 75. *num.* 316 & 317.

76 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi producantur articuli indirectè, non
verò directè contrarij primis articulis,
Alber. de Malett. *dicto tract. de teſtib. cap.* 7.
num. 114. Campeg. *eodem tract. regul.* 269.
verſ. Secundo fallit, cum alijs per Rot. *dicta*
deciſ. 266. *numero* 12. *parte ſexta recentior.*

77 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam
in cauſa appellationis, ſi producantur te-
ſtes ſuper iiſdem articulis prioris inſtan-
tiæ, & contineant materias magis expli
citè ſpecificatas, & diſtinctas, Abb. *in d.*
cap. Fraternitatis nu. 8. & plures citat Rot.
coram Caualerio deciſ. 469. *num.* 3. vbi lo-
78 quitur etiam in gradu reſtitutionis in in-
tegrum, & Greg. XV. *deciſ.* 191. *num.* 3. &
coram Coccin. dec. 23. *nu.* 2. *& dicta dec.* 266.

Digitized by Google

*num.*13. vbi aliæ numerantur *par.6. recent.*
Ridolphin. *in praxi par.*1. *cap.* 11. *nu.* 127.
Duran. *decis.*236. *num.*3.
79 Dic quintò, licitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa appellationis in omni ca-
ſu, in quo in cauſa principali admit-
tuntur teſtes poſt publicationem, Butr.
*in dicto cap. Fraternitatis num.*15. & ibi Ma-
rian. *numero* 106. Farinacc. *dicta quæſt.* 75.
num. 118.
80 Sicuti è contrario in omni caſu, in quo
non admittuntur teſtes in cauſa princi-
pali poſt publicationem, nec etiam ad-
mittuntur in cauſa appellationis, Butr.
*dicto cap. Fraternitatis nu.*15. Farin. *loco cit.*
numero 320.
81 Secundò, illicita eſt inconſtantia poſt
publicationem, etiam quod teſtificata di-
dicita non fuerint, quia ſola publicatio
eſt terminus excluſiuus productioni alio-
rum teſtium, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis*
*num.*64. latiſsimè Surd. *conſ.*176. *num.*3. *&*
ſeq. Farin. *dicta quæſt.*75. *num.* 76. & latius
reaſſumpto articulo *cap.*8. *num.*325.
82 Sed hoc intelligendum eſt, ſi publica-
tio facta ſit Parte ſciente, & petente, ſe-
cus autem ſi ea inſcia, vel abſente, quia
tunc neceſſarium eſt, vt non detur in-
83 conſtantia, quod etiam fuerint didicita
teſtificata ſecundum diſtinctionem, Bart.
in dicta Auth. Qui ſemel num. 17. *C. de pro-*
bat. & poſt alios latiſsimè comprobat
Surd. *dicto conſ.* 176. *num.*4. *& ſeq. & nu.*8.
vbi quod ex publicatione oritur præſum-
ptio, quod Pars didicerit teſtificata, &
propterea Iura Canonica ponderant ſo-
lum publicationem, non autem percun-
ctationem, & hanc diſtinctionem ſequi-
tur Rot. *in Albanen. confinium* 22. *Aprilis*
1622. *coram Pirouano*, regiſtrata poſt Poſth.
de manutenendo decis. 62. *la prima numero* 6.
8. *&* 9. Adden. *ad decis. Buratt.* 228. *nu.*23.
84 Et hæc procedunt quamuis Pars prote-
ſtetur in actu publicationis nolle teſtifi-
cata didicere, quia huiuſmodi proteſtatio
tanquam facto contraria non releuat, pe-
tendo enim publicationem, fateri vide-
85 tur, ſe habere notas depoſitiones, & ſcire
teſtificata, Surd. *dicto conſ.* 176. *numero* 4.
Rota *in dicta Albanen. confinium coram Pi-*
*rouano num.*12. Adden. *ad dict. dec. Buratti*
228. *num.* 23. *in fin.* & ad hæc poſſunt re-
duci ea quæ longa ſerie ratiocinatur,
Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *à num.* 324. *vſque*
*ad num.*341.
86 Tertiò dic, illicitam eſſe inconſtantiam
non ſolum ſi quis velit examinare teſtes
ſuper iiſdem articulis, vel directo contra-
riis, ſed etiam ſi ſuper nouis, Rot. *dec.*26.
de teſtib. in nou. Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap. fin.*
*num.*3. Seuerol. *de remiſſ. cap.* 6. *numero* 2.
& Rot. ſæpiſsimè, vt teſtatur Buratt. *de-*
cis. 180. *numero* 2. Dummodò articuli ſint
87 omnino noui, ſecus autem ſi ſint depen-
dentes, pertinentes, aut aliquo modo in-
88 cluſi ſub primis, vt concordando contra-
rias opiniones voluit Bald. *in dicta Auth.*
*At qui ſemel num.*2. *C. de probat.* Farin. *dicta*
*quæſt.*75. *num.*77. 78. *&* 82.
89 Quartò dic, illicitam eſſe inconſtan-
tim, etiamſi eſſemus in cauſa ſummaria,
Abb. *dicto cap. Fraternitatis num.* 1. & ibi
Aretin. *num.* 22. Menoch. *de Arbitr. lib.*1.
quæſt. 34. *num.* 3. Oſaſc. *decis.* 1. *numero* 26.
Surd. *conſ.*118. *num.*11. *lib.*1. cum aliis per
Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 83. qui licèt
num. 84. adducat multos contrarium te-
90 nentes, dicit tamen ſibi placere hanc opi-
nionem, quia timor ſubornationis viget
etiam in ſummariis.
91 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam poſt didicita teſtificata, ſiue quis di-
dicerit per ſe, ſiue per alium, *dicto* §. *Quia*
verò, in Auth. de teſtib. cap. pen. ext. de teſtib.
Farin. *dicta quæſt.*75. *num.*26.
92 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam
poſt didicita teſtificata, non ſolum quan-
do propria ſunt teſtificata, ſed etiam ſi
ſint Partis aduerſæ, *dicta Auth. At qui ſemel*,
& ibi Gloſs. & Doct. *C. de probat.* Canoni-
ſtæ *in dicto cap. Cum veniſſent, de teſtib.* Farin.
*dicta quæſt.*75. *num.*89. Ea tamen Pars, quæ
93 non didicit teſtificata, non excluditur à
beneficio inconſtantiæ, Alber. *d. Auth.*
*At qui ſemel num.*6. *C. de probat.* Farin. *dicta*
*quæſt.*75. *num.*90.
94 Dic ſeptimò, excludi inconſtantiam
poſt didicita teſtificata, etiam quod non
ſit facta publicatio teſtium, *d. Auth. At qui*
ſemel, Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *numero* 88.
Rot. *dicta decis.* 266. *num.*11. *par.* 6. *recent.*
95 vbi quod ſufficit, quod in poteſtate
Partis remanſerint depoſitiones teſtium,
Bart. *dicta Auth. At qui ſemel num.* 18. Gre-
gor. XV. *decis.*583.
96 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam poſt publicationem non ſolum ſi
quis vellet producere teſtes ſuper iiſdem,
vel directo contrariis articulis, ſed etiam
ſuper aliis, & diuerſis, incluſis tamen ſub
primis de neceſſitate probationis, Bart.
*in dicta Auth. At qui ſemel num.*24. cum aliis
per Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 91. vbi
num. 92. exemplificat, quando primi ar-
97 ticuli continent præſcriptionem, ſecundi
verò titulum, & poſſeſſionem.
98 Dic nonò, illicitam eſſe inconſtantiam,
vt poſt publicationem teſtes non poſſint
produci, non ſolum ſi producti ſint ſuper
articulis firmatis, ſed etiam quando illis
non firmatis producti ſunt ſuper libello,
petitione, vel tota cauſa, Imol. *in dicto cap.*
Fraternitatis num. 12. *extr. de teſtib.* cum
aliis per Farinac. *dicta quæſt.*75. *num.*96.
99 Primò, licita erit inconſtantia, ſi teſtes
primi ſint nulliter, & non ritè examinati,

Clem. 2. de teſtib. & ibi Imol. Anchar. Zabarell. Bonifac. & alij relati à Farinacc.
dicta quæſt. 75. numero 358. Barboſ. *in dicta*
Clem.2.nu.7. & eſt tritum axioma in Rota,
100 teſtes nulliter examinatos dare ſufficiẽtem fumum concedendi remiſſoriam,
Ruin. *conſ.46. num.10. lib. 4.* Caſſad. *dec.3. num.2. de dilat.* Verall. *deciſ.208. numero* 10. *par.* 1. Seraphin. *deciſ.* 585. *num.* 1. cum aliis per Adden. *ad dec. Greg. XV.* 562. *n.6.*
101 Quæ limitatio procedit, etiam quod publicatio ſit facta ad inſtantiam Partis, teſtes producere volentis, Butr. *in d. cap. Fraternitatis num.* 14. & ibi Soccin. *num.32. extr. de teſtibus*, Farinacc. qui alios *dicta quæſt.75. num.* 360. Non tamen procede-
102 ret, vel ſi ope exceptionis tantummodo poſſet examen repelli, & mutari, nec eſſet ipſo iure nullum, vel ſi nullitas non in-
103 fluit in examen, vt multis relatis idem Farinacc. *dicta quæſt.75. num.* 361. *&* 363.
104 An autem, ſi didicita ſint teſtificata, nulliter facta poſſit quis producere nouos teſtes; variant Interpretes; non recedas ab opinione affirmatiua, quã magis communem dixit Theſaurus *deciſ. 28. num.* 1. *& ſeq.* Farinacc. *dicta quæſt. 75. num.* 365. pro ea videtur facere Textus *in l. fin. C. de teſtib.* quem explicat Barboſ. *ad dict. Clemen. 2. num.6.*
105 Secundò, licita eſt inconſtantia, ſi teſtes quidem ſunt ritè, & rectè recepti, ſed publicatio nulliter facta eſt, Bald. *in l. per hanc num.25. C. de temp. appellat.* Io. Andr. *in cap. Fraternitatis num.* 23. Butr. *num.* 14. & alij à Farinac. *dicta quæſt.75. numero* 375. Rota *deciſ.13.* aliàs 163. *de teſtib. in nou.*
106 Quod maximè procedit ſi publicatio facta ſit Parte inuita, & reluctante, Io: Andr. *in dicto cap. Fraternitatis numero* 25. & ibi Bellam. *num.19.* Butr. *num.14.* Imol. *num.5.* Anchar. *num.17.* Abb. *num.4.* Aret. *num.28.* Soccin. *num.24.* Felyn. *numero* 10. cum aliis per Farinacc. *dicta quæſt. 75. nu-*
107 *mero* 376. Imò ſi facta ſit parte inſcia, & abſente, vt voluere Bart. *in dicta Auth. At qui ſemel num.* 17. & ibi Caſtren. *num.3. C. de probat.* Canoniſtæ *in dicto cap. Fraternitatis*, Farinac. *d. quæſt.75. num.382.*
108 Si verò Pars ipſa peteret publicationem, & nihilominus proteſtaretur, ſe velle producere nouos teſtes non obſtante publicatione, talis proteſtatio nihil operaretur, veluti contraria facto, Imol. *dicto cap. Fraternitatis*, & ibi Marian. Socc. *num.* 181. Farinacc. *dicta quæſt.75. nu.* 379. Surd. *dicto conſ.176. num. 4. lib.2.* Rota *deciſ.62. la prima num.* 12 *poſt tract. Poſthij de manut.* Sicut etiam ſi Pars didiciſſet teſti-
109 ficata, quia non obſtante publicatione facta Parte inuita ceſſaret inconſtantia, Imol. *dicto cap. Fraternitatis num.* 5. Aret. *num.* 28. Marian. Soccin. *num.* 36. Boich. *num.6.* Farin. *d. quæſt.75. num.380.*
110 Quemadmodum ceſſaret etiam inconſtantia, ſi Iudex ex cauſa inuita Parte, vel etiam ignorante, legitimè tamen citata, teſtes publicaſſet, Imol. *in cap. Conſtitutus il 2. num. 5. extr. de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.75. num.381.*
111 Tertiò, licita eſt inconſtantia, quando ſumus in diuerſa inſtantia, & in diuerſo iudicio, publicatio enim facta in vno iudicio non impedit productionem teſtium
112 in alio, Bart. *dicta Auth. At qui ſemel numero* 10. & ibi Angel. *num. 2. C. de probat.* Farin. qui alios *d. quæſt.75. num.102.*
113 Sed hoc dictum patitur plures limitationes, & prima eſt, ſi iudicium, & inſtantia ita ſunt diuerſa, vt exceptio rei iudicatæ in vno non pareret exceptionem rei iudicatæ in alio, ſecus ſi pareret.
114 Secunda eſt, ſi vltra publicationem didicita ſunt teſtificata.
115 Tertia eſt, quando perſonæ ſunt eidem, eædẽ agendi cauſa, & idem petitur.
116 Quarta, quando in prima inſtantia eſſet plenè cognitum, itaut ſententia pareret rem iudicatam in alio iudicio, Farinacc. qui authoritatibus bonis comprobat, *d. quæſt.75. nu.*103. 104. 105. *&* 106.
117 Hinc primò infertur, publicationem factam in poſſeſſorio iudicio non impedire productionem aliorum teſtium in petitorio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis numero* 17. Imol. *num.* 8. Marian. *num.* 131. Pariſ. *nu.57.* Farin. *d. quæſt.75. num.107.*
118 Ita è contra publicatio teſtium facta in petitorio non tollit inconſtantiam in
119 poſſeſſorio, ex quo agitur ad diuerſum finem, Rol. *conſ.45. num.19. lib.2.* Rota *deciſ.23.* aliàs 437. *de fid. inſtrumen. in antiq.* Farinacc. *dicta quæſt.75. num.109.*
120 Si verò in ſummario iudicio teſtes eſſent plenariè recepti, tunc eorum publicatio obſtaret in petitorio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.17.* & ibi Aretin. *num.14.* Farin. *dicta quæſt. 75. num.110.* & ratio eſſe
121 poteſt, quia teſtes plenariè recepti in ſummario iudicio probant in plenario, Butr. *in cap. Cum dilectus, §. verum num.35. de ordin. cognit.* Felyn. *in cap. cauſam il primo nu.6. extr. de teſtib.* cum aliis per Greg. XV. *deciſ.535. num.14.* & ibi Adden. *litt.C.*
122 Secundò infertur, vt, facta publicatione teſtium examinatorum coram Arbitro, non impediatur quis examinare, &
123 producere alios teſtes coram Iudice, ex quo ſumus in diuerſo iudicio, *l. fin. C. de teſtib. cap. præſentata*, vbi Doctor. *eodem tit.*
124 Farin. *dicta quæſt.575. num.112.* qui *ſequentibus numeri*, ſiue mutato iudicio de Arbitratore ad Iudicem, ſiue non mutato ad notata per Marian. Soccin. *in dicto cap. Fraternitatis nu.132. de teſtib.* Illatio tamen
125 non procedit, ſi, facta publicatione,

pars

Digitized by Google

pars eorum atteſtationes acceptaret, tunc
enim, non datur inconſtantia, Marian.
*loco cit. num.*132. Farin. *loco cit. num.*115.
126 Secundò procedit, quando teſtes ſunt
mortui, tunc enim, quia fidem faciunt
coram Iudice, *l. fin. C. de teſtib.* Greg.XV.
dicta deciſ. 535. *num.* 12. facta publicatione
127 ceſſat inconſtantia, Marian. *dicto nu.*132.
Farin. *dicta quæſt.*75. *num.*116.
128 Quemadmodum etiam ceſſaret, ſi fa-
cta publicatione coram Iudice, vellent
produci alii teſtes coram Arbitro, cum
arbitria redacta ſint ad inſtar iudiciorum,
*l.*1. *ff. de arbitr.* Marian. *d. num.*132. Farin.
*num.*117. Secus, ſi coram arbitratore, ſeu
129 amicabili compoſitore, & hoc in vim
poteſtatis arbitratorum, *cap. Quintanallis,
extr. de iure iur.* Marian. *dicto nu.*132. Gabr.
*de teſtib. lib.*1. *concluſ.*21. *num.* 62. Farinacc.
num. 118.
130 Quartò, licita erit inconſtantia,
quando ſumus in iudicio nullitatis, ſi te-
ſtes non tendant ad eundem finem, vt de-
clarant Butr. & Marian. *dicto cap. Fraterni-
tatis*, ille *num.*16. iſte *num.*132. Farin. *dicta
quæſt.*75. *num.*119. & 120.
131 Quintò, licita erit inconſtantia, quan-
do ſumus in caſu, quo ſententia non tran-
ſit in iudicatum, tunc enim poſt factam
publicationem poſſunt teſtes examinari,
Canoniſtæ omnes *in dicto cap. Fraternitatis*,
quos recenſet idem Farin. *num.*124.
132 Et propterea, licet atteſtationes peri-
torum ſint publicatæ, poteſt tamen pro-
bari contrarium per alios peritiores, Ma-
rian. *dicto cap. Fraternitatis num.* 173. Gabr.
*dicta concluſ.*21.*num.*89. Farinacc. *num.*124.
& 125.
133 Sicuti etiam poſt publicationem te-
ſtium deponentium de credulitate alij te-
ſtes poſſunt examinari, de credulitate
contrarium deponentes, Gabr. *dicta con-
cluſ. num.*148. Farin. *dicta quæſt. num.*126.
134 Hinc infertur licitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa matrimoniali, quia eius ſen-
135 tentia nunquam tranſit in iudicatum,
cap. ſeries, cap. conſtitutus, extr. de teſtib. latè
Farin. *dicta quæſt.* 75. qui propemodum in-
finitos allegat *num.* 383., addo Theſaur.
*deciſ.*8. *num.* 2. qui hanc rationem aſſignat
Ricc. *collect.* 1769. *par.* 5. Barboſ. *ad dict.
cap. ſeries num.*2. *de teſtib.* & multo magis ſi
136 Iudex in huiuſmodi cauſa procedat ex
officio, Pariſ. *in dicto cap. Fraternitatis, de
teſtib. num.*25. *in fin.* Farinacc. *dicta quæſt.*75.
num. 385.
137 An autem hæc illatio procedat in ma-
trimonio ſpirituali? diſſentiunt Doctor.
nam Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num.* 26.
& Gabr. *de teſtib. concluſ.* 2. *num.* 70. Felyn.
& Abb. ab eo *allegati* tenent opinionem
affirmatiuam: Negatiuam verò tenet
Moncad. ad Crot. *in tract. de teſtib. nu.*265.
De Inconſtantia in Iudicijs.

litt. R. Quæſtionis reſolutio dependet ab
138 eo, an ſententia ſuper matrimonio ſpi-
rituali tranſeat, vel ne in iudicatum? de
quo videndus eſt Couuarr. *de matrimon.
par.*2. *cap.*8. §.12.*num.*14. Si enim tranſit in
iudicatum, tunc illicita eſt inconſtantia,
ſecus, ſi non tranſeat; Tu dic, quod, ſi
ſententia lata ſit contra legem Diuinam,
tunc non tranſit, ſi autem contra legem
poſitiuam, bene tranſit, vt poſt Hoſtien.
tenet Butr. *in cap. cum dilectus* 32. *num.* 67.
& 68. *de elect.*
139 Dic primò, in cauſa matrimoniali illi-
citam eſſe inconſtantiam, ſi teſtes produ-
cuntur pro matrimonio, ſecus autem
contra matrimonium, Io. Andr. *in cap.
ſeries num.*9. & ibi Bellamer. Ancharan. &
Felyn. *de teſtib.* & alij, quos refert Farin.
*dicta quæſt.*75. *num.* 388.
Contrarium voluere Butrig. *in dicto cap.
ſeries*, Zabarell. Abb. Felyn. ibid. Pariſ.
*dicto cap. Fraternitatis nu.*25. Alber. Malett.
*de teſtib. cap.*7. *num.*131. quos refert Farin.
dicta quæſt. 75. *num.* 389. ea ratione, quia
ſiue pro matrimonio, ſiue contra teſtes
producantur, ſemper vertitur periculum
animarum, cui opinioni libenter adhæ-
reo; Vide tamen Farinacc. *loco cit.* qui
140 Doctor. diſtinguentes affert, & latè tra-
dit, quando teſtis dicatur deponere con-
tra matrimonium.
141 Dic ſecundò, in cauſa matrimoniali
licitam eſſe inconſtantiam in productione
teſtium in caſibus, in quibus ſententia
non tranſit in iudicatum, ſecus verò ſi
tranſeat, Butr. *in d. cap. Fraternitatis nu.*16.
Gail. *obſeruat.*105. *num.*6. *lib.*1. Farin. *dicta
quæſt.*75. *num.*399.
142 Dic tertiò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa matrimoniali, ſi teſtes pro-
ducerentur ſuper extrinſecis ad vinculum
matrimonij, Butrig. *dicto cap. Fraternitatis
num.*16. Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.*400.
143 Et propterea, ſi teſtes producerentur
ad impugnandum proceſſum factum in
cauſa matrimoniali, obſtaret publicatio,
Gloſs. *in cap. Conſtitutus il ſecondo, verſ. di-
dicerit*, Innocent. *ibid. in princip.* Hoſtien.
*num.*4. Io. Andr. Bald. Bellam. Butr. Zaba-
rell. & alij à Farin. *d. quæſt.*75. *num.*401.
144 Dic quartò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa ſponſalium, quia tunc ob-
ſtat publicatio, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis
num.*26. Farin. *dicta quæſt.*75. *num.*403.
145 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa matrimoniali, quando de
nullo periculo animæ agitur, Bonifac. *in
Clem.* 2. *num.*149. *de teſtib.* Gabr. *d. concl.*21.
num. 70. *de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.* 75.
num. 404.
146 Aduerte tamen, quod in caſibus, in
quibus teſtes in cauſa matrimoniali poſt
publicationem admitti poſſunt, non paſ-

ſim Iudex illos admittere debet, ſed ex
147 cauſa, & cum aliquali cognitione, vt ſcilicet ceſſet timor ſubornationis, vexatio partium, & elongatio iudicij, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num. 27. de teſtib.*

148 Et propterea producens ſic teſtes debet iurare, illos non ſubornaſſe, aliàs non admittitur ad illos producendum, vt declarat Moncad. *loco cit.* Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 406.

149 Secundò infertur, poſt publicatas peritorum relationes poſſe probari contrarium per alios peritiores, Marian. Soccin. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 173. Adden. ad Abbat. *ibidem num. 4. littera C,* cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *nu.* 124. & 127.

150 Sicuti etiam poſt publicationem teſtium deponentium de credulitate admittuntur alij teſtes de eadem credulitate deponentes, Gabr. *dicta concluſ.* 21. *num.* 148. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 126.

151 Sextò dic, licitam eſſe inconſtantiam, quando variatur modus agendi; vel quia
152 primò fuerit actum ad vnum finem, & deinde agatur ad alium, Bald. *in dicta Auth. at qui ſemel num.* 1. Salycet. *num.* 5. *C. de probat.* Hoſtien. & alij *in d. cap. Fraternitatis,* & plures alij *relati* à Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 128. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 126. Buratt. *deciſ.* 824. *num.* 4.

153 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando ſumus inter diuerſas perſo-
154 nas, publicatio enim facta in vno iudicio non obſtat in alio, vt tradunt *relati* à Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 132.

155 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando articuli ſunt dependentes ab antiquis, quia tunc poſt publicationem poſſunt ſuper illis teſtes examinari, Gloſs. *in d. cap. Fraternitatis,* & ibi Hoſtien. *num.* 8. Io. Andr. *num.* 13. Bald. *num.* 1. 6. & 7. & cæteri Canoniſtæ *relati* à Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 136.

156 Quod verum eſt, niſi teſtes iurauerint dicere veritatem ſuper tota cauſa, & ſint à Iudice interrogati ſuper eadem tota cauſa, vt benè Farinacc. *loco cit. num.* 137. & 138.

157 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam, quando teſtes examinantur ſuper articulis
158 indirectè contrarijs, vt puta probando negatiuam, iuxta terminos *legis optimam, C. contrah. & commit. ſtipul.* latè Farin. *dicta quæſt.* 75. *nu.* 139. vbi ampliat, & ſublimitat hoc dictum.

159 Dic decimò, licitam eſſe inconſtantiam in cauſa matrimoniali, & criminali, quando quis vult probare falſitatem teſtium à parte productorum, vt conciliando opiniones benè diſtinguit Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *à nu.* 144. *vſque ad* 150. Quod tanto magis habet locum, quando proponitur falſitas cum corruptione, tunc enim ad huiuſmodi falſitatem cum cor-
160 ruptione probandam teſtes poſt publicationem admittuntur, Gloſs. §. *quia verò, verſ. illud tamen, iu verbo non habebit, verſ. Sed tu diſtingue,* & ibi Angel. *num.* 19. *in Auth. de teſtib.* cum alijs per Farin. *loco cit. num.* 150.

161 Dic vndecimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando quis vult reprobare perſonas teſtium publicatorum, vel dicta, & perſonas, Bart. *in d. Auth. at qui ſemel nu.* 25. *C. de probat.* cum alijs per Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 152. & 153.

162 Dic duodecimò, licitam eſſe inconſtantiam, vbi tractatur de reprobando teſtes reprobatorios partis aduerſæ, & de coadiuuando priorem probationem, & confirmando primos teſtes examinatos, Gloſs. *d. Auth. at qui ſemel, in verb. producitur,* & ibi Doctor. Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 153. qui tamen ſublimitat hoc dictum, vſque ad *num.* 163.

163 Dic decimotertiò, licitam eſſe inconſtantiam, quando tractatur de probanda partis confeſſione, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 14. *de teſtib.* Farinacc. *loco cit. num.* 163.

164 Dic decimoquartò, licitam eſſe inconſtantiam ſuper articulis directè contrarijs, quando non poteſt imputari parti producenti, quare non fecerit examinare, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis nu.* 88. Farin. *loco cit. num.* 168.

165 Dic decimoquintò, licitam eſſe inconſtantiam, quando pars ex articulis partis aduerſæ potuit inſtrui de eo, ſuper quo vult producere teſtes, Bald. *l. per hanc num.* 24. *C. tempor. appellat.* Farinacc. *loco cit. num.* 169. Et propterea ſi articulus aduerſarij fuit confusè formatus, vt ex eo producens non poſſit plenè inſtrui, dabitur huiuſmodi inconſtantia, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 13. & 14. Farinacc. *num.* 170.

166 Dic decimoſextò, admitti inconſtantiam, quando quis vult probare per teſtes notorium, vel producere teſtes ſuper euidentia facti, poſt Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 170. & 171. Farinacc. *num.* 171. & 172.

167 Dic decimoſeptimò, dari inconſtantiam, quando quis vult producere teſtes ſuper fama, Doctor. *dicto cap. Fraternitatis,* præſertim Arctin. *num.* 61. Felyn. *nu.* 7. Farinacc. *num.* 174.

168 Dic decimooctauò, licitam eſſe inconſtantiam, quando tractatur de periculo animarum, Boich. *dicto cap. Fraternitatis num.* 10. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 176.

169 Dic decimononò, licitam eſſe inconſtantiam in cauſis beneficialibus, maximè Curatis, Soccin. *d. cap. Fraternitatis nu.* 180. Farinacc. *num.* 177.

170 Dic vigeſimò, licitam eſſe inconſtan-
tiam in cauſa Monachatus, Felyn. *in dicto*
cap. Fraternitatis num. 9. Farin. *num.* 178.
171 Dic vigeſimoprimò, poſſe quem eſſe
inconſtantem in producendo teſtes poſt
publicationem, ſi altera pars conſentiat,
Bald. *dicta l. per hanc num.* 6. *verſ. non obſtat,*
C. de probat. Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *nu.* 179.
vbi *num.* 181. dicit, hoc non procedere in
172 materia tangente bonum publicum, vt
in cap. ſi diligenti, de for. compet. tunc enim
173 nec de conſenſu partium, poteſt fieri
noua probatio poſt publicationem.
174 Quod dictum eſt, licitam eſſe incon-
ſtantiam de partium conſenſu, amplia ad
conſenſum tacitum, ſi enim teſtes produ-
175 cantur poſt publicationem, & pars non
opponat, vtiquę probant Hoſtien. *dicto*
cap. Fraternitatis num. 3. Farinacc. *d. quæſt.* 75.
num. 182.
176 An autem in cauſa criminali licita ſit
inconſtantia? Dic, quod aut Iudex pro-
cedit ex officio, vel ad inſtantiam partis,
ſiue Procuratoris Fiſcalis, priori caſu lici-
ta eſt inconſtantia, ſecundo verò non, vt
latè probat, ampliat, ac limitat Farinacc.
dicta quæſt. 75. *à num.* 407. *vſque ad* 430. latiſ-
ſimè Conciol. *reſolut. crimin. in verb. teſtes*
quoad examen, reſolut. 1. *per totam.*
177 Quod intellige, quando teſtes vellet
pars producere ad offenſam, ſecus ſi ad
defenſam, quia ſi agatur de pœna corpo-
rali, licita erit inconſtantia, Farin. *dicta*
quæſt. 75. *num.* 420. & 422.
178 Dic vigeſimoſecundò, licitam eſſe
inconſtantiam, quotieſcunque pars vellet
teſtes examinare ad comprobationem In-
ſtrumenti, Bald. *in l. ampliorem col.* 8. *C. de*
appellat. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 189.
179 Dic vigeſimotertiò, licitam eſſe in-
conſtantiam, ſi teſtes de nouo reperiantur,
Marſil. *l.* 1. §. *ſi quis vltro num.* 21. *ff de quæſt.*
Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 190. Quod eo
180 magis procedit, ſi pars per viam reſti-
tutionis in integrum procedat, Soccin. *in*
dicto cap. Fraternitatis num. 153. Farin. *dicta*
quæſt. 75. *num.* 435.
181 Dic vigeſimoquartò, dari inconſtan-
tiam ex cauſa ſuperueniente, Gloſs. *in* §.
quia verò, verſ. illud tamen, in verb. non ha-
bebit, in Auth. de teſtib. Farin. *dicta quæſt.* 75.
num. 192. 193. & 194. vbi exemplificat.
182 Dic vigeſimoquintò, licitam eſſe in-
conſtantiam, quando teſtes examinandi
183 eſſent digniſſimi, vtputa Epiſcopus, &
Archiepiſcopus, Soccin. *dicto cap. Frater-*
nitatis num. 107. Farin. *num.* 195.
184 Dic vigeſimoſextò, licitam eſſe incon-
ſtantiam, ſi ex teſtibus productis aliqui
non ſunt examinati, Io. Andr. *dicto cap. Fra-*
ternitatis num. 25. Farinacc. *dicta quæſt.* 75.
num. 197. qui tamen *num.* 198. adducit Pe-
trum Surdum *conſ.* 8. *num.* 19. contrarium

ſentientem, & *num.* 199. reprobat diſtin-
ctionem Gabriellis *in concluſ.* 21. *de teſtibus*
num. 127. Quod multo magis procedit, ſi
185 nulli eſſent teſtes producti ſuper datis
articulis, Gloſs. per illum Text. *in cap.*
cauſam, quæ, il ſecondo, in verb. alijs capitulis,
verſ. intellige, & ibi Hoſtien. & alij Cano-
niſtæ *de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.* 75.
num. 200.
186 Dic vigeſimoſeptimò, dari inconſtan-
tiam, ſi teſtes examinati, & interrogati di-
xerunt, ſe nihil ſcire, Addent. ad Bartol.
in dicta Auth. at qui ſemel num. 18. Farinacc.
num. 201.
187 Dic vigeſimooctauò, licitam eſſe in-
conſtantiam, ſi teſtes non fuerunt inter-
rogati, vel non bene, aut perfectè interro-
gati, & examinati ſuper capitulis produ-
188 ctis dolo, aut culpa Iudicis examinantis,
cap. per tuas, de teſtib. Farin. *dicta quæſt.* 75.
num. 202. Secus ſi culpa partis, Felyn. *in*
d. cap. Fraternitatis num. 5. Farin. *num.* 203.
189 In dubio autem præſumitur culpa, &
negligentia in Iudice, Farinacc. *quæſt.* 66.
num. 282. & *dicta quæſt.* 75. *num.* 204.
190 Dic vigeſimononò, dari inconſtan-
tiam, quando tractatur de probando ali-
quid, quod continetur ſub primis articu-
lis de neceſſitate facti, ſed non de neceſ-
ſitate probationis, Angel. *dicto* §. *quia verò*
num. 19. *in Auth. de teſtib.* Farinacc. *dicta*
quæſt. 75. *num.* 205. vbi *num.* 206. dat exem-
pla, & proſequitur materiam vſque ad
num. 209.
191 Dic trigeſimò, dari inconſtantiam,
quando agitur de probando aliquam qua-
litatem contractus in primis articulis de-
ducti, & probati, Bartol. *in dicta Auth. at qui*
ſemel num. 25. Farin. *dicta quæſt.* 75. *nu.* 210.
vbi *nu.* 211. declarat. Et propterea, quan-
do in primis articulis fuit deducta, & pro-
bata excommunicatio, poſſunt poſt publi-
192 cationem teſtes examinari ſuper quali-
tate excommunicationis, Alberic. *dicta*
Auth. at qui ſemel num. 6. Canoniſtæ *in dicto*
cap. Fraternitatis, Farinacc. *dicta quæſt.* 75.
num. 213. vbi *num.* 214. 215. & 216. de-
clarat.
193 Dic trigeſimoprimò, dari inconſtan-
tiam, quando agitur de probanda legiti-
ma ætate contrahentis, vel ingredientis
Religionem pro validitate contractus, vel
ingreſſus, Butr. *d. cap. Fraternitatis num.* 10.
Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 217.
194 Dic trigeſimoſecundò, dari inconſtan-
tiam, quando teſtes ſuper primis articulis
inducti depoſuerunt extra articulos ſuper
aliquibus dependentibus ab eis, tunc enim
poſt eorum publicationem poſſunt alij te-
ſtes examinari ſuper eis non dependenti-
bus, ſuper quibus primi teſtes depoſue-
runt, Hoſtien. *dicto cap. Fraternitatis n.* 10.
Farinacc. *dicta quæſtione* 75. *num.* 218. vbi

num. 219. 220. & 221. declarat.

195 Dic trigeſimotertiò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi inſtantia ſit perempta, Hoſtien. *dicto cap. Fraternitatis poſt num. 3.* Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 222. qui tamen *num.* 223. & 224. bene declarat.

196 Dic trigeſimoquartò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi accedat Principis conceſſio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 14. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 5.
197 vbi, quod Princeps cenſetur conceſſiſſe, quando reſcribit cum clauſula, *non obſtante*, Farinacc. *d. quæſt.* 75. *num.* 225. & 226.
198 qui *num.* 227. ampliat in Papa, & *nu. ſeqq.* benè declarat.

199 Dic trigeſimoquintò, inconſtantiam eſſe licitam, ſi eſt facta publicatio teſtium examinatorum ante litem conteſtatam, & ad perpetuam rei memoriam, Butr. *dicto cap. Fraternitatis nu.* 14. Farinacc. *d. quæſt.* 75. *num.* 231. qui *nu.* 232. contrarium tenentes adducit, & *nu.* 233. concordat, & *nu.* 234. ſublimitat.

200 Dic trigeſimoſextò, dari inconſtantiam, quando atteſtationes ſunt deperditæ, Bald. *dicta l. per hanc num.* 25. Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 235. Dummodo tamen ſint deperditæ à Iudice, vel à Notario, non autem ſi perdantur ab ipſo producente, & taliter ſint deperditæ, vt de illis nullatenus poſſit apparere, Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 236. & 237. & *num.* 238. vbi dicit relinqui arbitrio Iudicis, cuius culpa deperditæ ſint, ex Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num.* 34.

201 Dic trigeſimoſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando tractatur de declarando dubias teſtium depoſitiones, Doct. *in cap. cum clamor*, & ibi Gloſs. magna *in verb. depoſuere, de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 239.

202 Dic trigeſimooctauò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi à Iudice fuerit pars reſtituta ad examinandum poſt publicationem ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa*, Innocent. *cap. intimauit*, & cæteri Canoniſtæ *extr. de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 431. vbi *num.* 432. facta concluſione,
203 quod maiori conceditur reſtitutio ad examinandos teſtes poſt publicationem enumerat *in ſeqq. numeris* cauſas reſtitutionis iuſtas, vbi etiam quid de minore, ru-
204 ſtico, & Eccleſia, ad quem te remitto, ne videar omnino hic omnia eius dicta transplantare.

205 Dic trigeſimononò, dari inconſtantiam, ſi in loco iudicij adeſſet conſuetudo, vt poſt publicationem poſſint teſtes examinari, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis nu.* 184. Farin. qui dicit, hanc opinionem communiter eſſe à Doctor. receptam *dicta q.* 75. *n.* 241. quidquid dixerit Gloſs. *fin. in fin. in cap. per tuas, extr. de teſtib.* & Felyn. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 10.

206 Dic quadrageſimò, dari inconſtantiam, ſi Statutum diſponeret, quod poſt publicationem poſſint teſtes examinari, Anan. *cap. ſeries num.* 4. *extr. de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 243.

207 Dic quadrageſimoprimò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi quis impeditus eſſet facto aduerſarij teſtes examinare, Doctor. *in dicto cap. intimauit, extr. de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 244. Vel ſi dolo aduer-
208 ſarij didiciſſet teſtificata, vt excluderetur à teſtium productione, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 62. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 245.

209 Dic quadrageſimoſecundò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi Iudex decretum publicationis reuocaſſet, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 24. Farinacc. *d. quæſt.* 75. *num.* 246.

210 Dic quadrageſimotertiò, licitam eſſe inconſtantiam in eo, qui, licet didicerit, percunctatuſque fuerit teſtificata, eorum tamen oblitus eſt, Angel. poſt Gloſs. *dicto §. quia verò num.* 19. *extr. de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 247.

211 Dic quadrageſimoquartò, licitam eſſe inconſtantiam, quando, probata intentione Actoris, Reus vult probare ſuam exceptionem, dummodo non ſit directè contraria intentioni Actoris, Angel. *dicto §. quia verò*, Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 248. & 251.

212 Dic quadrageſimoquintò, licitam eſſe inconſtantiam in probatione abſentiæ, *cap. ex tenore, de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 252.

213 Dic quadrageſimoſextò, quando teſtes examinati ante publicationem ſunt excommunicati, vel inhabiles, tunc licita eſt inconſtantia, & poſſunt illi, vel alij examinari, Gabr. *dicta concluſ.* 21. *de teſtib. num.* 120. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 254.

Quò vero ad tertiam partem quæſtionis, nempe quando liceat poſt concluſum in cauſa inconſtantem eſſe, ac nouos teſtes examinare.

214 Fac regulam negatiuam, dicque illicitam eſſe inconſtantiam, & nullo modo poſſe poſt concluſum in cauſa teſtes examinari, §. *quia verò*, & ibi Gloſs. *in verb. concluſerint*, cum alijs, quos refert Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 257.

215 Primò dic, non habere locum hanc regulam in cauſa appellationis, concluſio enim in cauſa principali non extenditur
216 ad cauſam appellationis, Innoc. *in cap. cum veniſſet num.* 3. & ibi Io. Andr. *num.* 5. cum alijs per Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 258.
217 quod tamen non habet locum, ſi concluſio in cauſa eſſet facta ſuper vno articulo, quia illa concluſio extenditur etiam ad cauſam appellationis, Angel. *d. §. quia*

verò num. 24. Farinacc. *dicta quæſtione* 75. *num.* 259.

218 Secundò, non habet locum regula in teſtibus de nouo repertis ad Text. *in cap. Paſtoralis, de except.* Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 260.

219 Tertiò, licita eſt inconſtantia, quando teſtes poſt concluſum in cauſa producuntur ſuper nouis capitulis, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num.* 17. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 261.

220 Quartò, licita eſt inconſtantia, quando quis tempore concluſionis in cauſa teſtes ignorabat, Bartol. *in Auth. at qui ſemel n.* 12. *C. de probat.*

221 Quintò, licita eſt inconſtantia in cauſa matrimoniali, Alex. *l.* 3. *num.* 1. *ff. inreiur.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 263.

222 Sextò, licita eſt inconſtantia in cauſa criminali, maximè ſi ad defenſam teſtes producantur, Bartol. *d. Auth. at qui ſemel num.* 14. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 264.

223 Septimò, licita eſt inconſtantia, ſi pars non opponat, Felyn. *in cap. cauſis, extr. de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 269.

224 Idem erit, ſi Iudex ſuam concluſionem reuocauerit, de qua quæſtione dicemus *infra*, Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 246. *&* 270.

225 Octauò, licita erit inconſtantia, ſi procedatur per viam reſtitutionis in integrum, Odd. Menoch. & cæteri *allegati* à Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 271.

226 Nonò, licita erit inconſtantia, ſi magna ſuadeat æquitas, Menoch. *de Arbitr. quæſt.* 35. *num.* 22. Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 272.

227 Decimò, licita eſt inconſtantia, ſi producantur teſtes legales, & nobiles, Farin. poſt Monticellum *de teſtib. quæſt.* 75. *numer.* 273.

228 Vndecimò, licita eſt inconſtantia, vbi tractatur de periculo animarum, vt poſt Barbat. Mil. & Monticell. tenet Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 274.

QVÆSTIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

An in Teſtibus licita, vel illicita ſit inconſtantia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & quid in cauſa hæreſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis poteſt inconſtans dictum ſuum corrigere incontinenti.*
2 *Et quando dicatur incontinenti ſe corrigere, & num.* 6.
3 *Teſtis partem non allocutus, ſed aliam perſonam, à qua potuerit moueri, vel ſubornari, an poſſit ſe corrigere.*
4 *Teſtis correctio ad poſtulationem partis non admittitur.*
5 *Teſti dicenti ſe non fuiſſe allocutum eum parte, an, & quando credendum ſit.*
7 *Correctio teſtis quando per Iudicem ſit admittenda.*
8 *Teſtis, an poſſit corrigere ſuum dictum, non docto de errore.*
9 *Teſtis, qui vellet ſe corrigere non allegando cauſam erroris, tanquam ſuſpectus de falſo torqueri poteſt.*
10 *Teſtis non poteſt eius depoſitionem corrigere poſtquam parti illam acceptauit.*
11 *Teſtis an, & quando poſſit ſuam depoſitionem corrigere, quando militat præſumptio ſubornationis.*
12 *Teſtis ex interuallo non poteſt eſſe inconſtans in ſuo dicto, nec illud corrigere.*
13 *Quid poſt publicatas atteſtationes.*
14 *Teſtis poſt publicatas atteſtationes præſumitur partem allocutus.*
15 *Teſtis poteſt quandocunque corrigere eius depoſitionem docto de errore.*
16 *Teſtis ex cauſa obliuionis an, & quando poſſit quandocunque eius dictum corrigere, & num.* 18.
17 *Obliuio teſtis ad correctionem admittendam an ſit veriſimilis necne ſtatur arbitrio Iudicis.*
19 *Teſtis probatæ fidei, an, & quomodo poſſit corrigere ſuum dictum ante publicatas atteſtationes.*
20 *Quid in teſte nobili.*
21 *Teſtis quando admittatur ad addendum aliquid ſuæ depoſitioni.*
22 *Teſtis inconſtans, & ſibi contrarius nihil probat.*
23 *Quid ſi contrarius, & inconſtans ſit in vna tantum parte.*
24 *Teſtis ſibi contrarius in vna parte talis præſumitur in omnibus.*
25 *Teſtis varius in loco, & tempore actus, de cuius probatione agitur, non probat.*
26 *Teſtis contrarius non facit indicium ad inquirendum.*
27 *Quid ſi agatur de teſte ruſtico, vel ſimplice.*
28 *Contrarietas teſtis ſublata non cenſetur ex eo, quod ſublata fuerit omnis exceptio, vel reprobatio.*

29 *Contrarietas teſtis non conſiſtens in ſubſtantialibus, ſed in qualitatibns, & accidentibus acceſſorijs non attenditur.*

30 *Quid ſi huiuſmodi qualitates pertineant ad negocium principale.*

31 *Contrarietas teſtis, etiam in non ſubſtantialibus minuit eius fidem.*

32 *Contrarietas teſtis in non ſubſtantialibus, quando tollat illius fidem.*

33 *Contrarietas, vel varietas teſtis non attenditur, quando euenit per errorem, vel ignorantiam.*

34 *Obliuio in teſte, per quod tempus præſumatur.*

35 *Varietas teſtis ſi ſit modica, etiam in ſubſtantialibus illius fidem non admit.*

36 *Teſtis varius an dicatur, qui in ſecundo examine plus, aut minus depoſuit, quàm in primo.*

37 *Teſtis in ſecundo examine, an ad effugiendam contrarietatem poſſit ſe referre ad primum.*

38 *Et Iudice nolente admittere hanc reſponſionem an poſſit inſtare, quod ſibi legatur primum examen, & quatenus. Iudex nolit illud legere proteſtari, quod ſi in primo examine appareat aliter dictum, quàm in ſecundo, ex nunc corrigit ſecundum dictum, & ſe refert ad primum.*

39 *Teſti legendum eſt primum examen, quamuis non fuerit publicatum.*

40 *Teſtis antequam ſe ſubſcribat, poteſt petere, vt ſibi legatur examen.*

41 *Imo Iudex, & examinator debet ad id teſtem inuitare.*

42 *Teſtis poſt examen completum, reuertens, & petens ſibi legi depoſitionem factam, illamque corrigi, vel mutari, an ſit audiendus.*

43 *Teſtis in ſecundo examine poteſt ſe remittere ad primum, quamuis illud ſit nullum.*

44 *Quid vbi primum examen eſſet nullum ratione falſitatis.*

45 *Vel ſi primum examen eſſet extraiudiciale, aut ſine citatione partis.*

46 *Teſtium depoſitiones receptæ contra præceptum Iudicis non attenduntur.*

47 *Teſtis in criminalibus, an, & quando poſſit ſe referre ad primum examen.*

48 *Stylus quod in omnibus criminibus à Notario legatur teſti fiſcali eius depoſitio de verbo ad verbum ante interrogatoria per reum facienda.*

49 *Iudicis arbitrio relinquitur an, & quando teſtis in criminalibus poſſit ſe referre ad primum examen.*

50 *Quando intret iſtud arbitrium, & quomodo ſe gerere debeat Iudex in eo moderando.*

51 *Teſtis examinatus coram arbitro in repetitione facienda coram Iudice ordinario, non admittitur, quod ſe referat ad primum examen.*

52 *Teſtis examinatus in iudicio ſummario quatenus repetatur in iudicio plenario non admittitur, quod ad primum examen ſe referat.*

53 *Teſtis ſuſpectus non poteſt ſe referre ad primum examen.*

54 *Sed an poſſit petere, quod ſibi exhibeatur, & legatur primum examen.*

55 *Teſtis inconſtans, varius, & contrarius torqueri poteſt ad dignoſcendum, in quo dicto perſiſtat.*

56 *Quid ſi nulla contra eum præcedant indicia.*

57 *Quid in teſte, qui ſit Clericus, vel Sacerdos.*

58 *Teſtis multipliciter varius, & inconſtans multipliciter torqueri poteſt.*

59 *Non tamen vltra tres vices.*

60 *Teſtis in dicto iudiciali varius ab eo, quod dixerat extra iudicium torqueri poteſt.*

61 *Quid ſi depoſitio extraiudicialis eſſet vallata iuramento, vel in ſcripturam redacta.*

62 *Teſtis, qui facto non interfuit ex capite inconſtantiæ, ſeu varietatis torqueri non poteſt.*

63 *Teſtis in cauſa ciuili ex capite varietatis torqueri non poteſt.*

64 *Quid ſi ſit perſona vilis.*

65 *Quid in ſeruis.*

66 *Vel in cauſa ciuili habitare crimen annexum.*

67 *Teſtis depoſitio cum contrarietatibus emiſſa in cauſa ciuili, reproducta per viam querelæ coram Iudice criminali operatur, quod ab eo torqueri poſſit.*

68 *Et de qua contrarietate hoc ſit intelligendum.*

69 *Teſtis inconſtans, & ſibi contrarius in non ſubſtantialibus torqueri non poteſt.*

70 *Quid ſi varietas conſiſteret in formalitate verborum.*

71 *Teſtes in dignitate conſtitutus non torquetur propter varietatem, niſi in criminibus exceptis.*

72 *Teſtis propter varietatem non torquetur, quando in ſecundo dicto allegat cauſam, propter quam à primo recedat.*

73 *Teſtis varius, & ſibi inconſtans, ſeu contrarius puniri poteſt de falſo.*

74 *Quid in teſte vacillante.*

75 *Vel in teſte timente, vel titubante.*

76 *Teſtis ſibi contrarius, & inconſtans, puniri poteſt de falſo, etiam in alio iudicio.*

77 *Quid ſi in alio iudicio contrarium depoſuiſſet calore iracundiæ.*

78 *Teſtis ſine iuramento deponens vnum, ac cum iuramento deponens aliud, puniri adhuc poteſt de falſo.*

79 *Quid de teſte, qui in iudicio plenario deponat contrarium eius, quod depoſuerat in iudicio ſummario.*

80 *Quid de teſte deponente in tormentis contrarium eius, quod depoſuerat extra tormenta.*

81 *Teſtis puniri non poteſt de falſo, nec de ſtellionatu ex capite contrarietatis, quando illa non verſatur in ſubſtantialibus.*

82 *Teſtis, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod depoſuerat in iudicio inualido,*

ignorata illius inualiditate, non poteſt puniri de falſo.
83 Sed an euitat pœnam ſtellionatus.
84 Falſi pœna non intrat contra teſtem contrarium, quando contrarietas proceſſit per ignorantiam, vel obliuionem.
85 Quid ſi teſtis contrarium deponit animo ſe corrigendi.
86 Vel ex interuallo.
87 Quid ſi teſtis examinari non debuerat.
88 Quid in teſte ruſtico.
89 Teſtis ruſticus non præſumitur, quod dolo in depoſitione ſibi contrarius, & inconſtans fuerit.
90 Teſtis ruſticus quando contrarius ſibi dolo cenſeatur, arbitrio Iudicis remittitur.
91 Teſtis in iudicio deponens contrarium eius, quod extra iudicium depoſuerat, an, & quando puniri poſſit pœna falſi, vel ſtellionatus.
92 Teſtis inconſtantis primum dictum eſt attendendum potiùs, quàm ſecundum.
93 Quid ſi ſecundo examini pars non ſe oppoſuerit.
94 Quid vbi ſecundum examen fuit factum poſt publicatum proceſſum primi examinis.
95 Ac quando teſtis ſecundo loco non erat examinandus.
96 Teſtium plurium contrariorum primum dictum attenditur potiùs, quàm ſecundum.
97 Teſtis primum dictum attenditur potiùs, quam ſecundum etiam in diuerſis iudicijs, & inter diuerſas perſonas.
98 Multò magis inter eaſdem perſonas.
99 Teſtis primum dictum eo facilius præfertur ſecundo, quando eſt geminatum, & ratificatum.
100 Teſtis ſecunda depoſitio emanata cum animo corrigendi primam præfertur primæ, quando aliàs licita erat illius correctio.
101 Quid ſi prima depoſitio emanauit per iocum, vel calore iracundiæ.
102 Vel conſtat de falſitate primæ depoſitionis.
103 Ac quando ſecunda depoſitio eſt iurata, & prima abſque iuramento.
104 Quid ſi pro prima depoſitione non iurata concurrerent coniecturæ.
105 Teſtis ſecunda depoſitio ratione concludenti munita præfertur primæ ratione carenti, vel illam habenti non adeo efficacem.
106 Quid ſi ſecũda depoſitio ſit magis veriſimilis.
107 Teſtis ſecunda depoſitio in iudicio plenario præfertur primæ contrariæ in iudicio ſummario.
108 Sed vbi in hoc caſu agitur de ferenda ſententia neutri credendum eſt.
109 Teſtis ſecunda depoſitio in iudicio valido præfertur primæ in iudicio inualido.
110 Quid in cauſa hæreſis.
111 Quid ſi ſecunda depoſitio eſt indicijs adminiculata, & non ſuſpecta.
112 Ac quando in ſecunda depoſitione apparet veram dixiſſe.
113 Et an in cauſa hæreſis ſtandum ſit ſecundæ depoſitioni teſtis, quando in illa negat hæreſim, quam in prima fatebatur, & num. 115. & 118.
114 Exculpans alium, à quo fuerat infamatus de hæreſi dicitur vehementer de hæreſi ſuſpectus.
116 Æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt.
117 Teſtis vilis, periuri, vel ſuſpecti, an, & quando primo, vel ſecundo dicto ſtandum potius ſit in cauſa hæreſis.
118 Teſtis inconſtans periurus, & ſibi contrarius in cauſa hæreſis torquendus eſt ad videndum, in quo dicto perſiſtat.
119 Teſtem periurum torquendi maior eſt ratio, quàm de alijs teſtibus inhabilibus.
120 Diſpoſitio generalis mandans admitti omnes teſtes inhabiles non comprehendit periurum, niſi de eo ſpecialiter caueatur.
121 Teſtis periurus reuocans ſuum dictum zelo fidei in cauſa hæreſis, an, & quando torquendus ſit.
122 Teſtes aliàs inhabiles in cauſa hæreſis, an admittantur ſine tortura.
123 Teſtis ſecunda diſpoſitio in tortura præfertur primæ extra torturam.
124 Siue incontinenti, ſiue ex interuallo ſecundum dictum in tortura emanauerit.
125 Quid non citata parte.
126 Et an hoc procedat tam in iudicio ciuili, quàm in criminali.
127 Teſtis ſecunda diſpoſitio in tortura debilitatur à prima extra torturam.
128 Quod ſi pluries fuerit illata tortura ob multiplicem teſtis varietatem, attendendum, an, & quando ſit dictum emanatum in vltima tortura.
129 Quid vbi primum dictum fuit extraiudiciale, & ſine iuramento.
130 Teſtis depoſitio in tortura non præfertur primæ extra torturam, quando tortura non fuit illata præcedentibus legitimis indicijs.
131 Quid vbi prima videretur, magis rationabilis, ſeu veriſimilis.
132 Teſtis ſecunda depoſitio in tortura, quando præferatur primæ.
133 Quid vbi quis torquetur vti principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios.
134 Teſtis primum dictum emanatum extra torturam in articulo mortis præfertur ſecundo emanato in tortura.
135 Periculum mortis eſt tortura animarum.
136 Teſtis non ſolùm contrarij, ſed & aliàs inhabilis ſecundum dictum in tortura non attenditur.
137 Teſtis ſecundum dictum in tortura non præfertur primo, quando emanauit poſt publicationem primi dicti, & poſtquam cum parte fuit allocutus.
138 Quando teſtis diſpoſitio emiſſa in tortura præferatur remiſſiuè.

139 *Teſtis depoſitio in iudicio præfertur depoſitioni extraiudiciali.*

140 *Quid vbi primum dictum extraiudiciale emanaſſet parte præſente.*

141 *Vel vbi primum dictum iuratum ſit.*

142 *Quid vbi primum dictum extraiudiciale eſt magis veriſimile, vel coniecturis adminiculatum.*

143 *Teſtis primum dictum extraiudiciale confirmatum per ſcripturam, quando præferatur ſecundo iudiciali.*

144 *Teſtis ſecundum dictum iudiciale debilitatur à primo extraiudiciali.*

145 *Et an Iudex ex eo poſſit ferre ſententiam, vel deferre iuramentum in ſupplementum, aut ſumere iudicium ad torturam.*

146 *Teſtis primum dictum iudiciale attenditur potiùs, quàm ſecundum extraiudiciale.*

147 *Quid ſi teſtis profiteretur, ſe falſum in iudicio depoſuiſſe.*

148 *Vel ſi ſecundum emanauerit in articulo mortis, vel in actu confeſſionis Sacramentalis.*

149 *Teſtis in articulo mortis, declarans ſe falſum depoſuiſſe non attenditur in præiudicium tertij.*

150 *Quid re integra.*

151 *Quid in criminalibus.*

152 *Teſtis etiam principalis quoad ſe declarans in articulo mortis falſum depoſuiſſe præiudicat fiſco, itaut ex illius depoſitione torqueri nequeat inculpatus.*

153 *Quid vbi primum dictum, & inculpatio adminiculis munitur.*

154 *Quando hæc declaratio dicatur facta in articulo mortis, vt proſit inculpato.*

155 *Teſtis, vel rei depoſitio tertio non præiudicans in ciuili, vel criminali cauſa, adhuc præiudicat ipſi teſti, vel reo.*

156 *Teſtis dictum poſterius extraiudiciale an, & quando tollat primum, vel illi præiudicet nondum lata ſententia.*

157 *Et quando præferri debeat iudiciali.*

158 *Interpretatio omnis ſumenda, vt teſtis inconſtans ad conſtantiam reuocetur.*

159 *Teſtis varius, & inconſtans de iure non præſumitur.*

160 *Verba pro reducendis teſtibus ad concordiam, nedum impropriè, ſed & improprijſſimè ſumi permiſſum eſt.*

161 *Imo admittitur interpretatio ſuppletiua, & per intellectus ſubauditos.*

162 *Concordia, & conciliatio teſtium fieri non poteſt, quando contrarietas, & varietas eſt manifeſta.*

163 *Teſtis varius ad concordiam redactus an ſolummodo euitet pœnam falſi, vel etiam probet, & num. 165.*

164 *Quid in cauſa criminali.*

166 *Teſtis deponens factum affirmatiuè in prima depoſitione, & in ſecunda dicens non recordari an poſſit excuſari à contrarietate, & an probet.*

167 *Obliuio hodierna non implicat de eo, quod quis antea recordabatur.*

168 *Teſtis dicens prius ſe non recordari, & deinde dicens ſe recordari, non exinde eſt inconſtans.*

169 *Recordatio de eo, quod prius non recordabatur, dari poteſt.*

170 *Teſtis, qui dixerat non recordari, deponens deinde ſe recordari poſtquam fuerat locutus cum parte, præſumitur ſubornatus, & non probat.*

171 *Quid ſi teſtis nouæ memoriæ cauſam non allegat.*

172 *Teſtis, qui primo loco depoſuerat dubitatiuè, deponens deinde aſſertiuè, an dicatur varius, & inconſtans, & num. ſeq.*

174 *Teſtis, qui in primo examine depoſuerat, ſe credere, quatenus in ſecundo deponat ſcire, an, & quando fidem mereatur, & probet, & num. 176.*

175 *Scientia hodie certa dari poteſt de eo, quod prius tantummodo credebatur.*

177 *Quid de teſte, qui primo dixit ſibi videri, & deinde ſe ſcire.*

178 *Teſtis, qui primo dixit ſe ſcire, ac deinde ſe credere cenſeatur varius, vel potius probet, & quando.*

179 *Scire idem eſt ac credere in ijs, quæ nobis innoteſcunt per fidem.*

180 *Teſtis, qui primo dixit neſcire, & deinde dixit ſe credere, an ſit varius, & inconſtans.*

181 *Teſtis varius an dicatur, qui prius dixit credere, & deinde non credere, & num. 183.*

182 *Hodie credere vnum, & cras aliud ſtant benè ſimul.*

184 *Teſtis varius non dicitur, qui pro ratione ſuæ ſcientiæ allegat ſe vidiſſe, & deinde ſe audiuiſſe, vel è contra.*

185 *Teſtis varius non dicitur, qui primo depoſuit ſe ſcire, & poſtea ſe audiuiſſe, & an probet.*

186 *Teſtis, qui primo dixit ſcire, & deinde neſcire, an, & quomodo poſſit concordari.*

187 *Teſtis varius an dicatur, qui primo depoſuit ſe eſſe fratrem producentis, & deinde non eſſe eius attinentem.*

188 *Teſtis, qui prius dixerat neſcire, & poſtea ſcire an dici poſſit contrarius.*

189 *Scire hodie poteſt, quod prius ignorabatur.*

190 *Teſtis, qui prius dixerat neſcire, quatenus poſtea ſcire deponat, an præſumatur ſubornatus, ſi repetatur ad inſtantiam partis, vel ſe corrigat ex interuallo.*

191 *Quid ſi non alleget probabilem cauſam ſcientiæ.*

192 *Teſtis allegans ſe fuiſſe præſentem actui, ſed illum neſcire, quatenus deinde deponat ſcire an dicatur ſibi varius, inconſtans, & contrarius.*

193 *Teſtis, qui primo dixit hoc tantum ſcire, & hoc tantum verum eſſe, quatenus deinde addat aliquid aliud, dicitur ſibi contrarius, & inconſtans.*

Teſtis

Digitized by Google

194 *Teſtis varius an dicatur, qui examinatus in Palatio Poteſtatis dixit aliquid actum fuiſſe in Palatio Epiſcopi, & deinde ſubdit illud idem geſtum fuiſſe in hoc Palatio.*

195 *Teſtis varius an dicatur, qui deponit maleficium fuiſſe commiſſum præſentibus Titio, & Seio, & deinde depoſuit fuiſſe commiſſum nullo præſente.*

196 *Teſtis varius an dicatur, qui dixit ſe vidiſſe poſſidere Titium per certum tempus, & deinde aſſerit Titium aliquando fuiſſe abſentem, & quomodo, & quando poſſit concordari.*

197 *Teſtis varius an dicatur, qui dixit aliquid non fuiſſe factum, quia ipſe vidiſſet, ſi deinde ſubiungat illud idem factum fuiſſe.*

198 *Teſtis varius an dicatur, qui deponit Martinum eſſe debitorem Sempronij in ſcutis 100. & pro cauſa ſcientiæ aſſerit Martinum vna die promiſiſſe 50. & alia die 100.*

199 *Quid ſi deponat clauſulam codicillarem fuiſſe expreſſam in teſtatore, & deinde à Notario.*

200 *Teſtis varius an dicatur, qui primo deponit aliquem non fuiſſe habitum pro filio legitimo, & deinde patrem illum tractaſſe tanquam filium legitimum.*

201 *Teſtis varius an dicatur, qui primo depoſuit ſe vidiſſe deſignare ædificium, & deinde ſe reſpexiſſe ædificium.*

202 *Quid primo depoſuit pecunias fuiſſe ſolutas Patri ſuo, & deinde fuiſſe ſolutas ſibi.*

203 *Teſtis an dicatur varius, qui primo depoſuit ſe fuiſſe monitum à Titio, antequam appropinquaret ad feneſtram, vt aduerteret ad ea, quæ dies debeant, & deinde depoſuit, quod Titius cæpit ipſum per manum, & duxit ad feneſtram.*

204 *Teſtis varius, & ſibi contrarius dicitur, qui primo depoſuit deſeciſſe quædam in molendinis, & deinde dixit ſe gubernaſſe molendinum, in quo erant omnia.*

205 *Teſtis varius an dicatur, qui de venditione deponens primo loco dixis ſe non cognouiſſe emptorem, & deinde, quod venditio fuerit facta Titio.*

206 *Teſtis varius an dicatur, qui primo loco depoſuit pretium fuiſſe venditum ſcut. 100. & deinde ſcut. 150.*

IN hac quæſtione Farinacc. *de teſtib. quæſt. 66. par. 7. num. 227.* procedit per concluſiones, quas hic breuiter referre non pigebit.

1 Prima eſt concluſio, teſtem incontinenti poſſe eſſe inconſtantem, dictumque ſuum corrigere, Alber. *in l. qui falſo, ff. de teſtib.* Doctor. *in Auth. at qui ſemel, C. de probat.* vbi Cyn. Bald. & Salyc. Gloſs. *in cap. per tuas, in verb. audien.* & ibi Doctor. *de teſtib.* latè plures adducens Farinacc. *dicta quæſt. 66. dicto num. 227.* Seraphin. *de priuil.*

iuram. priuil. 121. num. 1. Bellon. *de poteſt. eorum, quæ incontinenti fiunt lib. 1. cap. 20. num. 2.*

2 Sed quando dicatur teſtis incontinenti ſe corrigere, variæ ſunt opiniones. Alij enim dicunt, tunc correctionem factam incontinenti cenſeri, ſi teſtis eam faciat, antequam è conſpectu Iudicis diſcedat, Butr. *cap. præterea num. 13.* & ibi Abbas *num. 2.* Zabarell. *num. 1. de teſtibus cogend.* Farinacc. *dicta quæſt. 66. num. 229.*

Alij verò antequam teſtis ſe examini ſubſcribat, Gloſs. *in cap. ad miſericordiam 32. quæſt. 1.* quam notabilem valdè dixit Alex. *in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus num. 6. ff. de damno infecto,* Menoch. *de arbitr. caſ. 108. num. 5.* Farinacc. *dicta quæſt. 66. nu. 230. & 231.*

Alij verò dicunt, quod incontinenti ſemper intelligatur, antequam teſtis ſit allocutus partem, Butr. *dicto cap. præterea num. 13.* & alij Canoniſtæ latè *de teſtibus cogend.* Gabr. *lib. 7. de malef. concluſ. 27. nu. 6.* Farinacc. *dicta quæſt. 66. num. 232.* Seraphin.
3 *d. priuil. 121.* Imò Gabriel ampliat, etiam
quod ſit allocutus aliquam aliam perſonam, à qua potuerit eſſe monitus, & ſubornatus, quod dictum reputat mirabile, ſi verum eſt, Seraphin. *loco cit. num. 3. in fin.* quod tamen Farinaccio non placet *dicta*
4 *quæſt. 66. num. 234.* Et propterea, ſi velit ſe
corrigere teſtis ad poſtulationem partis, non admittitur, Gloſs. *in Auth. at qui ſemel in gloſs. fin. verſ. Item quid ſi per ſe redieris, C. de probat.* Farinacc. qui alios *d. quæſt. 66. num. 233.*

5 An autem credatur teſti dicenti, ſe partem non fuiſſe allocutum, Felynus *dicto cap. præterea,* voluit minimè credi, ſi tamen iureiurando id affirmet, omninò ei eſſe credendum, voluit Aretin. *dicto cap. præterea num. 4.* Gabr. *de malef. lib. 7. concluſ. 28. num. 28.* Seraph. *d. priuil. 121. num. 2.* Farin. *dicta quæſt. 66. num. 236. & num. 237.* vult hoc procedere, dummodò teſtis ſit notæ fidei, & authoritatis.

6 Alij voluerunt incontinenti eſſe intelligendum ante publicatam atteſtationem, Seraphin. qui multos allegat *d. priuil. 121. num. 3. verſ. tertij dicunt,* ſed videndi ſunt Text. *in cap. per tuas,* & ibi Imol. *num. 4.* Addit. ad Felyn. *ibidem num. 2. littera A, verſ. ſupradictis, extr. de teſtib.* Gabr. *dicta concluſ. 27. num. 8.* qui tamen dum eadem concluſione *nu. 11.* dicit opinionem Rotæ eſſe, quod incontinenti dicatur intra triduum, & allegat *deciſionem 293. aliàs 19. de teſtib. in nouis,* valde allucinatur, quia Rota ibi totum contrarium reſoluit.

Alij denique hoc totum reſidere in arbitrio Iudicis, Hoſtien. *dicto cap. præterea num. 4. de teſtib. cogend.* Anan. *nu. 5.* Io. Andr. *num. 16.* Imol. *num. 8.* Butr. *num. 13.* Abb.

num.12. Gabr. qui alios refert *dicta concl*.27.
num.12. Seraphin. *d. priuil*.121.*num*.3. *verſ.*
alij rurſus, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 108.
num. 8. alios Barboſ. *de dict. dictione* 155.
num. 12. Bellon. *de poteſt. eorum quæ fiunt in-*
continenti lib.1. *cap*.20. *ſub num*.5.

7 Index tamen debet eſſe in hoc admo-
dum diligens, vt intelligat, an correctio
hæc ſit veriſimilis, vel non, an hic teſtis
potuerit alloqui partem, à qua ſubornari
potuerit, vel non, & an teſtis ſit vir pro-
bus, vel non, vt ex Alciato voluit Me-
noch. *d.caſ*.108. *num*.6.

8 Ampliatur concluſio, vt licita ſit in-
conſtantia, & correctio incontinenti in
teſte, etiam quod non doceat de errore,
Conuarr. *var. lib*.2.*cap*.13. *num*.8. *verſ.cæte-*
rum, ibi, *incontinenti verò*, Gabr. *d. concl*.27.
num.12. Menoch. *d. caſ*.108. *num*.6. Farin.
qui alios *dicta quæſt*. 66. *num*. 240. *in* 6. *con-*
cluſione.

Quod tamen intellige, dummodo cau-
9 ſam erroris alleget, alias non daretur in-
conſtantia, neque correctio, Bartol. *l. eos*
num.3. *verſ. reſpondeo quod teſtis*, *ff. ad legem*
Cornel. de falſis, Innocent. *dicto cap. præterea*
num. 2. & ibi Canoniſtæ, quos allegat Fa-
rinacc. *dicta quæſt*.66.*num*.241. & ſi cauſam
erroris non allegaret, vt ſuſpectus de falſo
poſſet torqueri vti poſt Boſſium voluit Fa-
rinacc. *dicta quæſt*.66. *num*.244.

10 Illicita tamen eſſet inconſtantia, &
correctio, ſi depoſitio iam eſſet à Parte
acceptata, quia tunc non admitteretur,
niſi errore probato, Marſil. *ſingul*. 315.
cum alijs per Seraph. *dicto priuileg*. 121.
numero 4.

11 Secundò, illicita eſſet inconſtantia,
ſi aliqua militaret præſumptio, quod eſſet
ſubornatus, Seraph. *dicto priuil*. 121. *nu*.4.
in fin. quod tamen dictum valdè dubita-
bile redditur in correctione facta inconti-
nenti, ſcilicet antequam teſtis diſcedat à
iudicio, vel ante examen ſubſcriptum.

12 Secunda ſit concluſio, teſtem ex inter-
uallo non poſſe eſſe in ſuo dicto incon-
13 ſtantem, nec illud corrigere, Alber.
l. Qui falſo num.1. *verſ. Intellige, de teſtibus*,
Cynus *in Authen. At qui ſemel, C. de probat.*
Canoniſtæ *in cap. Per tuas*, *&* *in cap. Præ-*
tereà, de teſtib. Gabr. *dicto concluſ*.22. *num* 4.
Boſs. *de publ. proceſs. num*. 28. *&* 33. Clar.
§. *fin. quæſt*.53.*verſ. Quartus caſus eſt*, Farin.
dicta quæſt.66. *num*.228.

14 Amplia multò magis, ſi publicatæ eſſent
atteſtationes, quia præſumitur teſtis cum
Parte locutus, *dicto cap. Per tuas*, & ibi Imol.
num.4. Addit. ad Felyn. *ibidem littera A, de*
teſtib. Farinacc. *dicta quæſt*.66. *num*.254.

15 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam
ſi teſtis doceat de errore, tunc enim
quandocumque eius correctio ſuſtine-
tur, Conuarr. *dicto cap*. 13. *verſic. Cæterum*,
ibi, *ſed ſi teſtis*, Menoch. *dicto caſu* 108.
num. 7. cum alijs per Farinacc. *d. quæſt*.66.
num. 245.

16 Idem erit, ſi ex cauſa obliuionis dictum
ſuum teſtis corrigat, quia tunc poterit ex
interuallo ſe corrigere, Alciat. *de præ-*
ſumpt. regul.2. *præſumpt*. 29. *numero* 3. *&* 4.
Petr. *de fideicomm. quæſt*.12.*num*.1012. Me-
noch. *dicto caſu* 108. *num*.8. Farinacc. *dicta*
quæſt. 66. *num*. 246., vbi cum Menoch.
17 quod iſto caſu, an obliuio ſit veriſimilis,
necne, ſtatur arbitrio Iudicis, & ex Aret.
in dicto cap. Per tuas num.8. *de probat.* quod
18 ſi teſtis dicit contraria, tunc debet cau-
ſam obliuionis adducere, ſecus ſi tantùm
addit.

19 Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtan-
tiam in teſte probatæ fidei, quia iſte po-
teſt corrigere dictum ſuum, antequam
fiat publicatio, & iuret, quod de hoc cum
aliquo non ſit locutus, Bald. *d. cap. Præ-*
terea num.4. *de teſtib. cogend.* Cattel. Cotta
in memor. in verſ. Teſtis regulariter non poteſt
corrigere, Farinacc. *dicta quæſt*.66. *num*.247.
& 248. vbi dicit, hoc procedere in teſte
20 nobili, & quando agitur inter viles, & de
modica cauſa.

21 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando tractatur ſolùm de addendo pri-
mæ depoſitioni, dummodò tamen ſpontè
accedat ad addendum, non autem ad in-
ſtantiam Partis, Gabr. & alij à Farinacc.
dicta quæſt.66.*num*.251. 252. *&* 253.

22 Effectus autem illicitæ inconſtantiæ
ſunt: Primò, quod teſtis ſic inconſtans,
& ſibi contrarius nihil probat, *cap. Licet*
cauſam, & ibi Gloſs. *in verb. Contradicunt*,
Aret. *num*.15. Dec. *num*.58. Bero. *num*.37.
de probat. Canoniſtæ *in cap. Cum tua, de te-*
ſtib. Farinac. *dicta quæſt*. 66. *num*. 13. addo
Barboſ. *ad dict. cap. Licet cauſam numero* 4.
Rota *deciſ*.167. *num*.10. *&* 11. *par*.1.*recen.*
coram Gregor. deciſ.298. *num*.3. Eminentiſs.
Celſ. *deciſ*. 40. *num*.4.

23 Etiam quod in vna tantum parte ſit ſibi
inconſtans, & contrarius, quia in totum
24 reputatur contrarius, & nihil probat,
Aret. *in cap. In noſtra num*. 5. *extr. de teſtib.*
& ibi Abb. *num*.2. Farinacc. qui alios *dicta*
quæſt.66. *num*.19.

25 Eoque magis procedit concluſio, ſi in-
conſtantia, & varietas conſiſtat in loco,
& tempore actus, de cuius probatione
agitur, Bart. Marſil. Monticell. & Maſcard.
allegati à Farin. *dicta quæſt*.66. *num*.20.

26 Non ſolum autem non probat teſtis
ſibi inconſtans, & cōtrarius, ſed nec etiam
facit indicium ad inquirendum, Alciat.
de præſumpt. regul. 2. *præſumpt*. 10. *in fin.*
Grammat. *conſ*. 35. *&* 44. Bertazzol. *con-*
ſil.559. *nu*.8. *lib*.2. Farinacc. *dicta quæſt*.66.
num. 21. Nec ab hoc inconſtantiæ effectu
27 excuſare poteſt ruſticitas, vel ſimplicitas

teſtificantis, Io: Andr. *in cap. Cum Ioannes de fid. inſtrum.* Bald. Cagnol. Tiraquell. & alij à Barboſ. *dicto cap. Cauſam num.6. verſ. Intellige, de probat.* Imò ſublata, vel pro-
28 hibita quacumque exceptione, vel reprobatione teſtium non cenſetur ſublatus effectus huius contrarietatis,& inconſtantiæ, Dec. *l. Edita, C. de eden. numero 2.* Cagnol. *l. Vbi repugnantia num. 1. ff. regul. iur.* Barboſ. *dicto cap. Licet cauſam num. 6. verſ. Tertiò intellige.*

29 At effectus iſtius inconſtantiæ ceſſabit, ſi varietas, & contrarietas in ſubſtantialibus non conſiſtat, ſed in qualitatibus, circumſtantijs, acceſſorijs, & accidentibus, Bart. *in dicta l. Eos num. 5.* & ibi Marſil. & Alber. *ff. de falſ.* cum alijs per Farin. *dicta quæſt. 66. num.24.* addo Rebuffum *de reprobat. teſt. num. 105.* Barboſ. *in dicto cap. Licet cauſam num. 6. verſ. Quartò intellige, & limita*, Rota *deciſ. 304. num.14. parte 7. recent.* & *deciſ.53.* poſt Paul. Mell. *in addit. ad controuerſ.* Caſtill. *num.15.*

30 Dummodò tamen huiuſmodi qualitates,& circumſtantiæ non pertineant quoquomodo ad negocium principale, ſed ſint extrinſecæ, extraneæ, & impertinentes, Bart. *dicta l. Eos num. 5.* & ibi Marſil. *num.23.* Petr. *de fideicomm. dicta quæſt. 12. num.954.* cum alijs per Farin. *dicta qu. 66. numero 28. 29. & 30.* Imò etiam quod
31 contrarietas conſiſteret in qualitatibus extraneis non tollitur in totum huiuſmodi effectus, quia teſti diminuitur ſaltem de fide, Marſil. *ſingul.118.in fin. verſ. Item ſcias*, Menoch. *de præſumpt. lib.5. præſumptione 23. num.17.* Farinacc. poſt Boſs. *dicta quæſt.66. num.31.* Si verò teſtis ſit aliqua ex cauſa Iudici ſuſpectus, vel iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, vel illius depoſitio factum proprium concernat,
32 non ceſſabit vtique effectus illius inconſtantiæ, ſed ſibi contrarius etiam in accidentibus, nihil omninò probabit, Petr. *de fideicomm. dicta quæſt.12. nu.967.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.66.numero 25. 26. & 27.*

33 Secundò, ceſſabit effectus inconſtantiæ, ſi teſtis varia, & contraria depoſuit per errorem,& ignorantiam, Bald. *l.Si ex falſis, circa fin. C. de tranſact.* Petr. *de fideicomm. dicta quæſt.12. num. 967.* Farin. *dicta quæſt.66. num.32.* Iuſta autem erroris cauſa in teſte erit obliuio ex *allegatis* à Farin. *dicta quæſt. 66. num. 34.* Obliuio verò in teſte præſumitur non ſolum ex curſu
34 duorum, vel trium annorum, Cephal. *conſ.164. num.5. vol.2.* Riminald. *conſ.344. num. 73. vol. 3.* ſed etiam ex lapſu vnius anni, menſis, vel diei, Boſs. *de reſponſ. à reo facienda num. 1.* Farinacc. *conſ. 44. numero 18. lib.1.*

35 Tertiò, ceſſabit effectus inconſtantiæ, ſi varietas ſit modica, modica enim varietas, etiam in ſubſtantialibus teſti fidem non adimit, Alex. *conſ.5. num. 10. lib. 1.* Grammat. *deciſ.43. nu.6.* cum alijs per Farinac. *dicta quæſt.66.num.36.*

36 Quartò, ceſſabit huiuſmodi effectus, ſi teſtis in ſecundo examine plus, aut minus dixit, quàm in primo, non enim tunc dicitur varius, Grammat. *conſ.50. numero 30.* cum alijs per Farinac. qui dicit hanc opinionem communiter receptam, quamuis contrarium velint Bald.& Petr. ab eo *allegati, dicta quæſt.66. num.37. & 38.*

37 Sed an teſtis, vt notam inconſtantiæ, & contrarietatis effugiat, poſſit in ſecundo examine ſe referre ad primum? Affirmatiuè reſpondendum eſt per doctrinam Abb. *in cap. Cum in tua num. 3.* & ibi Felyn. *num.1.* & alij latè *extr.de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.66.numero 39.* Et ſi Iudex hanc reſponſionem nolit recipere, poteſt teſtis inſtare, vt ſibi legatur primum examen, & ſi nolit legere,
38 proteſtari teſtis idem poteſt, quod, ſi in primo examine quandocumque appareat aliter dictum, quàm in ſecundo, ex nunc corrigit ſuum ſecundum dictum, & ſe refert ad primum tanquam verius, quia tunc recordabatur de facto, Bart. *dicta l. Eos num.6. & 7.* & ibi Marſil. *num.5. & 6. ff. de falſ.* Butr. *in cap. Cum tua num. 10. & in fin.* & ibi Abb. *num.3.* & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. *dicta quæſt.66.numero 40. & 41.* reiectis Baldo, Tindar. & Felyn. aliiſque contrarium tenentibus, & præſertim Theſaur. *deciſ. 128.* vt ibidem *num.42. & 43.*

39 Quod primum examen deberet teſti legi, etiamquod non fuerit publicatum, Bart. *dicta l. Eos num.7.* Butr. *dicto cap. Cum tua*, & ibi Felyn. poſt *num.1. de teſtib.* Farinac. *dicta quæſt.66. num.44.*

40 Sed an antequam teſtis ſe ſubſcribat examini, poſſit petere, vt ei ſuum examen legatur? Dicendum eſt, non ſolum hanc petitionem eſſe legitimam, ſed Iudicem, ſeu Examinatorem deputatum
41 debere teſtem innitare ad hoc, ad effectum corrigendi, addendi, vel mutandi examen, vt ex Bald. *in l. vlt. C. Plus val. quod agit*, Felyn. & alijs reſoluit Rota *deciſ.41. poſt ſecundum volum. conſ. Farin.* quæ
42 doctrina Baldi habet locum, etiamquod poſt quatuor dies ab examine completo teſtis reuertatur ad petendum, quod ſibi ſuum legatur examen, Rota *d. dec.41. numero 2.* licet iſto caſu Domini reſoluerunt, quod nihil de examine mutaretur, aut deleretur,ſed quod in Proceſſu cauſæ arbitrio Rotæ relinquendum erat iudicare, quid eſſet de eo ſentiendum, & quantum fidei, vel detrahendum, vel tribuendum examini,& quod interim Notarius adno-

taret diem factarum additionum, vel mutationum per teſtes.

43 Quid autem, ſi examen primum ſit nullum, an teſtis poſſit ſe remittere ad illud? affirmatiuè reſpondet Bart. *in dicta l. Eos num.*6. Iaſ. *l. Legata inutiliter numero* 17. *de Leg.* 1. Menoch. *de Arbitr. caſu* 109.*num.*4. *&* 5. Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.*45.

44 Quod intellige, niſi examen ſit nullum, ratione falſitatis, Menoch. *loco citato numero* 10. Farinac. *loco citato nu.* 47. Royas *decif.*411. *num.*4.

45 Secundò intellige, niſi primum examen ſit nullum, ex quo extraiudicialiter,
vel abſque citatione Partis emanaſſet,
Menoch. *d. caſu* 109. *num.* 4. *&* 5. Farinac.
*d. quæſt.*66. *num* 48. Royas *d. decif.* 411. *numero* 3. vbi de examine nullo facto con-
46 tra præceptum Iudicis imponentis teſtibus, vt per extenſum deponerent.

47 Quod procedere etiam in criminalibus
voluere, Corn. *conſ.*56. *lib.*1. Crauett. *conſil.*115. *num.*8. cum alijs per Farinac. *dicta
quæſt.*66. *num.* 52. qui tamen ſub *num.* 48.
dicit, quod contrarium apud nos ſeruatur, & forſan malè, cum teſtibus repetendis ad fauorem Fiſci, non ſolum permittatur ſe referre ad primum examen,
ſed etiã legatur illud à Notario de verbo
ad verbum, prout iacet, & etiam antequã
interrogetur ſuper interrogatorijs datis
48 pro parte rei; quæ conſuetudo locum habet in omnibus criminibus; Arbitrio tamẽ
49 Iudicis eſſe relinquendum, quando Teſtis poſſit ſe referre ad primum examen,
voluere Bartol. *dicta l. Eos*, & ibi Marſil.
*num.*4. *ff. de falſis*, Menoch. *d. caſu* 109. *numero* 3. *&* 12. vbi monet Iudicem quo-
50 modo ſe gerere debeat in moderando arbitrio, Farinacc. *d. quæſt.*66.*num.*49. *&* 50.
Huiuſmodi tamen arbitrium intraret,
quando Iudex repeteret teſtem ad declarationem eius primi dicti dubij, vt per
Tindar. & Farin. *ibidem num.* 51.

51 Nec ſi teſtis examinatus eſſet coram Arbitro, & repeteretur coram Iudice Ordinario, Felyn. *d. cap. Cum in tua num.*1. & ibi Aretin. *numero* 8. *de teſtib.* Farinacc. *ibidem num.*53.

52 Nec, ſi examinatus in ſummario repeteretur in plenario, Laurent. *d. decif Auenionen.* 91. *num.*4. *&* 5. Farin. *d. num.* 54.

53 Nec denique ſi teſtis eſſet perſona ſuſpecta, quia nec poſſet ſe referre ad primum examen, nec petere illud ſibi exhiberi, & legi, Felyn. *d. cap. Cum in tua nu.*1.
de teſtib. Menoch. *d. caſu* 109.*num.*11. cum
alijs per Farin. *dicta quæſt.* 66. *num.* 55. vbi
quod ita communiter eſt receptum, & in
practica ſeruatur. Licèt quod iſte teſtis
54 non poſſit petere, vt ſibi legatur examen, videtur eſſe contra decifionem Rotæ 41. *poſt d.* 2. *vol. conſil. Farinac. ſupra cit.*
ibi enim licet teſtis allocutus fuiſſet Partem, & ſe reddidiſſet ſuſpectum, nihilominus Rota voluit ſibi legi examen.

55 Secundus effectus inconſtantiæ in teſte eſt, quod varius, vacillans, aut contrarius poteſt torqueri ad videndum, in quo dicto perſiſtat, Bald. *in l. Presbyteri nu.*2.*C. de Epiſc. & Cleric.* idem Bald. *in tract. de teſtib. par.*2. *num.*2. Clar. §. *fin. quæſt.*25.*verſ. Item teſtis varius*, cum alijs per Farin. *dicta quæſt.*66. *num.*98.

56 Quod procedit, etiamſi nulla alia præcedant indicia, quidquid enim ſit in reo, certè in teſte ſola variatio, & inconſtantia ſufficit, Foller. *in prax. verb. Et ſi conſitebuntur tertia parte tertiæ partis principal. num.*5. cum alijs per Farin. *d. quæſt.* 66. *numero* 100. *& quæſt.*79. *num.*75.

57 Secundò procedit, etiam quod Teſtis ſit Clericus, & Sacerdos, Gloſs. *in cap. Presbyteri* 6. *quæſt. vlt.* Clar. *d.* §. *fin. qu.* 25. cum alijs per Farin. *d. quæſt.* 66. *num.*101. *& d. quæſt.*79. *num.*55.

Dummodò torqueatur à Iudice Eccleſiaſtico, non autem laico, etiamquod coram ipſo fuerit in depoſitione contrarius, Clar. *d.* §. *fin. d. quæſt.* 25. Capic. *decif.*141. Farin. *d. quæſt.*66. *nu.*103. Guazzin. *defenſ.*19.*cap.*1.*num.*18.*verſ. Sed iſte*; Contrarium, quod Clericus teſtis etiam vacillans, & contrarius non poſſit torqueri, tenent relati à Graſſo *effect.*14.*num.*18.

58 Tertiò procedit, etiam in multiplici
tortura, ſi inconſtantia, & contrarietas ſit
multiplex, Boſs. *de tort. teſt. nu.*21. Cepoll.
*conſ.*60. *num.* 19. cum alijs per Farin. *dicta
quæſt.*66. *num.*104. qui *num.*105. dicit, tor-
59 turam non poſſe inferri, niſi vſque ad
tertiam vicem.

60 Quartò procedit, etiamquod inconſtantia conſiſtat in dicto extraiudiciali, vtputà ſi teſtis dicat in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium, Iacobin. de S. Georgio *l. Qui falſo num.* 7. *ff. de teſtib.* cum alijs per Farin. *d. quæſt.*66. *nu.*106. addo Tuſchum *litt. T, concl.*243. *num.* 7. cum alijs per Guazzin. *defenſ.* 19. *cap.*2. *num.*4.

61 Et hoc eò magis procedit, ſi dictum
extraiudiciale eſſet vallatum iuramento,
vel redactum in ſcripturam, vt per Cepoll. *conſ.*60. *num.*8. & per Farin. *d. qu.*66.
*num.*107. *&* 108. Ceſſaret tamen iſte effe-
62 ctus, ſi non probaretur, teſtem facto interfuiſſe, non enim ſola inconſtantia ſufficit, Marſil. *d. l. Eos, num.*1. *ff. ad l. Corneliam de falſ.* poſt Boſs. & Gomeſ. Farinac.
d. quæſt. 66. *num* 114. *& dicta quæſt.* 79. *numero* 12. addo Guazzin. *dicta defenſ.* 19.
*cap.*2. *num.*5.

63 Secundò, ſi ſumus in cauſa ciuili, quia teſtis non poteſt ex variatione, & inconſtantia torqueri, Marſil. *d. l. Eos numero* 2.

Digitized by Google

Boſs. *de tort. teſtium num.* 14. Farinac. *dicta quæſt.* 66. *num.* 114. Guazzin. *d. defenſ.* 19.
64 *cap.* 1. *num.* 17. Etiamquod teſtes huiuſmodi eſſent viles ſecundùm veriorem opinionem, de qua per Farinacc. *d. qu.*79. *numero* 34. 64. *&* 69. Guazzin. *dicto cap.* 1. *numero* 17.

65 Si tamen teſtes eſſent ſerui, vel cauſa ciuilis haberet annexum crimen, non
66 poſſent excuſari à tortura, vt de Seruis dixit Boſs. *de tort. teſt. num.* 14. *&* 15. Farinac. *d. quæſt.* 66. *num.* 117. & de crimine annexo idem Farinacc. *loco cit. num.* 119.

67 At licet in cauſa ciuili, & à Iudice ciuili non poſſit teſtis inconſtans torqueri, ſi tamen eius depoſitio coram Iudice criminali reproduceatur per viam querelæ, procul dubio à Iudice criminali poſſet torqueri, Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 120. *& dicta quæſt.* 79. *num.* 69. Guazzin. *d. defenſ.* 19. *cap.* 1. *num.* 17. vbi dicit hoc pro-
68 cedere in inconſtantia varietate, ſeu contrarietate, quæ verſatur circa ſubſtantiam negocij, & ſapiat apertam falſitatem.

69 Tertiò, ceſſat effectus iſte, ſi inconſtantia non ſit in ſubſtantialibus, Boſs. *de tort. reor. num.*29. Farinacc. *d. quæſt.* 66. *nu.*121. *& d. quæſt.*79. *num.* 14. latè Guazzin. *dicta defenſ.*19. *cap.*2. *num.*6. *&* 7. vbi tamen ex mente Baiardi, & Deciani dicit, quod
70 quod hoc procedit, niſi tractaretur de formalitate verborum, quia tunc quælibet variatio ſufficit.

71 Quartò, ceſſabit effectus reſpectu teſtium in dignitate conſtitutorum, hi enim non torquentur, propter inconſtantiam, niſi in criminibus exceptis, Boſs. & Clar. per Farin. *d. qu.*66.*num.*122. Guazzin. *dicto cap.*2. *num.*9. *verſ. Nec etiam.*

72 Quintò, ceſſabit effectus, ſi teſtis in ſecundo dicto allegat veriſimilem cauſam, quare à primo dicto recedat, Bertazzol. *conſ.* 153. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Guazzin. *dicto cap.*2. *num.*3.

73 Tertius effectus huius inconſtantiæ, quod teſtis ſic inconſtans poteſt puniri de falſo, *l. Qui falſo*, & ibi Gloſs. *in verb. Puniuntur, ff. de teſtib. cap. Qui falſo* 4. *quæſt.*3. *l. Eos, ff. de falſis*, Butr. *cap. In tua num.*10. Abb. *num.*9. Aretin. *num.*14. *de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d. qu.*66. *num.*56.

74 Quod non ſolum procedit, ſi inconſtantia conſiſtat in contrarietate, ſed in vacillatione, Alber. *d. l. Qui falſo num.* 1. & Florian. *in Summar. ff. de teſtib.* Io. Andr. *in cap. Præterea num.* 11. Hoſtien. *numero* 4. Butr. *num.*14. *de teſtib.* cum alijs per Farin. *d. quæſt.* 66. *num.*57. qui declarat non pro-
75 cedere, ſi teſtis tantùm deponeret timendo, vel titubando, vt ibi *num.* 58.

76 Secundò, procedit in inconſtantia, & contrarietate, non ſolum in eodem iudicio à teſte commiſſa, ſed etiam in alio iudicio perpetrata, Bart. *d. l. Eos nu.*4. Marſil. *in fin. ff. ad l. Corn. de falſ.* cum alijs per Farinacc. *loco citato numero* 59. 60. *&* 61.

77 Etiamſi in vno iudicio calore iracundiæ depoſuerit, & poſtea ceſſante iracundia aliud in alio iudicio inconſtans teſtificetur, poſt Tindar. Farinac. *loco cit. num.*62.

78 Tertiò, procedit in teſte, qui primo ſine iuramento vnum depoſuit, deinde cum iuramento aliud, Farinacc. *loco cit. numero* 63.

79 Quartò, procedit in Teſte, qui in iudicio plenario depoſuit contrarium eius, quod in iudicio ſummario depoſuerat, Butr. *in cap. Cum in tua nu.*10. & ibi Innoc. *numero* 6. *extr. de teſtib.* Tindar. allegatus à Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.*64.

80 Quintò, procedit, etiamquod teſtis dicat in tormentis contrarium eius, quod dixit extra tormenta, Clar. §. *fin. quæſt.*53. *verſ. Quartus eſt caſus*, Gabr. & Tindar. à Farinacc. *loco cit. num.*65. qui declarat ex mente Gabr. quando ex interuallo teſtis dicit contrarium in tormentis, ſecus ſi incontinenti, & ex mente Tindar. dummodò teſtis ſuum dictum in tormentis prolatum extra torturam ratificet.

81 Ceſſabit tamen primò effectus iſte, ſi inconſtantia, & contrarietas non ſit in ſubſtantialibus, Alber. *l. Eos, num.*1. *ff. ad l. Corn. de falſ.* Boſs. Viu. & Corrad. à Farinacc. *loco citato num.* 69. qui *num.*70. ex Corrado dicit, hunc teſtem non euitare pœnam ſtellionatus, quod voluit etiam Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſſ. num.*132.

82 Secundò, ceſſabit effectus in teſte, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod dixerat in iudicio nullo, ſi tamen teſtis ignorabat inualiditatem iudicij, Tindar. *de teſtib. cap* 10. *num.*4. *&* 11. Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 71. *&* 73. qui *num.*74.
83 dicit, non euitare hunc teſtem pœnam ſtellionatus propter periurium.

84 Tertiò, ceſſabit effectus in teſte inconſtante, & vario, atque contrario per ignorantiam, & obliuionem, Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.*32. *&* 75.

85 Quartò, ceſſabit effectus in teſte, qui
86 contraria deponit animo ſe corrigendi, etiamquod depoſitio ſit ex interuallo, vt ex Tindar. & Boſs. Farinac. *dicta quæſt.*66. *num.*76.

87 Quintò, ceſſabit effectus in teſte, qui examinari non debuerat, ex Tindar. Farinacc. *dicta quæſt. num.*77.

88 Sextò, ceſſat effectus inconſtantiæ in teſte ruſtico, qui non præſumitur, quod
89 dolo fuerit inconſtans, Natt. *conſ.* 586. *num.* 5. *lib.* 3. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*80. vbi refert contrarium te-
90 nentes, & hoc caſu, an dolo ruſticus fuerit inconſtans arbitrio Iudicis remitten-

Digitized by Google

dum eſſe, dixit Magon. *deciſ. Lucenſ.* 42.
*num.*9. *& ſeqq.*
91 Septimò, ceſſabit effectus inconſtantiæ,
ſi teſtis contrarium deponat eius, quod
prius dixerat extra iudicium, & è contra,
Florian. de Sancto Petro *dicta l. qui falſo*
*num.*2. *ff. de teſtib.* Marſil. *dicta l. eos num.*9.
infinitos adducit Farinacc. *loco cit. num.*83.
& 85.
Quod procedit etiamſi pars fuerit præ-
ſens, ex Tindaro, Farinacc. *num.* 86. hoc
caſu tamen poteſt puniri teſtis pœna ſtel-
lionatus, Tindar. & Marſil. à Farin. *dicta*
quæſt. 66. *num.* 87. Si verò cum partis præ-
ſentia cauſa concurrat, poterit teſtis ſic
inconſtans puniri de falſo, ex *dicta l. eos*,
ff. de falſ. Tindar., & Farinacc. *loco cit.*
num. 88. imò abſque partis præſentia ſi
dictum extraiudiciale ſit iuratum, & iura-
mentum ſit formiter præſtitum, non eui-
tabit teſtis pœnam falſitatis, Cepoll. *conſ.*
60. *num.* 8. 9. *&* 12. quamuis verius eſſe,
quod ſolùm iſto caſu teſtis puniatur pœ-
na ſtellionatus, dicat Tindar. per Farinac.
*loco cit. num.*92. niſi dictum extraiudiciale
eſſet veriſimile, Farinacc. *loco cit. num.*93.
Quod tamen non haberet locum ſi di-
ctum ſecundum iudiciale eſſet in tormen-
tis confirmatum, Farinacc. ex Tindar.
num. 94. Vel ſi ſecundum dictum iudicia-
le eſſet emanatum ad correctionem, vel
primum dictum eſſet dubitatiuè prola-
tum, Farinacc. *loco cit. num.*96. *&* 97.
92 Quartus effectus eſt, quod in hac in-
conſtantia primum dictum, & non ſecun-
dum attenditur, Alber. *l. qui falſo num.* 6.
& ibi Bald. *ante num.*1. *ff. de teſtib.* Gloſs. *in*
cap. cum in tua, ad fin. verb. in hoc caſu, & ibi
Abb. *num.* 9. Felyn. *num.* 4. Aret. *num.*14.
extr. de teſtib. cum alijs per Farinacc. *dicta*
quæſt. 66. *num.* 124. Adden. ad Gregor.
deciſ. 230. *num.*10. Rojas *deciſ.* 447. *num.* 4.
93 Qui quidem effectus locum habet, etiam
quod teſtis ſecundo loco fuerit examina-
tus parte non opponente, Alciat. *de præ-*
*ſumpt. reg.*2. *præſumpt.*29. *num.*6. Farin. *dicta*
*quæſt.*66. *num.*129.
94 Et multo magis, ſi teſtis contrarius fue-
rit examinatus poſt publicatum proceſ-
ſum, vel ſi ſecundo loco non debebat exa-
minari, vt de primo dixit Boſs. *de oppoſit.*
95 *contra teſtes num.* 1. *ad fin.* & de ſecundo
Boſs. *eodem loco num.* 8. & de vtroque Fa-
rin. *dicta quæſt.*66. *num.*130. *&* 131.
96 Pariter habebit locum effectus iſte in
pluribus teſtibus, qui ſecundo loco exa-
minati contraria in prioribus examinibus
dictis depoſuerunt, Alciat. *d. præſumpt.*29.
*num.*9. Gabr. *lib.*7. *concluſ.*29. *num.*27. Farin.
*dicta quæſt.*66. *num.*132.
97 Item habebit locum, etiamquod ſimus
in diuerſis cauſis, inſtantijs, & perſonis,
ac iudicijs diuerſis, vt benè Clar. §. *fin.*
quæſt. 53. *num.* 15. *verſ. quartus eſt caſus*,
Gabr. *dicta concluſ.* 29. *num.* 19. Farinacc.
*d. quæſt.*66. *num.*133. 134. 135. vbi *num.* 137.
98 ampliat, etiamquod ſimus inter eaſdem
perſonas.
99 Denique effectus iſte locum habebit
multo magis, ſi primum dictum ſit ge-
minatum, & ratificatum, Rolan. *conſ.*73.
*num.*33. *lib.*1. Menoch. & Brunor. à Sole,
à Farin. *dicta quæſt.*66. *num.*141.
100 Ceſſabit autem primò iſte effectus,
quando ſecundum dictum fuit emanatum
animo primum corrigendi, eo tamen ca-
ſu, quo licita eſt correctio, Bart. *dicta l. eos*
*num.*4. & ibi Marſil. *num.*8. *C. ad l. Cornel. de*
falſ. Farin. qui benè declarat *d. quæſt.* 66.
*num.*142. *&* 143.
101 Secundò ceſſabit, ſi primum dictum
emanaſſet per iocum, vel calore iracun-
diæ, Abb. *in dicto cap. cum tua num.*9. & ibi
Felyn. *num.*3. cum alijs per Farinacc. *dicta*
quæſt. 66. *num.*144. 145. *&* 146. vbi dicit,
quod vix credit, dari hunc caſum.
102 Tertiò, ceſſabit effectus, ſi Iudici con-
ſtiterit de falſitate primi dicti, vt poſt Tin-
dar. idem Farinacc. *loco cit. num.*147.
103 Quartò, ceſſabit effectus, ſi primum
dictum emanatum eſſet abſque iuramen-
to, ſecundum verò cum iuramento, Nell.
104 *de teſtib. num.* 198. niſi pro dicto non iu-
rato concurrerent coniecturæ, vt poſt
Tindar. Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*149.
105 Quintò, ceſſat effectus, ſi primum di-
ctum ratione careret, vel ratione minus
ſufficienti vallatum erit, ſecundum verò
concludenti ratione veſtitum, vt poſt
Tindar. & Gabriel. Farinacc. *loco citato*
num. 150.
106 Sextò, ceſſabit effectus, ſi ſecundum
dictum teſtis eſſet magis veriſimile, quàm
primum, vt poſt Tindar. Roland. Vulpell.
& Fachineum, dicit idem Farinacc. *dicta*
*quæſt.*66. *num.*151.
107 Septimò, ceſſabit effectus, quando te-
ſtis in iudicio plenario contrarium, dixit
eius, quod dixerat in ſummario, vt poſt
Tindar. Crot. & Gabriel. voluit Farinacc.
*loco cit. num.*152. *&* 153. qui tamen *nu.*154.
108 dicit neutri dicto hoc caſu ſtandum eſ-
ſe, quando agitur de ferenda ſententia.
109 Octauò, ceſſabit effectus, quando teſtis
in iudicio valido contrarium deponit
eius, quod dixit in iudicio inualido,
Abb. *dicto cap. cum in tua num.* 9. Felyn.
num. 5. Imol. *num.*6. *de teſtib.* cum alijs per
Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*155.
110 Nonò, ceſſabit effectus, quando ſu-
mus in cauſa hæreſis, tunc enim ſecun-
dum dictum, & non primum attenditur,
cap. Accuſatus, §. licet, de Hæret. in 6. Felyn.
*dicto cap. cum in tua nu.*6. *de teſtib.* cum alijs
per Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 157. *&*
tractatu de Hæreſi quæſt. 188. *num.* 86. addo

Batboſ. *ad dict. cap. Accaſatus*, §. *licet*, vbi plures Sanctarell. *de Hæreſi cap.38.dub. vnic. num.* 12. P. Diana *par.* 4. *reſolut. tract.* 7. *reſolut.*22. *verſ.ſed quia dictum eſt*, Carena *in prax. par.* 3. *tit.* 6. §. 7. *num.* 60. *verſ. ex hoc textu.*

111 Cæterum effectus iſte non ita ſimpliciter intelligendus eſt, ſed dummodò ex manifeſtis indicijs appareat, non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum voluiſſe corrigere, prout ſunt verba Text. *in dicto cap. Accaſatus*, §. *licet, de Hæret. in* 6. & ibi Gloſs. Archid. Gemin. Franc. cum alijs, quos ad ſaturitatem refert Farinacc. *dicta quæſt.* 188. *nam.* 90. Souſa *in aphoriſm. lib.*2. *cap.*6. §.4. *num.*63.

112 Secundò, intelligi debet, dummodo ex veriſimilibus coniecturis appareat, teſtem in ſecundo dicto verum dixiſſe, Pegn. *in addit. ad Eymeric. par.* 3. *quæſt.* 65. *comment.* 114. *verſ. vt autem*, Decian. & Royas à Farinacc. *dicta quæſt.*188. *nam.* 91. Couuarr. *var.lib.*2.*cap.*13.*num.*9. Simanch. *de Cathol.tit.*64. *nu.*58. & 60. Souſa *loco cit. num.* 63.

113 An autem ſtetur ſecundo dicto, ſi non fateatur hæreſim, ſed illam neget? Variant Interpretes, nam Textus *in dicto cap. Accuſatus*, §. *licet*, expreſsè videtur diſponere, quod debet teſtis hæreſim reuelare, imò ex *cap. litteris, extr. de præſumpt.* dedu-
114 citur, quod ille, qui exculpat eum, à quo prius fuerat infamatus de hæreſi, dicitur de hæreſi vehementer ſuſpectus; ex quibus quidem textibus, Reper. Inquiſ. *verb. Teſtes*, & ibi Maudoſ. *in addit. litt. H*, Zanchin. *de Hæreticis cap.* 14. *nam.* 5. *verſ. & circa hoc dicas*, Pegn. *in addit. ad Eymeric. par.* 3. *quæſt.*65. *comment.* 114. *verſ. poſtremo*, Bertazzol. *conſ.* 157. Zecch. *in ſumma par.* 1. *tit. de fid. rubr. de Hæreſ. cap.* 11. *nam.* 14. Farinacc. hos adducens *dicta quæſt.* 188. *num.* 93. & *dicta quæſt.* 66. vbi alios allegat *num.*160. quibus addo Prax. Archiepiſcop. *cap.*84.*n.*11. Sanctarell. *de Hæreſ. c.*38.*n.*12. Simanch. *de Cathol.inſtit.tit.*64. *num.*60. & *in Enchiridion. violata Relig. tit.* 36. *rubric. de retract. teſtium*, quem videtur ſequi Farinacc. *de teſtib. dicta quæſt.* 66. *num.*161. & *dicta quæſt.*188. *num.*95. Martin. del Rio *diſquiſit. Magic. lib.*5. *ſect.* 5. *verſ.*6. ea ratio-
115 ne, quia in iudicijs eſt ſeruanda æqualitas, contrarium voluere, quibus addo Souſ. *in aphoriſm. lib.*2.*cap.*6.§.4.*num.*63.

116 Sed non recedas à priori opinione, quæ in Supremo Vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ Tribunali, me Aſſeſſore, practicata fuit, quam etiam tenent Triuiſan. *decif.*39. *num.*13. *lib.* 2. Diana *par.*4. *tract.*7. *reſolut.*22. *ad fin.* Caren. *par.*3. *tit.*6.*num.*61. Bordon. *in Tribun. Sacr. cap.*33. *num.*36.

117 Si tamen vltra inconſtantiam aliud teſti obſtaret, vt quia pluries peierauit, vel vel ſit perſona vilis, vel odio, vel corruptione pecuniæ id faceret, vel detegeretur falſus, tunc primo, non ſecundo dicto ſtandum eſſet, *dicto cap. Accuſatus*, §. *licet*, in illis verbis, *niſi aliud obſiſtat*, & ibi Gloſs. *in verb. aliud*, Monach. *num.* 6. Archid. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 2. *num.*78. *lib.* 4. Bertazzol. *conſ.*157.*num.*17. Farinacc. *dicta quæſt.* 188. *num.* 97. vbi de Conſtitutione Alexandri Quarti; & *num.* 98. ſubiungit, quod *licet* ſecundo dicto ſtetur in fidei fauorem, negari tamen non poteſt, quin eius depoſitioni aliquid detrahatur propter periurium, & inconſtantiam arbitrio Iudicis, ex Pegn. ad *Eymeric. par.* 3. *comment.*114. *verſ. illud tamen verum.*

118 Sed an in cauſa hæreſis inconſtans, & periurus ſit torquendus ad videndum in quo dicto ſit conſtans? Affirmat Pegn. *dict. comment.*114. quem ſequitur Farinac. *dicta quæſt.* 188. *nam.* 99. Praxis Neapolit. *dicto cap.* 84. *fol. mihi* 68. *num.* 11. Souſ. *in aphoriſm. lib.*2. *cap.*9. *num.*6.

119 Et certè in teſte periuro rationem maiorem eſſe ipſum torquendi, quàm in alijs teſtibus inhabilibus voluit idem Pegna *loco cit.*

120 Hinc propterea in generali diſpoſitione, qua cauetur, vt omnes teſtes inhabiles admittantur, periurus tamen in ea non comprehenditur, niſi de eo ſpecialiter caueatur, Gloſs. *in cap. per tuas, in verb. ad alterij, de ſimon.* vbi Abb. *n.*12. Roland. *conſ.*16. *num.*13. *lib.*1. cum alijs per Farin. *quæſt.*56. *num.* 195.

121 Vidi tamen in hoc Supremo Vniuerſalis Inquiſitionis Tribunali practicatam opinionem Pegniæ, quod ſi in teſte vario, & inconſtanti, & ſic periuro concurrant veriſimiles coniecturæ, ipſum reuocaſſe ſuum dictum zelo fidei, nullo modo adhibitam fuiſſe torturam, ſecus autem non concurrentibus requiſitis, de quibus *in cap. in fidei fauorem, de Hæret. in* 6. ſic Pegn. *d. commentar.*114. *verſ. vt autem.*

122 An autem in crimine hæreſis teſtes aliàs inhabiles admittantur ſine tortura? vide omnino relatos à P. Diana *par.* 4. *tract.* 6. *reſolut.* 10. & 11. Vide tamen in propoſito notabilem reſolutionem Hieronymi de Federicis 62. *per tot. impreſs. poſt ſecundum volum. conſ. Farin.* qui latè tuetur, nullo modo huiuſmodi teſtes admitti abſque tortura, & dicit, Cardinalem Creſcentium vnum ex Supremis Inquiſitoribus eiuſdem fuiſſe opinionis, cui acceſſit etiam Cardinalis Verallus alter ex Supremis Inquiſitoribus, quamuis primo loco contrariæ eſſet opinionis.

123 Sed tanta eſt vis torturæ, vt omnino ſtetur dicto emanato in tortura, non autem priori extra torturam emiſſo, Bartol.

di cta l. eos num. 2. *&* 4. Marſil. *num.* 8. *ff. ad*
l. Cornel. de falſ. Felyn. *in dicto cap. cum in*
*tua num.*3. & ibi Abb. *num.*9. Aretin. *nu.*11.
ex tr. de teſtib. cum alijs latè per Farinacc.
dicta quæſt. 66. *num.* 165. vbi *num.* 166. am-
124 pliat ſiue incontinenti, ſiue ex interual-
lo ſecundum dictum in tortura emanaue-
125 rit, & hoc procedit etiamquod non
fuerit citata pars, vt de conſuetudine ci-
tari non ſolet, Boſs. *de oppoſit. contr. teſt.*
num. 1. Clar. §. *fin. quæſt.* 53. *verſ. quartus*
eſt caſus, Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.*168.
ſiue ſimus in iudicio ciuili, ſiue criminali,
126 quamuis in iudicio criminali ſecundum
dictum debilitetur à primo, Farinacc. *d.*
quæſt. 66. *num.* 184. 185. *&* 186. Si autem
pluries fuerit illata tortura ob multiplica-
127 tam inconſtantiam, tunc attenditur di-
128 ctum emanatum in vltima tortura, ſi illa
fuerit grauior, vt concordando opiniones
tenet ex Decian. *conſ.*62. *n.*46. *lib.*2. Farin.
*dicta quæſt.*66. *num.*174.

129 Multoquæ magis hæc omnia locum habebunt, ſi primum dictum fuerit extraiudicialiter, & abſque iuramento emanatum, ſecundum verò in iudicio, Cepoll. Gabr. & Tindar. à Farinacc. *loco cit. n.*175. *&* 176.

130 Dic tamen non attendi ſecundum dictum in tortura, ſi tortura non eſſet illata legitimis præcedentibus indicijs, Boſs., Angel. & Menoch. *allegati* à Farin. *dicta quæſt.* 66. *num.*177.

131 Secundò, non attenditur ſecundum dictum in tortura emanatum, ſi primum dictum ex aliqua rationabili cauſa appareret Iudici magis veriſimile, Dec. *conſ.*189. Crauett. *conſ.* 49. cum alijs per Farinacc. *loco cit. num.*178.

132 Tertiò, non attenditur ſecundum dictum in tortura emanatum, quando profertur ab homine libero, qui non ſit infamis, criminoſus, vilis, vel varius, quia ſi torquetur, indebitè torquetur, ſed ſolùm quando ſecundum dictum emanat ab eo, qui ſine tortura admitti non poteſt, vt benè ex mente Alciati probat Farinacc. *loco cit. num.*179. *&* 180.

133 Quartò, non attenditur ſecundum dictum in tortura, quando quis torquetur non vti teſtis ſolùm, ſed tanquam principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, Bart. *l.*1. §. *quæſtioni, ff. de quæſt.* Aretin. *dicto cap. cum in tua num.* 11. *extr. de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 181. qui licet *num.* 182. afferat contrarium tenentes, *num.* tamen 183. dicit non eſſe recedendum à priori opinione.

134 Quintò dic, attendi primum dictum,
& non ſecundum in tortura, quando il-
135 lud primum emanauit in articulo mor-
tis, illud enim periculum eſt tortura ſpi-
ritualis, Crauett. *conſ.* 6. *num.* 51. Gabriel.
lib. 7. *concluſ.* 26. *numer.* 11.

136 Sextò, non attenditur ſecundum in tortura, quando teſtis vltra inconſtantiæ notam patitur alios defectus, & alias inhabilis, Aym. *conſ.* 6. *num.*54. Gabr. *loco cit. num.*12. Farin. *loco cit. num.*188.

137 Dic ſeptimò, non attendi ſecundum dictum in tortura, ſi emanauit poſt publicationem primi dicti, & poſtquam teſtis eſt locutus cum parte, Gabriel., Boſs. Angel. Cephal. à Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 171.

138 Duas alias limitationes affert Farinac. quæ deſtruunt concluſionem, & eas refellit, ideò apud illum videas.

139 Nec minor eſt virtus iudicij, quam
torturæ, ſi enim quis extra iudicium ali-
quid afferat, deinde examinatus in iudicio
contrarium deponat, attenditur dictum
iudiciale, non autem extraiudiciale, Felyn.
in dicto cap. cum tua num. 7. *&* 8. vbi de
communiori, cum alijs, quos refert, &
ſequitur Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.*193.
& 194. *verſ. retenta*; quod procedit etiam
140 quod primum dictum extraiudiciale
emanaſſet parte præſente, Tindar. *de teſtib.*
*lib.*2. *par.*1. *cap.*5. *nu.*1. Farinacc. *d. quæſt.*66.
*num.*195. *&* 198.

141 Fallit primò, ſi primum extraiudiciale dictum eſſet iuratum, & iuramentum eſſet formiter præſtitum, quia vel non attenditur ſecundum dictum iudiciale, vel neutrum attenditur, vt ex pluribus tuetur Farin. *dicta quæſt.* 66. *num.* 211. 214. *&* 215.

142 Fallit ſecundò, quando primum dictum extraiudiciale eſſet magis veriſimile conjecturis, & præſumptionibus adminiculatum, Felyn. *in dicto cap. cum in tua, extr. de teſtib.* Aretin. & alij à Farin. *dicta quæſt.* 66. *num.*216.

Sed, quod etiam hoc caſu neutri dicto ſtandum ſit, voluere Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.*31. *num.*17. Roland. *conſ.*40. *num.*13. *lib.*1. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*217. qui tamen ex Facchineo concludit ſtandum eſſe in hoc arbitrio Iudicis; & *num. ſeqq.* declarat non attendi primum dictum extraiudiciale, eſſe magis veriſimile, ſi ſecundum dictum eſſet emanatum ad correctionem dicti extraiudicialis, vel primum dictum eſſet dubitatiuum, vel incidenter prolatum, & ſecundum eſſet in tortura confirmatum, vt ibi *per eum.*

143 Fallit tertiò, quando dictum primum extraiudiciale tempore actus geſti emanatum fuiſſet in ſcriptura confirmatum, Aretin. Dec. Menoch. & alij à Farinacc. *loco cit. num.* 223. vbi *num.* 225. ex mente Aretin. intelligit, dummodo ſcriptura, vel ſubſcriptio interueniat tempore actus geſti, ſecus ſi poſt.

144 Declara tamen, quod licet attendatur

ſecundum

ſecundum iudiciale, negari tamen non poterit, quod hoc non remaneat debilitatum à primo extraiudiciali, itaut, nec Index ex eo dicto poſſit ferre ſententiam,
145 nec deferre iuramentum in ſupplementum, nec ſumere indicium ad torturam, vt pluribus relatis tenet Farinacc. *loco cit. num.* 226.

146 Sed an attendatur primum dictum iudiciale, an verò ſecundum extraiudiciale? Tu dic attendi primum dictum iudiciale, Bart. *l. eos num.*3. *ff. ad l. Cornel. de falſ.* & ibi Marſil. *num.* 8. Abb. *dicto cap. Cum in tua num.*9. Felyn.*num.*6. Imol.*num.*6. Aretin. *num.* 14. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 200. quod procedit, quamuis teſtis profiteretur, ſe falſum in
147 iudicio depoſuiſſe, Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.* 203. Secundò procedit, etiamquod
148 ſecundum extraiudiciale emanauerit in mortis articulo, vel in actu confeſſionis, vt poſt Aretin. Tindar. Simanch. & alios, voluit Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 204. *&* 205.

149 An autem talis inconſtantia in articulo mortis præiudicet tertio? Dic nullo modo præiudicare ad tradita per Doctor. communiter *in l. ſi quis in graui*, §. *ſi quis moriens*, *ff. ad Sillan.* Clar. §. *fin. quæſt.* 53. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 5. *num.* 18. eum alijs per Farinacc. *quæſt.* 46. *num.*56. *verſ. ſecundus caſus*.

150 Quod intellige, ſi ius ſit quæſitum parti, ſecus autem re integra, Grammat. *conſ.* 72. Gabriel. *lib.*7. *concluſ.* 32. *num.* 16. Farinacc. *dicta quæſt.*46.

151 Secundò intellige in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali, in qua teſtis etiam prin-
152 cipalis quoad ſe nocet Fiſco, itaut prius inculpatus torqueri nequeat, Grammat. *vot.* 3. *num.* 15. *&* *vot.* 11. *num.* 11. Marſil. *conſ.* 109. *num.* 30. Farinacc. *dicta quæſt.*46. *num.* 68.

153 Dummodo tamen prius dictum eſſet nudum, ſolum, & ſine alijs indiciis, & coniecturis, ſecus, ſi dicta inculpatio eſſet adminiculis, coniecturis, & præſumptionibus adminiculata, vt ex Marſil. Foller. Burſatt. Rimin., & Maſcard. concludit Farinacc. *dicta quæſt.*46. *num.*72. qui *nu.*73. ſubiungit, quod hoc non procedit, ſi adminicula ſint leuia.

154 Aduerte tamen, quod inconſtantia huiuſmodi in criminalibus habet ſuum effectum, ſi exculpatio, ſiue reuocatio fiat loco, & tempore apto, nempe ſi facta ſit in Confortatorio, & eo tempore, quo teſtis, ſeu ſocius criminis confeſſus eſt peccata ſua Sacerdoti, Sanctiſſimamque acceperit Euchariſtiam, ſecus autem ſi facta ſit in carcere, vt benè Marſil. *in pract.* §. *reſtat num.* 12. 16. *&* 17. Burſat. *conſ.*201. *nu.*148. *lib.*2. Farin. *d. quæſt.*46. *n.*70.71. *&* 74.

155 Sed quamuis huiuſmodi inconſtantia tertio non noceet tam in cauſa ciuili, quàm criminali, nocebit tamen teſti, vel reo inconſtanti, Boer. *deciſ.* 255. *ad fin.* Gabr. *dicta concluſ.* 32. *num.*14. Farinacc. *dicta quæſt.*46. *num.* 67.

156 Tertiò, procedit non ſolùm ſi lata ſit ſententia, ſed etiam ſi ferenda ſit, adhuc enim per ſecundum extraiudiciale dictum non tollitur primum, Felyn. *dicto cap. Cum in tua num.* 6. Arch. *num.* 14. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*66. *nu.*206. vbi *nu.*207. adducit contrarium tenentes, & concordat opiniones, vt hoc remittatur arbitrio Iudicis, qui attenta perſonæ, negocij, & temporis qualitate diiudicabit, quale di-
157 ctum ſit attendendum. Si autem ſecundum dictum extraiudiciale habeat in ſe haſce qualitates, nempe veriſimilitudinem depoſitionis, cauſam inconſtantiæ, & fuerit factum in articulo mortis, tunc deberet attendi hoc, & non primum, Simanch. *de Catholic. inſtit. tit.* 64. *num.*58. *&* 59. Farinacc. *loco cit. num.* 210.

158 Cæterum omnis interpretatio ſumenda, vt teſtis inconſtans ad conſtantiam reducatur, ſecundùm Bart. *in l. non ſolum*, §. *Sed vt probari num.* 3. *ff. oper. nou. nunciat.* Butr. *in cap. Cum tu num.*4. & ibi Abb. *nu.*4. Felyn. *num.* 1. *extr. de teſtib.* Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.* 317. de iure enim non præ-
159 ſumitur teſtis inconſtans, & varius, Bald. *l. de quibus in prima lectura, col. fin. de legibus*, Dec. *conſil.* 100. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 12. *num.* 939. & propterea ad hunc
160 effectum verba ſunt nedum impropriè, ſed impropriſſimè intelligenda, Rimin. ſen. *conſ.*53. *lib.*1. Petr. *d. quæſt.*12. *num.*956. Farinacc. *loco cit. num.*318.

161 Imò facienda eſt concordia per ſubauditos intellectus, & ſic per interpretationem ſuppletiuam, Alex. *conſ.*43. *nu.*35. *lib.*4. Rimin. ſen. *conſ.*56. *num.*6. *lib.*1. cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.*319.

162 At, ſi inconſtantia, & contrarietas eſſet manifeſta, nullo pacto poſſet fieri concordia, vel conciliatio, Bald. *l. ſed, etſi poſſeſſorij*, §. *Sed, etſi rerum*, *ff. de iuretur.* Cæſar de Graſs. *deciſ.*73. *num.* 5. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*320.

163 An autem teſtis concordatus euitet pœnam falſi ſolummodò, an verò etiam probet? variant Interpretes, vt patet ex adductis per Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.*322. *cum ſeq.* Tu dic, quod, quando teſtis poteſt reduci ad concordiam, non ſolùm euitat pœnam falſi, ſed etiam probat, vt reſoluit Rot. eoram Put. *deciſ.* 28. *lib.*3. & ibi Addit. ex Felyn. & Loffred. *conſ.*49.

164 Quod tamen intelligit Farin. ſi ſumus in cauſa ciuili, non autem in cauſa criminali, *dicta quæſt.* 66. *num.* 327. *&* 328. & in cauſa ciuili, ſi fiat concordia per intelle-

165 ſtam repetitionem ſermonis, ſecus ſi per actunm multiplicationem, vel per impropriationem verborum, vt ibi *num.* 328.

166 Primò ergo infer ex principali quæſtione, quod ſi teſtis primo loco depoſuit ſuper facto affirmatiuè, demum ſuper eodem interrogatus deponat ſe non recordari, quod iſte teſtis non dicitur inconſtans ſecundum Bartolum *in l. in exercendis, verſ. quæro quid ſi teſtis, C. de fid. inſtrument.*
167 quia poteſt eſſe, quod quis hodie non recordetur de eo, de quo antea recordabatur, Alex. *conſ.* 185. *num.* 4. *lib.* 7. vbi de teſte, qui prius depoſuit, quod ſunt tot anni, quod Titius fuit confeſſus tale quid, poſtea interrogatus de tempore, & loco dicit, ſe non recordari, quomodo huiuſmodi inconſtantia concordetur, de quo Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 329. qui *nu.* 330. dicit, quod benè teſtis excuſatur à contrarietate, ſed non videtur, quod probet.

168 Secundò infert, quod ſi teſtis primo loco dixit ſe non recordari, deinde dicat ſe recordari, non erit inconſtans, quia poteſt ſtare, quod quis demum recorde-
169 tur de eo, de quo prius non recordabatur, Felyn. *cap. Præterea ad finem, verſ. quod autem dicitur, de teſtibus cog.* Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 331. Quod non procedit, ſi
170 dixiſſet, ſe recordari, poſtquam locutus eſt cum parte, quia tunc præſumitur ſubornatus, & non probat Felyn. Diaz. Corrad. Gabriel. & Bertazzol. à Farinaccio *d. quæſt.* 66. *num.* 332. vbi *num.* 333. idem
171 dicit, quando teſtis nouæ memoriæ cauſam non allegat.

172 Tertiò infertur, quod teſtis, qui primò dubitatiuè, deinde aſſertiuè, & ſine dubitatione deponit, non dicitur inconſtans, ſed probat, dummodo non in eo-
173 dem examine, ſed in diuerſis examinibus, vt poſt Tindar. Crot. Foller. Gabriel. dicit Farinaccius *loco cit. num.* 335.

174 Quartò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, ſe credere, deinde ſe ſcire, non dicitur varius, neque inconſtans, ſed ſtatur eius ſecundo dicto, quia poſſum ho-
175 die pro certo ſcire id, quod prius tantùm credebam, Gloſs. *in l. de tutela in verb. probata, C. de in integr. reſtit.* Soccin. *conſ.* 92. *num.* 7. *lib.* 3. Farinaccius, qui alios *dicta quæſt.* 66. *num.* 336. qui *num.* 337. 338. & 339. limitat procedere, dummodo te-
176 ſtis alleget cauſam nouæ certitudinis, vel ſimus in caſu, quo licita eſt correctio, vel niſi teſti de credulitate plenè credatur.

177 Idem dicendum eſt de teſte, qui primò dixit, ſibi videri, deinde ſe ſcire Tind. *teſtib. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Farinaccius qui alios *d. quæſt. num.* 340.

178 Quid autem è contra, ſi teſtis primò dixit, ſe ſcire, deinde dixit ſe credere, an dicatur varius, & inconſtans: Dic, quod non reputatur inconſtans, ſed probat, dummodo ſimus in eodem examine, vel
179 ſumus in his, quæ nobis innoteſcunt per fidem, in quibus idem eſt ſcire, quod credere, vel tandem quando teſtis allegauit veram rationem ſuæ ſcientiæ, his enim caſibus non euacuatur primum dictum, vt concordando opiniones, voluit Farin. *d. quæſt.* 66. *num.* 344.

180 Quintò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, ſe neſcire, deinde dixit ſe credere, dicitur varius, & inconſtans, & propterea nihil probat, Aretin. *conſ.* 71. *num.* 1. Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 345.

181 Sextò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, ſe credere, deinde, ſe non credere, vel è contra, nullo modo eſt varius, quia
182 hodie poſſum vnum credere, & cras aliud, Felyn. *d. cap. Per tuas n.* 1. *de teſtibus,* cum aliis per Farinaccium *dicta quæſt.* 66. *num.* 346. qui tamen limitat tribus modis: Primò, vt non procedat in illis caſibus, in quibus teſti de credulitate deponenti
183 plenè creditur; Secundò ſi non ſit licita correctio; Tertiò, ſi non alleget cauſam nouæ credulitatis, vt poſt Tindar. Crot. & Gabriellium ibidem Farinaccius *num.* 348. 349. 350.

184 Septimò infertur, quod teſtis, qui ſui dicti rationem reddendo, primò dixit, quia vidit, ſecundò, quia audiuit, vel è contra, nullo modo eſt varius, neque inconſtans, Ruin. *conſ.* 54. *num.* 4. *lib.* 4. Petr. *de fideicom. quæſt.* 12. *num.* 996. Marſil. *ſingul.* 418. Put. *deciſ.* 28. *num.* 1. & 3. *lib.* 3. Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 351. & 354.

185 Si tamen teſtis primò dixit, ſe ſcire, demum ſe audiuiſſe, licèt ab inconſtantia liberetur, non tamen probat, quia dicitur teſtis de auditu, Ruin. *d. conſ.* 54. *nu.* 4. Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 352. & 353.

186 Octauò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, ſe ſcire, deinde ſe neſcire, non dicitur varius, ſed eius dicta concordantur, vt ſcilicet neſciat, niſi prout dixit, Dec. *conſ.* 272. *num.* 2. Neuizan. *conſ.* 48. *nu.* 7.
187 vbi de teſte, qui primò dixit ſe eſſe fratrem producentis, demum dixit, non eſſe attinentem, nam debet intelligi, non eſſe attinentem, niſi vt ſupra dixit, Rimin. iun. *conſ.* 344. *n.* 9. Rota *deciſ.* 141. *par.* 2. *diuerſ.* Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 355. vbi Loffred. & Tindar. contrarium ſentientes reprobat.

188 Nonò infertur, quod teſtis, qui primò dixit neſcire, demum ſcire, nullo modo eſt contrarius, quia poteſt eſſe, quod
189 hodie incipiam ſcire id, quod antea ignorabam, Aretin. Tindar. & alii à Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 357. vbi tamen adducit alios contrarium ſentientes.

190 Hæc tamen illatio non procedit primò

ſi teſtis ad partis inſtantiam repeteretur, vel ex interuallo ſe corrigeret, quia præſumeretur à parte ſubornatus, Aretinus, Tindar. Crot. Gabriel. & alij à Farinaccio *d. quæſt. 66. num. 360.*

191 Nec ſi teſtis probabilem ſcientiæ cauſam non alleget Bertazzol. *conſ. 359. nu. 10. lib. 2.* Farinacc. *vbi ſupra num. 363.*

192 Nec ſi teſtis in prima depoſitione, in qua aſſerit, ſe neſcire, dixerit etiam, ſe fuiſſe præſentem in illo actu, de quo nihil ſcire affirmat, quia tunc dicitur varius, inconſtans, & contrarius, & ideo nihil probat Gabriel. Aretinus, & Loffred. à Farinaccio *d. quæſt. 66. num. 364.*

193 Decimò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, ſe hoc tantùm ſcire, vel hoc tantùm verùm eſſe, poſtea aliquid aliud addit, illudque etiam verum aſſerit, reputatur varius, & inconſtans, ideo nihil probat, Capr. *conſ. 75. num. 4.* Boſs. *de public. proceſs. num. 35.* cum aliis per Farinacc. *d. quæſt. 66. num. 366.* Petr. *dicta quæſt. 12. num. 986.* vbi declarat.

194 Vndecimò infertur, quod teſtis examinatus in Palatio Poteſtatis, qui dicit, aliquid factū in Palatio Epiſcopi, deinde dicit, illud idem factum in hoc Palatio, non eſt varius, quia intelligitur eius dictum non de hoc Palatio Poteſtatis, ſed de Palatio Epiſcopi, Bartol. *in l. 1. in principio num. 3. ff. de oper. nou. nunciat.* cum alijs per Farinaccium *d. quæſt. 66. num. 367.*

195 Duodecimò infertur, quod teſtis, qui in principio ſui examinis dixit, maleficium fuiſſe commiſſum præſentibus Titio, & Seio, dein interrogatus, qui fuerint præſentes, dicat, quod nullus fuit præſens, non eſt varius, quia debet intelligi, quod nullus fuit præſens præter Titium, & Seium, Alexand. *conſ. 185. num. 4. lib. 2.* Caputaq. *deciſ. 370. num. 8. par. 3.* cum alijs per Farinaccium *d. quæſt. 66. nu. 368.*

196 Decimotertiò infertur, quod ſi teſtis dicat, ſe vidiſſe Titium per certum tempus poſſidere, deinde dicat, quod aliquando fuit abſens, non eſt varius, quia poſſeſſio abſentis poteſt intelligi de ciuili, Rip. *l. 1. num. 107. ff. ſolut. matrim.* Petr. *de fideicom. quæſt. 12. num. 1156.* vbi tamen, quod hoc non habet locum, ſi teſtis, reddendo cauſam ſcientiæ, dixerit, quia vidit eos colere, quia tunc intelligitur de poſſeſſione naturali, niſi tenuiſſet familiam ſuam in loco rei, de cuius poſſeſſione quæritur; Vel poteſt concordari iſte teſtis, quod per illud tempus non ſemper, ſed plerumque poſſedit ex Ripa idem Petr. *num. 1189.*

197 Decimoquartò infertur, quod ſi teſtis primò dicat, quod tale non fuit factum, quia ipſe vidiſſet, & demum dicat fuiſſe factum, ſi illud, quod fuit factum, durauit per octo, vel decem dies, teſtis non dicitur inconſtans, Rimin. iun. *conſ. 53. num. 12. vol. 1.* Petr. *d. quæſt. 12. num. 970.*

198 Decimoquintò infertur, quod teſtis, qui depoſuit, Martinum eſſe debitorem Sempronij in centum, & cauſam ſcientiæ reddens deponit, quia tali die promiſit 50. tali die 100. non eſt varius, quia intelligitur de 100. computatis 50. Abbas *cap. Cum tu num. 3.* & ibi Felyn. *col. 4. circa medium, de teſtibus* Petra *dicta quæſt. 12. num. 978.*

199 Decimoſextò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, clauſulam codicillarem fuiſſe expreſſam per teſtatorem, deinde per Notarium, non eſt varius, quia debet intelligi per Notarium dictante teſtatore, Neuizan. *conſ. 80. num. 26.* Petra *d. qu. 12. num. 988. & 989.*

200 Decimoſeptimò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, quod Titius non fuit tentus, cognitus, nec reputatus pro filio legitimo Sempronij, ſed fuiſſe, & eſſe ſuppoſitium, demum dicat, quod Sempronius tenebat Titium pro filio legitimo, non eſt varius, neque inconſtans, quia primum dictum debet intelligi de tractatu coniunctorum, & ſecundum, quoad tractatum Sempronij, Dec. *conſ. 342. num. 4.* Petra *d. quæſt. 12. num. 990.*

201 Decimooctauò, quod teſtis, qui primò dixit, quod vidit deſignare ædificium, demum dixit, quod reſpiciebat ædificia, non eſt inconſtans, Petr. *dicta quæſt. 12. num. 1000.*

202 Decimononò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, pecunias fuiſſe ſolutas patri, demum ſibi ſolutas fuiſſe, non eſt varius, neque inconſtans, quia intelligitur de ordine patris, latè Rimin. iun. *conſ. 344. vol. 3.* vbi reſtem à pœna falſi ſolùm excuſat, Petr. *d. quæſt. 12. num. 1009.*

203 Vigeſimò infertur, quod teſtis, qui primò dixit, quod antequam, appropinquarent ad feneſtram, fuit permonitus à Titio, quod aduerteret ad verba, quæ dicturus erat, deinde dixit, quod Titius cæpit ipſum per manum, & duxit eum ad feneſtram, eſſe varium, & inconſtantem, itaut nullo modo poſſit conciliari, Ruin. *conſ. 149. num. 27. ad finem volum. 5.* Petr. *d. quæſt. 12. num. 975.* Quod tamen dictum apud me valdè redditur dubitabile, quia poſſunt inſimul ſtare, quod & cæpit eum per brachium, ducendo ad feneſtram, & dixerit ei, quod aduerteret ad verba, quæ dicturus erat.

204 Vigeſimoprimò infertur, teſtis, qui primo loco dixit, quod in molendino quædam deficiebant, deinde dixit, quod gubernauit dictum molendinum, & omnia aderant ad illud pertinentia, eſt inconſtans, neque à contrarietate

poteſt ſaluari, Petr. *d. quaſt.* 12. *num.* 983.

205 Vigeſimoſecundò infertur, quod ſi teſtis primò dicat, venditionem factam fuiſſe, ſed quod non cognoſcebat emptorem, demum dicat, quod venditio fuit facta Titio, eſt varius, nec poteſt ſaluari ab inconſtantia, Alex. *conſ.* 183. *num.* 8. *vol.* 6. Petra *d. quaſt.* 12. *num.* 985. Quæ tamen illatio apud me dubia eſt, quia poteſt concordari, quod non cognoſcebat emptorem antequam illi fieret emptio, ſed quod à die emptionis illud cognouit.

206 Vigeſimotertiò, quod teſtis, qui primò dixit, quod tale prædium fuit venditum ſcutis centum, demum dixit ſcutis 150. varius eſt, & inconſtans, Alex. *dicto conſ.* 183. *num.* 10. *lib.* 6. Petr. *d. quaſt.* 12. *num.* 987. Quæ tamen illatio poteſt pati difficultatem, quia in ſumma maiori ſcutorum 150. ineſt minor ſumma ſcutorum centum.

QVÆSTIO XXXV.

ARGVMENTVM.

An Teſtes teſtamentarij poſſint inconſtantes dicere ſe non interfuiſſe teſtamentum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes teſtamentarij an, & quando deponere poſſint ſe, non interfuiſſe teſtamento, & num.* 9. *cum ſeqq. num.* 34. 57. 61. 68. 70. *cum ſeqq.*

2 *Teſtamentum, quas habere debeat qualitates, & num.* 60.

3 *Hæredi ſcripto in teſtamento, quando debeatur immiſſio.*

4 *Inſtrumentum teſtamenti à Notario rogatum facit probationem probatam.*

5 *Recognitio manus teſtatoris quando requiratur ad probationem teſtamenti, & num.* 88.

6 *Teſtes contra inducentem plenè probant.*

7 *Contradictor legitimus contra venientem ex poſteriori teſtamento, quando dicatur poſſidens ex teſtamento priori, & num.* 58.

8 *Probationes contra teſtamentum quando non ſint admittendæ.*

11 *Teſtes in teſtamento ſubſcripti ſi aſſerant ſe ad ſubſcribendam deceptos, an fidem mereantur.*

12 *Deceptio, & fraus quomodo excludantur, & num.* 56.

13 *Notarij ſine magno lucro fraudes regulariter non committunt, & num.* 47.

14 *Deceptionis ſuſpicio ceſſat in Curiali, & de ratione.*

15 *Teſtis quando, & quomodo poſſit declarare ſuam atteſtationem, & num.* 17. *&* 74. *cum ſeq.*

16 *Maximè ex interuallo.*

18 *Dictio* vt ſupra *repetitiua eſt omnium ſupra expreſſorum.*

19 *Teſtes contra teſtamentum, qui non admittantur, & num.* 23.

20 *Teſtes familiares, & domeſtici fidem non merentur.*

21 *Teſtes affectate deponentes non probant.*

22 *Falſitas teſtium fidem deſtruit.*

24 *Contrarietas in ſubſtantialibus tollit fidem teſtium.*

25 *Atteſtatio attendenda potiſſimum eſt contra partem, quæ illa in iudicio vſa fuit.*

26 *Teſtes quomodo debeant deponere de negatiua contra teſtamentum, & num. ſeq. ac num.* 67.

28 *Inſtrumentum attendendum eſt, quando potuit expediri aliter quàm teſtes dicant, & num.* 22.

29 *Teſtis varius plenè probat contra inducentem.*

30 *Conſignatio ſchedulæ teſtamenti quando probari debeat.*

31 *Verba Notarij de teſtamento rogati dicuntur verba teſtatoris.*

33 *Teſtamentum aliqualiter vacillans an, & quando adhuc ſubſtineatur vigore clauſulæ codicillaris, & num. ſeq.*

35 *Teſtibus, & Notario deponentibus pro teſtamento in concurſu teſtium contrariorum multum deferri debet.*

36 *Notarijs duobus rogatis, vnus eorum computari poteſt inter teſtes.*

37 *Teſtes in codicillis admittuntur etiam non rogati, & quid ſi non ſe ſubſcripſerunt.*

38 *Clauſula codicillaris an, & quando operetur quod conſignatio, & ſtipulatio probetur etiam ex teſtibus non rogatis, & num.* 82. *&* 84.

39 *Solemnitas extrinſeca teſtamenti probari poteſt, etiam per duos, vel tres teſtes non rogatos, neque in teſtamento deſcriptos.*

40 *Teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore facit euidentiſſimam, & indubitatam probationem.*

41 *Voluntas teſtandi, perfecta, & libera, ex quibus arguatur, vel excludatur, & num.* 54. *&* 78.

42 *Voluntas teſtatoris probata ſatis remanet ex teſtamento.*

Digitized by Google

43 *Identitas ſchedulæ teſtamenti, ex quibus verificetur, vel excludatur, & num.* 49. & 79.

44 *Suppoſitio folij intermedij quomodo excludatur.*

45 *Fides Notarij approbata cenſetur ab eo, qui vtitur illius opera.*

46 *Falſitas teſtamenti quomodo excludatur.*

48 *Teſtamentum an pendere poſſit à fide ſolius Notarij.*

50 *Coniecturæ ad infringendum teſtamentum, quæ requirantur.*

51 *Teſtamentum an vitietur ex cancellaturis, & lineaturis.*

52 *Teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore præſumitur ab eo viſum, & lectum.*

53 *Teſtamentum facere poſſunt etiam in extremis laborantes.*

55 *Teſtes deponentes dubitatiuè non probant.*

59 *Teſtamentum, ex quibus corruat.*

62 *Teſtes ſunt de forma, & ſolemnitate ſubſtantiali teſtamenti. Amplia, vt num.* 63.

64 *Atteſtatio extraiudicialis facta per exiſtentem in articulo mortis plenè probat.*

65 *Atteſtationes extraiudiciales adminiculatæ plene probant.*

66 *Teſtis prima depoſitio quando præferri debeat ſecundæ.*

69 *Teſtium contrarietas, & affectatio quomodo excludatur.*

73 *Teſtis ſecundi depoſitio, quando primæ ſit præferenda.*

76 *Teſtamentum coadiunari non poteſt atteſtationibus extraiudicialibus.*

77 *Notarius non eſt teſtis idoneus ad ſuſtinendum actum ab ipſo factum.*

81 *Teſtes quinque requiruntur in codicillis, ac in omni alia vltima voluntate.*

83 *Falſitas ſine dolo an faciat corruere inſtrumentum.*

PRO reſolutione huius quæſtionis erit diſtinguendum, quod aut teſtes ſunt ſimpliciter deſcripti, ſed non ſubſcripti; aut ſunt etiam ſubſcripti. In primo caſu admittitur eorum inconſtantia; in ſecundo verò caſu non audiuntur, niſi probent ſe fuiſſe deceptos; Et hæc eſt communis Doctorum opinio, tam Italorum, quàm Germanorum, Gallorum, & Hiſpanorum; prout

Ex Italis docent Surd. *conſ.*414. *à nu.*77. *cum ſeqq.* Altograd. *conſ.* 50. *à num.* 90. Franciſc. à Ponte *conſ.* 129. *à num.* 9. *to.* 2. Capon. *diſcept.* 370. *à num.* 50. *to.* 5. Rub. *de teſtam. in cap.* 42. *ferè per tot.* Antonius Capic. *decif.* 192. *num.* 5. & Proſper Perr. *ad d. Capic. decif.* 192.

Ex Germanis, Herman. Vulteus *in conſ.* 15. *num.* 151. *to.* 1. & *in conſ.* 30. *num.*213. *tom.* 2. Franciſ. Tert. Cremenſ. *inter conſilia* Kirchou *to.*3. *conſ.*19. *num.*32. 34. & 70. *verſ. ſecundò infertur, cum pluribus ſeqq.*

Ex Gallis ſufficiat doctiſſimus Anton. Faber. *in ſuo Cod. Fabriano lib.* 9. *ſub tit.* 13. *ad l. Cornel. de falſ. defin.* 3.

Ex Hiſpanis, Couarruu. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *ſub num.* 11. *verſ. ſecunda concluſio in fin.* Valboa *ad cap.* 5. *de probat.* Valaſc. *decif.* 183.

Sed quia ſimilis quæſtio agitatur in Rota inter D. Ducem Io. Baptiſtam Roſpilioſum, & Baiuliuum eius filium, & D. Auguſtinum Pallauicinum, placuit hic inſerere duas elegantiſsimas Deciſiones in cauſa *Romana, ſeu Iannen. Teſtamenti,* emanatas coram R. P. D. Hieronymo Matthæio Rotæ Auditore, & Domus Pontificiæ Præfecto, quarum prima prodijt *ſub die* 9. *Iunij* 1681. fauore Domini Auguſtini Pallauicini, & ſecunda recedens à prima conſultis omnibus eiuſdem Rotæ Auditoribus emanauit fauore Dominorum de Roſpilioſis *ſub die* 2. *Aprilis* 1683.

In qua *ſub* §. *Hodie* fuit dictum, quod ad trutinam reuocatis omnibus auctoritatibus, ex procedunt ſolùm in caſu, quo ſecundum dictum teſtium eſſet omnino deſtructiuum primi, nec remaneret aliunde probatum, ſiue adminiculatum; ſecus verò quando poſterior depoſitio iudicialis eſt declaratiua ſubſcriptionis antecedentis, & aliunde probatur vera, ſiue adminiculatur; iſto enim caſu Domini crediderunt in controuerſiam cadere non poſſe, quod teſtes etiam ſubſcripti ex interuallo admittantur ad declarandam propriam ſubſcriptionem; ad quod allegati fuerunt Innoc. Abb. Spad. Palm. Rub. *de teſtamen.* & aliàs Rotæ deciſiones, vt videre eſt in *d.* §. *Hodie.*

Verum cauſa acriter diſcuſſa, vt apparet ex hiſce duabus Rotæ deciſionibus, compoſita tandem fuit laudabili concordia inita inter partes ſub menſe Ianuarij 1684.

DVm vixit bon. mem. Nicolaus Pallauicinus Ciuitellæ Princeps duo condidit Teſtamenta, & primum de anno 1670. in quo inſtitutis hæredibus filijs maſculis naſcituris, ſubſtituit in eorum defectum clar. mem. D. Cardinalem Pallauicinum patruum, & ſecundum ſub die 13. Auguſti 1679. exarauit in quo eumdem D. Cardinalem nominauit, & poſt illius mortem eidem D. Auguſtinum Pallauicinum ſibi coniunctum ſubſtituit cum erectione perpetuæ primogenituræ, & onere aſſumendi nomen.

Secuto de anno 1680. obitu eiuſdem bon. mem. Cardinalis, qui præcedenter commiſſionem *iac. iac. ex l. diffamari*, obtinuerat mihi directam, cum factus eſſet locus ſubſtitutioni ad fauorem D. Auguſtini, D. Dux Io: Baptiſta Roſpilioſus,

& Baiulinus eius filius, eiuſdem D.Cardi-
nalis hæres ſimilem commiſſionem pari-
ter mihi directam expediuerunt, prætěn-
dentes ex primo teſtamento eiuſdem bon.
mem. Principis Nicolai debitam eis fuiſ-
ſe ſucceſſionem eiuſdem D. Cardinalis,
cuius hæredes in ſuo teſtamento, cum
quo deceſſit fuerunt inſtituti, & cum cau-
ſam primo loco ſub die 23. Febr. 1680.
propoſuerim ſuper remiſſoria, quam pe-
tebat dict. D. Cardinalis Pallauicinus, cu-
ius vigore fuerunt examinati tam teſtes
teſtamentarij, quàm extranei contra vali-
ditatem teſtamenti, vt in dicta deciſione
dicta die edita, demum ſub die 26. Iunij
1680. & 24. Ianuarij 1681. repropoſita
cauſa ſuper negocio principali, an eſſet
danda immiſſio nulla capta fuit reſolutio,
& ſub die 21. eiuſdem anni fuit dictum,
vt videretur de bono iure etiam ad effe-
ctum immiſſionis, & tandem hodie con-
ſtare de bono iure D. Auguſtini etiam ad
effectum immiſſionis reſolutum fuit.

Patens enim eſt bonum ius ſuper quo
ipſe nititur, ex quo ſuam habet intentio-
nem ſufficienter fundatam in publico te-
ſtamenti inſtrumento in omni ſua parte
perfecto, non abolito, non cancellato, non
vitiato, & rogato à duobus Notarijs Vr-
bis in dorſo ſchedulæ coram ſeptem teſti-
bus ſubſcriptis, in quo concurrunt omnia
neceſſaria requiſita pro validitate teſta-
2 menti nuncupatiui implicita, iuxta inue-
teratum ſtylum huius Supremi Tribuna-
lis, & cautelam *Clar.* communiter recep-
tam *in §. Teſtamentum quæſt. 4. ſub numero 3.*
3 *verſ. Sed pone*, ſæpius à Rota comproba-
tum, & cuius vigore immiſſio hæredi
ſcripto debetur in vim *l. fin. C. de edict. Diu.
Adr. tollen. vt eſt deciſ. coram* Duran. 180. *nu-
mero 4. & in recent. deciſ. 359. nu. 13. par. 11.
& deciſ.* 109. *num. 1. par. 17. rec.*

Itaut ad inducendam concludentem
probationem validitatis teſtamenti ſuffi-
ceret publicum, & ſolemne inſtrumen-
4 tum ab ipſo Notario rogatum, quod de
per ſe facit probationem probatam, &
rem claram reddit, & manifeſtam, argu-
mento *l. in donat. 31. C. de donat.* Gloſs. *in
l. hæres palam in verb. Ante, circa finem, verſ.
Alij contr. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* abſque eo
quod requiratur vlterior recognitio ma-
5 nus Teſtatoris, quia cũ ſuper dorſo ipſius
ſchedulæ confectum fuerit publicum in-
ſtrumentum, ſtandum eſt fidei Notarij,
eique in hac materia omninò deferendum
venit, Craſs. *in §. Teſtamentum quæſt. 4. verſ.
Sed pone*, Bart. *in l. 2. num. 1. verſ. Sed ſi No-
tarius eſt rogatus, ff. quemadm. teſt. aper.* Coſta
conſ. 93. num. 3. & 4. lib. 1. Fulgoſ. *conſil. 56.
num. 1. verſ. Sed Teſtator*, Mantic. *de coniect.
vlt. volunt. lib. 1. tit. 7. nu. 7. circa med.* Add.
ad Buratt. *deciſ. 475. num. 21. verſ. Tertius
caſus eſt*, Duran. *deciſ. 178. num. 6. in recent.
deciſ. 96. num. 9. par. 5. & deciſ. 149. num. 4.
parte 17.*

Idque eo clarius comprobatur ex ſub-
ſcriptione teſtamenti facta ab eodem
Principe Nicolao Teſtatore, de qua vltra
atteſtationes Antamori, & P. Pallauicini
deponit de viſu vnus ex teſtibus teſta-
mentarijs, & alij duo, nempè Caballonus
iuxtà 19. Interrogatorium, & Sabbatinus
6 iuxtà 13. qui deponunt audiuiſſe teſta-
mentum ab eodem Principe fuiſſe ſub-
ſcriptum, & tanquam inducti à Dominis
de Roſpillioſis contra eoſdem plenè pro-
bant, Dunozett. iun. *deciſ. 790. numero 13.*
Buratt. *deciſ. 668. num 4. & deciſ. 208. nu. 15.
par. 17. recent.*

His concurrentibus exiſtimabant non-
nulli ex Dominis in alijs propoſitionibus
conſonum eſſe æquitati, & iuſtitiæ D. Au-
guſtino immiſſionem concedere in vim
l. fin. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. ac alijs
7 reluctantibus, ſub iuridico motiuo, quod
immiſſio denegari ſoleat, quando illa pe-
titur aduerſus hæredem poſſidentem ex
aliquo priori teſtamento, & cum Domini
de Roſpillioſis hodie reperiantur in poſ-
ſeſſionem in vim prioris teſtamenti con-
diti de anno 1670. dicuntur legitimi con-
tradictores ad impediendum hanc immiſ-
ſionem, quam petit D. Auguſtinus, *vt in
deciſ.* Seraph. 253. & Caualcr. *deciſ.* 485. fir-
matum fuit, & idcircò inclinarunt Do-
mini, quod videretur de bono iure, etiam
ad effectum immiſſionis, & præſertim
cum in vim Remiſſoriæ Rotalis iam fue-
rint examinati nonnulli teſtes, de quo bo-
no iure, vt iam dictum eſt hodie conſtare
reſolutum fuit fauore dicti D. Auguſtini,
eique dandam eſſe immiſſionem, quia
illud ab eo concludenter probatur ex ro-
gitu Notarij, & ſeptem teſtium ſubſcrip-
8 tione in dorſo eiuſdem ſchedulæ de con-
ſignatione ſupradicta, contra quos admit-
tendæ non ſunt probationes in contra-
rium, niſi ſint liquidiſſimæ, & excludant
omnem dubitandi rationem, Altograd.
conſ. 50. num. 38. cum ſeqq. lib. 1. Coccin.
deciſ. 2226. num. 7. & ſeq. Rota *in recent. de-
ciſ. 375. num. 48. par. 16. & deciſ. 109. nu. 46.
& ſeqq. par. 17. & in Senogalien. Teſtamenti
15. Februarij 1677. §. Et tamen, & §. Quia
vltra quod, coram Reuerendiſs. Bourlemont,* aliàs
enim actum eſſet de teſtamentis, quia de
facili aperiretur via proſternendi vltimas
voluntates, *deciſ. 395. numero 19. par. 17.
recent.*

Hinc nihil releuant exceptiones ab in-
formantibus pro Domini de Roſpillioſis
adductæ ad proſternendam teſtamenti va-
liditatem, reſtrictæ in tribus obiectis, quo-
rum primum oritur ex deficientia ſolem-
nitatum, ſecundum ex defectu volunta-

Digitized by Google

tis, & tertium ex identitate ſchedulæ. Et
quoad deficientiam ſolemnitatum dedu-
citur probatio, quod tres teſtes teſtamen-
tarij, nempè Vrbanus Fabrettus, Carolus
Seralta, & Io: Baptiſta Sabbatinus depo-
ſuerunt, ſe non fuiſſe præſentes conſigna-
tioni teſtamenti in principio rogitus, ſed
introiuiſſe cubiculum Principis quando
Antamorus Notarius habens in manibus
ſchedulam teſtamenti, dicebat perlegen-
do illa verba, *caſſando, & annullando*, ſed
huiuſmodi defectus non eſt attenden-
dus, nec ex eo vitiatum remanet teſta-
mentum.

Siquidem cum prædicti tres, & nomi-
nati teſtes adhibiti fuerint à Notario in
conſignatione ſchedulæ, & in dorſo illius
ſe ſubſcripſerint, *fui preſente alla conſegna
del preſente teſtamento*, eorum depoſitio ex
poſt in contrarium facta non eſt attenden-
da, quia deponunt contra propriam ſub-
ſcriptionem, etiam ſi huiuſmodi depoſi-
tio poſterior ſit iurata, cum præſumantur
9 ſubornati, & non obſtante huiuſmodi
depoſitione plena fides eſt præſtanda te-
ſtamenti inſtrumento, *l. qui teſtam.* §. *vlt.
vbi Doctor. ff. de teſtam.* Farinacc. *conſ.*170.
*num.*8. *lib.*2. & in his præciſis terminis te-
ſtatur Capic. *deciſ.* 192. *num.* 4. & 7. Seſs.
deciſ. 119. *num.* 32. & *ſeq.* Rota *deciſ.* 263.
num. 24. & *ſeq. par.* 4. *tom.* 2. & *deciſ.* 581.
*num.*35. *par.*4. *tom.*3. & *deciſ.* 353. *num.*20.
*par.*13. *recent.*

Et hæc concluſio eſt tanti roboris, tan-
tæque virtutis, vt etiam ſi omnes teſtes
teſtamentarij contradicerent propriæ ſub-
ſcriptioni, adhuc præferendum eſſet teſta-
10 mentum eorum dictis ſubſcriptioni con-
trarijs, iuxtà doctrinam Ancharan. *in cap.
Cum Ioann. num.* 12. *de fid. inſtrum.* quem
ſequitur Hodier. *controu.*19. *num.*10. & *ſeq.*
vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, Surdus
*conſ.*378. *num.*21. *in fin.* Rota *deciſ.*109. *nu-
mero* 19. *par.* 17. *recent.* maximè ad euitan-
dam eorum turpitudinem, vt ait Boſs. *in
tit. de falſ. num.*10. *verſ. Poteſt dici*, Rota *de-
ciſ.*263. *num.*24. & 25. *par.*4. *tom.*2. & *dicta
deciſ.*109. *num.*18. & 19. *par.*17. *recent.*

Non ſubſiſtente replicatione, quod te-
ſtes ſe ſubſcripſerint ad dictamen Notarij,
& quod fuerint ab ipſo decepti, & malis
artibus inducti ad ſe ſubſcribendum, quo-
niam viſa fuit inſubſiſtens huiuſmodi re-
11 plicatio, quia dum reperiuntur teſtes ſub-
ſcripti allegata deceptio debet aliunde
probari, ex quo non creditur dictis teſti-
bus deſcriptis allegantibus ſe fuiſſe decep-
tos, Aretin. *in cap. Per tuas num.*33. *de pro-
bat.* Roder. *conſ* 34. *num.*10. Capon. *diſcept.*
370. *num.* 54. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.*192. *num.*2. Rota *deciſ.*263. *numero* 24.
& 26. *par.*4. *tom.*2. *deciſ.*66. *num.*8. *parte* 6.
& *dicta deciſ.*353. *num.* 22. & 27. *par.*13. &
*dicta deciſ.*109. *num.*20. *par.*17. *recent.*

In caſu autem, de quo agitur, omnis ſu-
ſpicio deceptionis excluditur ex legalitate
Notariorum, & præcipuè vnius ab ipſiſ-
met teſtibus commendata, ac etiam à
Card. Pallauicino, qui erat illius Compa-
ter, & à Principe Teſtatore approbata,
dum eius opera vſi fuerunt in conficien-
12 dis inſtrumentis, & inſuper concurrit no-
bilitas, & abſentia D. Auguſtini ſubſtituti,
ex quibus excluſa remanet quælibet ſu-
ſpicio deceptionis, & fraudis, quæ in iſtis
non cadit, Rota *coram Celſ. deciſ.* 271. *nu-
mero* 13. & *dicta deciſ* 109. *num.* 42. & *ſeqq.
par.* 17. *recent.* ceſſante præſertim magno
13 lucro, & vtilitate Notarij, ſine qua frau-
des regulariter non committuntur, Crau.
*conſ.*75. *numero* 13. & *ſeq.* Menoch. *præ-
ſumpt.*20. *num.*48. *lib.*5. Theſaur. *deciſ.*171.
Merlin. *deciſ.* 636. *vtrobique num.*7. potiſſi-
14 mum, quia alter ex eis eſt Curialis, in
quo tanquam non ignaro litterarum ca-
dere nequit deceptionis ſuſpicio, Surdus
*conſ.*378. *num.*22. *in fin.*

Nihil penitus refragante altero, & cita-
to obiecto, quod idem teſtes ſe declarare
potuerint, quia omiſſis alijs deſtruit obie-
ctum reſponſio, quod cum ipſi teſtes
ſcripſerint ſe fuiſſe præſentes eiuſdem
conſignationi ſchedulæ teſtamentariæ, &
poſtea depoſuerint non fuiſſe præſentes
eiuſdem conſignationi non dicuntur ſe
declaraſſe, ſed de directo deſtruere pri-
mum dictum, cum de natura declaratio-
nis ſit, quod aliquo modo conueniat ei-
dem primo dicto, non autem, quod illud
15 totaliter deſtruat, & contrarietas ex eo-
rum dictis oriatur, Alciat. *regul.* 2. *præ-
ſumpt.* 29. *num.*5. *in fin.* Menoch. *de arbitr.
lib.*2. *caſu* 108. *num.* 11. *verſ. Extenditur ſe-
cundo*, Gabriel. *de malef. concluſ.*7. *nu.*14.

Regulare enim eſt in teſtibus, quod non
poſſint ex interuallo ſe corrigere, & ſe-
16 cundum dictum nunquam attenditur,
quia præſumitur dolus, & ſubornatio,
quando agitur de re ſubſtantiali, in qua ſe
retractarent, *cap. Propterea de teſtibus cog.*
§. *Et licet, Auth. de teſtib.* Gabriel. *de malef.
concluſ.*27. *num.*4. Farinacc. *de teſtib. qu.* 66.
num. 228. Tepat. *var. ſen. lib.* 2. *tit. de Teſt.
in genere, verſ. Tres teſtes*, Capon. *contr.*370.
*num.*50. Grammat. *deciſ.*103. *nu.*146. Rota
*deciſ.*19. *de teſtib. in nouis*.

Præſertim verò, quia verba illa, *fui pre-
ſente alla conſegna*, vti clara, & vulgari
idiomate prolata, nullam admittunt con-
trariam interpretationem, in quibus pro-
indè nulla cadere poterat declaratio, quã
ſolum teſtes facere poſſunt in illis, quæ
ſunt ambigua, & à quorum dubietate, niſi
per illorum declarationem extricari valet
intellectus, Rota *deciſ.*351. *numero* 7. & 8.
par. 6. *recent.* & *deciſ.* 140. *num.* 14. *parte* 7.

Digitized by Google

17 Tantoque certius, quia iſti tres teſtes in ſecunda depoſitione dixerunt, ſe ſubſcripſiſſe *per verità*, & Fabrettus ait: *Io mai mi ſono ſottoſcritto, nè hò aſſerito vna coſa nella mia ſcrittura, che non ſia ſtata vera*, & Sabbatinus pariter depoſuit, *e mi ſottoſcriſſi anche per la verità circa quello, che haueuo veduto dentro la Camera del Signor Prencipe*, & illa verba, *che haueuo veduto*, non poſſunt referri ad ſimplicem auditum verborum, *caſſando, & annullando*, ſed neceſſario intelligenda veniunt de re cadente ſub ſenſu viſus, qualis dicitur eſſe conſignatio, cui ſe fuiſſe præſentes ſubſcripſerunt, vt ad propoſitum egregiè firmat Spad. *conſil.90. num.1. lib.1.*

18 Demum nullius eſt momenti, quod Seralta, & Sabbatinus ſe ſubſcripſerint *fui preſente come ſopra*, quia cum alij quinque teſtes immediatè ſupra dixerint *io fui preſente alla conſegna del detto Teſtamento*, per relatiuam dictionem *vt ſupra*, adiectam in ſubſcriptione Seraltæ, & Sabbatini idem eſt, ac ſi ſubſcripſiſſent fuiſſe præſentes conſignationi, prout alij dixerunt, attento præſertim, quod dictio *vt ſupra* reperat omnia, quæ ſuperius fuerunt expreſsè dicta, Curt. iun. *conſ.* 266. *num.* 23. Barboſ. *dict.*441.*num.*1. Rota *deciſ.*179.*nu.*12. *par.*6. *& deciſ.*147. *num.*14. *&* 15. *par.*9. *recent.*

Nullatenus pariter fuit admiſſum, quod ad coadiuuandum eorumdem trium teſtium teſtamentariorum abſentiam tempore conſignationis vltra eorum dicta eſ-
19 ſent ſufficientes, & validæ aliorum teſtium examinatorum depoſitiones, quia perpenſum fuit illos pari quamplures, & validiſſimas exceptiones tam in perſonis, quàm in dictis, & cum iſti teſtes inducantur ad effectum infringendi teſtamentum debitis ſolemnitatibus factum, iuxta receptiſſimam omnium ſententiam deberent eſſe omni exceptione maiores, adeout omnis friuola, & minima exceptio ſufficiat ad illos repellendos, iuxta Text *in l. optimam, C. de contrah. & commit. ſtipul.* Specul. *de inſtrument. edit. tit.*1. §.2.*num.*15. *&* 16. Alexan. *conſ.*43.*num.*20.*lib.*4. Carill. *deciſ.*47.*num.*3. *& deciſ.*375. *num.*45. *par.*16. *& deciſ.*272. *num.*9. *par.*17. *recent.*

20 In perſonis exceptiones, quas patiuntur euitari non poſſunt cum de tempore examinis eſſent domeſtici, vel ſalariati bonæ memoriæ Cardinalis Pallauicini, ex quo illorum fides deſtruitur ad Text. *in l.* 2. *C. de teſt.* Gloſs. *in cap. in litteris, eodem tit.* Rota *deciſ.*156. *num.*4. *par.* 6. *& deciſ.* 331. *num.*8. *par.*13. & vlterius in illis cadit conſiderabilis affectatio, ſeu verius affectio, & ſignanter in Vrbano Fabretto, qui deponit: *Mi ſarei applicato à conſigliarlo, che*
21 *egli ſoſtituiſſe il Sig. Prencipe di Gallicano, la ſua Sign. Figlia, con li figli di detti Signori Eccellentiſſimi*, quo ſtante multo minus ſunt admittendi ad probandum, Altograd. *conſ.*50. *num.*126. *&* 163. Capon. *contr.*370. *num.* 51. Ciriac. *controu.* 407. *num.* 198. Et vlterius tam Iacobus Teſſera, quàm Lælius Anocatus dignoſcuntur pariter affectati ex eo, quod primus ex eis deponit Principem non fuiſſe in recto ſenſu, & tamen recenſet contrarium in interrogatorio 10. §. *& proſequendo litt. E, in eius examine, dato in primo Summario Dom. Auguſtini num.* 1. dum refert diſcurſum Principis factum Notario, quem facere non poterat, niſi homo ſanæ mentis; & ſecundus deponit, quod Princeps non erat in ſtatu applicandi negocio leui, quodque Notarius dixerit P. Pallauicino, *che ſi era fatta vn'acciauattatura*, audientibus alijs teſti-
22 bus, de quotamen nullus ex illis deponit, imò Medici de eius perfecta mentis ſanitate teſtati fuerunt: Vnde non ſolùm detegitur affectatio, ſed etiam falſitas, quæ Teſtibus fidem deſtruit, Surd. *conſ.* 414. *num.*47. Ciriac. *contr.* 407. *num.* 207.

23 In dictis clariores redduntur exceptiones cum vnius depoſitio deſtruat alterius dictum, & ſic inuicem contrariantur in ſubſtantialibus, & nullo modo coarctant negatiuam, & propterea non ſunt apti ad probandam inualiditatem Teſtamenti, Bald. *in l.*1. *C. de bon. poſſeſs. ſecundum Tab.* & ibi Alex.*num.*8. Signorol. *conſ.*69. *nu.*12. Surd. *conſ.* 414. *num.* 48. *& ſeq.* Farinacc. *conſ.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *coram Coccin. deciſ.*2167. *num.*13. *&* 20.

De contrarietate haud dubitari valet, ſi primo loco conſideretur depoſitio Fabretti, qui dum Io. Bapt. Sabbatini abſentiam probare intendit ſuper quinto articulo aſſerit nec ipſum, nec Carolum Seraltam, neque Sabbatinum potuiſſe videre conſignationem ſchedulæ Teſtamenti, & ta-
24 men dum Sabbatinus ingreſſus fuit cubiculum Principis ante ipſum Fabrettum, vt ipſemet Sabbatinus in examine depoſuit ſuper quinto articulo Fabrettus deponere non poterat, quod Sabbatinus non vidit, nec videre potuit conſignationem Teſtamenti, dum poſt Sabbatinum ipſe ingreſſus fuit, adeout negari non poſſit, quod hic non adſit manifeſta contrarietas in re adeo ſubſtantiali, quæ tollit omnem fidem, Altograd. *conſ.*50.*num.*130. Ciriac. *contr.*407. *num.* 208.

Præſertim quia Carolus Seralta in duabus atteſtationibus datis à DD. de Roſpilioſis *in Summario num.* 5. *& in hodierno Summario D. Auguſtini nu.* 2. deponit prima vice Patr. Pallauicinum vocaſſe in teſtes Franciſcum Caballonum, & Sabbatinum illoſque introduxiſſe, & poſtea vocaſſe ipſum Seraltam, & Fabrettum, & cum non ſit controuerſum, quod Caballonus viderit

viderit conſignationem ſchedulæ factam à Principe, dum de illa deponit cum qualitate, quod dixerit verbum *ſtamento*, conſequens eſt, quod etiam Sabbatinus omnia viderit, ex quo dictus teſtis, vt ſupra in-
25 troductus fuit cum Caballono in cubiculum Principis, & idcircò de præſentia Sabbatini dubitari nequit, ex quo etiam ipſe examinatus deponit ſe ſubſcripſiſſe *per verità di quello, che haueua veduto*, & præcipuè quia Carolus Setalta in depoſitione exaduerſo producta, vt ſupra depoſuit, & hæc atteſtatio venit potiſſimè attendenda contra partem, quæ illa in iudicio vſa fuit, Farin. *de teſt. quæſt.62. nu.243.* Adden. ad Gregor. *deciſ.* 215. *num.9. verſ. ſi tamen*, Rota *coram Bich. deciſ.*214. *num.*18.

Neque abſentiam Sabbatini in actu conſignationis probant Caballonus, & Lælius Auocatus, dum nec verbum quidem dicunt de eo tempore de abſentia ipſius, & illam nec Iacobus Teſſera probat, quia in ſuo examine dato in *prꝛterito Summario* D. Auguſtini *lit. Q. & R*, apertè deponit neſcire vbi ſtabat dictus Sabbatinus, & an potuerit videre ea, quæ agebantur in camera Principis Teſtatoris, & ſic iſta eſt contrarietas cum alijs teſtibus.

Vis autem, quæ fit in abſentia Vrbani Fabretti, & Caroli Seraltæ tempore conſignationis teſtamenti multo minus videtur probata, ex quo totum id, quod fiebat in cubiculo Principis videri poterat in alio antecedenti cubiculo, vt fatentur Caballonus, Iacobus Teſſera, & Io. Baptiſta Sabbatinus, *præſenti Summario nu.3.* Teſtes autem, qui deponunt aliquem non fuiſſe
26 præſentem conſignationi, debent coarctare negatiuam, & remouere actum à ſenſu, & ità deponere, quod prædicti Fabrettus, & Seralta non fuerint præſentes, & quod neque in alio cubiculo videre poterant conſignationem, quin ipſi ſcirent ſecùs huiuſmodi negatiuam non coarctantes nihil probant, nec vacillare faciunt Teſtamentum, Andreol. *contr.223.* Hodiern. *contr.25. nu.52.* Capon. *contr.370. num.53.* Gratian. *cap.843. nu.14.* Thomat. *deciſ.50. num.350.* Coccin. *dicta deciſ.2167. num.13. & 21. & deciſ.2226. num.11.*

Cumque agatur de probanda negatiua præſentiæ Teſtium in actu, qui cadit ſub ſenſu oculorum, & auditus non ſufficit, quod contrarij teſtes deponant Seraltam, & Fabrettum non vidiſſe conſignationem, ex quo tunc temporis, quo fuerunt in-
27 greſſi cameram Principis Teſtamentum inerat manibus Notarij, qui rogitum inceperat, ſed neceſſe eſt probare, quod non ſolùm non erant in dicta camera, ſed etiam quod non aderant in loco, vbi conſignationem prædictam videre poterant, coarctando negatiuam, & excludendo quamcumque poſſibilitatem, quam teſtes contrarij non probant, neque coarctant dum omnes fatentur neſcire, quo in loco reperirentur Fabrettus, & Seralta tempore conſignationis teſtamenti, Surd. *conſ.414. num. 49.* Thomat. *dicta deciſ. 50. num. 350.* Rota *coram Bich. deciſ. 238. num. 18. & in recent. deciſ.149. num.4. & 5. par.5. & deciſ. 247. num.11. par.17. recent.* Hic autem non
28 excluditur quin conſignatio videri potuerit à camera audientiæ, & illius ianua, prout præſumuntur, vidiſſe attenta illorum ſubſcriptione, ob quam fuiſſe præſentes eidem conſignationi prꝛſumendum eſt. Et hoc etiam comprobatur ex publico inſtrumento, cui ſtandum eſt, quando res aliter potuit expediri, quam teſtes dicant, Surd. *conſ.414. num.13.* Altograd. *conſ.50. num.62. & 118. lib.1.* Eugen. *conſ.90. num.70.*

Accedit depoſitio P. Pallauicini, cum quo contrarij teſtes dicunt fuiſſe ingreſſos Fabrettum, & Seraltam, in qua depoſitione medio iuramento, aſſerit ſe fuiſſe præſentem conſignationi teſtamenti, & implicitæ nominationi hæredis à principio vſque ad finem, & Principem dixiſſe, *queſto è il mio Teſtamento, vt in præterito Summario num. 2.* & idem deponunt duo teſtes Teſtamentarij P. Bonſilius Confeſſarius, & Dominicus Gagliardus, *eodem Summario num.3.* Ideò dum P. Pallauicinus vidit conſignationem, & audiuit implicitam hæredis nuncupationem, illam quoque videre, & audire potuerunt Fabrettus, & Seralta cum illo ingreſſi, imò viderunt, dum ſubſcripſerunt, quod fuerunt præſentes conſignationi, & licet huiuſmodi depoſitiones factæ ſint ad perpetuam rei memoriam, tamen pro ſubſtinen-
29 do teſtamento probant, maximè quia præſentia dicti Patris Pallauicini educitur etiam ex depoſitione Io. Baptiſtæ Sabbatini, qui deponens ſe fuiſſe præſentem rogitui, & quod Notarius dicebat, *che quello era il Teſtamento del Sig. Prencipe, e che volena valeſſe ſopra di ogn'altro*, ſubdit, *& alla detta ſtipulatione vi ſi trouò anche il P. Pallauicino*, & hic teſtis plenè probat, licet vnicus contra ipſos DD. de Roſpilioſis, à quibus inductus fuit, Rota *deciſ.208. num.12. par.17. recent.*

Imò admiſſo etiam, quod prædicti teſtes Fabrettus, & Seralta non vidiſſent conſignare dictum teſtamentum adhuc dici, non poteſt ex hoc capite reſultare nullitatem eiuſdem teſtamenti. Quoniam in hac
30 materia procedendum eſt cum diſtinctione, quod quando poteſt dubitari de identitate ſchedulæ, tali caſu ſi ea ſit præſens probari debet conſignatio facta à Teſtatore, & in his terminis intelligendæ ſunt

deciſiones, quæ exaduerſo allegantur, nempe 467. *par.* 14. *& deciſ.* 72. *par.* 15. *recent.*

Secùs verò quando de identitate nulla cadit dubitatio, vt eſt caſus, de quo agitur, vt infra oſtendam, tunc enim non eſt opus, quod teſtes videant conſignationem ex inconcuſſa ratione, quod poteſt quis teſtari per relationem ad ſchedulam penès tertium exiſtentem, vt in puncto notant Buttiglier *differt. for. cap.* 1. *num.* 8. *& ſeq.* Tor. *de pact. fut. ſucceſs. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 201. Hodiern. *controu.* 25. *per tot.* Grat. *cap.* 843. *num.* 14. 20. *&* 21. Bocr. *deciſ.* 14. *num.* 20. *verſ. nec requiritur*, Sola *in comment. ad Decr. Sabaud. tit. de vlt. volunt. gloſs.* 1. *num.* 16. Rota *deciſ.* 362. *num.* 11. *par.* 11. *& deciſ.* 200. *num.* 6. *par.* 18. *recent.*

Hinc paſſim admittunt Doctor. quod conſignatio proprijs manibus non eſt de forma, vt de ſchedula exiſtente penès Guardianum Sancti Franciſci, eſt caſus figuratus à Bartol. *in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr.* quem ſecuta fuit Rota *deciſ.* 200. *num.* 6. *&* 7. *par.* 18. *recent.* vbi allegantur plures deciſiones, & ſignanter coram Duran. *deciſ.* 180. *num.* 2. Otthobon. *deciſ.* 181. *num.* 9. *&* 10. *& in recent. deciſ.* 581. *num.* 12. *&* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 226. *num.* 4. *deciſ.* 359. *num.* 11. *& deciſ.* 366. *pariter nu.* 11. *par.* 11.

Et hoc bene verificatur in præſenti, dum quamuis probatum fuiſſet, quod teſtes ſuperuenerunt, dum diceбatur *caſſando, & annullando*, tamen quia in eodem rogitu adſunt alia verba, videlicet, *caſſans omne aliud Teſtamentum, hactenus ab Excellentia Sua factum per acta cuiuſuis Notarij, volens, & mandans hoc cæteris alijs præferri debere*, probatum remanet, quod audierunt Te-
31 ſtatorem dicentem illud eſſe ſuum teſtamentum, quia verba Notarij dicuntur verba Teſtatoris, Gratian. *diſc.* 711. *nu.* 69. Menoch. *præſumpt.* 100. *num.* 24. *lib.* 4. maximè quia in ipſa ſchedula à Teſtatore ſubſcripta leguntur verba omnino ſimilia illis prolatis in rogitu à Notario, ideo de eius ordine dicta cenſentur, *l. adeo, ff. de acquir. rer. dom.* R. P. D. de Luca *de credit. diſc.* 37. *num.* 10.

Non obſtante, quod non probetur Teſtatorem ore proprio talia verba protuliſ-
32 ſe, quia, cum teſtes contrarij non probent illa non fuiſſe ab eodem Teſtatore prolata coarctando negatiuam, quod dictus Teſtator dicta verba non protulerit poſt eorum aduentum ſtandum eſt rogitui, ſeu inſtrumento, ac fidei Notarij, vt egregiè reſpondit Rota *deciſ.* 200. *num.* 4. *& ſeq. par.* 18. *recent.*

33 Et in omnem caſum teſtamentum ſubſtineretur vigore clauſulę codicillaris contentæ tam in corpore ſchedulæ, quàm in rogitu Notarij, *l. fin.* §. *ſi quis, circa med. C. de Codicill.* Bartol. *in l.* 1. *ff. de iur. Codicill.* Graſs. §. *Codicilli num.* 25. Surd. *conſ.* 414. *in fin.*

Non obſtat, quod etiam in codicillis requirantur ſaltem quinque teſtes, & tamen demptis tribus, qui, vt ſupra deponunt ſe non interfuiſſe conſignationi ſchedulæ, remanent quatuor tantum, quia alijs quatuor teſtibus teſtamentarijs, quorum præſentia non controuertitur addendus eſt Sabbatinus pariter teſtamentarius, de cuius abſentia, ſeu non præſentia deponit ſolus Teſſera teſtis non teſtamentarius, adeout tanquam vnicus non probet ex vulgatis, & vlterius deponit dubitatiuè, ibi, *ne io ſe lui poſſa hauer veduto tutto ciò, ehe ſi faceua dentro la Camera prima, ehe io lo vedeſſi entrare*, & propterea cum ex iſta depoſitione non remaneat coarctata negatiua, nec probatur dicti teſtis abſentia ex *ſupra allegatis*.

Nihil refragante in hoc caſu obiecto, quod vacillante teſtamento, & conſequenter fide Notarij, per aliquorum teſtium contradictionem clauſula codicillaris nihil operatur, ex quo tota ſcriptura
34 teſtamenti redditur ſuſpecta, quoniam vtraquod hæc concluſio, quod aliquorum contradictio faciat vacillare fidem teſtamenti non eſt ita tuta, & abſoluta, vt in iudicando veniat ſequenda, ſicuti firmauit Surd *conſ.* 358. *ſub nu.* 25. *cum ſeq.* Tollitur difficultas ex quo non agitur de teſtibus ſimpliciter deſcriptis, in quibus terminis loquuntur Soccin. ſen. cæterique alij, qui exaduerſo in contrarium allegantur, ſed de ſubſcriptis, & qui in ſubſcriptione aſſerunt ſe fuiſſe præſentes conſignationi, quare etiam ſi omnes contradicerent nihil probarent, ex quo ſtandum eſt priori ſubſcriptioni, & non contrariæ depoſitioni poſteriori, & ferè omnia teſtamenta corruerent, ſi poſtquam teſtes
35 ſe ſubſcripſerunt in teſtamento eſſet in eorum arbitrio dicere, quod non fuerint præſentes, & præſertim quia alij teſtes, & Notarij depoſuerunt pro teſtamento, qui ſunt alijs præferendi, & Notario hoc atteſtanti multum deferri conſueuit, Ciriac. *contr.* 407. *num.* 78. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 638. *num.* 8. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 137. *nu.* 5. *par.* 14. *recent. & in Senogallien. Teſtamenti* 1. *Iulij* 1676. *coram R. P. D. Bourlemont*, §. *adeout.*

Iuncto etiam, quod cum duo interfuerint Notarij, vnus ex iſtis ſine difficultate,
36 potuit computari inter teſtes, iuxta doctrinam Bellamer. *conſ.* 42. *num.* 12. & Fulgoſ. *conſ.* 79. *num.* 2. vbi quod ſi ſunt duo Notarij rogati inſolidum, tunc benè poteſt vnus Notarius computari inter teſtes, quorum opinionem ſecutus fuit Cardin. Tuſc. *concluſ.* 122. *verb. teſtam. num.* 5. Iaſon.

Digitized by Google

conſ. 24.*num.*4. Altograd. *contr.*98.*num.*37. *& ſeq.* vbi communiter firmant, quod iſte Notarius æquipollet duobus teſtibus, ſicuti etiam habenda eſt aliqua conſideratio alterius Notarij, qui metu excommunicationis etiam viua voce pro teſtamento depoſuit, qui etiam ſi non admittatur ad probandum teſtamentum, admittitur tamen ad illud coadiuuandum, Fulgoſ.*dicto conſ.*79. *num.*2. *verſ.quoniam,* Alex. *conſ.*93. *num.* 12. *lib.* 5. Hodiern. *contr.* 19. *num.* 16. Altograd. *conſ.*50. *num.*87.

Et præter Notarium interfuerunt alij teſtes non teſtamentarij, nempe Iacobus Teſſera, & Lælius Auocatus, & P. Pallauicinus, vt ipſimet contrarij teſtes depoſuerunt, & proinde non quinque tantùm, ſed
37 multò plures adfuerunt in dicta conſignatione, qui ſuperabundarent, etiamſi non eſſent rogati, cum in codicillis admittantur etiam teſtes fortuiti, & qui non fuerunt rogati, nec ſe ſubſcripſerunt, per Text. *expreſſum in l. fin. C. de Codicill.* Surd. *conſ.*158.*num.*21. *& conſ.*414.*num.*33. Mart. *ſucceſs. legal. par.*4. *quæſt.*20. *artic.* 2. *num.*1. Barri *de ſucceſs. lib.*1. *tit. de Codicill. verſ. in omni,* Magon. *deciſ.Lucen.*32. *num.*27. Rota *coram Priol. deciſ.*209.*num.*8.

38 Attenta præſertim clauſula codicillari, quæ operatur, quod conſignatio, & ſtipulatio probetur etiam ex his teſtibus non rogatis, Surd. *d.conſ.*414. *num.*33. Maſcard. *de probat. concluſ.*1360. *num.* 6. Bart. *de ſucceſs.lib.*1. *nu.*3. *verſ.ità non roguntur,* Vrceol. *conſult.*38. *nu.*13. Caſtill. *contr. lib.*4.*cap.*20. *num.*8. *&* 9. Capic.Latr. *conſult.*15.*num.*34. Boer. *deciſ.* 34. *num.* 9. Rota *coram* Priol. *deciſ.*109. *num.* 8.

Et cum hic agatur de ſolemnitate merè extrinſeca præſentiæ teſtium probari poteſt etiam per duos, vel tres teſtes non
39 rogatos, neque in teſtamento deſcriptos, & præſertim quando ſuppletio, prout hic, fit per teſtes ab ipſa parte examinatos, Bartol. *in l. hæred. palam num.* 5. §. *in Teſtamentis, ff.de hæred. inſtitut.* Caſtill. *d. cap.*20. *numero* 8. *&* 9. Capic. *dicta conſultat.* 15. *num.* 34.

Sublato itaque defectu ſolemnitatum, penitus quoque ceſſat alterum obiectum reſpectu voluntatis ipſius D. Principis, quæ clarè reſultat ex eius ſpeciali, & indiuidua ſubſcriptione eiuſdem teſtamenti, ibi = *Io Nicolò Pallauicino teſto, e diſpongo,* &
40 ex hoc inducitur ſufficientiſſima probatio veri teſtamenti, itaut dicatur facere euidentiſſimam, & indubitatam probationem, iuxta diſtinctionem Bartol. *in l. Diuus, §.idem Senatus num.*2. *ff.ad l.Cornel.de falſ.* Clar. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 14. *ſub num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.*1358. *ſub num.* 65. Graſs. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 16. *num.* 6.

Propterea Spada in contrarium allegat *conſ.* 92. *to.* 1. non facit ad caſum, de quo agitur, ex quo ibi apertè conſtabat de voluntate teſtatoris ſimpliciter codicillandi, & etiam apparebat generalis teſtatoris ſubſcriptio indifferens ad teſtamentum, & ad codicillum, & contra *conſ. Spad.* & caſum ab ipſo narratum fuit à Rota in contrarium iudicatum in *deciſ.* 581. *par.* 4. *to.* 3. *recent.*

41 Certius, quod voluntas bo. mem. Principis Nicolai fuerit propenſa erga D. Auguſtinum, & quod illum hæredem inſtituere voluerit clarè manifeſtat epiſtola eiuſdem Principis, cum alia ſcripta à R. P. D. de Marinis, datæ in *Summario num.*4. & regulando ſuum teſtamentum, prout confecerat bo. me. Cardinalis patruus, in quo pariter ſubſtituerat D. Auguſtinum, quæ omnia videntur valde propria ad inducendam liberam, & perfectam voluntatem teſtandi, Altograd. *dicto conſil.* 50. *num.*148. *cum plur. ſeqq.* Menoch. *præſ.* 20. *num.*5. *&* 46. *lib.*8. Palm. *alleg.*68.*nu.*30.

Hoc etiam patet ex depoſitionibus contrariorum teſtium, & Franciſcus Caballonus in eius examine *litt. E,* depoſuit Principem conſignaſſe teſtamentum Notario, & dixiſſe verbum *ſlamento,* & prius mouiſſe labia, licet non intellexerit, quid dixerit, & idem teſtis poſtquam audiuerat à Lælio Auocato, quod Antamorus faciebat teſtamentum Principis, ita retulit Cardinali Pallauicino, qui nihil reſpondit, vt in examine *littera E*; & Lælius Auocatus
42 in ſuo examine *littera A,* deponit audiuiſſe à familia dict. Cardinalis, quod Antamorus faciebat teſtamentum d. Principis, & iſtud teſtamentum duabus vicibus fuit à Principe conſignatum, vt fatentur Teſſera, & Auocatus, cum quibus concordant iuratæ atteſtationes Notariorum PP. Bonfilij, & Pallauicini, ac Dominici Gagliardi Medici aſſiſtentis, deponentium fuiſſe vocatum ad conficiendum, teſtamentum; ac reſpectiuè fuiſſe conſignatum à Principe, dicente: *queſto è il mio teſtamento, vt in primo Summario num.*2. quæ exuberant ad comprobandam voluntatem Teſtatoris, quæ alioquin ab ipſo teſtamento remanet ſatis probata, vt poſt alios firmat Altograd. *dicto conſ.*50. *num.*10. *&* 11. *lib.* 1.

43 Tandem identitas ſchedulæ fruſtra fuit impugnata, dùm conſignata apparet Notario, de cuius fide, & legalitate conſtat per teſtes, & lex ipſa in eo confidit, ideoque prævalere debet cuiuſuis imaginariæ ſuppoſitionis, & fraudis poſſibilitati, Decian. *conſ.*24. *num.*20. *lib.* 5. Alex. *conſ.*105. *num.* 2. *verſ. reſpondeo lib.* 2. Duran. *dicta deciſ.*180. *num.*3. Bich. *deciſ.*513.*num.*12.

Præcipuè verò, quia dicta ſchedula

conſiſtit in duobus foliis, quæ fuit à Teſtatore ſubſcripta, & poſtea eidem Notario coram ſeptem teſtibus conſignata cum
44 rogitu ipſius, & ſubſcriptione eorumdem teſtium, & ſubſcriptio Teſtatoris legitur in folio continente inſtitutionem hæredis, & ſic ſubſtantiam teſtamenti, ex quo nullo modo ambigi poteſt, quod Notarius ſupponere voluerit folium intermedium continens tantum legata, Soccin. ſen. *in l. ſi ità ſcripſero num. 3. verſ. tamen*, Antonel. *conſ.25. num.23. & 24.*

Multumque confert ad excludendam omnem præſumptionem ſuppoſitionis, quod agitur de perſona electa à teſtatore ad ſeruandam ſchedulam teſtamenti, & ob id licet reperiretur penès tertiam perſonam, puta penès Guardianum S. Franciſci, iuxta ſuperius allegatum exemplum à Bartol. traditum *in d. l. ſi ità ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr.* non dubitatur de identitate, nec cadere poteſt hæſitatio circa poſſibilitatem ſuppoſitionis illius ex eo, quod agitur de perſona electa, & confidenti, Caſtren. *in l. hæredes palam num. 3. ff. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §.17. num.53.* Rota *coram* Bich. *deciſ.513. num.13. & in recent. deciſ.362. num.20. par.11.*

Idque procedit licet Notarius poſtquam legit teſtamentum Principis ab eius cubiculo deceſſit, vt alia ſibi demandata deſcriberet, quia dum poſtmodum Princeps teſtamentum ſubſcripſit, præſumi debet, quod illud denuo viderit, & legerit, Ioſeph. Vel. *diſſert.26. num.37.* Rub. *de teſt. cap. 26. num. 248.* Rota *coram* Priol. *deciſ. 146. num. 17. & in recent. deciſ. 263. num.16. to.2. par.4. & deciſ.581. num.16.17. & 21. ead. par.4. to.3.*

Sine difficultate ex quo ad excludendam omnem poſſibilitatem ſuppoſitionis adſunt plures hæredes vocati, & ex illorum abſentia non præſumitur Notarium
45 voluiſſe falſitatem committere, cum ipſius fides generaliter approbetur à lege, & ſpecialiter admiſſa fuerit à teſtatore, & ab ipſomet Cardinali Pallauicino, ex quo ambo in conficiendis teſtamentis illius opera vſi ſunt, Bart. *in l.1. §. ſi quis neget num.12. ff. quemad. teſt. aper.* Surd. *conſ.414. num. 97.* Rota *deciſ.581. in fine par.4. tom.3. recent. & in Spoletana teſtamenti 14. Aprilis 1679. §. penultimo, coram R.P.D. Rondinino*, attenta maximè breuitate temporis, in qua nonpotuit vnico contextu, & de repente excogitari, & committi falſitas conſtituendi aliud teſtamentum, cum tamen S. Rota tempus ſeptem dierum putauerit nimis breue ad perficiendam ſimilem falſitatem, maximè ad corrumpendum Antamorum, & Bellum æquè virum probum, qui inſolidum ſe rogarunt de huiuſmodi teſtamento, vt ponderauit Rot. *in deciſ. 2177. num. 24. coram Coccin.* & agitur de
46 diſpoſitione veriſimili, & bene regulata fauore conſanguinei, & coniuncti, & in dorſo teſtamenti fuerunt ſubſcripti teſtes cum particulari expreſſione conſignationis, quæ non erat neceſſaria, iuxta opinionem Bartol. *in d. l. ſi ità ſcripſero*, & exinde iſta indiuidualis ſubſcriptio videtur cautela ſuper cautelam ne dum reſpectu identitatis, ſed ad effectum, vt teſtes ſubſcripti nequeant amplius impugnare inſtrumentum, nec eius certitudinem, & vlterius Notarius addidit cautelam Fulgoſ. *conſ.56.* dum adnotauit rogitum non in folio inuoluente, ſed in ipſamet ſchedula teſtamenti, ex quibus excluditur omnis poſſi-
47 bilitas ſuppoſitionis alterius ſchedulæ illiuſque falſitatis, quæ vt plurimum vafre, & callide, & ſolummodo ob aliquod notabile emolumentum perpetrari ſolet, Crauett. *conſ. 75. num. 13.* Menoch. *præſumpt.20. num. 48. lib. 5.* Merlin. *deciſ.636. num.7.*

His omnibus firmatis non aduerſantur doctrinæ in contrarium relatæ, quia Pariſ. *conſ. 19. num.26. lib.3.* reprobatur à Rota *deciſ.3. §. non obſtat, penès* Fenzon. *ad Statut. Vrb.* & reſpondit Mehan. Leod. *obſer.409.* Menoch. verò *conſ.313.* loquitur de ſche-
48 dula non ſcripta, neque ſubſcripta à Teſtatore; & licet dicat, quod à ſola fide Notarij pendere non debet teſtamentum, tamen ſub *num. 6.* admittit contrarium procedere ſi concurrat alia circumſtantia, quæ coadiuuet fidem Notarij, & multo magis ſi ſchedula contineat ſubſcriptionem Teſtatoris, vel teſtium in dorſo foliorum, & nullo modo percutere videntur caſum, de quo agitur, ſicuti minus obſtant, Couuarr. *in cap. cum tibi, ſub num.5.* Gratian. *cap.973.* Mantic. Andreol. Altograd. & Ciriac. ex quo iſti ſolùm firmant,
49 quod debeat indubitanter conſtare de identitate ſchedulæ, & iſta indubitata identitas ſufficit, quod ſit moralis, & quod probetur ex ſubſcriptione Teſtatoris, vel ex rogitu Notarij, vel ex vtroque ſimul, prout adamuſſim concurrere latiſſimè fuit ſupra demonſtratum, vt firmauit Rota *coram* Bich. *d. deciſ. 513. num. 20. & ſeq.*

50 Libratis denique coniecturis, hincinde cumulatis, tam pro ſubſiſtentia, quàm pro inualiditate teſtamenti præponderare viſæ fuerunt illæ adductæ ab Informantibus pro D. Auguſtino, ad effectum ſubſiſtinendi teſtamentum, cum ad illud infringendum debeant eſſe omnino vrgentes, & deſumptæ à lege, non autem ab homine, Caputaq. *deciſ.3. num.4. par.2. & deciſ.422. num.5. par.1. & deciſ.581. nu.39. & 40. par.4. to. 3. recent.*

Parum idcirco releuare videtur, quod

Princeps volebat facere codicillos, non autem teſtamentum, quia hoc non probatur in facto, niſi de auditu à D. Cardinali Pallauicino, cui ſicuti non eſſet credendum, ità nec fides præſtanda eſt teſtibus, qui ab ipſo audiuerunt; imò etiam ſi verum eſſet, quod Princeps dixiſſet velle condere codicillos, potuit tamen mutare voluntatem, & loco illorum condere teſtamentum, prout fecit, & ex ſupra deductis pleniſſimè conſtat, ex quo ambulatoria eſt hominum voluntas vſque ad mortem, Canaler. *deciſ.* 394. *num.* 3. *& in recent. d. deciſ.* 581. *num.* 41. *par.* 4. *to.* 3. *& dicta deciſ.* 200. *num.* 13. *&* 14. *par.* 18. *recent.*

Prout non vrget, quod Antamorus cæperit ſcribere, & poſt locutionem cum P. Pallauicino habitam folium lacerauit, cum hoc non probetur, niſi à Iacobo Teſ-
51 ſera vnico teſte; & quando etiam concludentiſſimè probaretur, non exinde argui debet defectus voluntatis, cum quotidiè practicari ſolet, quod de vno negocio antequam redigatur ad concluſionem plures conficiantur minutæ, & in ipſo teſtamento, vt plurimum apparent quamplures cancellaturæ, & lineaturæ, quæ nullatenus diſpoſitionem vitiant, Otthob. *deciſ.* 244. *& deciſ.* 295. *par.* 11. *recent.*

Eodem modo diluitur obiectum, quod teſtamentum fuerit ſcriptum in diuerſa camera, quod nullo modo obſtare viſum
52 fuit, ex quo per Teſtatorem ſubſcriptum reperitur, qui proinde præſumitur illud vidiſſe, & legiſſe, Iaſon *in l. ſi ita ſtipulauero* 126. §. *Griſogonus num.* 14. *verſ. aduerte, ff. de verb. obligat.* Palm. *allegat.* 68. *num.* 21. Rota *dicta deciſ.* 581. *num.* 16. *&* 17. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Ceſſat etiam obiectum, quod Princeps erat ſemimortuus, & non poterat ordinare teſtamentum cum primogenitura, continente multiplicatas ſubſtitutiones, quia Medici faſſi fuerunt immediatè poſt conditum teſtamentum ipſum reperiſſe in perfecta ſenſus ſanitate, & Iacobus Teſſera contrarium deponens, conuincitur de falſitate, dum narrat diſcurſum habitum à D. Principe cum Antamoro, ibi: *Signor Antamoro il mio teſtamento è fatto, vorrei riconoſcere la mia famiglia abbondantemente, lei ſi contenti di fare vn'abozzo, che io dirò poi quello hauerà da fare*, & ex his verbis
53 nullo pacto deduci poteſt aliqua ſenſuum diminutio, & quando etiam illa adfuiſſet, non exinde fuiſſet prohibitus teſtari, dum leges permittunt factionem teſtamenti, etiam laborantibus in extremis, Palm. *d. allegat.* 68. *nu.* 18. *&* 19. Manſius *conſult.* 42. *num.* 4. *& ſeq.* Ciriac. *contr.* 407. *num.* 112. *& contr.* 548. *nu.* 26. *&* 27. Rot. *in d. Senogallien. Teſtamenti* 1. *Iulij* 1676. §. *tanto magis, coram R. P. D. Bourlemont.*

Penitus etiam corruit aliud obiectum; quod Notarius per breue tempus manſerit in Camera Principis, qui proinde nec legere, nec audire potuit teſtamentum, ex quo Iacobus Teſſera depoſuit introduxiſſe Notarium in Cameram Principis hora decima, & teſtamentū fuiſſe rogatum hora duodecima, vt dixit in examine ſuper decimo interrogatorio; & Lælius Auocatus depoſuit dictum Notarium vidiſſe hora vndecima; & per conſequens euidenter conſtat ſpatio vnius horæ cum dimidia Notarium cum Principe ſtetiſſe, intra quod temporis ſpatium poterat videri, ac legi non vnum, ſed plura teſtamenta, & indubitatum eſt, & in iure admittitur, quod ſubſtantia totius diſpoſitionis potuit breuiſſimi temporis interuallo audiri, & approbari ab eodem teſtatore, Rota *dicta deciſ.* 263. *num.* 17. *par.* 4. *to.* 2. *recent.*

Similique ratione reijcitur illud, quod dicitur diſpoſitionem eſſe irrationabilem, dum ſororibus, & agnatis modica legata
54 reliquit, quia ex teſtamenti lectura contrarium conuincitur, & eo magis, quia in primo teſtamento nulla fuit habita ratio ſororum, & agnatorum, & in hoc ſecundo fuit inſtituta primogenitura, cum voto conſeruandi agnationem, ex quo præſumi debet Teſtatorem magis dilexiſſe ſe ipſum, quàm ipſummet Auguſtinum vocatum, qui ſi fraudem committere voluiſſet liberam, & ſimplicem inſtitutionem fieri curaſſet, Pen. *deciſ.* 478. *num.* 6. *iuxta Venetam impreſſionem.*

Porrò, nec aliud obiectum ſubſtinetur, quod Antamorus Notarius dixerit P. Pallauicino, *Io non vorrei patirne*, quia hoc in facto non ſubſiſtit, & ſimplices atteſtationes ad perpetuam rei memoriam lite pen-
55 dente extortæ, nihil probant, & præſertim, quia loquuntur per verba dubitatiua, ibi: *E mi parue anco di ſentire, che diceſſe male di carcere*, & non percutiunt fuiſſe illa verba prolata occaſione teſtamenti, & per conſequens nihil probant, vel quia teſtes deponunt dubitatiuè, Altograd. *dicto conſ.* 50. *num.* 199. *& ſeqq.* Rota *coram* Card. Celſ. *deciſ.* 166. *num.* 7. *&* 11. vel quia depoſitio non percutiens teſtamentum dicitur dubia, & nihil probans, ad Text. *in cap. in præſentia, de probat.* Rota *coram* Coccin. *deciſ.* 2113. *num.* 9.

Quibus reiectis valde vrgent alia copioſa adminicula adducta ad demonſtrandam legalitatem teſtamenti, conſiſtentia in dilectione D. Principis erga D. Auguſtinum, in expreſſionibus ad illius fauorem publicè factis, quod illum vellet relinquere hæredem, in teſtamento primo ipſiuſmet bo. mem. Cardinalis, in quo D. Principi defuncto ſubſtituebatur D. Auguſtinus, in legalitate Notariorum, ac ſpirituali affini-

tate Antamori cum d. D. Cardinali, & in ſeruitijs ſemper præſtitis ab eodem Antamoro eidem D. Cardinali dum vixit in conſignatione, & rogitu teſtamenti ianuis apertis, & coram digniſſimis viris condito, & in prudenti diſpoſitione in eo ordinata, & in ſubſcriptione D. Teſtatoris, & in dorſo rogitus Notarij adiecta ſubſcriptione teſtium, in qualitate D. Auguſtini, nobilitate, & virtutibus exornati, in abſentia eiuſdem, in reuelationibus iuratis ob metum excommunicationis editis per tot qualificatos viros, nempe Phyſicos, Curiales, & Notarios, & PP. Bonfilium, &
56 Pallauicinum conſpicuæ nobilitatis, ex quibus omnibus excluditur quælibet ſuſpicio fraudis, Altogr. *dicto conſ.* 50. *lib.* 1. *num.* 154. Ciriac. *controu.* 407. *num.* 269. *& ſeqq.* Conciol. *allegat.* 68. *num.* 2. Menoch. *præſumpt.* 20. *num.* 5. *&* 46. *lib.* 5. Farinacc. *de falſit. quæſt.* 153. *numero* 147. Surdus *dicto conſ.* 414. *num.* 41. Fontanel. *deciſ.* 443. *numero* 11. Rota *coram* Coccin. *deciſ.* 2177. *numero* 24. *& coram* Bich. *deciſ.* 458. *numero* 12. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 588. *nu.* 19. *par.* 5. *& deciſ.* 109. *num.* 42. *& ſeq. par.* 17.

Sublatis ex his omnibus difficultatibus contra validitatem teſtamenti excitatis reiecta fuit, quoque exceptio, quod iſti quinque teſtes, de quorum præſentia non fuit dubitatum, veniant formiter examinandi, quia conſideratum fuit hoc ſolummodo practicari in teſtibus non ſubſcriptis, & ſine Notarij interuentu ſtipulatis, non autem cum illis, qui ſe ſubſcripſerunt in teſtamento à Notario rogato, quodque
57 videtur in iure comprobatum ea potiſſimum ratione, quia teſtes non ſubſcripti præſumitur, quod dicturi ſint idem, quod reliqui teſtes, quod non cadit in teſtibus ſubſcriptis, cum ad dignoſcendum vtrum ipſi fuerint præſentes inſtrumento opus non ſit alia eorum depoſitione, cum iam iſta habeatur ex ſubſcriptione, & ſic præſumptio cedit veritati, nec à teſtibus deſcriptis ad ſubſcriptos valet illatio, Rub. *de teſt. cap.* 42. *num.* 355.

Atque hinc ex ſupra deductis firmum remanet conſtare de bono iure D. Auguſtini, & illi dandam eſſe immiſſionem, ex quo eamdem petiit in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ex teſtamento non abolito, non cancellato, non vitiato, & omnes teſtes teſtamentarij examinati cum ſe ſubſcripſerint à tergo ſchedulæ, non valerent contrarium deponere, & alij extranei quamplures exceptiones patiuntur, tam in perſonis, quàm in dictis, & in omnem caſum teſtamentum ſubſtinetur virtute clauſulæ codicillaris non obſtante, quod Domini de Roſpilioſis poſſideant in vim
58 prioris teſtamenti, ex quo dicunt habere parem titulum, quia non valent impedire immiſſionem D. Auguſtino illam petenti ex poſteriori teſtamento, ex quo primum reuocatum fuit per ſecundum, *§. poſteriore inſtit. quibus mod. teſt. infirm. l. ſi quis priore, ff. ad Trebel.* potiſſimum attentis clauſulis reuocatorijs in teſtamento eiuſdem D. Principis vltimo loco condito, ibi, *reuocando, & annullando*, ex quo titulus reducitur ad non titulum, Rot. *poſt* Merlinum *de legit. deciſ.* 151. *num.* 53. Peutingerius *deciſ.* 100. *num.* 2. Bich. *deciſ.* 349. *num.* 4. Arguel. *deciſ.* 110. *num.* 20. Dunoz. iun. *deciſ.* 793. *num.* 9. Otthob. *deciſ.* 180. *nu.* 4. *&* 5. *in recent. deciſ.* 526. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 210. *num.* 9. *&* 10. *par.* 13. *& deciſ.* 131. *num.* 5. *& deciſ.* 175. *num.* 9. *par.* 14.

Et ità poſt quartam propoſitionem vtraque parte acriter informante tam in voce, quàm in ſcriptis in hac cauſa grauiſſima, & à Dominis maturè diſcuſſa, fuit reſolutum, &c.

VEritatem rerum vt plurimùm mentibus humanis inuenire propter varias, & intricatas Iuriſperitorum opiniones arduum eſt; Et tamen cum ſit vnica, tandem reperitur, & quanto fortius impugnatur, eo clarius elucеſcit; Quapropter quæſtio, quam propoſui ſub die 9. Iunij 1681. Dominis diſceptandam ſuam reſolutionem conſecuta fuit fauore D. Auguſtini, nempè *conſtare de illius bono iure etiam ad effectum immiſſionis*. Et cum demum ad inſtantiam DD. de Roſpilioſijs in iudicium vocatorum ſub diebus 16. Ianuarij, 11. Martij, & 15. Iunij anni elapſi, & demum 27. Ianuarij præſentis anni cauſam repropoſuerim, omnibus Dominis conſultis, nulla capta fuit reſolutio, & inuolutis magis alta conſideratione cunctis fundamentis hinc inde deductis; tandem ea, quæ in tot reiteratis propoſitionibus DD. apparuerunt ſpinoſis difficultatibus intricata ob acutiſſimas ſcribentium conſultationes, hodie veritate detecta, non fuit ab ipſis in dubium reuocatum, quod non eſſet recedendum à deciſis.

Quamobrem cum hodie dilucidatum remaneat factum vnà cum circumſtantijs teſtamenti factionem concomitantibus, ceſſare viſa fuit omnis hæſitatio circa eiuſdem teſtamenti validitatem, & Dominis apparuit ex illis rem eſſe claram, & manifeſtam, itaut rectè, iuſtèque dixerint indubitatam eſſe eiuſdem teſtamenti inualiditatem.

Binas tabulas teſtamentarias exarauit bon. mem. Princeps Nicolaus Pallauicinus: primas de anno 1670. in optima valetudine conſtitutus, in quibus in defectum filiorum ſubſtituit bon. mem. Cardinalem Pallauicinum Patruum: & ſe-

cundas de anno 1679. dum vltimum vitæ reſpirum erat emiſſurus, vocato Notario, dixit, quod volebat conficere Codicillos ad effectum larga manu remunerandi ſuam familiam, & petijt licentiam ab eodem Cardinali, dum ſuum teſtamentum iam prius condiderat, *vt in præterito Summario Domini de Roſpilioſis num.* 1. & eiectis per Notarium à cubiculo, vbi ipſe infirmus iacebat, tam bon. mem. Cardinali, quàm Iacobo Teſſera, iſtum idem Princeps reuocauit, *vt in dicto Summario num.* 2. Et ſtatim ac Notarius cæpit ſcribere, ſuperuenit Pater Pallauicinus, & alloquendo eum ſecreto, & ad aures, laceratis folijs iam ſcriptis, ambo diſceſſerunt ab eodem cubiculo Principis, & acceſſerunt ad alia cubicula, vt dicitur, *alli ſtantiolini*, & ibi teſtamentum ſcripſerunt, *dicto Summ. num.* 3. *& 4. ante litt. A, & B*, & hoc idem comprobat Notarius in ſua reuelatione data *in Summario D. Auguſtini Pallauicini nu.*2. *& DD. de Roſpilioſijs nu.*5.

Scripto teſtamento, Notarius vnà cum eodem Patre Pallauicino iterum ingreſſi ſunt cubiculum Principis, & ibi commorati ſunt tantiſper, *vt in Summario num.* 4. *litt. A, & D*, & poſtea redierunt iterum ad parua cubicula pro addendis nonnullis legatis, itaut infra iſtud tempus nec Princeps, nec Notarius, nec alius legere potuerint teſtamentum, de quo agitur, *vt in Summ. num.*5. & conſtat ex reuelatione eiuſdem Notarij.

Interim dum iſta peragebantur, Notarius timens, ne quid ſibi ſiniſtri accideret, dixit in regreſſu ad parua cubicula Patri Pallauicino: *Mà, Padre mio, io non vorrei, che da queſta coſa me ne veniſſe qualche male di carcere;* Et hoc teſtantur duo Religioſi Strictioris Obſeruantiæ, quorum alter iam obijt facta dicta atteſtatione, vt *in dicto Summario num.*4. Et deinde cum aliam ſecretam allocutionem habuerint, *vt in d. Summ. num.* 4. Notarius ſigillauit folia teſtamenti in dictis paruis cubiculis extra conſpectum Principis, *d. Sum. nu.* 4. *litt. B, & D.*

Quibus peractis, Notarius iterum ingreſſus fuit cubiculum Principis, qui in extremis laborabat, & P. Pallauicinus dixit Notario: *Signor Antamoro, non habbiamo tempo da perdere, dicto Summ. num.*7. Sumptoque inuolucro chartarum de illius manibus, dixit Principi: *Signor Prencipe, Signor Prencipe, biſogna far il rogito*: & accommodando illud in dextera Principis, proprijs manibus eleuata, & ſubſtentata, quibus ſubductis dextera Principis cecidit ſuper lecto vnà cum dicto inuolucro chartarum, & Notarius nulla præcedente expreſſa, & determinata voluntate Principis, ex quo comprehendi potuiſſet ſcientia illius comprehenſa in dicto inuolucro chartarum, cæpit legere aſſertum rogitum, de quo deponunt quatuor teſtes, *Summ. num.* 7. *&* 8. *litt. B.*

Cum verò non adeſſent ibi in cubiculo teſtes ſufficientes pro valida confectione, & ſtipulatione teſtamenti, Pater Pallauicinus ſe contulit extra cubiculum ad quærendum alios teſtes, *Summ. num.* 9. *&* 10. Cumque in quarta Anticamera inueniſſet Ioannem Baptiſtam Sabbatinum, eidem mandauit, vt ingrederetur cubiculum Principis, in quo vidit Notarium habentem in manibus inuolucrum chartarum, & proſequentem ſtipulationem antea cæptam, & poſtea ſecum duxit alios duos, nempe Carolum Seraltam, & Vrbanum Fabrettum, qui pedes impoſuerunt in cubiculo Principis, quando Notarius proferebat verba illa: *Caſſando, & annullando ogn' altro teſtamento, Summ. num.* 8. 9. *&* 10.

Confecto hoc modo teſtamento, & fine impoſito rogitui, omnes relicto cubiculo, acceſſerunt ad aliud proximum, vt dicitur, *dell' audienza*, vbi dictante Notario, teſtibus interrogantibus modum, & formam, quibus ſe ſubſcribere debebant, fuit iuxta præciſa verba dictata à Notario bona fide ſubſcriptum teſtamentum à nonnullis teſtibus: *Fui preſente alla conſegna del preſente teſtamento*, à duobus verò Seralta, & Sabbatino: *Fui preſente come ſopra, Summario num.*11. & fatetur Notarius in ſua reuelatione, *vt in Summ. D. Auguſtini nu.* 2. *& DD. de Roſpilioſijs num.* 5.

Ex huiuſmodi facti ſerie depoſitionibus teſtium teſtamentariorum extraneorum, & Notarij, qui rogitum fecit adamuſſim iuſtificata, *ex datis in Summ. DD. de Roſpilioſijs*, hodie magis exactè examinatis omnibus circumſtantijs, vltra quod ceſſant coniecturæ, quæ in deciſione, quæ reuidetur *in* §. *Libratis denique*, fuerunt conſideratæ præponderare coniecturis, quæ ab informantibus pro Domino Auguſtino adductæ fuerunt ad effectum ſubſtinendi teſtamentum, manifeſtè apparet, nullam adeſſe præordinationem, nullam deliberatam teſtandi voluntatem, nullam hæredis denominationem ore proprio Teſtatoris, nullam adeſſe teſtamenti cognitionem, ſed illud fuiſſe conditum ad dictamen alterius, quorum vnum ex his ſufficeret ad inualidandam teſtamenti factionem, iuxta Text. *in l. heredes palam, ff. qui teſtam. facere poſſunt, & in l. hac conſultiſſima, & in l. iubemus, in princ. C. de teſtam.*

59 præcipuè quando nuncupatio hæredis explicita, ſiue implicita fieri debet ab ipſo Teſtatore ore proprio, cum verba ſolius Notarij non ſufficiant, ſed prolata à Notario interrogante per Teſtatorem coram teſtibus debent probari, iuxta Text. *in dicta l. iubemus*, §. *Oportet enim, C. de te-*

ſtam. Surd. *conſ.* 414. *numero* 53. Farinacc. *conſ.*97. *nu.*1. *lib.* 1. Clar. *in* §. *Teſtamentum quæſt.*37. *per tot.* Ciriac. *contron.* 549. *nn.*72. *& ſequen.* Caſtill. *contron. iur. lib.*4. *cap.*27. *num* 54. *& ſeq.* Rota *coram* Bich. *decſ.*458. *num.*2. *cum ſeqq. & deciſ.* 353. *num.* 34. *eum ſeq. par.*13. *recont.*

Et ex his corruunt illa duo fundamenta, quæ primo loco in deciſione, quæ reuidetur,firmata fuerunt circa validitatem teſtamenti,de quo agitur. Primum nempe, quod in eo interuenerint omnes ſolemnitates de iure requiſitæ, illudque fuerit à Notario in publicam formam re-
60 dactum,& non ſit abolitum, non cancellatum,non vitiatum, & in dorſo ſchedulæ reperiantur ſubſcripti ſeptem teſtes, & manu, & ſigillo ipſius Teſtatoris reperiatur munitum, & ſic eum concurrant omnia neceſſaria requiſita pro validitate teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita, ſubſtineri debeat, vt *in* §. *Patens enim, in* §. *Itaut, & in* §. *Idque, eum auctoritatibus ibidem allegatis*. Alterum, quod teſtes adhibiti à Notario in conſignatione ſche-
61 dulæ, cum ſe ſubſcripſerint in dorſo illius, non poſſent aliam declarationem facere, nec eorum dictum retractare, & proinde fides ſit præſtanda teſtamenti inſtrumento, iuxta Text. *in l. qui Teſtamentum*, §. *vltimo*, vbi Doctor. *ff. de Teſtam. enm alijs auctoritatibus in eadem deciſione allegatis in* §. *Siquidem*.

Verumtamen his duobus fundamentis non obſtantibus ex iis, quæ hodie magis exactè repetita fuerunt, conſideratum fuit non poſſe amplius dubitari de vitio lethali, quo laborat teſtamentum, dum requiſitis neceſſariis carere viſum fuit, cuius nullitas ex defectu ſolemnitatum deſumitur ex eo, quod tres ex teſtibus in
62 illo ſubſcriptis non fuerunt præſentes implicitæ nominationi hæredis, quæ fit per conſignationem ſchedulæ clauſæ in manibus Notarij cum expreſſione, quod in ea continetur ſuum teſtamentum, vt ex facto ſupra deducto apertè demonſtratum fuit; Et tamen comprobati iuris eſt, quod pro forma, & ſolemnitate ſubſtantiali teſtamenti inſimul, & copulatiuè requiruntur ſeptem teſtes, iuxta diſpoſitionem Text. *in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. & in l. ſi vnus, C. eodem,* Fagnan. *in cap. eum eſſes num.* 37. *de teſtam.* Magdalen. *de numero Teſtium cap.*4. *num.*2. *& ſeq. & cap.*5. *num.*1. Rub. *de teſtam. cap.*37. *num.*35. *& ſeq.* Mart. *de ſucceſs. legal. par.*4. *quæſt.*1. *art.* 8. *num.* 3. *& ſeqq.* Clar. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 56. *num.*2. Graſs. *in dicto* §. *Teſtamentum qu.* 54. *pariter num.*2.

Imò data, & comprobata præciſa Teſtatoris voluntate condendi teſtamentum, ſi tamen illud ſine ſolemnitatibus exarauit, nullius momenti erit, ex quo ſolemnitas teſtium adeò eum ipſa voluntate defuncti vnita eſt, vt vna ſimul formam ſubſtantialem conſtituant; & ſi vnus ſolus deficiat ex dicto numero ſeptenario à lege conſtituto, teſtamentum ipſo iure annullatur, ex diſpoſitione Textus *in dicta l. ſi vnus, C. de teſtam.* Fagnan. *in dicto cap. eum eſſes num.* 37. *eodem tit.* Et hanc eſſe communem opinionem, tradunt Bartol. *in l. nemo poteſt, de legat.*1. Alexan. *in l.*1. *col.* 2. *ff. de condict. indebit.* Dec. *in l.*2. *col.*3. *C. de bon. poſs. ſecund. tabul.* Clar. *in dicto* §. *Teſtamentum quæſt.* 56. *num.* 2. Mart. *de ſucceſs. legal. par.*4. *quæſt.*1. *art.*8. *num.*2. *& ſeq.*

63 Itaut requiratur præſentia eorumdem teſtium in tota, & integra teſtamenti factione, & in iure non admittitur, quod teſtes ſint præſentes vni, & alij alteri parti teſtamenti, ſed omnes debent præſentiam præſtare vſque ab initio inſimul, & coniunctim toti teſtamento, Textus ſunt expreſſi *in l. qui teſtamento*, §. *veteres, & in l. caſus, & in l. eum antiquitas, C. de teſt.* ibique Bald. *ſub num.* 5. *verſ. ſic nota*, Soccin. ſen. *conſ.*229. *nu.*6. *lib.*2. Spin. *de teſtam. gloſ.*31. *num.*23. Mart. *de ſucceſs. legal. par.*4. *quæſt.*2. *art.*1. *num.*2. *& ſeq.*

Eoque magis iſta ſolemnitas teſtium adhiberi debet nuncupationi hæredis, ſiue explicitæ in teſtamento nuncupatiuo explicito, ſiue implicitæ in teſtamento nuncupatiuo implicito, adeout ſi vnus nuncupationi præſens non eſt, non dicitur præſens eſſe teſtamento, quia in dicta nuncupatione, ſeu hæredis inſtitutione implicita conſiſtit ſubſtantia, & fundamentum teſtamenti, ac proinde teſtator conſignare debet cedulam Notario, vel ad illam ſe referre implicitè hæredem ſuum nuncupando, præſentibus, & audientibus ſeptem teſtibus, quibus ſaltem neceſſe eſt, quod teſtator ſcripturam oſtendat teſtibus, & coram ipſis dicat, in illa contineri ſuam vltimam voluntatem, ſeu teſtamentum, & omnes teſtes audire debent nomen hæredis, ſaltem per relationem, iuxta Text. *in l. hæredes palam, ff. de hæred. inſtit. & in l. iubemus, & in l. hac conſultiſſima, C. de teſt.* Soccin. ſen. *conſ.* 229. *num.* 5. *verſ. ſecundo loco lib.* 2. Spad. *conſ.* 90. *num.* 5. *& conſ.*92. *num.*19. *lib.*1. Manſ. *de teſtam. tit. & quæſt.*1. *num.*109. *& ſeq.* Eſcagn. *eodem tract. cap.*17. *& cap.*18. *per tot. & ſignanter num.*35. Mart. Medic. *deciſ.*96. *num.*4. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.*215. *num.*3. *verſ. nam eſt quidem, cum ſeq. par.* 11. *recent. & in Romana Teſtamenti* 19. *Ianuarij* 1682. §. *Nec obſtare viſum fuit, &* §. *ſeq. verſ. vis enim, coram R.P.D. Emerix.*

Teſtamentum autem, de quo agitur, & ſuper quo cadit controuerſia ex defectu ſolemnitatum ſubſtineri nequit, ex quo tres ex ſeptem teſtibus neceſſarijs pro illius vali-

lius validitate, & in eo ſubſcriptis non
fuerunt præſentes implicitæ nuncupationi
hæredis, quod ſatis ſuperque iuſtificatum
remanet, nedùm ex depoſitionibus ipſo-
rum teſtium teſtamentariorum iudiciali-
ter deponentium ſe non fuiſſe præſentes,
ſed etiam quia abſentia duorum, nempe
Fabretti, & Seraltæ aliunde remanet con-
cludentiſſimè probata etiam per negati-
uam coarctatam ex alijs quinque teſtibus
formiter examinatis, vt conſtat *ex Sum-
mario DD. de Roſpilioſijs num.* 8. 9. *&* 10.
64 & reſultat ex facti ſerie ſupra narrata, &
licet atteſtatio facta à Seralta ſit extraiudi-
cialis, quia tamen eſt iurata, & geminata;
& altera facta fuit in articulo mortis, &
immediatè ante ſuſceptionem Sanctiſſimi
Viatici, *Summario num.*8. haberi debet, ac
ſi fuiſſet iudicialis, ac plenè probat Va-
lenzuel. *conſil.* 202. *num.* 95. *& ſeq. iuncto
numer.*106. Rota *coram Coccin. deciſ.* 2207.
*num.*7. *& coram Arguell. deciſ.*63. *num.*50. *&
in recent. deciſ.* 168. *num.* 7. *& deciſ.* 787.
num. 25. *par.* 18. & abſentia Fabretti vltra
propriam depoſitionem iudicialem, com-
probata remanet ex depoſitionibus iudi-
cialibus Sacerdotis Caballoni, & Sabba-
tini, Lælij Auocati, & Iacobi Teſſari for-
miter examinatorum, & ex atteſtationibus
Seraltæ, & Blanchini, *Summario d. nu.*8. 9.
& 10. quæ etiamſi ſint extraiudiciales, cum
65 tamen ſint adminiculatæ ex dictis depo-
ſitionibus aliorum teſtium, admitti de-
bent ac ſi eſſent iudiciales, & plenè pro-
bant, ad Text. *in l. Inſtrumenta*, vbi Bart.
*num.*1. *C. de probat.* Caputaquen. *deciſ.*234.
*par.*1. *& coram Duran. deciſ.*416. *ſub num.* 8.
*& coram Bich. deciſ.*423. *num.*4.

Nec de abſentia Sabbatini dubitari va-
let, etiamſi ea acriter impugnetur, & pa-
tet manifeſtè illum non interfuiſſe aſſertæ
nuncupationi, non ſolùm ex propria illius
iudiciali depoſitione, de qua *in Summario
num.* 10. ſed etiam abundè iuſtificata re-
manet ex aliorum depoſitionibus, nempe
Teſſari formiter examinati; & ex atteſta-
tione iurata Blanchini, & inſuper Lælij
Auocati teſtantis Patrem Pallauicinum à
cubiculo Principis diſceſſiſſe, poſtquam
Notarius folia reaſſumpſerat de lecto eiuſ-
dem Principis, & rogitum inceperat, vt
apparet *ex eodem Summario num.* 9. *&* 10.
& ad comprobandam abſentiam dictorum
trium teſtium adeſt reuelatio Notarij An-
tamori, qui teſtamentum rogauit, & ſin-
ceram, & candidam facti veritatem reue-
lare profeſſus eſt ob metum excommuni-
cationis promulgatæ ad inſtantiam eiuſ-
dem D. Auguſtini; Ille namque in ſua
reuelatione enumerat quatuor teſtes dum-
taxat, qui conſignationi eiuſdem teſta-
menti præſentes fuerunt, & artificioſè ſub
ſilentio inuoluit alios tres teſtes ſuprano-
minatos, nempe Seraltam, Fabrettum, &
Sabbatinum, dum auſus non fuit illorum
66 præſentiam teſtari, & licet ex interuallo
deinde quatuor poſt dies ad inſtantiam
partis per viam declarationis, & ſupple-
tionis addiderit per alios teſtes ſuprano-
minatos, ſcilicet Fabrettum, Sabbatinum,
& Seraltam fuiſſe ſuppletum numerum;
nihilominus iſta vltima depoſitio reijci
debet, & venit attendenda prima, quia
concordat cum tot depoſitionibus teſtiū,
non autem ſecunda, quæ emanata præſu-
mitur ad ſubornationem Partis, & præci-
puè quando ex illa nulla eiici poteſt cer-
ta, & veriſimilis veritas, dùm in pluribus
de mendacio redarguitur à teſtibus, qui
formiter examinati fuerunt, Soccin. ſen.
*conſ.*255. *num.*1. *verſ. primo quia lib.*2.

Certior, & imperturbabilis inſuper red-
ditur abſentia Sabbatini ex valida eiuſdem
Teſſari depoſitione, in qua profitendo ſe
veritatem dicere deponit prima vice vi-
diſſe Sabbatinum ingredientem cubicu-
lum Principis, poſtquam ab eo diſceſſerat
Pater Pallauicinus, *vt in alio Summario Do-
minorum de Roſpilioſijs num.* 3. ex qua dilu-
cidè patet ad ſenſum probatum remanere
Sabbatinum vtpotè ingreſſum cubiculum
Principis poſt diſceſſum ab eo P. Pallaui-
cini, nec interfuiſſe, nec intereſſe potuiſſe
aſſertæ conſignationi, & nuncupationi
ſecutæ ante egreſſum à dicto cubiculo
eiuſdem Religioſi, & eò euidentiùs hoc
certum probatum remanere videtur,
quia idem teſtis ſubiungit ſe non vidiſſe
toto tempore rogitus aliquam perſonam
ſtantem in portis cubiculi Principis, *eo-
dem Summario num.* 4. Conſonum enim eſt
ex hac depoſitione reſultare negatiuam
coarctatam exiſtentiæ in certo loco, quæ
optimè, ſufficienterque firmata remanet
per ſolam depoſitionem non viſus in cer-
67 to loco, & certo tempore, ex quo in ſe
virtualiter includit affirmatiuam viſus in
caſu exiſtentiæ, ex qua negatiua coarctata
reſultat, Bàld. *in cap. tertio loco num.*11. *de
probation.* Dec. *in cap. quoniam contra n.* 66.
eodem tit. de probat. Butr. *in cap. bonæ, il
primo num.* 57. *verſ. primo anno, quo legi*,
ibique Bellamer. *num.*57. *verſ. decimò circa
idem*, & Abb. *num.*13. *de elect.* Paccian. *de
probat. lib.*1. *cap.*37. *num.*25. *& ſeq.* Farinac.
de teſtib. quæſt. 65. *num.* 215. *cum ſeq. iuncto
num.* 219.

68 Propterea cum iſti teſtes in teſtamento
neceſſarij, & qui ſe ſubſcripſerunt in dor-
ſo ſchedulæ contradicant veritati illius,
negando, ſe fuiſſent præſentes, teſtamen-
tum dicitur laborare vitio nullitatis, &
tranſire nequit ſine ſuſpicione falſitatis,
& per conſequens nullam meretur execu-
tionem, iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr.
Innocent. Abb. cæterique Canoniſtæ *in*

Digitized by Google

cap. cum Ioannes, de fid. inſtrum. ibique Imol. *ſub num. 9. in fine, iuncto num. 21.*

Sine autem hæſitatione hoc locum ſibi vindicat in caſu, de quo agitur, quia plurium teſtium neceſſariorum abſentia vltra propriam illorum contradictionem, aliunde concludentiſſimè probata remanet ex alijs pluribus teſtibus, ſiue teſtamentarijs, ſiue extraneis, & idcircò teſtamentum vti inualidum ex defectu ſolemnitatum neceſſariarum nullius redditur roboris, & fidei, iuxta Textum *in l. 1. §. ſi quis neget*, ibique Bartol. *num. 2. ff. quemad. Teſtam. aper.* Innocent. Bellamer. Hoſtien. Abb. Felyn. cæterique Canoniſtæ *in cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.* ibique egregiè Imol. *ſub nu. 20. verſ. ſecundo caſu*, Spad. *dicto conſ. 90. ſub num. 1. verſ. præſertim*, Bertrand. *conſ. 120. num. 1. vol. 2. par. poſter.* Menoch. *de arbitr. caſ. 105. num. 37. 38. & ſeq.* Ciriac. *contr. 289. num. 28. & 29.* Farinacc. *de falſ. quæſt. 158. nu. 4. & 20. & ſeq. iuncto n. 162.* Staiban. iun. *reſol. 68. num. 11. & ſeq.* Rota *deciſ. 543. ſub nu. 8. & ſeq. coram* Buratt. *& deciſ. 251. nu. 1. par. 1. recent.*

Exceptiones verò contra Teſtes adductæ, & in quibus informantes pro D. Auguſtino mordicùs inſiſtebant, pariter nullius releuantiæ viſæ fuerunt, illaſque proſtratas remanere tam circa perſonas, quàm circa dicta; Nam exceptiones perſonales, vel ſunt admodum leues, vel penitus inſubſiſtentes, ex quo familiaritas tam in Lælio Auocato, quàm in Sacerdote Caballono, & Iacobo Teſſera, & Fabretto, non ſubſiſtit, vel non remanet iuſtificata, quod de tempore examinis inſeruirent, ſiue etiam quia de tempore examinis familiares eſſe deſierant: Exceptiones verò reales pariter reputatę fuerunt inſufficientes ad illos repellendos ab ipſorum depoſitione, quia non verſamur circa ſubſtantialia, & optimè eorum dicta conciliantur per informantes pro DD. de Roſpilioſijs *in folio ad partes dato*, & ex his, & alijs rationibus in eo adductis excluſa remanet omnis affectio, de qua maculati eſſe di-
69 cuntur, & inſuper ceſſat omnis contrarietas, & falſitas contra Lælium Auocatum, ex quo vnus teſtis plus altero deponere valet per ea, quæ tradit Iaſon *in l. cum antiquitas 28. num. 10. C. de teſtamen.* Alex. *conſ. 10. num. 5. lib. 5.* Corn. *conſ. 202. num. 2. lib. 4.* Ciriac. *controu. 407. num. 153.* Rota *coram Bich. deciſ. 20. num. 10.*

Quouerò ad aliam concluſionem firmatam *in præterita deciſione in §. ſiquidem*, cum prædicti tres nominati teſtes teſtamenta-
70 rij, nempe Seralta, Fabrettus, & Sabbatinus ſe ſubſcripſerint in dorſo ſchedulæ his præciſis verbis: *Fui preſente alla conſegna del preſente Teſtamento, e fui preſente come ſopra*, non potuerint ſe retractare, & eorum depoſitio in contrarium poſtea facta non ſit attendenda, dum deponunt contra propriam ſubſcriptionem, etiamſi iſta depoſitio poſterior ſit iurata, iuxta Text. *in l. qui Teſtam. §. vltimò*, vbi Doct. *ff. de Teſtam.* cum alijs auctoritatibus ibidem adductis, quæ hanc concluſionem firmant.

Hodie ad trutinam reuocatis omnibus auctoritatibus ſuperiùs deductis, DD. in contrariam ſententiam venerunt, & di-
71 ſtinguendo concluſionem ſupra generaliter firmatam dixerunt procedere ſolùm in caſu, quo ſecundum dictum teſtium eſſet omnino deſtructiuum primi, & ſecundum non remaneret aliunde probatum, ſiue adminiculatum; ſecus verò quando poſterior depoſitio iudicialis eſt declaratiua ſubſcriptionis antecedentis, & aliunde probatur vera, ſiue adminiculatur, *vt ſuperius iam fuit dictum*; Iſto enim caſu in controuerſiam cadere nequit, & omni luce meridiana clarius redditur, quod teſtes etiam ſubſcripti ex interuallo admittantur ad declarandam ſubſcriptionem, & hoc iuſtum, & licitum eſſe eis facere, poſtquam ſe ſubſcripſerunt, tradunt Innocent. *in cap. præterea num. 3. & num. 13. verſ. Sed ſi non corrigit*, Abb. *num. 12. verſ. Si verò vult dicere de teſtib. cogen.* Spad. *dicto conſ. 90. num. 2. & conſ. 92. num. 25. verſ. cum igitur lib. 1.* Hieron. Palm. *alleg. 65. num. 50.* Rub. *de teſtamen. cap. 41. num. 359.* Rota *deciſ. 538. ſub num. 26. verſ. Tum etiam quia par. 18. recent.*

72 Vrget vlteriùs conſideratio fundata in diſtinctione, quam magiſtraliter facit, Imol. *in cap. cum Ioannes ſub num. 20. de fid. inſtrum.* quod ſcilicet teſtis ſubſcriptus non facit vacillare fidem Inſtrumenti, quando eſt vnicus de numero non neceſſario, & alij teſtes ſubſcripti ſunt mortui, vel ipſorum copia haberi non poteſt; At quia, prout in caſu præſenti, teſtes reprobatorij ſunt plures, & de numero neceſſario; iſto enim caſu abſolutè concludit, quod teſtes ſubſcripti poſſunt deponere ſe non interfuiſſe, & eorum depoſitio facit omnimodè vacillare fidem Inſtrumenti, niſi illud ab alijs teſtibus fuerit comprobatum reddendo inueriſimile, & falſum dictum aliorum teſtium, vt ipſe Imol. optimè diſtinguendo tradit *ſub numer. 20. iuncto num. 21. & ſeqq.*

73 In conflictu autem harum duarum depoſitionum prouenientium ex eodem fonte ad euellendam radicitus omnem difficultatem ſemper attendi debet ſecunda depoſitio iurata, & declaratiua, quæ aliunde probata, & adminiculata certa remanet, & præferenda omnibus alijs adminiculis carentibus, Alexan. *conſ. 222. num. 13. lib. 2.* Spad. *dicto conſ. 90. num. 1.*

verſus finem, Buratt. *decif.* 543. *num.* 8. *verſ. Et idem, cum duobus ſeqq.*

Vis enim hodie tota reſtringitur ad hoc, vt habeat locum concluſio, an adſiſtat factum iuxta illud, quod ſupra ex Doctorum auctoritatibus firmatum fuit, nempe an depoſitio dictorum trium teſtium ſit deſtructiua, ſeu potius declaratiua propriæ confeſſionis, & in hoc caſu declaratiuam Domini eſſe exiſtimarunt, & per
74 conſequens procedere concluſionem ſupra firmatam, & à Rota, & ab Informantibus pro D. Auguſtino admiſſam, quod teſtis, quamuis ſubſcriptus poſſit etiam ex interuallo propriam ſubſcriptionem declarare, *vt præter auctoritates ſupra allegatas*, fuit etiam in eadem cauſa firmatum in *eadem deciſione edita ſuper examine teſtium ſub die* 23. *Februarij* 1680. §. *Nec viſa fuit Dominis*, *& in Romana Teſtamenti* 19. *Ianuarij* 1682. §. *Eodem modo*, *coram R.P.D.Emerix*; ex quo euidenter liquet, quod dicti teſtes non deponunt, ſe non fuiſſe vllo modo, & tempore præſentes, ſed ſimpliciter declarant, quid intellexerint ſub nomine conſignationis teſtamenti, & in qua parte conſignationis præſentes fuerint; Et proinde ſi illi deponunt, quod præſentes fuerunt rogitui dumtaxat à Notario facto, non contrariantur, nec deponunt contra propriam ſubſcriptionem, in qua dixerunt *Fui preſente alla conſegna del Teſtamento*, ſed declarant, ſe intellexiſſe de illa conſignatione vocali rogata, & ſtipulata per Notarium, non autem de illa conſignatione reali per Teſtatorem facta, vt diſtinguendo tradit Spad. *dicto conſ.* 90. *num.* 4. *lib.* 1.

Eoque magis declaratio iſta admitti debet, quia teſtium credulitas redargui non poteſt de inueriſimili, ex quo verba illa *Fui preſente alla conſegna del Teſtamento*, ſunt clara, & moderno idiomate relata; Etenim credere potuerunt, quod rogitus Notarii, & ſtipulatio verbalis habeat vim veræ conſignationis, & ſit realis, & ſucceſſiua conſignatio, vel ſaltem pars eſſentialis conſignationis, & ſine dubio iſta credulitas in illis ſupponi debet, ex quo ità etiam crediderunt, & pluries in hac cauſa dixerunt in ſuis informationibus ſcribentes pro D. Auguſtino, *Summario Dominorum de Roſpilioſijs num.* 12. & teſtes ſubſcripſerunt ad dictamen Notarij, qui dictauit formulam ſubſcriptionis, & legere neglexit teſtibus rogitum ab illis ſubſcriptum, nec contenta in folijs eis manifeſtauit, vt deponunt ipſi teſtes, & Franciſcus Caballonus, & Lælius Auocatus, & patet etiam ex teuelationibus Notariorum, *dicto Summario num.* 5. *&* 8. *littera C*, *iuncto num.* 11. *&* 20. Et idcircò teſtes ſubſcriptum approbare non potuerunt, etiãſi verum ſit, quod per ſubſcriptionem inducatur approbatio ſcripturæ, quia regula iſta non procedit in teſtamentis quoties teſtes contenta in ſcriptura non audiuerunt, nec legerunt, vt in propoſito reſpondit Rota *coram* Buratt. *dicta deciſ.* 543. *num.* 5. *verſ. ſecundo quatenus*.

Auctoritates in præterita deciſione allegatæ ad ſubſtinendam contrariam opinionem non merentur attendi, ex quo
75 illæ, quæ allegantur non loquuntur de declaratione, vel quando declaratio aliunde probatur, & adminiculatur, & multo minus quando conſtat teſtes ſubſcripſiſſe ſcripturam non lectam, ſolo Notario dictante, ſub cuius fide poſſunt dicere remanſiſſe decepti, & non vnus, ſed plures Teſtes contradicunt, vt ex eorum lectura euidenter patet, & nulla auctoritas illorum applicatur caſui, de quo agitur, quia, vt dixi, teſtes remanſerunt decepti, vt ex euidenti probatione id confirmatur, dum conſtat, ſe ſubſcripſiſſe ad dictamen Notarij, nec legerunt ſcripturam, nec eiſdem fuit lecta per Notarium, aut explicatus tenor eiuſdem ſcripturæ, dum dicto Notario plenam fidem præſtiterunt, atque hinc intrat alia iuris concluſio, quod teſtis ſubſcriptus ſemper admittitur ad teſtificandum contra propriam ſubſcriptionem, quando oſtendit, & probat ſe fuiſſe, aut remanſiſſe deceptum, Bart. *in l.* 1. §. *Si quis neget num.* 11. *ff quemadm. Teſtament. aper.* Io. de Amic. *conſ.* 13. *num.* 11. *&* 12. *& conſ.* 44. *num.* 12. *& conſ.* 137. *num.* 28. *& ſeqq.* Ruin. *conſ.* 103. *nu.* 6. *lib.* 2. *& conſ.* 22. *nu.* 8. *lib.* 4. Spad. *dicto conſ.* 90. *nu.* 2. *lib.* 1. Guidop. *deciſ.* 503. *nu.* 3. Rota *coram* Buratt. *dicta deciſ.* 543. *num.* 7. *& ſeqq.*

76 His firmatis, vanum eſt dicere, teſtamentum poſſe coadiuuari ex teſtibus ex aduerſo adductis, tam vnius viri Religioſi, quàm aliarum duarum perſonarum, quia cum iſtæ ſint extraiudiciales, nullum probationis gradum conſtituere valent, & teſtamentum iuuari non poteſt per teſtes non deſcriptos, quia iſti non ſunt rogati, prout ad hunc effectum requiritur per Textum *in cap. relatum, de teſtam. & in dicta l. hanc conſultiſſima in princ. & in Auth. rogati, C. eod. & in l. hæres palam*, §. *in Teſtamentis, ff. eod.* & in terminis reſpondit Soccin. ſen. *conſ.* 92. *ſub num.* 4. *verſ. tum quia licet lib.* 3.

Minuſque teſtamentum ſubſtineri valet ex alijs teſtibus teſtamentarijs ſubſcriptis, ex quo in ipſorum ſubſcriptionibus non teſtantur de præſentia aliorum, ſed solùm de propria, ideoque donec examinentur, non dicuntur ſtare pro teſtamento, & probare præſentiam aliorum, de quorum ſubſcriptionibus non teſtantur, Pancirol. *conſ.* 58. *num.* 17. Crauett. *conſ.* 56. *num.* 15. *verſ. tertiò reſpondeo*, Mart. *de ſucceſſ. legal.*

par. 4. quæſt. 2. art. 1. num. 2. Mart. Medic. *deciſ. 96. num. 25.* Et multò minus teſtamentum coadiuuari poteſt ex reuelationibus extraiudicialibus duorum Notariorum, vt
77 firmatur *in deciſione*, quæ reuidetur §. *Iuncto etiam*, quia ſunt extraiudiciales, tum etiam quia quando non agitur de probando contractu, ſeu teſtamento per teſtes, ſed de ſubſtinendo inſtrumento teſtamenti, aut alterius diſpoſitionis, in tali caſu cum agatur de ipſius Notarij honore, & reputatione, & ſic de intereſſe præciſo ipſius Notarij, non admittitur, nec illius depoſitio attenditur, iuxta diſtinctionem, quam communiter ſequuntur Doctores, de qua Bart. *in l. hanc conſultiſſima*, §. *Præcipuè num. 3.* Bald. *num. 16. verſ. vbi teſtes*, Salicet. *num. 7. verſ. aut Notarius*, C. *qui teſtamen. facer. poſs.* Bald. *conſ. 444. num. 2. lib. 5.* Ancharan. *conſ. 423. num. 3. verſ. quando certus*, Aretin. *conſ. 104. n. 29.* Alex. *conſ. 141. num. 9. lib. 1. & conſ. 153. num. 17. lib. 2.* Rimin. iun. *conſ. 160. num. 32.* Simon de Petr. *conſ. 55. num. 12. verſ. & Serantonio*, Pancirol. *conſ. 140. num. 8. verſ. nec poteſt*, Peregrin. *conſ. 41. num. 8. lib. 6.* Rocc. *reſponſ. 20. nu. 13. & ſeqq. lib. 2.* Mart. *de ſucceſs. legal. par. 4. quæſt. 2. art. 1. num. 8. & ſeq.* Rota *coram* Puteo *deciſ. 372. verſ. Notarius lib. 1. in correctis.*

Poſtquam *in deciſione*, quæ reuidetur, firmatum fuit, teſtamentum eſſe validum, ex quo in eo interuenerunt omnes ſolemnitates de iure requiſitæ *in* §. *ſublato itaque cum duobus ſeqq.* pariter concluſum fuit non poſſe dubitari de voluntate Principis teſtandi, reſultante ex eius ſpeciali, & indiuidua ſubſcriptione, vti nec etiam de identitate ſchedulæ, dum fuit conſignata eidem Notario, qui de illa ſe rogauit, *vt in* §. *Tandem identitas ſchedulæ, cum pluribus ſeqq.* At nec illam, nec iſtam ſubſtineri ex rationibus ab informantibus pro DD. de Roſpilioſijs hodie adductis in hac noua repropoſitione viſum fuit.

Voluntas enim teſtandi in b. m. Principe excluditur ex eo, quia idem iam teſtamentum condiderat, & Notarium acce-
78 dere mandauit ſolùm ad effectum condendi codicillos pro remuneranda familia, *vt in Summario num. 1.* & hoc idem Notarius executioni demandare volebat, dum conſtat ipſum incæpiſſe ſcribere, ſed demùm ad inſtantiam P. Pallauicini ſcripta lacerauit, & recedendo ab eodem cubiculo, vbi Princeps morti proximus degebat, tranſiuit vna cum eodem Religioſo ad cubicula remota, *vt in Summario num. 3.* quæ facta dicuntur abſque voluntate Principis, ſine qua teſtamentum corruere dicitur, dum ipſe Princeps ſuam voluntatem pateficit Notario circa confectionem codicillorum, non autem teſtamenti; Et hoc ſufficit ad hoc, vt teſtamentum ex defectu voluntatis dicatur nullum, & irritum, vt in præciſis terminis tradunt Manen. *conſ. 9. num. 90. & in ſæpè citato conſil.* Spad. *92. num. 3. lib. 1.*

Præterquamquod defectus voluntatis Teſtatoris valdè conſiderabilis redditur, quod nullibi doceri poteſt de præordinata voluntate Principis hæredem ſubſtituendi D. Auguſtinum, quinimò potiùs contrarium deſumitur ex eo, quod in ſuo priori teſtamento illum non ſolùm non ſubſtituit, ſed nec etiam nominauit, quamuis Cardinalis Pallauicinus eius patruus ei D. Auguſtinum ſubſtituiſſet, addito quod in ipſomet tempore vltimi teſtamenti Princeps nolebat teſtari; & ſic nouum hæredem inſtituere, ſed dumtaxat codicillari, & exinde ex teſtamento poſtea condito deduci non poteſt certitudo voluntaris, quia illud ſcriptum non fuit in præſentia Teſtatoris, neque ad ipſius dictamen, ſed abſentibus Principe, & teſtibus ſcriptum probatur ab ipſo Notario in alieno cubiculo ad dictamen P. Pallauicini, quod indubitantes excludit teſtatoris voluntatem cum tamen ad hoc, vt conſtet de præciſa voluntate teſtatoris, ad effectum ſubſtinendi teſtamentum debeat ab ipſo teſtatore dictari, vel ipſo audiente ab alio legi coram teſtibus, quia voluntas, ſeu diſpoſitio non debet ab alieno pendere arbitrio, vt diſponit Textus *in l. 1. ff. de teſtam. & in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit.* & in noſtris terminis tradit Mart. Medic. *deciſ. 96. num. 7. verſ. imò, cum ſeq.* Manfrel. *in obſeruat.* ad Capic. latr. *dicta deciſ. 140. num. 7. verſ. conſideratum, cum ſeq.* Rota *coram* Coccin. *deciſ. 2000. num. 7. cum ſeq. & deciſ. 360. num. 3. par. 13. recent.*

Excluſa ex his penitus voluntate in Principe teſtandi, fortiùs ex ſequentibus excluſa remanet identitas ſchedulæ, dum fundamentum *deciſionis in* §. *Tandem, cum pluribus* §§. *ſeqq.* Dominis non placuit,
79 quod conſtet de illius identitate, ex quo conſignata appareat Notario, de cuius fide, & legalitate conſtare dicitur per teſtes, & in eo teſtatorem confidiſſe. Quoniam attenta tota facti ſerie, & ex his, quæ iam dicta fuerunt circa deficientiam voluntatis D. Principis, dum teſtamentum fuit in alio cubiculo ſigillatum, & à teſtibus ſubſcriptis in dictis paruis cubiculis, diſpoſitio teſtatoris diuerſificare, vel aliter poni, quàm ipſe voluerit, ſine difficultate potuerit, ſtantibus præſertim reiteratis regreſſibus ad parua cubicula, quæ non excludunt poſſibilitatem ſuppoſitionis, cum tamen pro validitate teſtamenti requiratur, vt excludatur penitùs poſſibilitas ſuppoſitionis, quæ nec ſaluatur per quamcumque Notarij legalitatem ex Bartol. *in*

l. ſi ità ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr. Couuar. *in cap. cum tibi ſub num. 5. verſ. & probatur, & verſ. ſatis tamen, de teſtam.* Pariſ. *conſ. 19. num. 26. & ſeq. lib. 3.* Menoch. *conſ. 313. num. 47.* Altograd. *conſ. 96. nu. 14. verſ. tamen hæc veriſſima ſunt, iuncto num. 15. & ſeq. lib. 2.* Gratian. *diſcept. 973. num. 44. & ſeqq.* Altograd. *controu. 50. num. 33. & ſeqq.* Andreol. *controu. 346. num. 24. & 25.* Rota *coram* Priol. *deciſ. 315. per tot. & deciſ. 149. num. 2. par. 17. recent.*

Poſſibilitas autem ſuppoſitionis ſchedulæ probatur non ſolùm ex eo, quia aſſerta ſchedula vix per momentum temporis permanſit in manibus Principis, *vt in Summario num. 7.* & ex reuelatione Notarij *num. 5.* conſtat, quod Princeps non legit, verùm etiam quia poſt prætenſam lecturam à Notario factam ipſe Notarius cum aſſertis folijs iterùm, atque iterùm rediit ad parua cubicula, *vt in Summario num. 4. litt. A, & D, ac num. 5.* Idque etiam comprobatur ex reuelatione Notarij, aſſerentis poſt lecturam foliorum non ſemel, ſed bis diſceſſiſſe è conſpectu Teſtatoris, & rediiſſe ad cubiculum, vbi ſcriptum fuerat teſtamentum. Et idcircò cum ibi potuerit folia mutare, penitùs excluſa remanet certa, & indubitata identitas omninò neceſſaria pro validitate teſtamenti, vt in ſpecie conſiderat Pariſ. *conſ. 19. nu. 26. verſ. vade cum aſſerta ſcriptura lib. 3.* Spad. *conſ. 92. in fine principij nu. 1. lib. 1.* Altograd. *conſ. 96. num. 14. & ſeq. lib. 2.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7.* & hanc eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam firmauit Rota *coram* Priolo *dicta deciſ. 315. & deciſ. 149. par. 17. recent. per tot. & in Romano teſtamenti 19. Ianuarij 1682. §. Nec obſtare, coram R. P. D. Emerix.*

Accedit ad hanc ſuppoſitionis poſſibilitatem inducendam grauitas morbi, qua premebatur Princeps, adeout impoſſibile dignoſcatur, quod tam breui temporis interuallo confici potuerit ſcriptura continens tam longam diſpoſitionem, cum ſucceſſiua primogenitura, & multiplicatis ſubſtitutionibus, & ex inuſitato modo, qui fuit ſeruatus in confectione teſtamenti, dum ex cubiculo fuerunt eiecti Cardinalis patruus, & Iacobus Teſſera, & remanſit ſolus Pater Pallauicinus vnà cum Notario, qui ſcripſit, & ſigillauit teſtamentum extra cubiculum Principis, & ipſe Notarius timuit de carcere, pluresque interfuerunt ſecretæ allocutiones inter Notarium, & Religioſum, qui pluries conuocauit teſtes, & accelerauit teſtamenti factionem, & ſe iactauit teſtamentum ipſum condidiſſe, & non Principem, *Summario dicto num. 15.* vt in his terminis conſiderat Menoch. *conſ. 45. num. 25. & 26.*

Hinc nullius momenti viſa fuit ſubſcriptio Teſtatoris poſt hæc patrata: Licet enim regulariter ſubſcriptio Teſtatoris multum conferat ad excludendam ſuppoſitionem ſchedulæ; Attamen huiuſmodi præſumptio applicari non debet caſui, de quo agitur, cum procedat in ſuis puris terminis, non autem quando ſubſcriptio, vt hic, eſt de falſo ſuſpecta ex relatione duorum Peritorum, & fuit ſemper negata, *vt in Summario num. 17.* nec exaduerſo recognita, vt omnino requirebatur, non
80 obſtante rogitu Notarii, ex quo dictus ronitus non cadit ſuper ſubſcriptione, nec dicit, quod Princeps aſſeruerit folia fuiſſe ſua manu ſubſcripta, quo caſu neceſſaria eſt omnino recognitio, vt diſtinguendo tradit Bald. *in l. captatorias nu. 10. verſ. quia eſt approbata, C. de teſtam. milit.* Adden. ad Buratt. *deciſ. 475. num 21.* Alexan. *conſ. 76. num. 12. verſ. niſi teſtator aſſeruiſſet lib. 3. & conſ. 176. ante num. 3. verſ. primo quod illa aſſertio,* Lana *conſ. 1. num. 41. verſ. ſic probatur, poſt tractat. de formul. teſtam.* Capon. *controu. 48. num. 28.* Rota *deciſ. 96. num. 5. cum duobus ſeqq. par. 5. recent.* Et quod tollit omnem difficultatem eſt, quod dicta ſubſcriptio facta fuit ab infirmo morti proximo, & laborante imbecillitate oculorum, itaut præſumptio, quæ oritur ex ſubſcriptione, nempe quod cenſeatur teſtatorem teſtamentum legiſſe antequam ſubſcriberet, excluſa remaneat ex impoſſibilitate contraria, & ex eodem facto, dum Notarius teſtatur, illud non fuiſſe à teſtatore lectum, & in omnem caſum, vt ſuperiùs dictum eſt, hæc omnia reddunt Iudicis animum valdè dubium de voluntate teſtatoris, ac non certum de identitate ſchedulæ, quod operatur, vt faciliùs inclinet ad fidem præſtandam potiùs teſtibus reprobantibus, & contradicentibus, quàm comprobantibus teſtamentum, quibus ſtantibus, ſola ſubſcriptio non probat, quod Princeps habuerit notitiam contentorum in folijs, Spad. *dicto conſ. 92. in princ. num. 1. & 15. cum ſeq. lib. 1.* Rub. *de Teſtam. cap. 26. nu. 224. & ſeq.* Gratian. *diſcep. 973. num. 54.* Rota *deciſ. 360. nu. 10. & deciſ. 404. num. 13. par. 13. recent.*

Attenta maximè antecedenti declaratione facta à Principe, quod volebat condere codicillos, cum iam ſuum teſtamentum confecerit, & proinde ex huiuſmodi ſubſcriptione à Principe facta tempore, quo ipſe morti proximus in lecto iacebat, credere potuit ſe ſubſcribere codicillos, ad quos conficiendos paulò ante Notarium vocauerat, vt in his terminis conſiderat Spad. *dicto conſil. 92. numer. 15. & ſequen.*

Sublatis igitur de medio omnibus fundamentis in deciſione, quæ reuidetur, adductis tam circa validitatem teſtamenti,

voluntatis, & identitatis ſchedulæ, multo magis corruere videntur ea, quæ in ea-
81 dem deciſione firmata fuerunt *in* §. *Et in omnem caſum*, vbi dicitur ſaltem teſtamentum ſubſtineri vigore clauſulæ codicillaris contentæ tam in corpore ſchedulæ, quàm in rogitu Notarij, iuxta Textum *in l. ſi quis, circa med. C. de Codicill.* Et quamuis vigore dictæ clauſulæ codicillaris teſtamenta ſubſtineri valeant; Concluſio tamen non procedit, quando in eo non adſunt quinque teſtes, qui in codicillis, & in omni alia vltima voluntate excepto teſtamento requiruntur, iuxta Textum *in l. fin. C. de Codicill.* Soccin. ſen. *conſ.28. nu.6. verſ. aut vult ſe fundare lib. 3.* Turrett. *de Clauſ. Codicill. quæſt.103. per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art.43.num.2. verſ. nam, & Codicillis*.

In caſu autem, de quo agitur, exceptis Seralta, Fabretto, & Sabbarino, vt ſupra dictum eſt, qui declararunt, ſe non interfuiſſe toti rogitui Notarij, & quorum abſentia ex alijs teſtibus, vt ſupra dictum eſt, probata remanet; & proinde nec vti codicilli teſtamentum ſubſtineri valet *ex allegatis*. Imò quando etiam diceretur, vt exaduerſo prætenditur, quod ſolus Fabret-
82 tus, & Seralta fuerint abſentes, adhuc in vim clauſulæ codicillaris teſtamentum non ſubſtineretur, cum regulare, & incontrouertibile ſit in iure, quod quando vnus, vel duo ex ſeptem teſtibus ſubſcriptis negant ſe interfuiſſe teſtamento, & probant ſuam abſentiam, teſtamentum tanquam ſuſpectum, vel falſum, reſpectu teſtium, qui non interfuerunt, nullam facit fidem etiam quoad clauſulam codicillarem, & omnia alia contenta in aſſerto teſtamento, vt in indiuidualibus terminis firmant Soccin. ſen. *dicto conſ. 28. num. 7. lib. 3.* Alciat. *conſ.124. num. 4. & ſeq. lib. 9.* Iaſon *conſ.13. num. 5. lib. 3.* ſecundùm impreſſionem Francfurten., aliàs *conſ. 152.* ſecundùm Venetam, Crot. *conſil. 121. num.40. cum ſeqq.* Mandell. *conſ.271. nu.24. & ſeq.* & ibi Adden. *littera O*, Simon. de Pret. *de interpret. vlt.volunt. lib.2.interpret.1. reſolut.11. nu. 3. in fine, cum ſequen. fol.171.* Turrett. *de Clauſ.Codicill. quæſt.106.per tot.* Barri *de ſucceſs. lib. 10. tit. 16. num. 7. verſ. certe non obtinet*, Rub. *de teſtamen. cap. 40. num. 261. & ſequen.* Actolin. *reſolut. 26. num. 133.*

Penitus verò irreleuans perpenſum fuit obiectum, quod duo ex ſeptem teſtibus in aſſerto teſtamento deſcriptis ſint ſupranumerarij reſpectu codicillorum, quibus etiam reiectis, ſufficiant illi quinque, qui remanent ad hoc, vt teſtamentum reſpectu codicillorum ſubſtineri valeat, quoniam animaduertebant Domini, quod aut contradictio teſtium ſupranumerariorum aliunde non iuſtificatur; & tunc quia dicuntur ſingulares in ſuo dicto, non præiudicant inſtrumenti validitati fundatæ in ſufficienti numero teſtium; Secùs verò procedit, quando abſentia teſtium ſupranumerariorum aliunde probatur ex alijs teſtibus, vel inſtrumentarijs, vel extraneis, & tunc inſtrumentum remanet falſum, & nullam fidem meretur, quamuis teſtes negantes propriam præſentiam ſint ſupra numerum, & alij plures, & centum teſtes in eodem inſtrumento deſcripti remanerent propter falſam aſſertionem Notarij, dum poſuit, & ſcripſit pro præſentibus teſtes, qui verè non interfuerunt, & hæc videtur eſſe communis Doctorum opinio, quam communiter tradunt Canoniſtæ, vt teſtatur Io.Sichard. *in l.in exercendis num.11. verſ.tertiò ampliatur concluſio*, ibique Salycet. *num.5. verſ.ſecus inquit, C.de fid. inſtrum.* Bellamer *in dicto cap.cum Ioannes num.39. verſ. ſi autem aliquis, & num.40.* Innocent. *num.5. verſ.eſto quod centum remaneant*, Io. Andr. *num.8. verſ. & hoc mihi placet*, Hoſtien. *num.7. in princ. & num.9. verſ. ſi autem aliqui*, Abb. *num. 14. verſ. ſecundo caſu ſubdiſtingue*, Butr. *num.29. verſ. ſecundus caſus, & verſ. venio ad ſecundum, cum duobus ſeqq.* Bellencin. *num. 163. in princ.* Felyn. *num. 48.* Henric. Boich. *ibidem in* §. *Porrò ſub num.11. & num. ſeq.* Bertrand. *conſ.220. num.1. vol.2. par.poſt.* Suarez *conſ.1. num.49. verſ. vnde concludit*, Galt. *de credit. cap. 3. tit. 1. num. 632. & ſeqq.* Farinacc. *de falſ. quæſt.158. num. 161.* Foller *in praxi crimin. par. 1. ſecunda par. rubr. item quod commiſit falſitatem, verb. fiſcus num. 64. verſ. ſecunda concluſio eſt fol.203.* Ibaniz. *in addit. ad* Couarr. *lib.2. cap.13.num.123.* Corrad. *in prax. rubr.de inſtrument.num.19.in 3.ampliat*, Rota coram Rojas *deciſ.474. ſub num. 6.*

In nihilo aduerſante reſponſione pro D. Auguſtino adducta, & ſemper repetita, quod Doctores iſti loquantur de teſtibus deſcriptis, non autem de ſubſcriptis, quia in vtroque caſu militat ratio per eoſdem Doctores adducta, nempe falſæ aſſertionis factæ per Notarium, quotieſcunque teſtium contradicentium abſentia non probatur ex ſola depoſitione ipſorummet teſtium ſubſcriptorum, ſed etiam ex alijs, vt ſupra probatum eſt.

De abſentia autem Seraltæ, & Fabretti dubitari nequit, dum illa habetur non ſolùm ex eorum expreſſa depoſitione, verùm etiam ex alijs quinque teſtibus, vt ſupra dictum fuit, concludenter probata remanet, & proinde locum habet ſupra firmata concluſio, quam Doctores tenent in caſu ſupra expreſſo, & idcirco quouſque non redarguantur de mendacio per alios teſtes inſtrumentarios, vel non inſtrumentarios, ſemper inſtrumentum re-

manet inualidum, & reprobatum, Bald. *in l. in exercendis num. 30. verſ. tamen Inſtrumentum*, ibique Salycet. *num.6. C. de fid.Inſtrum.* Innocent. *in cap. cum Ioannes num. 3. verſ. & in tantum*, Hoſtien. *num. 6. in fine, verſ. & in tantum, iuncto num.7.* Imol.*nu.20. in fine, verſ. Si autem ſimpliciter*, Felyn. 51. *verſ.ſecundò intellige*, Butr. *num.29.circa med.* Henric. Boich. *ibidem dicto §. Porrò ſub num. 11. verſ. in primo caſu, de fid. inſtrum.* Rub. *de Teſtam. cap. 40. num.270. & ſeq. & 301. cum ſeq.* & alii proximè *allegati*.

Nihil refert, quod dicitur, Notarium non operatum fuiſſe cum dolo, & malitia, nec falſitatem doloſam commiſiſſe, quoniam compertum eſt in iure ſufficere falſitatem re ipſa ſine malitia, & dolo com-
83 miſſam, vt inſtrumentum in totum falſum, & nullius fidei reputetur, cum huiuſmodi falſitas reſpiciat ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, & abſentia fuerit aliunde probata, Innocent. *in cap. Fraternitatis numer.1. verſ. ſi autem ſuper his*, Hoſtien. *nu.6. in fine, verſ.& eſt ratio*, Io.Andr. *nu.1.col.1. poſt med. verſ.& eſt ratio*, Ancharan. *num.2. verſ. tunc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter*, Butr. *num. 4. verſ. quia non debet ponere*, Soccin. *num.14.* Anan. *num. 3. verſ. aut illa falſitas, iuncto num.10. verſ. iſtud ponderat, de barct.* Bartol. *in l. ſi ex falſis num.12. verſ.aut propter alium*, Alexan. *num.10. propè finem,verſ. & iſtam opinionem, iuncto num.14. C. de tranſact.* Corn. *conſ.304. num.5. lib.1.* Farinacc. *in fragmen. par.2. verb. inſtrumentum nu. 386.* Rota *coram* Coccin. *deciſ. 1369. num. 90. cum tribus ſeqq.*

Multoque minus coadiuuari poſſunt codicilli, vel ex reuelationibus Notariorum, vel ex aliis teſtibus ibidem adſtantibus, & in dicto teſtamento non deſcriptis, quoniam, vt conſiderabant Domini, in codicillis, & in omnibus alijs inſtrumentis, & vltimis voluntatibus excepto teſtamento, debent omnes vno, eodemque tempore adhiberi, & inſcribi iuxta litteralem Textum *in dicta l. fin. C. de Codicill.*, Bald. *conſ.108.num.2.lib.3.* Berlich. *concl.2. num. 3. par. 3.* Graſs. *de ſucceſs. §. Codicillus num. 4.* Rota *coram* Pamphil. *deciſ. 668. num.2. & deciſ. 697. num.1. & coram* Emin. Otthob. *deciſ. 145. num. 28. & coram* Priol. *deciſ. 209. num.8.*

Vnde clauſula codicillaris nihil operatur in caſu, de quo agitur, dum adeſt defectus voluntatis, & de illa dubitari ne-
84 quit, dum nuncupatio hæredis facta non fuit per teſtatorem coram ſeptem teſtibus, ſicuti nec etiam conſignatio eiuſdem teſtamenti facta fuit coram eiſdem teſtibus ab eodem D. Principe, qui debebat dicere illud eſſe ſuum teſtamentum, quod proinde tanquam non in forma probanti, nec ſuſtineri valet iure codicillorum, vt in puncto firmauit Rota *deciſ. 54. num.15. par.10. & deciſ.72. num.12. par.15.recent.*

Cæterum pro corroboranda concluſione, quod teſtamentum, de quo agitur, ſuſtineri debeat in vim clauſulæ codicillaris, adductæ fuerunt quamplures auctoritates *in deciſione*, quæ reuidetur, ſed non merentur attendi, dum loquuntur in caſu longè diuerſo, & nulla ex illis percutit caſum, in quo abſentia teſtium negantium, ſe interfuiſſe teſtamento, fuerit per alios teſtes probata, & nonnullæ aliæ loquuntur in caſu, quo teſtes contradicentes fuerunt reprobati ab alijs teſtibus pro teſtamento examinatis, & Iaſ. *in conſ. 124. lib.1.* eſt ſibi contrarius *in d. conſ.13. lib. 3.* ſecundùm impreſſionem Francfurtenſem, & ſecundùm Venetam *conſ. 252.* & fuit reprobatus ab Alciat. *in conſ. 129. lib. 9.* & à Rub. *de teſtam. dicto cap. 40. num. 265.* & Surd. *conſ.414.* non loquitur, quando inſtrumentum teſtamenti ex contradictione vnius, vel plurium teſtium impugnatur indirectè, & redditur ſuſpectum, ſed quando teſtamentum impugnatur ex quo teſtes non audiuerant, Cephal. *conſ. 546. num. 55. & ſeq.* loquitur in teſtamento ad nutum, & ſignis facto ab homine obtuſi, & craſſi ingenij, Boſs. *in tit.de falſis nu.48.* retotquetur, dum ſe remittit ad Soccin. ſen. *dicto conſ. 28.*

Et ità poſt quintam propoſitionem vtraque Parte informante reſolutum fuit.

QVÆSTIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

An qui produxit teſtes, poſſit inconſtans eos reprobare.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inducens non poteſt eorum perſonas inconſtans reprobare.*
2 *Quid in diuerſo iudicio, & num. 6.*
3 *Vel ſi aliàs iiſdem teſtes ſint inhabiles, & de iure non admiſſibiles.*
4 *Et an id procedat tam in iudicio ciuili, quàm criminali.*
5 *Fiſcus non poteſt reprobare teſtes ab ipſo exa-*

Digitized by Google

parte num. 12. *extr. de teſtib.* Clar. §. *fin. nu-*
mero 24.cum alijs per Gilken. *dicta l. ſi quis*
13 *teſtib. num.* 28. Quod tamen non proce-
dit, ſi in alia cauſa contra ipſum produ-
cantur, quia tunc poterit eos reprobare,
Cyn. *d. l. num.* 7. Alber. *num.* 3. Salyc. *nu-*
mero 10. Gilken. *num.* 29.
14 Nonò, procedit non ſolum quoad exa-
men futurum, ſed etiam quoad præteri-
tum, vt benè, diſputato ter articulo, re-
ſoluit Rota *coram* Seraph. *deciſ.* 295. *per*
tot. vbi benè comprobat,& reſpondet con-
trariis, Gratian. *diſcept.* 151. *à numero* 25.
Barboſ. *d. l. ſi quis teſt. nu.*9. Quod tamen
15 intelligi debet reſpectu expreſſæ appro-
bationis, quæ reſultat ex productione,
ſecus in tacita prouenienre per non op-
poſitionem, vt ex Salyc. Gratian. *loco cit.*
*num.*28. Barboſ. *dicta l. ſi quis teſt. num.* 10.
10 Inconſtantia tamen non erit reprobata,
quoad exceptiones ſuperuenientes poſt
teſtium inductionem, *d. l. ſi quis teſtib. C. de*
teſtib. ibi, *niſi oſtenderit inimicitias inter ſe,*
& illos poſtea emerſas fuiſſe, ex quibus te-
ſtes repelli leges præcipiunt, & ibi Gloſs.
Bart. Bald. Salyc. Cyn. Odofred. Caſtren.
Sichard. & alij à Farin. *d. quæſt.*62. *nu.*240.
addo Gilken. *d. l. ſi quis teſtibus nu.*12. *&* 13.
18 Secundò, licita erit inconſtantia, ſi Pro-
ducens teſtes, illorum inhabilitates calle-
bat, ſecus verò, ſi illas ignorabat, Doctor.
omnes *d l. ſi quis teſtib.* Boer. *deciſ.*245. cum
19 alijs per Farin. *d. q.*62. *n.*244. vbi *n.*245. dicit
hoc caſu, ignorantiam probari iuramento.
20 Tertiò, licita erit inconſtantia, ſi Pro-
ducens poſt productionem repererit eos
ſubornatos, *dicta l. ſi quis teſtib.* ibi, *ſed,*
ſi liquidis probationibus, datione, vel pro-
miſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſten-
derit, etiam allegationem integram ei ſer-
uari præcipimus, & ibi Gloſs. *in verb. Oſten-*
derit, Alber. *num.* 3. vbi ampliat, etiam-
quod ſubornatio ſit facta præmio, vel
prece, Bald. *in princ.* Cyn. *num.* 13. Fulgoſ.
num. 3. Odofred. *num.* 1. Salyc. *numero* 24.
Caſtren. *num.*9. cum alijs per Farinac. *dicta*
quæſt. 62. *num.* 246. addo Gilken. *dicta l. ſi*
quis teſtib. num. 19. Et hoc habet locum,
21 etiamquod teſtis falſa non depoſuerit,
vt aduertit poſt Farinacc. *de teſtib. quæſt.* 57.
num. 38. Gilken. *loco cit. num.* 20.
22 Quartò, licita erit inconſtantia, quando
inter Producentem, & Aduerſarium mi-
litat diuerſa ratio, verb. gr. produxi con-
tra te fratrem, vel conſanguineum tuum,
23 tu vis iterum contra me eundem fratrem
tuum producere, vtique hoc caſu illum
potero reprobare, quia ratio affectionis,
ob quam poſſum eum impugnare, quan-
do à te producitur, non militat, quando
ego illum produxi contra te, vt voluit
Caſtrenſ. *dicta l. ſi quis teſtib. num.* 2. Cam-
peg. *de teſtib. regul.*292. 4. *fall.* Maſcard. *de*
De Inconſtantia in Iudicijs.

*probat. concl.*1215. *n.* 10. cum aliis per Farin.
*d. quæſt.*62. *num.* 248. Gilken. *loco cit. nu.*25.
24 Quintò, licita erit inconſtantia, ſi teſtis
patiatur aliquas exceptiones reſpicientes
25 eius intereſſe, quia tunc non eſt teſtis,
ſed Pars, Malet. *de teſtib. par.* 4. *num.* 56.
Hector Æmil. *de teſtib. par.* 1. *verb. Teſtis ap-*
probatus num. 17. cum alijs per Farinacc.
d. quæſt. 62. *num.*249.
26 Sextò, licita eſt inconſtantia, quando
Pars, contra quam fuit à me productus
teſtis, illum reprobauit, quia tunc ego poſ-
ſum illum reprobare, Cyn. *dicta l. ſi quis*
*teſtib. num.*9. Caſtren. *num.*7. Angel. *num.* 1.
Boer. *dicta deciſ.* 245. *num.*5. cum alijs per
Farinacc. *dicta quæſt.* 62. *num.* 254. *&* 255.
Menoch. *lib.*2. *præſumpt.* 45. *num.* 16. Gil-
ken. *d. l. ſi quis teſtib. num.*27.
27 Quod tamen intelligendum eſt, ſi Pars
producens oppoſitioni acquieuerit, nec
voluerit vti iiſdem teſtibus, Nell. *de teſtib.*
*num.*58. Maſcard. *dicta concluſ.*1235. *num.*7.
Farinacc. *d. quæſt.*62. *num.*257. addo Corn.
Crauett. Innoc. Gilken. *loco cit. num.* 27.
verſ. Adſcribunt tamen, qui dicit hanc de-
clarationem ſibi duram videri.
28 Secundò, declara procedere, ſi oppoſi-
tio facta à Parte ſit ſpecialis, non autem
generalis, Boer. *dicto deciſ.* 245. *numero* 6.
Laurent. *deciſ. Auenionen.* 116. *num.*3. Farin.
*dicta quæſt.*62. *num.*258.
29 Tertiò, declara procedere, ſi oppoſitio
ſit contra perſonam, non autem contra
dicta Teſtium, Felyn. *cap. Examinata num.*3.
de Iudic. Maſcard. *de probat lib.*3. *concl.*1215.
*num.*8. Farinacc. *dicta quæſt.*62. *numero* 259.
Gilken. *loco cit. num.*27. *verſ. Quod ſi verò.*
30 Quo verò ad dicta, licita ſemper erit
inconſtantia, quia per productionem te-
ſtium eorum dicta non cenſentur appro-
bata, *dicta l. ſi quis teſtibus*, & ibi Odofred.
num. 1. Cyn. *num.* 12. Bart. *in prin.* Fulgoſ.
*num.*2. Angel. *num.*1. Caſtren. *nu.* 5. Salyc.
num. 3. Sicard. *num.*3. Pariſ. *num.*60. Donell.
*num.*5. Maſcard. *d. concluſ.*1235. *mihi* 1240.
*num.*26. cum alijs per Farinac. *dicta qu.*62.
num. 241. addo Gilken. *dicta l. ſi quis teſtib.*
*nu.*21. Honded. *conſ.*84. *nu.*49. *lib.* 2. Adden.
*ad deciſ.*215. Greg. XV. *num.*9. *verſ.*2.
31 Quæ tamen concluſio non procedit,
ſi vltra inductionem teſtium, quis produ-
ceret etiam eorum dicta, tunc enim ceſ-
ſaret inconſtantia, etiamquod teſtis eſſet
vnicus, Crauett. *de antiq. temp. par.* 1. *ſect.*
*quæritur etiam in hac materia nu.*14. Burſatt.
*conſ.*89. *nu.*11. *lib.*1. cum alijs per Farin. *d.*
*qu.*62. *nu.* 243. Adden. *ad deciſ.* Greg. XV.
215. *eod. num.*9. & propterea cauendum eſt
à Gilken. *dicta l. ſi quis teſtibus num.* 22. qui
cõtrarium ſuſtinet, hanc enim limitatio-
nem ſequitur Rota *in Bonon. Tutelæ* 1.
Iunij 1615. *coram* Card. Veroſpio ſen. Ad-
den. *vbi ſupra*, Grat. *diſcept.*753. *num.* 15.

QVÆSTIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

De inconſtantia in Iudicibus tam delegatis, quàm Ordinarijs; qua occaſione diſcutiuntur variæ, ac vtiles quæſtiones, quæ videri poſſunt in Summario; & præcipuè tractatur illa, an Iudex in conflictu opinionum, adhærere teneatur opinioni probabiliori.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, qui in alijs inconſtantiam puniunt, non debent ipſi eſſe inconſtantes.*
2 *Delegatio recipienda eſt à Iudice etiam inuito.*
3 *Delegatione acceptata non poteſt Iudex delegatus ſine iuſta cauſa ſe illa exonerare.*
4 *Delegatus à Principe poteſt ſubdelegare.*
5 *Delegatus in cauſa delegata cenſetur maior quolibet ordinario.*
6 *Iudex ordinarius poteſt delegare.*
7 *Iudex delegatus à Principe ſubdelegare poteſt ſiue delegetur ex officio, & motu proprio, ſiue de conſenſu partium.*
8 *Quid ſi velit ſubdelegare ſine cauſa.*
9 *Quid inuitis partibus.*
10 *Iudex delegatus à Principe poteſt ſubdelegare, quamuis habeat Collegam, qui velit procedere.*
11 *Quid ſi ſubdelegare nolit totam cauſam, ſed modicum reſeruata ſibi iuriſdictione.*
12 *Iudex delegatus à Principe ad Vniuerſitatem cauſarum eo facilius poteſt ſubdelegare.*
13 *Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum reputatur quaſi ordinarius.*
14 *Iudex ſubdelegatus à delegato Principis cum facultate ſubdelegandi an poſſit ſubdelegare.*
15 *Iudex delegatus à Principe ſubdelegare non poteſt quando fuit electa induſtria eius perſonæ.*
16 *Quid ſi delegatus non ſit à Principe Supremo.*
17 *Induſtria perſonæ Iudicis in dubio non cenſetur electa ad impediendam ſubdelegationem.*
18 *Electa an cenſeatur, quando commiſſa eſſet cauſa grauis, & ardua, & num.* 20.
19 *Quid in cauſa Matrimonij.*
21 *Cauſa magna, & ardua, quæ ſit, relinquitur arbitrio Iudicis.*
22 *Matrimonialis cauſa inter arduas connumeratur.*
23 *Quid de cauſa hæreſis.*
24 *Electa dicitur induſtria perſonæ, quando cauſa fuit commiſſa Iudicis fidei, & diligentiæ.*
25 *Quid ſi fuit ordinatum, quod delegatus ipſe procedat, vt cum verbis* per te, *vel* per vos.
26 *Quid ſi expreſsè addatur dictio* ipſum, *vt* per te ipſum.
27 *Quid ſi legantur verba* confiſi de tua prudentia, & dexteritate.
28 *Vel ſi nominata eſſet perſona executoris.*
29 *Vel ſi in delegatione legantur verba* diſcretioni tuæ mandamus.
30 *Quid de verbis* conſcientiam tuam oneramus.
31 *Electa præſumitur perſona Iudicis quando in delegatione leguntur dictiones, & clauſulæ perſonaliſſimæ.*
32 *Officiales omnes tenentur per ſeipſos inſeruire, nec poſſunt inſeruire per alium.*
33 *Officiales à loco adminiſtrationis recedere non poſſunt.*
34 *Quid ſi recederent per noctem, vel cauſa recreationis.*
35 *Officiales recedentes à loco adminiſtrationis priuantur ſalario.*
36 *Et an priuentur officio.*
37 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis tenentur deſeruire per ſeipſos, nec poſſunt per ſubſtitutos.*
38 *Officialis ſtante conſuetudine poteſt deſeruire per ſubſtitutum.*
39 *Officialis poteſt ad tempus deſeruire per ſubſtitutum ſtante licentia Principis.*
40 *Officialis in caſu infirmitatis poteſt deſeruire per ſubſtitutum.*
41 *Et quomodo ad hunc effectũ probetur infirmitas.*
42 *Lex multum præſumit pro Iudice.*
43 *Officialis receſſurus pro ſeruitio Principis durante abſentia poteſt alium ſubſtituere.*
44 *Quid ſi à Principe habeat facultatem ſubſtituendi.*
45 *Officialis ſubſtituens an de exceſſibus ſubſtituti teneatur.*
46 *Iudex delegatus à Principe in cauſa de ſui natura non delegabili non poteſt alium ſubdelegare.*
47 *Cauſa meri, vel mixti Imperij de iure ciuili non eſt delegabilis.*
48 *Specialia duo concurrere non debent circa idem.*
49 *Cauſa meri, & mixti imperij an poſſit à delegato Principis ſubdelegari.*
50 *Quid de iure Canonico.*
51 *Delegatus ad actum nudi miniſterij, puta ambaſiatam non poteſt ſubdelegare.*

52 *Quid ſi nudum miniſterium aliquid aliud requireret, quod ſonaret in merum factum.*
53 *Delegatus in ijs, quæ ſunt reſeruata Principi in ſignum Supremæ poteſtatis non poteſt alterum ſubdelegare, & de ratione.*
54 *Reſeruata, quæ dicantur Principi in ſignum Supremæ poteſtatis remiſſiuè.*
55 *Delegatus ad legitimandum non poteſt alium ſubdelegare.*
56 *Delegatus recuſatus tanquam ſuſpectus non poteſt alium ſubdelegare.*
57 *Iuriſdictio delegati remanet ſuſpenſa, quando fuit propoſita illius recuſatio tanquam ſuſpecti.*
58 *Quid ſtante conſenſu recuſatoris.*
59 *Et an hoc caſu ſufficiat proponere recuſationem, vel debeat probari cauſa ſuſpicionis.*
60 *Et an interim delegatus poſſit ſubdelegare donec cauſa probetur.*
61 *Quid ſi arbitri ſuper recuſatione pronunciaſſent.*
62 *Iudex poſtquam arbitri pronunciarunt ſuper illius recuſatione, deſinit eſſe Iudex, & iuriſdictionem amittit.*
63 *Iuriſdictionem partes conferre non poſſunt illi, qui nulla ratione Iudex eſt.*
64 *Iudex delegatus poſt ſui recuſationem adhuc poteſt ſubdelegare, quando recuſatio eſt friuola.*
65 *Delegatus ab inferiore non poteſt inconſtans alium ſubdelegare.*
66 *Quid ſi in eo concurreret aliquid poteſtatis datæ à Principe.*
67 *Delegatus Proconſulis poteſt alium ſubdelegare.*
68 *Proconſul in ſua Prouincia habetur ad inſtar Principis.*
69 *Delegatus Legati à latere an poſſit ſubdelegare, & num. 73. & 75.*
70 *Legatus à latere æquiparatur Proconſuli.*
71 *Legatus à latere in ſua Prouincia eſt maior omnibus poſt Papam.*
72 *Legatus à latere æquiparatur Præfecto Prætorio.*
74 *Delegatus Legati à latere non æquiparatur delegato Proconſulis.*
76 *Delegatus ab inferiore ad Vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare.*
77 *Vicarius foranens deputatus in vna parte Diœceſis poteſt ſubdelegare.*
78 *Et an cauſarum vniuerſitatem ſubdelegare poſſit.*
79 *Delegatus inferioris cum facultate expreſſa ſubdelegandi*, puta expedias per te, vel alium, *poteſt ſubdelegare.*
80 *Quid ſi data eſſet facultas ſubdelegandi nomine ipſius ſubdelegati.*
81 *Delegatus inferioris poteſt ſubdelegare vnum articulum non iuriſdictionalem.*
82 *Quid ſtante conſuetudine.*
83 *Quid poſt litem coram eo conteſtatam.*
84 *Subdelegatio fieri non poteſt extra locum delegationis, etiam de conſenſu partium.*
De Inconſtantia in Iudicijs.
85 *Quibus perſonis dirigi poſſit ſubdelegatio.*
86 *Delegatus non poteſt renunciare delegationi ſine iuſta cauſa.*
87 *Debilitas corporis laborem impediens, an ad hunc effectum reputetur iuſta cauſa.*
88 *Quid de ægritudine.*
89 *De conualeſcentia cum debilitate.*
90 *Mulier, quæ peperit, torqueri non poteſt ante 40. dies.*
91 *Neceſſitas eſt iuſta cauſa renunciandi delegationi.*
92 *Quid de neceſſitate, quæ poſſet faciliter expediri.*
93 *Quæ aliæ cauſæ ad hunc effectum admittantur.*
94 *Delegatus ire debens ad Regem ſuum, poteſt renunciare delegationi.*
95 *Delegato aſſerenti ſe impeditum, & propterea volenti renunciare, vel alterum ſubdelegare, an, & quando credatur.*
96 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare etiam ſine cauſa.*
97 *Delegatus cum conditione, quod teneatur ſequi alicuius conſilium, an poſſit inconſtans illud non ſequi.*
98 *Quid ſi in cauſa ſpiritnali adſtringeretur ad ſequendum conſilium laici.*
99 *Vel ſi adſtringeretur ſequi conſilium imperiti.*
100 *Vel quando conſilium eſſet iniuſtum.*
101 *Conſilium de ſui natura debet eſſe iuſtum.*
102 *Iudex ſequens conſilium non euidenter iniuſtum, excuſatur.*
103 *Conſilium qui dare debet, ſi recuſet illud dare, & deinde inconſtans illud dare velit, an ſit expectandus remiſſiuè.*
104 *Iudex, qui remiſit cauſam ad conſilium ſapientis non poteſt inconſtans, eo non expectato ſententiam proferre.*
105 *Aliàs ſententia eſt nulla.*
106 *Dilatione ob conſilium ſapientis petitum pendente Iudicis officium conquieſcit.*
107 *Cauſam commiſſam eſſe conſilio ſapientis, & relationem pendere paria ſunt.*
108 *Iudex tenetur expectare conſilium ſapientis non ſolùm quando fuit ab ipſo petitum, ſed etiam quando peti debet ex diſpoſitione Statuti.*
109 *Quid ſi conſilium à Iudice petitur pro ſua maiori ſatisfactione.*
110 *Quid de conſilio, quod fuit calumnioſè petitum, vel conceſſum.*
111 *Quid ſi Iudex renocaſſet hanc remiſſionem.*
112 *Iudex reuocare poteſt remiſſionem ad conſilium ſapientis, & de ratione.*
113 *Conſilium ſapientis expectare non tenetur Iudex, & ſine eo validè poteſt ſententiare, quando fuit petitum ſuper articulo non habente probabilem dubitationem.*
114 *Quid partibus ſic conſentientibus.*
115 *Conſilio pendente poteſt Iudex inſtruere cauſam; & iura recipere, vt ad Conſultorem tranſmittat.*
116 *Conſilij ſola petitio non ſufficit ad differen-*

dam cauſæ expeditionem, niſi fuerit etiam procuratum.

117 Sententia lata de conſilio ſapientis an tranſeat in iudicatum cum aliis ad materiam petendi, & ſequendi conſilium remiſſiuè.

118 Iudex ſubrogatus in locum alterius, qui cœperat procedere de voto alicuius, puta Rotæ, an teneatur conſtans procedere de eodem voto.

119 Conſultor non poteſt renocare conſilium ſemel ab ipſo datum.

120 Quid ſi renocare incontinenti.

121 Vel quando illud renocaret expreſſa ratione.

122 Conſultor poteſt conſilio iam dato addere, illudque declarare.

123 Iudex poſt cauſam coram ipſo inſtructam non poteſt inconſtans ab officio iudicandi ſe abſtinere.

124 Aliàs non ſolùm committit iniuſtitiam, & peccat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum.

125 At etiam punitur pœna fiſco applicanda.

126 Et parti in hoc caſu pro intereſſe an competat actio in factum.

127 Actio in factum datur pro quolibet crimine.

128 Index non poteſt ſe abſtinere à indicando ex eo, quod in ſua priuata conſcientia nouerit rem ſe habere in contrarium eius, quod coram ipſo probatam fuit.

129 Quid in criminalibus, & num. ſeqq.

130 Iudex criminalis ſciens reum ſecundum allegata, & probata nocentem repertum in rei veritate eſſe innocentem, tenetur quærere omnes vias pro eius liberatione.

131 Et an ei poſſit aperire carcerem.

132 Vel poſſit remittere cauſam ad Superiorem.

133 Vel deponere officium ſaltem ad tempus.

134 Vel coram Superiore fungi officio teſtis ſi opinetur id reo pro futurum.

135 Quid ſi populus inſtent reum damnari, tanquam probationibus conuictum, idque effugere nequeat ſine magna offenſione populi.

136 Scientiam contra propriam agere nemini licet.

137 Ius géntium derogare non poteſt iuri naturali.

138 Iudices ſecundum acta, & probata iudicare eſt de iure gentium.

139 Reum innocentem à morte liberare eſt de iure natura.

140 Bonum publicum præferri debet bono priuato.

141 Scientia priuata poſtponitur ſcientiæ publicæ.

142 Reum innocentem occidere, an, & quando ſit contra ius naturale.

143 Pueros, & innocentes occidere licet in bello iuſto, quando alias Ciuitas expugnari non poſſet.

144 Princeps ex ſola ſcientia priuata an poſſit condemnare reum ſine alia probatione.

145 Princeps an poſſit aliquem in exilium mittere, vel de ſuo Statu amandare ſine alia probatione.

146 Iudex negligens in adminiſtranda iuſtitia, quibus pœnis ſubijciatur.

147 Delegatus poteſt re integra ſubdelegationem renocare, & cauſam ſibi reaſſumere.

148 Et an ad hunc effectum ſufficiat renocatio tacita.

149 Attentata ſunt omnia geſta per ſubdelegatum renocata ſubdelegatione, & tanquam talia circumſcribenda.

150 Quid de geſtis ante intimatam, & renocationem ſubdelegationis.

151 Delegatus re non integra non poteſt renocare ſubdelegationem.

152 Quid ſi delegatus ſibi aliquid reſeruaſſet.

153 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt etiam re non integra ſubdelegationem renocare.

154 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario.

155 Ordinarius ſiue cauſam committat in totum, ſiue in partem ſemper poteſt commiſſionem renocare.

156 Subdelegationis res quando non dicatur integra.

157 Iudex poteſt quandocunque renocare ſuam ſententiam interlocutoriam.

158 Index per interlocutoriam non adhuc dicitur functus officio ſuo.

159 Iudex corrigere poteſt, & emendare quod malè fecit.

160 Errorem ſuum cuique licet corrigere.

161 Conſilium mutare in melius prudentis eſt.

162 Iudex, & perſona honeſta debet corrigere ſuum errorem cautius quàm poteſt.

163 Errorem ſuum Iudex non debet ſpontè fateri, ne vileſcat eius auctoritas.

164 Iudex non debet defendere errorem ſuum.

165 Sententiam interlocutoriam renocare poteſt tam Iudex ordinarius, quam delegatus.

166 Et an ferre poſſit ſententiam contrariam priori interlocutoriæ.

167 Iudex poteſt renocare ſuam ſententiam inlocutoriam etiam parte non petente, imò, & inuitis partibus.

168 Et ſine cauſa an, & quando id facere poſſint.

169 Appellatio datur à ſententia renocatoria interlocutoria partem grauante.

170 Iudex poteſt renocare ſententiam interlocutoriam vſque ad ſententiam definitiuam.

171 Quid in calculo ferenda definitiuæ.

172 Et an elapſis decem diebus datis ad appellandum.

173 Sententia quamuis tranſeat in iudicatum quoad partem, non tamen tranſit quoad Iudicem.

174 Iudex poteſt renocare ſententiam interlocutoriam quamuis ab ea fuiſſet appellatum.

Digitized by Google

175 *Et an talis reuocatio annullet acta medio tempore facta coram Iudice ad quem.*

176 *Quid ſi Iudex appellationi detuliſſet.*

177 *Appellatione per Iudicem admiſſa abdicatur ab eo iuriſdictio, & transfunditur in Iudicem ad quem.*

178 *Sententia interlocutoria reuocari an poſſit à Iudice poſtquam fuit inhibitus per Iudicem ad quem.*

179 *Quid ſi inhibitio non ſit legitima.*

180 *Quid ſi ſententia quæ nulla.*

181 *Iudex an poſſit reuocare ſententiam interlocutoriam continentem aliquid dari, vel fieri.*

182 *Quid de interlocutoria lata ſuper incidenti, vel emergenti.*

183 *Expenſæ an, & quando refici debeant in reuocatione ſententiæ interlocutoriæ.*

184 *Sententia interlocutoria poteſt reuocari non ſolùm ſemel, ſed etiam pluries, ac millies, ſicque practicatur coram A. Cameræ, & num.* 186. *&* 187.

185 *Verbum* poſſit *extenditur in futurum.*

188 *Iudex etiam tacitè reuocare poteſt ſententiam interlocutoriam.*

189 *Concluſio in cauſa eſt decretum merè interlocutorium.*

190 *Concluſio in cauſa poſſit quandocunque reuocari.*

191 *Quid de reuocatione tacita.*

192 *Quid ſi Iudex ſibi reſeruaſſet facultatem illam reuocandi.*

193 *Concluſionem in cauſa poteſt Iudex reuocare etiam ſine conſenſu partium.*

194 *Concluſio in cauſa expreſsè reuocari non poteſt ſine iuſta cauſa, & num.* 194.

195 *Iura admitti petente parte ad reuocandam concluſionem in cauſa debet Iudex prius videre quod illa faciant ad cauſam.*

197 *Iurium admiſſione reuocari poteſt concluſio in cauſa etiam parte contradicente.*

198 *Concluſionem in cauſa reuocare non poteſt Iudex ſine rationabili motiuo, quamuis facultatem reuocandi eam reſeruaſſet.*

199 *Aliàs grauaret, & pars poſſet appellare.*

200 *Rota non admittit appellationem à reuocatione concluſionis in cauſa.*

201 *Cauſa reuocandi hanc concluſionem præſumitur iuſta præſumptione iuris, & de iure.*

202 *Concluſionem in cauſa reuocare poteſt Iudex, quando ipſe ad eam deuenit, non autem quando ad eum deuenerunt partes.*

203 *Concluſio in cauſa facta per partes tranſit in contractum.*

204 *Concluſionem in cauſa factam per partes reuocare poteſt Iudex ſic requirente honeſtate.*

205 *Vel quando apparet de notoria iniuſtitia contradicentis.*

206 *Quid ſi tractaretur de periculo animarum.*

207 *Iudex admittendo noua probationes dicitur tacitè reuocare concluſionem in cauſa.*

208 *Concluſio in cauſa circumducta dicitur per admiſſionem nouorum iurium, etiam non citata parte, in præiudicium producentis.*

209 *Sed quoad aliam partem requiritur admiſſio, & decretum.*

210 *Concluſionem in cauſa circumducere non pendet ab arbitrio partium, ſed à voluntate Iudicis.*

211 *Clauſula* Sine præiudicio concluſionis in cauſa *appoſita in admiſſione iurium, an impediat illius circumductionem.*

212 *Cautela iſta per cautos Procuratores non recipitur.*

213 *Iudex ignorans concluſionem in cauſa an cenſeatur illam voluiſſe tacitè circumducere.*

214 *Ignorantia concluſionis in cauſa non eſt in Iudice admittenda.*

215 *Arbiter poteſt reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam.*

216 *Executor mixtus reuocare poteſt ſuam ſententiam interlocutoriam.*

217 *Iudex quando poſſit reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam remiſſiuè.*

218 *Sententia interlocutoria non expectans aliam definitiuam poſt ſe non poteſt ab eodem Iudice reuocari.*

219 *Quid de interlocutoria habente vim definitiuæ.*

220 *Sententia interlocutoria definiens vnam partem ſubſtantialem iudicij, dicitur habere vim definitiuæ, quamuis non definiat totum negocium principale.*

221 *Sententia interlocutoria quando dicatur habere vim definitiuæ remiſſiuè.*

222 *Sententia interlocutoria habens vim definitiuæ reuocari non poteſt ab eodem Iudice, quando proceſſit officio mercenario, vel ad inſtantiam partis.*

223 *Iudicis officium nobile durat etiam poſt inſtantiam.*

224 *Et an Iudex ſic procedens reuocare poſſit ſententiam interlocuturiam.*

225 *Sententia interlocutoria, per quam finitur iuriſdictio non poteſt ab eodem Iudice reuocari.*

226 *Iudex, qui ſe declarauit incompetem an, & quando poſſit ob hoc decreto reponere, & cauſam reaſſumere, & num. ſeqq.*

229 *Iudex ordinarius non poteſt ſolo verbo à ſe abdicare iuriſdictionem radicatam.*

231 *Iudex delegatus declarans ſe incompetentem non in cauſa principali, ſed in aliquo articulo dependente, an poſſit huiuſmodi interlocutoriam reuocare.*

232 *Iudex laicus, qui articulum matrimonij incidentem in cauſa coram ipſo introducta remiſit ad Iudicem Eccleſiaſticum an poſſit huiuſmodi remiſſionem reuocare.*

233 *Sententiam interlocutoriam, per quam finitur iuriſdictio, Iudex delegatus poteſt inconſtans reuocare, quando ab ea fuit appellatum, & de ratione num. ſeqq.*

234 *Sententia ſuſpenditur per appellationem.*

235 *Sententia ſuſpenſa per appellationem de præſenti fingitur non lata.*

236 *Iudex delegatus an poſſit reuocare ſententiam interlocutoriam, per quam finitur eius iuriſdictio poſtquam detulit appellationi ab illa interpoſitæ, & num. 246. & 248.*

237 *Sententiam interlocutoriam reuocare poteſt tam Iudex ordinarius, quàm delegatus de conſenſu partium, quamuis per eam finiatur iuriſdictio.*

238 *Quid ſi res non ſit integra.*

239 *Sententia quando habeat vim diſinitiuæ remiſſiuè.*

240 *Sententia interlocutoria declarans appellationem eſſe deſertam, vel quod ſuper libello non ſit procedendum, non poteſt ab eodem Iudice reuocari.*

241 *Sententia interlocutoria bis confirmata reuocari non poteſt.*

242 *Appellatio non datur à ſententia bis confirmata.*

243 *Quid ſi confirmatio ſit obtenta ab eodem Iudice per viam repoſitionis.*

244 *Sententia interlocutoria lata de conſenſu partium, reuocari non poteſt ab eodem Iudice altera parte reluctante.*

245 *Quid ſtante iuſta cauſa reuocandi.*

246 *Appellationi Iudex detuliſſe quando dicatur.*

247 *Sententiam interlocutoriam an reuocare poſſit idem Iudex poſtquam appellationem ab eo interpoſitam admiſit cum clauſula* ſi, & in quantum.

248 *Sententiam interlocutoriam an reuocare poſſit Iudex, à quo poſtquam fuit inhibitus coram Iudice ad quem.*

249 *Quid ſi inhibitio eſt minus legitima.*

250 *Vel ſi inhibitio ſit nulla.*

251 *Sententia interlocutoria executioni iam demandata non poteſt ab eodem Iudice reuocari.*

252 *Siue executio facta ſit à Iudice, ſiue à parte.*

253 *Sententiam interlocutoriam trahentem ſecum executionem abſque facto hominis, idem Iudex reuocare non poteſt.*

254 *Quid ſtante conſenſu partium.*

255 *Vel concurrente iuſta cauſa reuocandi.*

256 *Sententiam interlocutoriam latam ſuper primo decreto, vel ſuper noui operis nunciatione, idem Iudex poteſt reuocare.*

257 *Sententiam interlocutoriam executioni demandatam poteſt idem Iudex ex capite nullitatis reuocare.*

258 *Sententiam interlocutoriam latam ex officio Iudicis nobili, poteſt idem Iudex reuocare quamuis executioni demandatam.*

259 *Sententiam interlocutoriam, ex qua fuit quæſitum ius parti, idem Iudex reuocare non poteſt.*

260 *Quando autem ex ea dicatur ius parti quæſitum.*

261 *Iudex quando poſſit re non integra ſententiam interlocutoriam reuocare.*

262 *Pronunciam poſitionum pro confeſſatis non poteſt idem Iudex reuocare.*

263 *Pronuncia poſitionum pro confeſſatis tribuit ius parti, & trahit ſecum executionem.*

264 *Iudex, cui fuit commiſſa cognitio articuli incidentis, vel dependentis non poteſt reuocare interlocutoriam latam ſuper eodem articulo.*

265 *Sententiam interlocutoriam latam ſimul cum definitiua non poteſt idem Iudex reuocare.*

266 *Sententia interlocutoria lata cum definitiua aſſumit vim definitiuæ.*

267 *Sententia interlocutoria non poteſt ab eodem Iudice reuocari ſtante conſuetudine, vel quod reuocari non poſſit.*

268 *Interpretatio ſemel à Iudice data obſcuris verbis ſententiæ, non poteſt ab eodem Iudice mutari, vel reuocari.*

269 *Interpretatio diſpoſitionis dubiæ ſemel facta per priuatum non poteſt ab eo reuocari.*

270 *Auditor Rotæ, cui fuit commiſſa cauſa cum facultatibus Aud. Cam. an poſſit interlocutoriam reuocare.*

271 *Appellationis cauſa diuerſificat inſtantiam.*

272 *Sententiam interlocutoriam latam per cedulam non poteſt idem Iudex reuocare, & de ratione.*

273 *Sententiam interlocutoriam reuocare non poteſt Iudex, poſtquam ab ea Signatura commiſit cauſam appellationis, & de ratione.*

274 *Quamuis illam commiſerit cum clauſula* ſine præiudicio legitimæ executionis.

275 *Et an poſſit agnita illius iniuſtitia ab vlteriore executione abſtinere.*

276 *Signatura repræſentat Papam.*

277 *Iudex idem reuocare inconſtans non poteſt ſuam definitiuam ſententiam, & de rationibus num. ſeqq.*

278 *Iudex lata ſententia definitiua functus dicitur officio ſuo.*

279 *Et deſinit eſſe Iudex in illa cauſa.*

280 *Sententia definitiua fertur cum deliberatione.*

281 *Sententiam definitiuam ſi reuocare poſſet idem Iudex nunquam daretur finis litibus.*

282 *Litium infinitas eſt contra leges, & Reipublicæ vtilitatem.*

283 *Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt etiam de conſenſu partium.*

284 *Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

285 *Iudex abſoluere non poteſt reum ſemel de crimine condemnatum, quamuis poſtea de innocentia appareret.*

286 *Et an poſſit executionem ſuſpendere donec Princeps conſultus gratiam concesserit.*

287 *Sententia in cauſa criminali nunquam tranſit in iudicatum.*

288 *Princeps in cauſis criminalibus reſcribit*

ſtante rei innocentia propter iura nouiter reperta, non autem in ciuilibus.

289 *Iudex idem non poteſt reuocare ſuam ſententiam definitiuam prætextu erroris.*

290 *Sententiam propriam reuocare non poteſt idem Iudex ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue ſubdelegatus.*

291 *Quid de Auditoribus Rotæ.*

292 *Sententiam ſuam reuocare non poteſt Iudex etiam infra* 10. *dies datos ad appellandum.*

293 *Sententiam definitiuam an idem Iudex poſſit in melius reformare.*

294 *Arbiter non poteſt ſuum laudum definitiuum reuocare.*

295 *Quid ſi data eſſet illi facultas pluries pronunciandi.*

296 *Notarius an, & quando mutare poſſit, & corrigere inſtrumenta remiſſiuè.*

297 *Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt, etiam quo ad acceſſoria.*

298 *Expenſarum, vel fructuum condemnationem, ſeu abſolutionem ſemel factam, idem Iudex reuocare non poteſt.*

299 *Acceſſorium ſequi debet naturam ſui principalis.*

300 *Sententiam definitiuam latam contra formam Statuti, vel conſuetudinis, idem Iudex reuocare non poteſt.*

301 *Acceſſoria in ſententia omiſſa poteſt idem Iudex addere eadem die.*

302 *Iudex, qui condemnauit ſuper negocio principali, nulla facta mentione fructuum, & expenſarum, poteſt eadem die illorum condemnationem addere.*

303 *Imò tenetur eadem die etiam ſuper illis pronunciare.*

304 *Quid in Arbitro.*

305 *Sententiam definitiuam non poteſt idem Index interpretari, addendo, vel minuendo aliquid de ſubſtantia.*

306 *Sententia reuocatoria definitiuæ lata ab eodem Iudice eſt nulla ipſo iure.*

307 *Et an appellatio ab ea ſit neceſſaria.*

308 *Princeps an poſſit ſententiam definitiuam ab ipſo latam mutare, & corrigere ad ſui libitum, & num.* 314.

309 *Quid dicendum de Senatoribus, & Senatu, & num.* 314.

310 *Senator, ſeu Senatus eſt loco Principis.*

311 *Senatus an poſſit mutare pœnam pecuniariam in corporalem lata ſententia.*

312 *Princeps, & Senatus mutare, & reuocare non poſſunt eorum ſententiam, niſi cum iuſta cauſa.*

313 *Senatores Galliæ quomodo mutent, vel reuocent eorum ſententias.*

315 *Sententiam definitiuam ab ipſo latam poteſt idem Iudex reſcindere per viam reſtitutionis in integrum.*

316 *Princeps ſolus ſolet concedere reſtitutionem in integrum.*

317 *Iudex, qui ſententiam trahit poteſt interdum concedere reſtitutionem in integrum.*

318 *Iudex fauore minoris per viam reſtitutionis in integrum poteſt reuocare propriam ſententiam, etiamſi minor fuiſſet læſus propter fatuitatem, vel imperitiam ipſius Iudicis.*

319 *Dummodo id expediat ipſi læſo, vel ipſe læſus conſentiat.*

320 *Iudex per viam reſtitutionis in integrum poteſt reuocare propriam ſententiam, non obſtante contraria conſuetudine.*

321 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad appellandum peti debet coram eodem Iudice.*

322 *Delegatus Principis poteſt concedere reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam interlocutoriam, non autem aduerſus definitiuam.*

323 *Delegatus aduerſus propriam ſententiam poteſt cognoſcere cauſam reſtitutionis in integrum, & interim ſuſpendere executionem, ac Principi referre.*

324 *Sententiam definitiuam nulliter latam poteſt idem Iudex reuocare.*

325 *Nullitas ſententiæ quando, & quomodo deduci poſſit coram eodem Iudice.*

326 *Iuriſdictio Iudicis Ordinarij prorogari non poteſt poſt latam ab eo ſententiam.*

327 *Sententia lata nulliter durat iuriſdictio in Iudice, quamuis Ordinario.*

328 *Sententiam propriam per ſordes nulliter latam non poteſt idem Iudex reuocare.*

329 *Quid ſi nullitas appareret ex nouis actis.*

330 *Quid ſi ſententia eſſet nulla tantummodò ope exceptionis.*

331 *Iudex delegatus non poteſt reuocare propriam ſententiam ex capite nullitatis.*

332 *Quid ſi haberet iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, & delegatam in decidendo.*

333 *Auditores Rotæ habent iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, & delegatam in decidendo.*

334 *Delegatus Principis an poſſit reuocare propriam ſententiam definitiuam ex capite nullitatis.*

335 *Delegatus ſententiam definitiuam, quàm ſine ſcriptis protulit, reuocare non poteſt, nec iterum in cauſa iudicare.*

336 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ex capite nullitatis propriam ſententiam definitiuam reuocare, & num.* 341.

337 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur cui ſub vnico vniuerſali verbo commiſſæ ſunt omnes cauſæ alicuius Vniuerſitatis, vel Territorij.*

338 *Iudices conſtituti à Feudatarijs in ſuis Caſtris ad cognoſcendum cauſas hominum ipſorum Caſtrorum, dicuntur delegati ad Vniuerſitatem cauſarum.*

339 *Quid de Vicarijs foraneis.*

340 *Iudices delegati ad vniuerſitatem cauſarum, qui ſint .*

342 *Delegatus ad certum genus cauſarum non poteſt propriam ſententiam ex capite nullitatis reuocare , & iterum de cauſa iudicare .*

343 *Delegationes tot reputantur quot ſunt cauſæ, quæ delegantur .*

344 *Delegatus , qui nulliter iudicauit per errorem facti, an poſſit ſuam ſententiam reuocare .*

345 *Executor deputatus ad prouidendum de beneficio, dicitur deputatus ad actum extraiudicialem .*

346 *Quid ſi nulliter beneficium contulit , & an poſſit illud iterum conferre .*

347 *Principis beneficium eſt latius interpretandum .*

348 *Iudex delegatus , qui non pronunciauit ſuper toto negocio , poteſt quod nulliter pronunciauit reuocare .*

349 *Quid de delegato , qui ſententiauit non ſeruata forma delegationis .*

350 *Sententia definitiua lata officio Iudicis nobili poteſt ab eodem Iudice reuocari .*

351 *Officio Iudicis nobili mulcta imponitur .*

352 *Mulctam impoſitam poteſt Iudex retractare .*

353 *Quid de pœna .*

354 *Parte confitente ſententiam definitiuam ad ipſius fauorem latam iniuſtam eſſe , poteſt Iudex eam retractare .*

355 *Cautela eueniente hoc caſu .*

356 *Quid ſi ſententia lata non eſt fauore ipſius confeſſi .*

357 *Vel quando ageretur de vinculo matrimonij .*

358 *Iudex delegatus reuocare non poteſt propriam ſententiam etiamſi pars fateretur illam eſſe iniuſtam .*

359 *Iudex reuocare poteſt propriam ſententiam definitiuam in cauſis , in quibus ſententia non tranſit in iudicatum .*

360 *Sententiam definitiuam latam in cauſa matrimonij carnalis , vel ſpiritualis , ac in cauſa vſurarum poteſt idem Iudex nouis ſuperuenientibus probationibus reuocare.*

361 *Quid in delegato .*

362 *Sententia definitiua lata in cauſa Fiſci an , & quando poſſit ab eodem Iudice reuocari .*

363 *Sententia lata contra Fiſcum legitimè defenſum , ſeruatis omnibus ſolemnitatibus reuocari non poteſt , niſi per appellationem .*

364 *Fiſcus circa reuocationem ſententiæ non habet maius ius , quam priuatus .*

365 *Sententia lata contra Fiſcum reuocari non poteſt , niſi per appellationem, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa .*

366 *Fiſco in criminalibus non datur reſtitutio contra ſententiam latam .*

367 *Sententia lata in iudicio Peritorum poteſt inuentis peritioribus retractari .*

368 *Quid concurrente Principis reſcripto .*

369 *Sententiam definitiuam reuocare poteſt idem Iudex ordinarius quando victor coram eodem patitur de viribus illius diſputari .*

370 *Quid ſi partes primæ ſententiæ renunciantes vellent coram eo ſeruato iuris ordine nouum efformari proceſſum .*

371 *Vel ſi partes abſque libello , alijſque ſolemnitatibus vellent quod Iudex ſententiaret contra primam ſententiam .*

372 *Sententia contra ſententiam non valet poſtquam prima ſententia tranſiuit in iudicatum , etiam de conſenſu partium .*

373 *Iudex poteſt interpretari , & declarare ſententiam definitiuam , quam pronunciauit .*

374 *Quid ſi declaratio immutet ſubſtantiam ſententiæ .*

375 *Declaratio non eſt prohibita illi , cui eſt prohibita emendatio , vel mutatio.*

376 *Princeps poteſt ſuam ſententiam definitiuam declarare .*

377 *Magiſtratus maiores poſſunt eorum ſententiam definitiuam declarare .*

378 *Indices inferiores an poſſint declarare eorum ſententias definitiuas .*

379 *Iudex an poſſit declarare eius ſententiam poſtquam fuit ab ea appellatum .*

380 *Iudex poteſt declarare eius ſententiam definitiuam , etiam in præiudicium iuris tertij .*

381 *Arbiter incontinenti poteſt interpretari eius laudum .*

382 *Quid ex internallo .*

383 *Iudex poſtquam terminauit eius officium non poteſt declarare ſententiam definitiuam ab ipſo latam , & num. 393.*

384 *Iudex poteſt declarare eius ſententiam, cuius verba ſunt dubia , non autem cuius ſunt clara .*

385 *Verba dubia , & obſcura ſententiæ declarari poſſunt à Iudice , etiam contra diſpoſitionem , & regulas iuris , non autem contra veram ipſorum verborum ſignificationem .*

386 *Sententia per Iudicem , qui illam protulit declarari non poteſt taliter , quod offendatur natura eius verborum .*

387 *Verba ſententiæ ſunt taliter interpretanda , quod ab ea remoueatur abſurditas , & iniuſtitia, quamuis interpretatio fiat impropriè , & largo modo .*

388 *Quid ſi immutetur natura ipſorum verborum .*

389 *Interpretatio ſententiæ taliter fieri debet , quod à ſapientibus reprehendi non mereatur .*

390 *Ideò debet eſſe laudabilis , veriſimilis , & non diſſona .*

391 *A declaratione , vel interpretatione ſententiæ an , & quando detur appellatio , vbi non datur ab ipſa ſententia.*

392 *Declaratio , ſeu interpretatio ſententiæ Iu-*

dici ,

dici, qui illam protulit ſemel tantum permittitur.

394 *Sententiam, in qua iuris ordo non fuit ſeruatus, poteſt idem Iudex renocare.*

395 *Poteſt idem Iudex mutare, & corrigere ſententiam, quam non habet pro perfecta.*

396 *Sententia poteſt declarari per deciſionem in cauſa emanntam.*

397 *Item per interlocutoriam explicando illius ambiguitatem.*

398 *Verba vltima ſententiæ corrigunt prima, & debent attendi.*

399 *Iudex ſcribens ſententiam in thalamo poteſt donec publicetur ſemel, & pluries illam lacerare, mutare, & corrigere.*

400 *Iudex in actu legendi ſententiam in ſcriptis ferendam poteſt illam corrigere.*

401 *Iudex poſtquam ſententiam ſolemniter in ſcriptis recitauit, & cauſam abſoluit, non poteſt illam amplius corrigere, etiam ſtatim.*

402 *Acceſſoria ſententiæ poteſt Iudex incontinenti, & eadem die, qua illam protulit declarare.*

403 *Correctio ſententiæ ex interuallo facta debet apponi cum illius data.*

404 *Sententiæ mutatio dicitur nouum inſtrumentum.*

405 *Reformatio gratiæ beneficij an, & quando fieri debeat ſub prima data, vel potius ſub data ipſius reformationis.*

406 *Correctio ſententiæ in vno capite iam lecto fieri poteſt per Iudicem, etiam poſt diuerſionem ad aliud caput.*

407 *Correctio ſententiæ Iudici permittitur vſque ad illius abſolutam prolationem.*

408 *Contrarietas vitiat ſententiam, vt ſi Iudex diceret condemno, & abſoluo ratione incertitudinis.*

409 *Rotæ Romanæ inconſtantia in eius deciſionibus an ſit commendanda, vel reprehenſibilis, & num. 419. & 424.*

410 *Statuta humana variantur ſecundum varietatem temporum.*

411 *Sententiæ quandoque tot ſunt, quot capita.*

412 *Stylus recipit varietatem ex tempore.*

413 *Intellectum ſuum quilibet ſequi debet in dubijs iuris, etiamſi in votando erraret.*

414 *Stylis nomine quid veniat.*

415 *Præſumptio pro modernis eſt maior, quam pro antiquioribus, & de ratione.*

416 *Iudices ceruicoſi eſſe non debent in ſuis opinionibus, itaut nolint à prudentioribus corrigi.*

417 *Magiſtratus Supremi etiam in eadem facti ſpecie mutare poſſunt opiniones, & diuerſas ferrè ſententias.*

419 *Stylus Curiæ volubilis eſt, & de ratione.*

420 *Rotæ authoritatem aufert eius inconſtantia.*

421 *Deciſiones Rotæ contrariæ allegari non poſſunt pro cauſis decidendis.*

422 *Inconſtantia in omnibus, ſed præcipuè in Iudicibus, reprobatur.*

423 *Legis vim habet, quod pro iuſtitia cum cauſæ cognitione decernitur.*

425 *Conſtitutio Pij Quarti circa Tribunal Rotæ refertur.*

426 *Ac alia Pauli Quinti.*

427 *Arreſta contraria in Parlamentis Franciæ an, & quando permittantur.*

428 *Deciſiones inter contrarias vltimæ ſtandum eſt, quando diſtinctionis fœdere conciliari non poſſunt.*

429 *Deciſionum Romanæ Rotæ auctoritas remiſſiuè.*

430 *Deciſiones nouæ attenduntur quoad futura, non autem quoad præterita acta.*

431 *Deciſiones nouæ attendendæ ſunt in concurſu antiquarum, quando emanarunt plenè diſcuſſo articulo, non autem perfunctoriè, & incidenter.*

432 *Deciſiones Rotales fundatæ in ſola auctoritate Doctorum, non ponderatis rationibus, non attenduntur.*

433 *Quid de auctoritate aliorum Doctorum.*

434 *Inquiſitor Hæreticæ prauitatis poteſt ſententiam latam contra Hæreticum non relapſum, & pænitentem mitigare.*

435 *Et è conuerſo poteſt etiam poſt ſententiam pœnam augere.*

436 *Sed an requiratur ad hunc effectum, quod in ſententia ſibi reſeruet facultatem augendi, & minuendi pœnam.*

437 *Inquiſitores hodiè pœnas non immutant, quamuis ſibi reſeruauerint facultatem, niſi conſulta Suprema Inquiſitione Romana.*

438 *Et Inquiſitores Hiſpaniarum an, & quomodo illas mutare poſſint.*

439 *Inquiſitor mutare non poteſt pœnas ipſo iure impoſitas, puta excommunicationem.*

440 *Hæretico non pænitenti, vel relapſo, vel confeſſo, aut conuicto, nec Inquiſitor, nec Epiſcopus pœnam mutare, vel diſpenſare poſſunt.*

441 *Sed illum tradere debent Brachio ſeculari.*

442 *Sententiam definitiuam quando Iudex mutare poſſit remiſſiuè.*

443 *De opinione probabili remiſſiuè.*

444 *Iudex in foro exteriori tenetur ſequi opinionem magis receptam, & magis probabilem.*

445 *Quid in foro conſcientiæ.*

446 *Confeſſarius, & Iudex an poſſint tuta conſcientia ſequi opinionem minus receptam, quam ex meliori ratione putet eſſe veram.*

447 *Sententia vnius forſan deterioris poteſt multos, & maiores aliqua ex parte ſuperare.*

448 *Iudex non poteſt ſequi opinionem minus re-*

eeptam, quando pro communi vrget aliqua lex, vel conſuetudo approbata, vel melior ratio.

449 *Trebellianica an probiberi poſſit filys primi gradus.*

450 *Quid in Statu Eccleſiaſtico.*

451 *Rotæ auctoritas extra Statum Eccleſiaſticum eſt probabilis, non autem neceſſaria pro deciſione cauſarum.*

452 *Rota eſt omnium Tribunalium Orbis Auriga, & Magiſtra.*

453 *Couarunias apud Hiſpanos ſpectatur tanquam iurium Coriphæus.*

454 *Manutentio ciuiliter poſſidenti an concedatur contra eum, qui naturaliter poſſidet.*

455 *A Decreto Auditoris Nuncij Hiſpaniarum datur appellatio ad Rotam.*

456 *Inter opiniones, quæ vtrinque communes appellantur Iudex æquiorem, & humaniorem ſequi debet,. & ſic Rota ſeruat.*

457 *Mater hæres inſtituta in vita ſua, an debeat imputare fructus in legitimam.*

458 *Legitima parentibus debetur de iure naturæ.*

459 *Rota in conflictu opinionum non tam mouetur ex numero Doctorum, quam ex firmioribus rationibus.*

460 *Hypotheca competit pro legatis conditionalibus à die obitus Teſtatoris, non à die purificatæ conditionis.*

461 *Emphyteuta non ſatisfacit facultati nominandi per ſolam ſucceſſionem ab inteſtato.*

462 *Nepos tenetur alere patruum.*

463 *Inter opiniones varias, æquè probabiles, an poſſit Iudex inconſtans modo adhærere vni, modo alteri, & numeris 467. & 470.*

464 *Opiniones æquè probabiles ſunt æquè tutæ.*

465 *Iudex an poſſit opinionem æquè probabilem ad libitum ſequi abſque peccato.*

466 *Iudicem habere amicum, vbi diſputatur de opinionibus æquè probabilibus, bonum eſt.*

468 *Iudici in re dubia non licet pro amico iudicare.*

469 *Et quomodo iudicare debeat.*

471 *Intellectus poteſt ſucceſſiuis temporibus nunc adhæreri vni opinioni, & paulò poſt illa relicta adhærere oppoſitæ.*

472 *Facto ex vtraque parte æquè probato, Iudex non poteſt totum vni parti adiudicare, & quomodo poſſit, ac debeat partes componere.*

473 *Et an poſſit quoad rem indiuiduam vti ſorte.*

474 *Iudicium ſortis appellatur iudicium ruſticorum.*

475 *Solus Papa, vel Princeps poteſt compellere partes ad concordiam.*

476 *Iudex poteſt ſuadere, non autem compellere partes ad concordiam.*

477 *Et an poſſit etiam eas compellere ad concordiam, quando ex ipſarum diſcordia adeſſet timor ſcandali.*

478 *Concordiæ quibus in caſibus olim locus fuerit.*

479 *Iudex non poteſt ſequi modo vnam, modo alteram opinionem æquè probabilem, quando exinde oriretur ſcandalum.*

480 *Alias peccaret.*

481 *Et an teneretur ad reſtitutionem.*

482 *Iudex in concurſu opinionum æqualium quando debeat iudicare pro cauſa priuilegiata.*

483 *Et quæ ad hunc effectum dicantur cauſæ priuilegiatæ.*

484 *Fauore cauſæ priuilegiatæ licet Iudici recedere à communi opinione.*

485 *Sententia ad ſui fauorem lata renunciari poteſt.*

486 *Minor poteſt ſi velit non vti ſententia reſtitutionis in integrum.*

487 *Nec cogitur pretium reſtituere, & rem emptam reddere.*

488 *Sententia ad ſui fauorem lata nemo cogitur vti.*

489 *Quid ſi ſententia fundetur in diſpoſitione iuris communis.*

490 *Vendere vni pluſquam alteri, nemo cogitur de iure.*

491 *Sententiæ obtentæ ſuper iure retractus poteſt renunciari.*

492 *Termino conceſſo de iure ſpeciali poteſt impetrans renunciare.*

493 *Quid de conceſſo à iure communi.*

494 *Emptor renunciare non poteſt ſententiæ obtentæ in ædilitia actione.*

495 *Sententia lata in actione ædilitia tribuit venditori actionem ad factum.*

496 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt.*

1 INCONSTANTIA in Iudicibus eſt reprobata, quia ipſi eam in alijs puniunt, *l. in cauſæ, §.1. ff. de Procurat. cap. 2. de reſcript. lib. 6.* Clement. 1. *de renunciationib.* Hippolyt. *ſingul.* 166. Vincent. *in l. in ratione, in princ. §. fin. ff. ad leg. falcid.* Rebuff. *in l. quod iuſſit, in princ. num. 1. ff. de re iudic.* Vbert. *de modo, & ratione citandi par. 5. formula 13. verſ. variatio.*

Primò videndum eſt, quando licita, vel illicita ſit inconſtantia in Iudice Delegato, demùm quando in Iudice Ordinario.

2 Et ſtatuenda eſt concluſio, etiam inuitum, quem cogi ad ſuſcipiendam iudicialem delegationem, *cap. ſanè, il ſecondo, cap. Paſtoralis*, & ibi Gloſs. *in verb. renitente, de offic. deleg. l. vnica, C. qui pro ſua iuriſdictione, l. munerum la ſeconda, §. iudicandi quoque neceſſitas, ff. de muner. & honor. l. Prætor, §. qui autem, ff. de vacat. & excuſ. mun. l. ſancimus, la prima, C. de Aduocat. diuerſ. Iud.* & ibi

Digitized by Google

Gloſs. & Doctor. Rota *deciſ. 12. num. 1. de Præbendis in nouis*, Caſſador. *deciſ. vnic. de verb. ſignificat. num. 4.* vbi de officio Collectoris Monet. *de decimis quæſt. 5. num. 191. & de Conſeruat. cap. 10. numer. 341.* Barboſ. *l. cum Prætor, §. 1. numer. 161. ff. de iudic.*

3 Suſcepta ergò delegatione non poteſt Iudex Delegatus inconſtans ſine iuſta cauſa ſe exonerare ipſa delegatione, *dicto cap. Paſtoralis*, ibi, *dummodò ipſe exonerare ſe ipſum malitiosè non quærat, cap. Si pro debilitate, de offic. deleg.* Monet. *de conſeruat. dicta quæſt. 10. numero 341.* Barboſ. *loco citato num. 161.*

4 Sed an ſaltem poſſit vices ſuas ſubdelegare? Diſtinguendum eſt in Delegato à Principe, & in Delegato ab inferiori à Principe: Priori caſu licita eſt inconſtantia, quia Delegatus à Principe hoc habet à lege priuilegium, vt vices ſuas alteri delegare poſſit, Abb. *in cap. Paſtoralis, in 1. notab.* & ibi Felyn. *in princ. l. à Iudice, C. de iudic.* Iacob. Niger *in l. 1. ff. de offic. eius*, Syntagm. *comm. opin. to. 4. cap. 28. in princ.* Peregrin. *de iuriſd. ordin. & deleg. ad rubr. lib. 1. num. 6. fol. mihi 16.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 54. & conſ. 17. num. 2. & 3. lib. 1.* Germon. *lib. 1. animaduer. cap. 8.* Quintanaduennas *de iuriſd. & imper. cap. 6. nu. 13. & cap. 11. per tot.* Peregrin. *de citat. real. lib. 1. cap. 1. num. 424.* Solozan. *de iur. Ind. cap. 4. num. 36. lib. 2.* Capyc. *in praxi par. 2. cap. 1. num. 163.* Fagnan. *in 2. par. princip. decretal. cap. quoniam, de offic. deleg. nu. 1. & 9.* Coccin. *deciſ. 1496. num. 2. & deciſ. 1749. num. 6.* Ratio eſt, quia in cauſa delegata
5 ipſe Delegatus cenſetur maior quilibet ordinario, *l. fin. §. penult. ff. de damn. infect. cap. ſanè, il ſecondo, de offic. deleg. cap. Paſtoralis, de offic. ordin.* Gratian. *cap. 111. nu. 65.* Fagnan. *ſuper dicto cap. ſanè, il ſecondo, nu. 1.*
6 Si ergò ordinarius poteſt delegare, multo fortius delegatus Principis, Felyn. *in dicto verb. Delegatus Papæ*, quæ tamen ratio non placet Petro Barboſæ *in l. cum Prætor, §. 1. num. 387. cum ſeq.*

7 Quæ concluſio habet locum, ſiue Princeps ex officio, vel motu proprio, ſiue de conſenſu partium dederit Delegatum, *cap. fin. de offic. deleg. in princip.* & ibi Abb. *num. 1.* & cæteri Canoniſtæ, quos adducit Barboſ. *dicto cap. fin. in princip.* Iaſon *d. l. à Iudice num. 11.* Fagnan. *dicto cap. quoniam, de offic. delegat. num. 1.*

Secundò habet locum, ſiue adſit iuſta
8 cauſa delegandi, ſiue nulla, Gloſs. *in dicto cap. Paſtoralis, verb. exoneratus, de offic. deleg.* Felyn. *in repert. in verb. deleg. Papæ, verſ. ſecundò extende*, Dec. *in cap. ſi pro debilitate num. 9. ff. de offic. deleg.* vbi latè Iaſ. *num. 11. verſ. 2.*

9 Tertiò habet locum huiuſmodi ſubdelegatio etiam inuitis partibus, Felyn. *loco citato, verſ. 3. Extende*, Iaſon *dicta l. à Iudice num. 11. verſ. 3.*

10 Quartò habet locum, non ſolùm quando vnus ſolus datus eſt delegatus, ſed etiamſi habeat Collegam, qui velit per ſe procedere, hoc enim non obſtante poterit procedere ad ſubdelegationem, *cap. Quamuis, de off. delegati*, & ibi Doctores allegati à Barboſa *d. cap. Quamuis*, Felynus *loco citato verſ. 4.* Iaſon *loco citato num. 11. verſ. 4.*

11 Quintò habet locum, ſiue velit delegare totam cauſam, ſiue modicam, & etiam reſeruare ſibi ſolam ſententiam, *cap. Super quæſt. de offic. deleg. cap. ſi delegatus, de offic. deleg. in 6.* & ibi Barboſa *num. 16.*

12 Sextò, habet locum multò magis, ſi Delegatus eſſet ad vniuerſitatem cauſa-
13 rum, quia reputatur quaſi Ordinarius, & propterea ſubdelegare poteſt, *l. 1. §. Ab eo, ff. quis, & à quo*, & ibi Gloſs. *verb. Non ipſe, & verb. Ab eo*, Gloſs. *in d. l. à Iudice, verb. Non habet, C. de Iudic. & in cap. Cum cauſam, verb. Delegatus*, Hoſtien. *cap. fin. de off. Ordin.* alios tam Canoniſtas, quàm Iuriſtas, Summiſtas, & Theologos adducit more ſuo Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſputat. 31. num. 2.* Fragoſ. *de regim. Reipub. par. 1. lib. 4. numero 129.* vbi reprobat Dec. *in cap. Cum cauſam num. 7. de appellationibus*, & Curtium iuniorem *in l. More maiorum num. 67. ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* contrarium ſentientes.

14 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam in Delegato immediatè à Principe, ſecus autem in illius Subdelegato, quia licet ille poſſit ſubdelegare, hic autem non, etiam quod haberet à Delegante facultatem ſubdelegandi, quam illi concedere non poteſt, Gloſs. *in cap. Super quæſt. §. Porrò, verb. Transferre, de off. Deleg.* vbi Abb. *eod. §. num. 2.* cum alijs per Sanchez *loco citato num. 9.* Peregr. *ad rubr. de off. & poteſt. Iud. Deleg. num. 12.* Cauendum eſt propterea à Iaſ. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* qui *numero 9.* dicit, fortaſſe hanc facultatem ineſſe in Delegato Principis, quia contra eum eſt communis opinio, vt benè poſt multos idem Sanchez *loco cit.*

15 Dic ſecundò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando eſſet electa induſtria perſonæ, tunc enim Delegatus à Principe ſubdelegare non poteſt, *cap. fin. §. Is autem, de off. Deleg.* & ibi Gloſs. & Doctor. *cap. Is cui eodem tit. in 6.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 54. num. 8.* Capic. *deciſ. 151. numero 5.* Monaldus *conſ. 143. num. 12.* Honded. *conſil. 55. num. 79. lib. 1.* cum alijs per Barboſ. *ad dicto cap. fin. §. Is autem, de off. & poteſt. Iud. Deleg.* Rota *deciſ. 234. num. 1. parte 1. & deciſ. 38. à num. 24. par. 6. recent.* Coccin. *deciſ. 1153. num. 3.*

16 Quæ concluſio procedit, quamuis iſte
ſic Delegatus eſſet Delegatus à Principe
ſupremæ poteſtatis, Cochier. *ad reg. Can-
cell.47. num.7.* Rota *deciſ.462. num.3. par.2.
recent.* Barboſ. *loco citato,* Fragoſ. *de regim.
Reipub.d. diſput.10. lib.4. num.124.*
17 Electa autem induſtria perſonæ non
cenſetur in dubio ad impediendam ſub-
delegationem, ex *dicto cap. fin.* Peregrin.
loco cit. num. 8. Barboſ. *dicto cap. fin. num.4.*
Gratian. *diſcept.644. num.23. & 24.*
18 Sed tunc, quando commiſſa eſſet gra-
uis, & ardua cauſa, Abb. *dicto cap.fin. nu.6.*
Felyn. *num.4.* Bald. *conſil.123. num.5. & 6.
verſ. tertium eſt magnitudo negocij lib. 5.* Cra-
uett. *conſ.303.num.3.* Capic. *dicta deciſ.151.
num.6.* cum alijs per eundem Barboſ. *dicto
cap. fin. num.5. & de poteſt. Epiſc. par.3. alle-*
19 *gat. 84. num. 12.* vbi de cauſa matrimon.
Rota *dicta deciſ. 38 num.44. & d. deciſ.234.
num. 3. par.1. recent.*
Et quamuis Abb. *dicto §.is autem num.6.*
& alij, quos refert Petr. Barboſ. *in dicta l.
cum Prætor, §.1. num.463. ff. de iudic.* volue-
rint ex ſola grauitate cauſæ non cenſeri
electam induſtriam perſonæ, niſi aliunde
de hoc conſtet.
20 Nihilominus verior ſententia eſt, quod
magnitudo negocij per ſe ſola ſufficiat,
vt dicatur electa induſtria perſonæ, Innoc.
cap. cum Apoſtolica num. 2. de offic. delegat.
Bald. *dicto conſ.123. num.5. & 6. lib.5.* Rota
dicta deciſ. 234. num. 3. Menoch. *de arbitr.
lib. 1. quæſt. 68. num.15. & caſ. 205. num.1.
& præſumpt.92. num. 43. lib. 6.* Quod vide-
tur probari expreſsè *in dicto cap. fin. §.is au-
tem,* vbi tantummodo ſit mentio de ne-
gocijs grauibus, nempe de prouiſionibus
Eccleſiarum, earumque Miniſtris, vt
cenſeatur denegata ſubdelegatio, & ibi
Innocent. Rota *dicta deciſ. 38. num. 45. &
46. par. 6. recent.*
21 An verò negocium ſit magnum, & ar-
duum, relinquitur arbitrio Iudicis, Imol.
*in cap.fin. nu.12. de donat. in cap. Sedes nu.65.
& 72. de reſcript.* cum alijs per Menoch.
22 *d. caſ. 205. num. 3.* vbi, quod cauſa matri-
monialis inter ardua negocia connume-
23 ratur, *cap.vlt. de Procurat. in 6.* Item cauſa
hæreſis, *cap. litteras, de præſumpt.*
24 Vel, ſi fidei, & diligentiæ commiſſum
fuerit negocium, Innocent. *dicto cap. cum
Apoſtolica num.2. de offic.delegat.* & ibi Bald.
num.6. Imol. *nu.7.* Menoch. *dicta quæſt.68.
num.11.* Rota *dicta deciſ.234. num 2.*
25 Item, ſi fuerit dictum, quod delegatus
per ſe cognoſcat, nempe *per te*, vel *per
vos*, Follet.ad Marant. *de ordin.Iudic.par.4.
diſtinct.5.nu.27.* Caualcan. *deciſ.46. nu.384.
par.2.* Ricc. *deciſ.88.par.1.num.1.verſ.tertio
quando,* Barboſ. *dicto cap. fin. num.8. verſ.4.*
26 vbi ſubiungit, quod minus dubitationis
habet, ſi addatur dictio *ipſum*, nempe *per
te ipſum,* Abb. *dicto cap. fin. num.1.* Felyn.
num.3. Ricc. *dicta deciſ.88.num.1.* Menoch.
præſumpt.21. nu.9. lib. 2. cum alijs per eun-
dem Barboſ. *loco cit.*
27 Pariter, ſi dictum ſit in reſcripto, *con-
fiſi de tua prudentia, & dexteritate,* Honded.
conſ. 55. num.77. lib. 1. Maſcard. *de probat.
concluſ. 594. num. 34.* Rauden. *reſponſ. 26.
num.181.* Ricc. *dicta deciſ.88. nu.1.* Barboſ.
dicto cap. fin. num.9.
28 Item, ſi dictum eſſet, *perſonaliter exe-
quaris,* Menoch. *dicta quæſt.21. num.13. &
14.* Maſcard. *loco cit.num.4.* Gonzal. *ad reg.
Cancell. 8. gloſ.43. num. 23.* Barboſa *ibidem
num. 10.*
29 Pariter ſi diceretur, *diſcretione tua man-
damus,* Maſcard. *dicta concluſ. 594. nu-
mer.5.* Antonin. *var.lib.1.reſolut.89. num.2.*
Marta *clauſ.199.nu.3. par.1.* Barboſ. *loco cit.
nu.11.* Rota *deciſ. 628. num.7. par.3.recent.*
30 Item, ſi dictum eſſet, *conſcientiam one-
ramus,* Abb. *dicto cap. fin. num. 7.* Felyn.
num. 2. Iaſon *dicta l. à Iudice num.11. verſ.
quintò limita, C.de iudic.* Menoch. *d.quæſt.21.
num.12. & de arbitr. quæſt.68. lib.1. num.12.*
cum alijs per Barboſ. *dicto cap. fin. num.12.*
quibus addo Fragoſ. *de regim.Reipub. par.1.
lib.4. diſput.10. num.124.*
Et quamuis Nauarr. Rodriquez, Ricc.
& Genuen. *in prax. allegati* à Barboſa con-
trarium teneant, quod hoc etiam caſu li-
cita ſit ſubdelegatio, non recedas tamen
ab opinione ſupradicta, quam tenet Rota
dicta deciſ.628. num.7. in fin. par.3. recent.
31 Cenſetur denique electa induſtria per-
ſonæ, ſi in commiſſione dictiones, & clau-
ſulæ ſint perſonaliſſimæ, Caſtren. *conſ.177.
& 221. lib.2.* Rota *in Romana Vineæ 19. No-
uembris 1629. coram R. P. D. Terracinen. &
coram eod. deciſ.68. num.5. par.7. recent.*
32 Ex ſupradictis de induſtria perſonæ ele-
cta infertur, quod officiales omnes perſo-
naliter ſeruire tenentur, nec inconſtantes
recepto officio poſſunt per alium deſerui-
re, Auth. *vt nullus Iudex, in Rubr. l. inter Ar-
tifices,* vbi Bartol. *ff. de ſolut. l. nullus la terzu,
C. de decur. lib.10.* vbi Gloſs. *in verb. decora-
tus,* allegat iura Capic. *dicta deciſ.151.nu.1.*
latè Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 29. à
num.1.* Gabriel. Berart. *in ſpeculo viſitationis
cap.16.num.48.* Menoch. *de præſumpt. lib.2.
dicta præſumpt. 21.* Giurb. *conſ. 36. à num.1.*
Fulu. Conſtant. *in l. nullus, C. de decur. lib.10.*
Amaya *ibidem num.1.*
33 In tantum, quod nec etiam à loco ad-
miniſtrationis recedere poſſunt, Bald. *l.
illud, ff. de offic. Præſid.* Pariſ. de Put. *de ſindi-
cat. in verb. licentia offic.* Maſtrill. *loco cit.
num. 6.* Berart. *loco cit. num.50.* etiamſi per
34 noctem vellent recedere, vel recreationis
cauſa, Afflict. *in Conſtit. Regni Statuimus no-
tab.6.* Vincent. de Franch. *deciſ.455.* Ma-
ſtrill. *de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. numer. 258.*

35 Berart. *loco cit. num.* 50. Et ſi, abſque licen-
tia ſuperioris recedant, indiſtinctè priuan-
tur ſalario, *l.* 3. §. *qui militia, ff. de re milit.*
36 Imò, & officio, Cagnol. *in l. diem functo
num.* 212. *ff. de offic. Aſſeſs.* Viu. *deciſ.* 356.
num. 2. Berart. *loco cit. num.* 51. & 52. Ideo
in Regno Neapolitano Iudices Vicariæ,
& alij, quos numerat Maſtrill. *d. cap.* 29.
lib. 1. *à num.* 8. per ſubſtitutum deſeruire
non poſſunt.
37 Pariter hæreticæ prauitatis Inquiſitores
per ſe, non autem per ſubſtitutos deſerui-
re poſſunt, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 41.
num. 35. Maſtrill. *loco cit. num.* 18.
38 Si tamen conſuetudine introductum ſit,
vt officiales ſubſtituant, hoc illis erit per-
mittendum, Bartol. *in l. nemo eſt, qui ne-
ſciat, ff. de duob. reis,* idem Bart. & Bald. *in l.
obſeruare, ff. de offic. Pro-conſ.* Afflict. *deciſ.* 22.
Capic. *dicta deciſ.* 151. *num.* 2. cum alijs per
Maſtrill. *loco cit. num.* 20. qui *num.* 24. ſu-
39 biungit, in Regno Officiales poſſe ad
mentem per totum annum, idque de
licentia Principis ſubſtituere.
40 Pariter in caſu infirmitatis poterit Offi-
cialis per ſubſtitutum deſeruire, *l.* 2. *C. de
offic. eius, qui vic. ger. l.* 1. *ff. de offic. eius,*
vbi Alexan. Angel. *in auth. vt elect. apud
pop. collat.* 6. Maſtrill. cum alijs *loco citato
num.* 25. Amaya *loco cit. num.* 3.
41 Et in hoc caſu ſtatur aſſertioni Officia-
lis ſubſtituentis, Gloſs. *in cap. Paſtoralis, in
verb. exonerare, de offic. delegat.* Bald. *in cap.
de cauſis, eod. tit. & in l. Imperium num.* 9. *ff.
de iuriſdict. omnium Iudicum,* Alexan. *l.* 1.
num. 55. & ibi Dec. *num.* 66. vbi de com-
muni, *ff. de offic. eius,* cum alijs per Maſtrill.
42 *loco cit. num.* 26. & eſt ratio, quia lex mul-
tum præſumit pro Iudice, Bald. *in rubr. de
offic. delegat.* Iaſon *l. donat. in fin. C. de
collat.*
43 Item, ſi pro ſeruitio Principis ſit receſ-
ſurus, durante abſentia poterit alterum
ſubſtituere, Maſtrill. *loco cit. nu.* 28. Amaya
dicta l. nullus num. 30.
44 Vel, ſi habeat facultatem in priuilegio
officij, vel licentiam extra illud ſubſti-
tuendi à Principe, ad Text. *in l. nullus, C. de
decur. lib.* 10. Maſtrill. *dicto loco num.* 29.
Amaya *loco cit. num.* 29.
45. An autem ſubſtituens teneatur de ex-
ceſſibus ſubſtituti? vide apud eundem
Amaya *dicta l. nullus.*
46 Redeundo ad primam quæſtionem,
tertiò dic, illicitam eſſe inconſtantiam,
quando tractatur de cauſis, quæ de ſui
47 natura non ſunt delegabiles, prout ſunt
de iure ciuili cauſæ meri, vel mixti impe-
rij, *l.* 1. *in princ. ff. de offic. eius,* tunc enim
delegatus Principis non poteſt ſubdelega-
48 re, ne duo ſpecialia circa idem concur-
rant, Alex. *in l.* 1. *ff. de offic. eius num.* 2.
cum alijs, quos adducit Iaſ. *in dicta l. à Iu-
dice num.* 11. *verſ. quartò limita.*
49 Contrariam tamen opinionem, quod
cauſæ meri, & mixti imperij poſſint à de-
legato Principis ſubdelegari, voluere per
Text. *in l. vnic. in fin. C. qui pro ſuo iuriſd.*
& in Clement. 1. §. 1. *ad fin. de Hæret.* Batt.
l. 1. *num.* 10. *ff. de offic. eius,* & ibi Iaſ. *num.* 3.
Rimin. *num.* 30. Dec. *num.* 84. Curt. iun.
num. 74. Iaſ. *dicta l. à Iudice num.* 11. *C. de
iudic.* Corn. *conſ.* 34. *num.* 10. *lib.* 1. Guido-
pap. *deciſ.* 624. cum alijs latè congeſtis per
Petr. Barboſ. *dicta l. cum Prætor,* §. 1. *ff. de
iudic. à num.* 509.
50 Quæ opinio multò magis procedit de
iure Canonico, ex cuius diſpoſitione cau-
ſis meri, & mixti imperij delegari poſſe,
voluit Gloſs. *cap. quod ſedem, de offic. Ordin.*
Gloſs. *fin. in cap. in Archiepiſcop. de raptor.*
Gloſs. *in cap. peruenit* 95. *diſtinct.* Alex. *l.* 3.
num. 6. & ibi Iaſon. *nu.* 28. Curt. iun. *nu.* 27.
Purpurat. *num.* 492. *de offic. eius,* cum alijs,
quos congerit Petr. Barboſ. *loco cit. num.*
517. Ideò cauendum eſt ab Imol. Felyn.
Alciat. & Couuarr. *locis relatis ab eodem*
Petr. Barboſ. *num.* 519. qui contrarium
tenent.
51 Quartò dic, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, quando Princeps delegaret actum
nudi miniſterij, puta ambaſiatam, vt dicit
Iaſon *in dicta l. à Iudice num.* 11. *verſ.* 12.
limit. per multa iura, quæ ibi allegat, Rota
d. deciſ. 38. *num.* 24. *par.* 6. *recent.*
52 Si autem circa nudum miniſterium ali-
quid implendum eſſet, quod ſonaret in
merum factum, vtique poſſet alteri com-
mittere, *cap. ex litteris, de offic. delegat. cap.* 2.
de dolo, Rot. *dicta deciſ.* 38. *num.* 31.
53 Dic quinto, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, quando Princeps delegaret ea, quæ
54 ſunt ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ po-
teſtatis, quæ enumerat Bald. *in l.* 1. *C. de
iur. aur. anul. & in l. reſcripſit,* vbi Iaſ. *C. de
precib. Imper. offer.* quia ex grauitate nego-
cij cenſetur electa induſtria perſonæ, Iaſ.
dicta l. à Iudice num. 11. *verſ.* 13. *limita,* vbi
55 ponit exemplum in legitimatione, Petr.
Barboſ. *in dicta l. cum Prætor,* §. 1. *num.* 313.
314. & 315.
56 Dic ſextò, ceſſare inconſtantiam, ſi
delegatus fuiſſet recuſatus tanquam ſuſpe-
57 ctus, quia oppoſita recuſatione illius iu-
riſdictionis exercitium eſt ſuſpenſum, *cap.
Iudex, de offic. delegat. in* 6. Vant. *ex defectu
Iudic. delegat. num.* 33. Hoc tamen intelli-
58 ge, niſi adſit conſenſus recuſatoris, quia
tunc non ſolùm propoſita, ſed etiam pro-
59 bata cauſa ſuſpicionis licita eſt ſubdele-
60 gatio, Gloſs. *vlt. in cap. cum ſpeciali, in
princ.* & Gloſ. *penult. in cap.* 2. *requiris,* §. *vlt.
de appellat.* Franc. *dicto cap. Iudex not.* 2.
Anchar. *num.* 4. Gemin. *num.* 3. cum alijs
per Barboſ. *dicto cap. Iudex num.* 4.
61 Cæterum, ſi ſuper recuſatione iam eſ-

Digitized by Google

ſet per arbitros pronunciatum, quia recu-
62 ſatus Iudex eſſe deſijt, & iuriſdictionem
amiſit, neque de conſenſu recuſatoris,
neque etiam de conſenſu vtriuſque partis
63 poterit ſubdelegare, quoniam partes con-
ferre iuriſdictionem non poſſunt ei, qui
nulla ratione eſt Iudex, Abb. *in dicto cap. cum ſpeciali num.* 4. Molin. *de iuſtit. & iur. tract.* 5. *diſput.* 23. *num.* 14. Barboſ. *dicto cap. Iudex num.* 7.

64 Si autem ſuſpicio tanquam friuola re-
iecta eſſet, non impediretur ſubdelegare,
Franc. *dicto cap. Index num.* 7.

65 Delegatus verò ab inferiore à Principe
non poteſt inconſtans alium ſubdelegare, *cap. ſuper quæſt.* § *Si verò, de offic. delegat. cap. cum cauſ. de appellat. l. à Iudice, C. de indic. l. more maiorum, ff. de iuriſd. omnium Iudicum*, Peregrin. *ad rubr. de offic. & poteſt. Iud. deleg. num.* 6. Felyn. *in dicto cap. ſuper quæſt.* §. *Si*
66 *verò num.* 16. Quod amplia etiamſi in iſto
delegato concurreret aliquid poteſtatis
datæ à Principe, vt eſt caſus *in d.* §. *ſi verò*, Felyn. *ibidem num.* 16. *verſ. & iſta ſit regula.*

67 Primò, limita in delegato Pro-conſulis, Gloſs. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* Felyn. *in dicto* §. *ſi verò num.* 16. *verſ. fallit primò*, vbi aſſi-
68 gnat tres rationes huius limitationis, qua-
rum melior eſt, quia Pro-conſul in Pro-
uincia, in qua eſt datus, redactus eſt ad
inſtar Principis, *l. nec quiſquam, ff. de offic. Pro-conſul.*

69 Secundò, fallit in delegato Legati à la-
tere, quia poteſt ſubdelegare, Bald. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* Abb. *in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Angel. *in dicta l. cum Prætor*, §. 1. *ff. de Iudic.* Felyn. *dicto* §. *Si verò nu.* 16.
70 *verſ. ſecundò fallit*; tum quia Pro-conſuli
æquiparatur, *cap.* 2. *de offic. delegat. in* 6.
71 tum quia in Prouincia eſt omnibus maior
poſt Papam, *cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6.
72 tum denique, quia æquiparatur Præfecto
Prætorio, Gloſs. *in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* Felyn. *vbi ſupra.*

73 Contrarium voluere Archidiac. Io.
Andr. & Bonaccin. *in dicto cap.* 2. & Ro-
man. *in l. & quia, ff. de iuriſdict. omnium Iudic.*
74 ea ratione, quod delegatus Legati à la-
tere non æquiparatur Legato Pro-conſu-
lis, quod voluit latè Couuarr. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 10. quem ſequitur Zoeſ. *ad tit. de offic. delegat. num.* 6.

75 Sed non recedas à communi opinione,
pro qua eſt Textus *in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Felyn. *loco cit. num.* 17. & hanc ſe-
quitur, & benè probat Gambar. *de poteſt. Legati à latere lib.* 8. *de poteſt. Legat. in Iudicialibus à num.* 140.

76 Tertiò fallit in Delegato ad Vniuerſi-
tatem cauſarum, hoc eſt in Vicario Epiſ-
77 copi foraneo dato in vna parte Diœceſis,
de quo in Clement. 2. *in verbo Foraneo, de reſcriptis*, & hanc opinionem tenet Gloſs. *in cap. cum cauſam, in verb. Delegatus, in fin. de appellat.* Bartol. *in l.* 1. *ff. qui, & à quo, & in l. more, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, & in dicta l. à Iudice*, Felyn. *in dicto* §. *Si verò num.* 17. *verſ. tertiò fallit*, Fagnan. *in dicto cap. cum cauſam, de appellat. num.* 3.

78 Quod tamen intellige dummodò vnam
cauſam ſolùm ſubdeleget, ſecus tamen, ſi
Vniuerſitatem cauſarum, quia non po-
teſt, Argum. *l. penult.* & ibi *not. ff. de offic. Præſid.* Fragoſ. *de regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 4. *diſput.* 10. *num.* 131. Felyn. *loco cit. num.* 17. *verſ. limita quarto.*

79 Quartò fallit in Delegato inferioris da-
to cum poteſtate expreſſa ſubdelegandi,
vt, ſi Epiſcopus committat cauſam, &
dicat *expedias per te, vel per alium*, Gloſs. *fin. in cap. is, cui ab Apoſtolica, de offic. deleg. lib.* 6. Abb. *in dicto cap. cum Bertoldus, & in dicto* §. *Si verò, in princ.* Rota *deciſ.* 103. *in nou. aliàs* 14. *de offic. delegat.* cum alijs per
Felyn. *loco cit. num.* 18. Quod tamen pro-
80 cedit, niſi daret poteſtatem ſubdelegandi
nomine ipſius ſubdelegati, Angel. *in l. & quia, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum*, Felyn. *loco cit. num.* 18. *verſ. niſi.*

81 Quintò fallit in Delegato inferioris
ſubdelegante vnum articulum non iuriſ-
dictionalem, Abb. *in dicto cap. cum Bertoldus, de re iudic. num.* 19. *verſ. quæro*, Felyn. *dicto* §. *Si verò num.* 19. *verſ. Fallit quintò.*

82 Fallit ſextò, niſi conſuetudo aliter diſ-
ponat, Text. eſt cum Gloſs. *in l. cum Prætor*, §. 1. *ff. de Iudic.* de quo exclamat ibi
Angel. dicens, eſſe meliorem Textum de
corpore iuris, Felyn. *dicto* §. *Si verò nu.* 19. *verſ. ſextò fallit.*

83 Fallit ſeptimò, niſi lis eſſet conteſtata
coram Delegato inferioris, Gloſs. *in l. legatus, ff. de offic. Pro-conſul.* cum alijs per
Felyn. *loco cit. verſ. vlt.*

84 Dic tamen generaliter, quod quotieſ-
cunque eſt licita ſubdelegatio, non poteſt
fieri extrà locum delegationis, etiam de
conſenſu partium, Io. Andr. *in cap. ſtatutum*, §. *in nullo, de reſcriptis in* 6. & ibi Ge-
min. Felyn. *in cap. cum olim, de except. nu.* 3. *verſ. dum dicit Abb.*

85 Nec poteſt fieri alijs perſonis, quàm
expreſſis *in dicto cap. ſtatutum*, §. *in nullo, de reſcript. in* 6. Io. Andr. Gemin. & Felyn. *loco cit.*

86 Sed quia dictum eſt *ſupra*, non poſſe
Delegatum, acceptata delegatione, incon-
ſtantem eſſe, & renunciare delegationi,
niſi ex iuſta cauſa, videndum eſt, quænam
ſint iuſtæ cauſæ in caſu, de quo agitur.

87 Et primò, iuſta cauſa erit debilitas cor-
poris grauis, quæ cauſet impotentiam ad
laborem, per Text. *in dicto cap. ſi pro debilitate, l. ſi Logicis, ff. de Indic. cap. quærebatur, de iureiur. l. quæſitum, ff. de re Indic.* Gloſs. *in cap. communis filius*, 23. *diſtinct.* Felyn. *dicto*

cap. ſi pro debilitate num. 3. Dec. in princip. vbi; quod debilitas eſt, quando officium membri impeditur, Menoch. de arbitr. caſ.60. num.15. ad fin. & num.20. ad fin.

88 Secunda cauſa erit ægritudo, quæ in caſu, de quo agitur, non differt à debilitate, cap. ſi quis teſtium, de teſtib. cum aliis per Dec. dicto cap. ſi pro debilitate num. 2. Felyn. num.3.

89 Tertia cauſa erit conualeſcentia, cum debilitate, ex dicta l. ſi quis teſtium, ff. de teſtib. l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caut.

90 per quam legem dicit Bartol. in l. prægnantis, ff. de pœnis, quod illa, quæ peperit poſt quadraginta dies non poteſt torqueri, de quo Farin. de indic. & tortur. quæſt. 41. num. 79. Felyn. dicto cap. ſi pro debilitate num. 3.

91 Quarta cauſa eſt neceſſitas, vt in Textu in dicto cap. ſi pro debilitate, Guidopap. ibid. num.1. Felyn.num.4. qui dicit, quod neceſ-

92 ſitas debet eſſe talis, in qua immineat periculum, ſecus ſi facilè poſſet expediri.

93 Quinta cauſa erit alia ſimilis, vt in dict. Textu, vbi Gloſs. in verb. alia, exemplifi-

94 cat, ſi Delegatus debet ire ad Regem.

An autem credatur Delegato dicenti, ſe impeditum? Felyn. in dicto cap. ſi pro de-

95 bilitate, tenet, quod debeat fieri fides de impedimento, & ſic non ſtatur dicto Delegati, vt ibidem num 4. Imol. ibid. tenet, ſtari dicto Delegantis, niſi præcedant aliquæ coniecturæ, quod non ratione impedimenti, ſed nè diſpliceat parti, fecerit ſubdelegationem: Dec. verò in dicto cap. num. 43. tenet indiſtinctè ſtari dicto Delegantis ſuper impedimento, ſiue enim Delegatus poſſit ſubdelegare, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, & hoc caſu non videtur dubitandum, ſiue non poſſit, niſi ex iuſta cauſa, & hoc caſu dicto Iudicis eſt ſtandum, quia, quidquid ſit in priuato, tamen quia pro-iudice præſumitur, nimirum ſi eius dicto ſtatur, remittit tamen ſe ad ea, quæ dixit in cap. cum ſit Romana, de appellat. in princip. vbi tenet contrarium, nempe non ſtari dicto Iudicis Delegantis circa impedimentum.

96 Quid dicendum, Ego non diſcedo ab opinione Imolæ, tum quia Delegatus Principis hoc habet ex priuilegio, vt etiam nulla ſubſiſtente cauſa poſſit ſubdelegare, vt latè voluit Barboſ. ad l. cum Prætor, §. 1. num. 396. de iudic. Tum multò magis ſi adſit aliqua cauſa, vel aliquod impedimentum, de quo ipſe fidem faciat, vt dicit Dec. dicto cap. ſi pro debilitate n.44. quamuis in Delegato inferioris, qui ſine iuſta cauſa ſubdelegare nequit, communis ſit opinio, eidem credi, ſi aſſerat, ſe ex iuſtis cauſis ſubdelegare, vt per Gulielm. de Cun. Alber. Bald. & Signorol. quos refert Dec. loco cit. & in l.1. num. 69. ff. de offic. eius, & ibi Rimin. num. 23. Paulus de Or ian. num. 119. Curt.iun. num. 69. Sappia num. 75. Purpurat. num. 546. Bolognett. num.124. Iaſon in l. ſi donatione, col.vlt.verſ. ego vltra, C. de collat. & conſ.227. num. 39. lib.2. & conſ.101. lib. 4. Ruin. conſ.98. nu.8. lib.4. & conſ.3. num.1. lib.5. Thom. Ferrar. cautel. 11. quamuis aliter ſenſerint Cardin. in cap. Paſtoralis, de offic. deleg. Felyn. dicto cap. ſi pro debilitate num. 5. Dec. ſibi parum conſtans in cap. quæ in Eccleſiarum num. 28. de Conſtit. & in dicto cap. cum ſit Romana, Iaſ. ſibi contrarius in l. 1. num.60. ff. de offic. eius, & ibi Iacob. Niger num.122. ſed non eſt recedendum à communi, de qua Menoch. de arbitr. lib.1. quæſt.76. num.15.

Sed quid, ſi cauſa fuerit delegata cum conditione, quod Delegatus teneatur ſe-

97 qui alicuius conſilium, an poſſit inconſtans illud non ſequi? Tu dic, non poſſe eſſe inconſtantem, ſed teneri ſequi conſilium cum Commiſſio facta eo modo teneat, vt voluit Abb. dicto cap. ſi pro debilitate, Bartol. in l. 1. §. ſi plures, col. fin. verſ. ſeptimò quæro, ff.de exercit. act. Bald. in auth. ad hæc, C.de Iudic. Dec.dicto cap. ſi pro debilitate num.70. qui reprobat Barbatiam contrarium tenentem, Felyn. dicto cap. ſi pro debilitate num.5. in fin. Lancellott. de attent. par.2. cap.9. num.3.

98 Primò limita, quando Delegatus adſtrictus eſſet ad conſilium laici in cauſa ſpirituali, Hoſtien. in dicto cap. ſi pro debilitate, quem ſequuntur Abb. Anton. de Butr. & Dec. ibid. num.71.

99 Secundò limita, ſi delegatus adſtringeretur ad conſilium imperiti, Anton. de Butr. ibid. Dec. num.72.

100 Tertiò limita, niſi conſilium eſſet iniuſtum, Abb. ibid. nam de ſui natura

101 conſilium hoc importare videtur, quod ſit iuſtum, Bartol. in dicta l.1. §. ſi plures, ff. de exercit. act. col.7. in 3. quæſt. cum aliis per Dec. dicto cap. ſi pro debilitate num. 73.

102 latè Felyn. ibid. nu.6. excuſaretur tamen Iudex illud ſequi, ſi non eſſet euidenter iniuſtum, vt ibidem notat Felyn.

103 Quid autem, ſi ille, qui tenetur dare conſilium, illud dare recuſat, poſtea inconſtans pœnitet, & vult dare, an debeat expectari? vide Caſtren. in l. 1. §. ſi plures num. 8. ff. de exercit. act. qui ſe remittit ad notat. in cap. ſi pro te, de reſcript. in 6.

104 An autem Iudex, qui cauſam remiſit ad conſilium Sapientis, poſſit eo non expectato inconſtans ſententiam proferre.

105 Dic, illicitam eſſe inconſtantiam, & Iudicem teneri expectare conſilium, alias ſententia nulla eſt, poſt Bald. tenet Franc. in cap. Vt debitus honor num. 43. de appellat. Alex. conſ. 248. lib.6. Corrad. de off. prætor. in cauſis ciuilibus, §. 2. & in cap. de except.

Digitized by Google

numero 8. Paulus de Caſt. *conſ.* 87. Soccin.
*conſ.*10. *num.*11. *lib.*4. Ruin. *conſ.*77. *lib.* 5.
*& conſ.*71. *num.*8. *lib.*4. hos omnes ; Lan-
cellott. *de Attent.* 2. *par. cap.* 9. *numero* 5.
addo Scalam *de conſilio ſapientis lib.*4.*cap.*3.
Grat. *diſcept.* 123. *num. fin.* Marcheſan. *de
commiſs. par.*3. *fol. mihi* 407. *nu.*105. Vant.
de nullit. ex defect. iuriſd. num. 151. Scacc.
de re iudic. gloſs. 13. *num.* 39. & melius *nu-
mero* 59. vbi dicit, ita iudicaſſe ; Ratio eſt,
106 quia pendente huiuſmodi dilatione offi-
cium Iudicis conquieſcit, *l. ſiue pars, C.de
dilat.* Scacc. *de Iudic. lib.*2.*cap.*3.*num.*165.
& in terminis *dicta gloſs.* 13. *num.* 39. *verſ.
Secus,* Ruin. *conſ.*77. *nu.*1. *lib.* 5. vbi quod
107 à pari procedunt, cauſam eſſe commiſ-
ſam conſilio Sapientis,& relationem pen-
dere; Hæcque inconſtantia ceſſat non
ſolum quando cauſa eſt commiſſa à Iudi-
ce ad conſilium Sapientis,ſed etiam,quan-
108 do debet committi vigore Statuti,Ruin.
*dicto conſ.*77. *num.* 1. *lib.* 5. Lancellott. *de
attent.* 2. *par. cap.*9. *num.* 6.

109 Dic primò,licitam eſſe Inconſtantiam,
quando Iudex peteret conſilium pro ma-
iori ſui ſatisfactione, quia non tenetur il-
lud expectare, Franc. *in cap. Vt debitus nu-
mero* 43. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.* 23.
*num.*40. Lancellott. *loco cit. num.*11.

110 Secundò limita, niſi conſilium fuiſſet
calumniosè petitum, & conceſſum, Ruin.
*conſ.*7. *num.*4. *lib.* 4. Lancellott. *loco citato
num.*17. vbi multa ad propoſitum.

111 Tertiò limita, quando Iudex reuocaſ-
ſet huiuſmodi remiſſionem, quam tan-
quam interlocutoriam reuocare poteſt;
Bald. *conſ.*170. *lib.*3. Vant. *de nullit. loco cit.
num.*15. Lancellott. *loco cit. num.*19. Scacc.
*de re iudic. dicta gloſs.*13. *num.*38.

112 Quartò limita,niſi conſilium petitum,
& conceſſum fuiſſet ſuper articulo non
habente probabilem dubitationem, quia
Iudex inconſtans poteſt eo non expectato
ſententiam validè ferre, Iaſ. *lib.*1. *num.*7.
ff. oper. non. nunc. Cephal. *conſ.*201. *num.* 3.
*lib.*2. Lancell. *loco cit. num.*22.

113 Quintò limita, quando de partium
conſenſu Iudex non expectato Conſilio
inconſtans eſſet, Marcheſ. *de commiſs. par.*3.
§.1. *num.*105. Scacc. *dicta gloſs.* 13. *num.*38.
Vant. *loco cit. num.*151.

114 Sextò limita,quod poteſt Iudex huiuſ-
modi conſilio pendente inſtruere cau-
ſam, recipiendo iura, vt ad Conſultorem
tranſmittat, Marcheſ. *loco cit.*

115 Septimò limita, quando conſilium ſo-
lum petitum fuiſſet, ſed neque datum, ne-
que procuratum, vt daretur, quia petitio
ſola non ſufficit, Ruin. & Alex. per Lan-
cell. *loco cit. num.*23.

116 An autem ſententia lata de conſilio
Peritorum tranſeat in iudicatum, & cæ-
tera, quæ in hac materia petendi, & ſe-
quendi conſilium, tractantur; vide apud
Lancellott. *loco cit. num.*24. & Scacc. *dicta
gloſs.*13. *à num.*39. *vſque ad fin.* & per Card.
Tuſc. *litera C, concluſ.*767. *cum ſeq.*

117 Vnum addo, quòd, ſi vnus Iudex vo-
luntariè cepit procedere de voto alien-
ius, videlicet, de voto Rotæ, qui ſubro-
118 gatur in locum illius, non tenetur pro-
cedere de voto illius, vt per Rot. *deciſ.*95.
*num.*2. *&* 3. poſt Mangil. *de ſubhaſt.*

119 Sed an Conſultor,qui dedit conſilium,
poſſit illud reuocare, antequam ſit pro-
nunciatum? Dic non poſſe eſſe incon-
ſtantem, & reuocare conſilium iam da-
tum, Bald. *dicto cap. Si pro debilitate*, quem
ſequitur Felyn. *ibidem num. fin.* Bartol. *l.de
tutela circa med. C.de integr. reſtitut.* Vide
de materia, Scalam *de conſ. Sapientis*.

120 Fallit, ſi reuocaret incontinenti.

121 Fallit, ſi reuocaret ex ratione ex-
preſſa.

122 Fallit, ſi vellet addere, vel declarare,
Felyn. *vbi ſupra*

An autem Iudex, poſtquàm coram eo
Actor cepit iudicium, & ſeruatis ſeruan-
dis legitimè cauſam ſuam per publica do-
cumenta, & teſtes proſecutus eſt, tuta
conſcientia poſſit eſſe inconſtans, & abſti-
nere ſe ab officio iudicandi. Et dic illicitã
eſſe inconſtantiam, quia Iudex non poteſt
123 ſe abſtinere ab officio iudicandi, aliàs
de iure iniuſtitiam committit, peccat, &
124 tenetur ad reſtitutionem omnium dam-
norum, vt ex communi ſententia Cano-
niſtarum,& Theologorum dicit ex noſtris
Caſtill. *deciſ.*94. *num.*2. *&* 3. *par.*1. & puni-
125 tur pœna Fiſco applicanda, & ad in-
126 tereſſe Parti, pro quo datur actio in
127 factum deſcendens ex quolibet crimi-
ne, vt ex Bart. Tuſc. *concluſ.* 193. *num.*10.
verb. Index, Caſtill. *loco cit. num.*4.

128 Quæ concluſio ampliatur, etiamquod
Iudex tanquam perſona priuata,& priuata
conſcientia nouerit cõtrarium eius,quam
quod per teſtes,& per inſtrumenta publica
probatum fuerit,iuxta doctrinam D.Tho-
mæ 2. 2. *quæſt.*67. *artic.*2. quam ſequuntur
cæteri Theologi, quos adducit idem Ca-
ſtill. *dicta deciſ.*94. *num.*19. Giurba *deciſ.*99.
num. 11. & facit Text. *in cap. Paſtoralis,
§. quia verò, de off. Deleg.* vbi Papa præcipit
Ordinario, vt manet executioni ſenten-
tiam Delegati, licèt ſciat contrarium
idem *in cap. Iudices* 3. *qu.* 7.

129 Quod maximè procedit in ciuilibus;
In criminalibus verò maior eſt difficultas.
130 Nam, ſi Iudex ex ſcientia priuata ſciat,
reum eſſe innocentem, & ſecundum alle-
gata, & probata nocens reperitur, tenetur
omnes vias priùs quærere, quibus inno-
131 cens liberetur, poteſt enim reo aperire
132 carcerem, remittere cauſam ad Supe-
riorem, vel deponere officium ſaltem ad
tempus

Digitized by Google

133 tempus, & fungi officio teſtis apud Su-
periorem, ſi opinetur prodeſſe poſſe reo,
134 D. Thomas 2. 2. *quæſt.64. art. 3.* Caetan.
quæſt.67.art.2. Alber. *cap. Paſtoralis,* §. *quia
verò num.7. de off. Deleg.* Adrian. *quodlib.2.
punct.3.ad* 5. Leſs. *de iuſt. & iur. lib.2. c.29.
num.77.* Azor. *par.1. lib.2. cap.17. quæſt.* 8.
Baldel. *Theol. moral. lib.4. diſput.*15. *nu.23.
&* 24. Si autem hæc omnia agere nequeat,
& populus inſtet, reum damnandum,
135 quem ſcit eſſe conuictum probationi-
bus, quod, ſi Iudex non faciat magnam
offenſionem populi incurreret, Calderin.
dicto cap. Paſtoralis, §. *quia verò,de off. Deleg.*
Angel. & Imol. *in l. à D. Pio, ff. de ſenten.
& re iud.* Summ. Angel. *verb.Iudicare nu.7.*
Roſſell. *verb. Iudex* 1. *qu.18.* dicunt om-
136 ninò Iudicem debere abſtinere ſe à con-
demnatione, quia nemini licèt contra
propriam ſcientiam agere, ſecundò quia
137 ius gentium iuri naturali derogare non
poteſt, ſed de iure gentium eſt, vt Iudices
138 ſecundum acta, & probata iudicent, de
iure autem naturali, vt innocentem à
morte liberemus.

139 Contrarium tamen voluere D.Thomas
2. 2. *quæſt.67. art.2. & quæſt. 64. art.6. ad 3.*
Alex. Caiet. Couuarr. Silueſt. Innocent.
Io. Andr. Cardin. But. Gloſs. & Archid.
Ricard. Maior, & Dian. Anton. *in locis alle-
gatis* per eundem Silueſt. *verb.Iudex 2.q.5.*
Azor. *dicta quæſt.8.* Baldel. *loco cit. num.24.*
Coſta *de remed. ſubſid. remed.70. illat. 2. à
num.* 1. & hæc ſententia eſt verior, quia
140 Iudex publicum bonum priuato præ-
ferre debet, ergo nè populus in offenſio-
nem incurrat, poterit Iudex Titium, licèt
innocentem condemnare, criminis ta-
men in iudicio conuictum.

Nec obſtant rationes in contrarium
adductæ, quia iſto caſu licet Iudici ſequi
probabilem opinionem contra ſuam cer-
tam conſcientiam, quia ſcientia eſt priua-
141 ta, quæ poſtponitur hoc caſu publicæ,
quæ oritur ex actis, & probatis, Azor. *loco
cit. dicta quæſt. 8. verſ. Ad obiecta,* Baldell.
loco cit. num. 24. Fragoſ. *de Regim. Reipub.
par.1. lib.4. diſp.10. num.168.*

142 Ad ſecundum reſpondetur, non eſſe
contra ius naturale occidere innocentem,
dando operam rei licitæ, & ſic per acci-
dens, & præter intentionem, ſed quando
fit directè, & ex propoſito, ſicuti vide-
143 mus, quod, ſi Ciuitas in bello iuſto non
poſſit expugnari, niſi occidantur pueri, &
innocentes, poſſe licitè occidi, quia præ-
fertur bonum publicum, & commune
ſciētię Iudicis priuatę, Azor. *loc.cit.* Fragoſ.
loco cit. qui plura alia in propoſito adducit.

144 Quid autem in Principe, an ex ſola
ſcientia priuata poſſit condemnare reum
abſque probatione? Vide apud eundem
Fragoſium *loco cit.* Et an in exilium mit-
145 tere aliquem, ſiue à ſuo Statu amandare?
vide Natt. *conſ.625. per tot.*

146 Quibus autem pœnis ſubijciatur Iu-
dex negligens in iuſtitia adminiſtranda,
videndus eſt, Farin. *quæſt* 111. *à num.396.*

147 Sed quid ſi Delegatus facta delegatio-
ne inconſtans illam vellet reuocare, an
poſſit dic, quod ſi res ſit integra, licitam
eſſe inconſtantiam, ſi verò res non ſit in-
tegra, illicitam eſſe inconſtantiam, prior
pars colligitur ex *cap. Quamuis, de offic. De-
leg. in 6.* & ibi Franc. Gemin. & Anchar.
Gloſs. *in cap. Is qui, in verb. aliud, de Procur.
in 6. & in cap. Super quæſtionum,* §. *ſi verò, in
verb. aliud, de offic. Deleg.* Doctor. *in cap. De
litteris, & in cap. Significante,* vbi Bero. *à
num.19. eod. tit.* Caſtr. *in l. iudicium ſoluitur
num. 1. ff. de iudic.* vbi Alber. *num. 2. & 3.*
Caſtill. *lib.2. controu. cap.29.num.3.* Molin.
de iuſt. & iur. tract.5. diſput. 21. nu.1. Coſta
de re integr. diſtinct. 55. num.1. Barboſ. *ad d.
cap. Quamuis num.2.* vbi *nu.3.* probat hanc
reſolutionem nou ſolum locum habere
poſt *deciſ. d. tex. in cap. Quamuis*, ſed etiam
de iure antiquo decretalium per Text. *in
in cap. In litteris, in cap. Venerabili, de offic.
Deleg.*

148 Et hæc inconſtantia non ſolùm habe-
bit locum, ſi expreſsè appareat, vtpotè ſi
Delegatus expreſsè renouauerit, & cauſam
ſibi reaſſumpſerit, ſed etiam ſi tacitè ma-
nifeſtetur, hoc eſt ſi Delegatus procedat
per ſeipſum in cauſa, vel alteri ſubdele-
get, Anchar. *dicto cap. Quamuis in princ.*
Franc. *num.2.* Gemin. *num. 3.* Card. Tuſc.
litt. D, concluſ.155. num.2.

149 Et in tantum hæc inconſtantia, & re-
uocatio valida erit, vt omnia geſta Subde-
legati corruant, & tanquam attentata re-
uocatione pendente annullentur, *argum.
cap. Eccleſia 2. vt lit. pend. cap. Vt noſtrum 36.
de appellat.* Lancellott. *de attent. part. 2.
cap. 10. num. 1. cum ſeqq.* Barboſ. *dicto cap.
Quamuis nu.5.* Dummodò reuocatio Sub-
150 delegato innoteſcat, vel intimetur, alias
geſta ab eo tanquam ab ignorante valida
erunt, Franc. *dicto cap. Quamuis numero 2.*
Molin. *dicta diſput.21. num.2. in fin. loco cit.
numero 5.*

151 Secunda pars huius concluſionis pro-
batur *in cap. Super quæſt.* §. *ſi verò, de off. de-
leg. & in cap. Venerabili eodem tit.* Barboſ.
*dicto cap. quamuis num. 1. & dicto cap. Vene-
rabili, in princip.* Molin. *dicta diſput. 21.
num. 1.* Caſtil. *dicto cap. 29. num. 3. num. 3.*
Coſta *dicta diſtinct. 55. num. 1.* Hæc tamen
concluſio procedit, ſi delegatus in to-
tum alicui ſubdelegauerit, ſecus autem,
152 ſi aliquid ſibi reſeruauerit, tunc enim,
etiam re non integra poterit per eundem
à ſubdelegato commiſſio reuocari, *d. cap.
ſuper quæſt. & cap. ſi delegatus, de off. deleg.
in 6. in dicto cap. quamuis verb. in totum.* An-

char. *in princ.* Franc. *num.* 2. Molin. *dicta*
*diſput.*21. *num.*4. Barboſ. *dicto cap. quamuis*
numero 6.
153 Secundò, non procedit in Delega-
to ad vniuerſitatem cauſarum, quia is
154 æquiparetur Ordinario, iuxtà Gloſs. *in*
cap. ſtatutum, §. *inſuper, in verb.moderatus, de*
reſcript. in 6. Ordinarius verò, ſiue in to-
155 tum committat, ſiue in parte, poteſt
ſemper commiſſionem reuocare, Caſtren.
*l. iudicium ſoluitur nu.*3. *ff. de iudic.* Couarr.
pract. cap. 9. *num.* 1. Molin. *dicta diſput.* 21.
num. 3. Barboſ. qui alios *dicto cap. quamuis*
numero 7.
156 Cæterum difficultas eſt, quando in
hac materia res integra, vel non integra
dicatur; In hac difficultate tres ſunt Do-
ctor.opiniones, quas ſingillatim examinat
Caſtill. ſed more ſuo iactanter, *d. cap.* 29.
*à num.*4. verior, & communis opinio eſt,
ſufficere directam eſſe citationem à ſub-
delegato, *cap. gratum*, *& cap. relatum,de off.*
deleg. Dec. *dicto cap. relatum, num.*5. Iaſ. *d.l.*
& quia num. 57. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Ca-
ſtill. *loco cit. num.*4. *verſ. apud omnes, & nu-*
mero 15. Coſta *dicta diſtinct.* 55. *numero* 1.
poſt Bald. *conſ* 449. *vol.*1. & Ruthard. *de*
*commiſs. par.*1. *lib.*3. *cap.*6. *num.*10.

Sed videndum eſt, quando Iudex poſſit
ſuam ſententiam reuocare; Quæſtio hæc
habet duas partes, altera circa ſententiam
interlocutoriam, altera circa definiti-
uam; Quod attinet ad inconſtantiam in
ſententia interlocutoria.
157 Regula eſt, Iudicem ſuam poſſe reuo-
care ſententiam interlocutoriam, licita-
que eſt hoc caſu in eo inconſtantia, *l. quod*
iuſſit, ff. de re indic. & ibi Iaſ. *num.* 1. Imol.
*num.*7. Angel. Caſtren. *num.*7. Odofr.*nu.*7.
Alber. *num.*5. Fulgoſ. *nu.*1. Soccin. *nu.* 41.
Alex. *num.*1. Rip. *num.*14. *l. poſt ſententiam*,
& ibi Doctor. *de ſent. interloc. cap. cum ceſ-*
ſante,& ibi Dec. *num.*8. Franc. *numero* 6. *de*
appellat. & in cap. ſi à Iudice, de appellat.
in 6. Felyn. *in cap.qualiter, & quando, de ac-*
*cuſat. num.*6. Surd. *de alim. tit.*9. *quæſt.*7.*nu-*
mero 7. *& conſil.* 167. *per tot.* Gratian. *di-*
ſcept. 147. *num.*10. *& diſcept.* 155. *num.* 16.
Caſtill. *deciſ.*58. Scacc. *de appellat.quæſt.*19.
remed. 1. *concluſ.* 6. *num.* 13. *& quæſt.* 17.
limit. 47. *num.* 1. Lancellott. *de attent. p.*2.
cap. 12. *limit.* 1. *num.* 12. Caldas Pereyra
quæſt. forenſ. lib. 1. *quæſt.* 9. *à princip.* cum
alijs relatis à Barboſ. *in dicto cap. cum ceſ-*
ſante num. 22. *de appellat.* addo Coſtam *de*
re integra diſtinct. 38. *num.* 12. *cum ſequentib.*
Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 63.
*num.*1. Fragoſ. *de Regim. Reipubl. par.*1.*lib.*4.
*diſput.*16. §.4. *num.*228. Ridolphin. *in praxi*
*par.*1. *cap.* 13. *num.* 572. Buratt. *deciſ.* 329.
*num.*5. Rota *deciſ.*20. *num.*37. *par.*10.*recent.*
& deciſ. 298. *eadem par.* 10. *ſub numer.* 4.
§. *neque*.

158 Ratio eſt, quia, cum Iudex adhuc non
ſit functus officio ſuo, *cap. ſignificantibus*,
& cap.quærentibus, de offic. deleg. nil mirum,
ſi inconſtans poteſt interlocutoriam reuó-
care, Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 6. *de*
appellat.
159 Secundò, quia Iudex corrigere, &
emendare poteſt, quod malè fecit, *cap.*
qualiter, & quando, il primo, de accuſat.
Gloſs. *in cap. querelam*, Gloſs. *fin.de Procur.*
Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 2. *C.ſent. reſcind.* Alex.
160 *l. quod iuſſit num.* 30. & licet vnicuique
errorem ſuum corrigere, *cap. loci*, §. *porrò*
3. 5. *quæſt.* 9. & prudentis eſt mutare con-
161 ſilium in melius, *l.nonnunquam*, vbi Gloſ.
ff.de collat. & melius eſt ſeipſum corrigere,
quàm corrigi, §. 1. *in Auth. de nupt.* & eſt
Text. *in cap. cum ceſſante*, vbi dicitur ſano
vſum conſilio Iudicem, qui ſeipſum
emendauit, & ibi Dec. *num.* 8. Abb. *nu.*6.
vbi dicit, talem non eſſe de inconſtantia
notandum, ſed ſapientia commendan-
dum, Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando*
in 3. *not.* Præpoſit. *dicto cap. cum ceſſante*
num. 7. Surd. *dicto conſ.* 167. *num.* 9. *&* 10.
Addit tamen Felyn. *loco cit.* quod Iudex,
162 & alia honeſta perſona debet corrigere
errorem ſuum cautius, quam poteſt, quia
163 ſi in aliquo errauerit, non debet ſpontè
fateri errorem ſuum, ne auctoritas eius
vileſcat, non tamen debet errorem ſuum
164 defendere, nec in illo perſeuerare, ex
Text. *in cap. magna* 22. *quæſt.* 4. nam, qui
volunt eſſe conſtantes, & ſubſtinere, inci-
dunt in multa inconuenientia, quia tales
appellantur pertinaces, non ſapientes, vt
enim Cicer. ait Tuſculan. *magis pudendum,*
ſi in ſententia falſa permaneres, quam ſi ipſam
corrigeres; variatio enim reprobatur, quan-
do tendit ad malum, ſed ſi ad bonum
non, imò commendatur, qui variat,
dicto cap. magnæ, Rebuff. *dicta l. quod iuſ-*
ſit, in princip. num. 5. & Hærodes, qui
ſuam non mutauit ſententiam, periit.
Diuus Petrus, qui mutauit votum, ſal-
uatus extitit, *cap. actione* 22. *quæſtione* 4.
Nec poteſt dici inconſtans, qui in melius
variat, imò ſapiens, *dicto cap. magna*, &
Textus *in cap. qualiter, & quando, de accu-*
ſat. alloquendo Iudices, dicit, *Non pudeat*
vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſt,
vt aliorum corrigatis errores, & nonnun-
quam Prætor varietatem non repellit,
& conſilium mutantis non aſpernatur,
l. nonnunquam, ff. de collat.bon. Rebuff. *dicta*
*l. quod iuſſit, in princ.num.*5. vbi dicit, quod
Iudices ſi errauerint in iure, vel facto, &
non corrigant ſuos errores, poſſunt mul-
ctari ex ordinatione Regis Galliarum, &
ibi videnda plura circa variationem no-
tanda forſan in Præfatione.
165 Amplia primò regulam, ſiue ſimus in
Iudice ordinario, ſiue in delegato, Ripa

dicta l. quod iuſſit num. 9. cap. cum ceſſante,
& ibi Doctor. de appellat. Gloſs. in cap. fin.
de appellat. in 6. Præpoſitus in dicto cap. cum
ceſſante num. 5. vbi de communi, Surd. dicto
conſ. 167. num. 2. Gratian. dicta diſcept. 155.
num. 20. & 21. Coſta d. diſtinct. 38 num. 4. latè
Scacc. dicta quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6.
num. 12. Fragoſ. dicta diſput. 10. §. 4. num. 228.
Ridolphin. dicto cap. 13. num. 572.
166 Amplia ſecundò, vt non ſolùm Iudex
poſſit reuocare ſententiam interlocuto-
riam, ſed etiam contrariam priori interlo-
cutoriæ ferrè argum. eorum, quæ notat
Felyn. in cap. in litteris num. 5. declarat. 2. de
offic. & poteſt. Iudicis delegati, & in dicto cap.
qualiter, & quando, de accuſat. num. 37. Scacc.
dicta quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. num. 14.
167 Amplia tertiò, vt illam poſſit reuoca-
re etiam parte non petente, Soccin. dicta
l. quod iuſſit num. 24. & ibi Iaſon numer. 3.
Scacc. loco cit num. 16. Surd. dicto conſ. 167.
num. 9. Imò, & abſente, Bartol. dicta l. quod
iuſſit num. 18. Rip. num. 27. Surd. dicto conſ.
num. 6. Ac inuitis etiam partibus, Franc.
dicto cap. cum ceſſante numer. 4. de appellat.
Bartol. dicta l. quod iuſſit num. 16. Bald. l. 1.
C. ſententiam reſcindi, Gratianus diſcept.
155. num. 22. Scacc. loco cit. num. 17. Surd.
dicto conſ. 167. num. 5. verſ. non etiam.
168 Amplia quartò, vt eam poſſit reuoca-
re, etiam ſine cauſa, Caldas Pereyra
quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 3. num. 3. Emanuel
Barboſ. ad tit. l. 65. Portugalliæ lib. 3. Au-
guſtinus eius filius dicto cap. cum ceſſante
num. 24. Rip. dicta l. quod iuſſit num. 14. verſ. 9.
qui tamen intelligit in ſententijs interlo-
cutorijs non grauantibus Partem, vt ſi Iu-
dex iuſſerit Partem adeſſe Kalendis, ſed
in interlocutorijs grauantibus licet reuo-
169 catio valeat, poterit tamen Pars appel-
lare, dicto cap. cum ceſſante, Alexan. dicta l.
quod iuſſit, Fragoſ. de regim. Reipubl. dicta
diſput. 10. ſub num. 228. verſ. aldo poſſe.
170 Amplia quintò, vt poſſit eſſe incon-
ſtans vſque ad ſententiam deffinitiuam,
171 imò in calculo ferendæ definitiuæ,
172 quamuis lapſi eſſent decem dies ad ap-
pellandum, Cardin. Clement. ſæpè, §. &
quia in 7. not. de verb. ſignific. Dec. conſ. 54.
in fin. Marant. de ordin. Iudic. par. 6. verſ.
& demùm ferat ſententiam num. 7. Surd. dicto
conſ. 167. num. 2. Scacc loco cit. num. 20. Iaſ.
d. l. quod iuſſit num. 5. Soccin. num. 23. & 24.
173 Ratio eſt, quia licet quoad Partem non
appellantem ſententia tranſeat in iudica-
tum, non tranſit tamen quoad Iudicem,
Iaſ. dicta l. quod iuſſit num. 28. Gloſs. in cap.
Romana, §. Si verò interlocutoriam, de appell.
in 6. Scacc. loco cit. num. 20. Surd. dicto conſ.
167. num. 6. Iaſ. dicta l. quod iuſſit num. 27.
& 28.
174 Amplia ſextò, vt poſſit ſententiam
interlocutoriam reuocare, etiamquod ab
ea fuiſſet appellatum, dicto cap. cum ceſ-
ſante, Rip. d. l. quod iuſſit num. 14. verſ. ſextò
amplia, Iaſ. num. 5. & 36. Capic. deciſ. 1.
num. 28. Scacc loco cit. num. 20. Pereyra
dicta quæſt. 9. num. 4. vterque Barboſ. locis
cit. ex eodem Pereyra, Fragoſ. de Regim.
Reipubl. par. 1. dicta diſput. 10. ſub num. 228.
verſ. quod ſi appelletur, latè Lancellott. de
attent. limit 10. 2. par. cap. 12. limit. 1. nu. 16.
qui num. 19. ampliat, vt non ſolùm poſſit
175 reuocare, ſed quod illa reuocatio irritat,
& annullat proceſſum per Iudicem, ad
quem medio tempore factum, Bocr. de-
ciſ. 256. poſt princip.
176 Sed hæc ampliatio non habet locum,
ſi Iudex detuliſſet appellationi, quia tunc
177 omnis iuriſdictio Iudicis ab eo eſt abdi-
cata, & transfuſa in Superiorem, cap. cum
appellatio friuolis, de appellat. in 6. Iaſ. dicta
l. quod iuſſit num. 36. verſ. limita quando Iudex,
Lancell. de attent. loco cit. num. 24. Felyn. in
cap. qualiter 1. num. 14. de accuſation. poſt
Panormitan in cap. cum ceſſante, de appella-
tionibus num. 15. Rota deciſ. 562. par. 2. recent.
de qua re tamen videndus eſt Fragoſ.
d. diſcept. 10. à num. 230. cum ſeqq.
178 Secundò limita, quando à Iudice, ad
quem fuiſſet inhibitum Iudici à quo
dicto cap. Romana, §. ſi verò, cap. non ſolùm,
de appellat. in 6. Alexan. dicta l. quod iuſſit
in 3. fallent. Iaſ. loco cit. num. 36. qui tamen
obijciendo tenet, non obſtante inhibitio-
ne poſſe Iudicem à quo reuocare graua-
men illatum, vide Lancellott. vbi ſupra
num. 25. qui etiam ibi dicit, quod proba-
179 biliter de hac opinione poteſt dubitari,
eamque ſublimitat, vt procedat, ſi inhi-
bitio ſit legitima, aliàs Iudex poterit ſuam
interlocutoriam reuocare, Marant. in ſpe-
cul. 3. par. 6. par. principalis quæſtione 2.
num. 196.
180 Secundò ſublimitat, niſi interlocuto-
ria eſſet nulla, quia, ſtante illius nullitate,
non obſtante inhibitione, poteſt reuocari,
Capic. dicta deciſ. 1. num. 30.
181 Amplia ſeptimò, in interlocutoria
continente aliquid dari, vel fieri, l. 1. in
fin. & l. penult. ff. de Prætor. ſtipul. l. ſi opus, ff.
nou. oper. nunciat. Rip. d. l. quod iuſſit num. 14.
verſ. quartò amplia, dicto cap. cum ceſſante,
cum alijs per Coſt. dicta diſtinct. 38. num. 5.
Cardin. dicto cap. cum ceſſante num. 39.
182 Amplia octauò, in interlocutoria lata
ſuper incidenti, vel emergenti, ſecundùm
Bartol. & Doctor. communiter in dicta l.
quod iuſſit, Rip. ibidem num 14. verſ. quintò
amplia, Coſta dicta diſtinct. 38. num. 5. de
qua re tamen videndus eſt Scacc. dicta
quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. à num. 29.
183 Amplia nonò, vt poſſit reuocari etiam
non refectis expenſis Parti, in cuius præ-
iudicium reuocatur, Alexan. dicta l. quod
iuſſit in 5. fallent. Iaſ. ibidem num. 9. vbi de

communi Rip. num. 15. verſ. 10. vbi tamen
refert contrarium tenentes, nempe Gloſs.
Innoc. & Butr. in dicto cap. cum ceſſante.

Concorda, aut ille, qui obtinuit reuocari interlocutoriam, non fuit in culpa, aut negligentia, quare lata fuerit interlocutoria, & tunc expenſæ non debent refici: Aut fuit in culpa, & negligentia, & debent refici, eo quia, tunc ratione negligentiæ ſapiunt naturam expenſarum contumacialium, & ad hæc reſtringuntur ea, quæ latè tradit poſt Alexan. Rip. loco cit. Ità etiam concordat Scacc. loco cit. num. 21.

184 Amplia decimò, vt non ſolùm licita
ſit ſemel inconſtantia, ſed pluries, & millies, Angel. in l. quidquid adſtringendæ, in fin. de verb. oblig. Cuman. dicta l. quod iuſſit nu. 4. Gratian. d. diſcept. 155. num. 16. Ratio eſt,
185 quia illud verbum, poſſit, quod habetur
in dicta l. quod iuſſit, habet extenſionem in futurum, l. ſi ità quis teſtamento, vbi Gloſs. in verb. quandoque de leg. 2. l. quod ſecus, in fin. vbi Gloſs. in verb. poteſt, de condict. cauſ. dat. §. 1. inſtit. quibus modis teſtam. infirm. & hanc eſſe veram opinionem, tenet Mandoſ. in 9. commiſs. in verb. admittat, per Text. in l. vbicunque, ff. de interrogat. act. Tiraquell. in l. bones, §. hoc ſermone num. 43. de verb. ſignif. & Auditorem Cameræ ſeruare hanc opi-
186 nionem, & ità eſſe de ſtylo teſtatur
Veſtr. in prax. lib. 8. cap. penult. vt lit. pend. num. 6. Galleſ. de obligat. Camer. rubr. reliqua de proceſſu num. 29. Lancellott. de attentat. par 2. cap. 12. limit. 1. num. 16. & 17. Scacc. d. tract. de appellat. quæſt. 17. limit. 47. num. 31. Monter. deciſ. Aragon. 3. per tot. Surd. conſ. 288. num. 15. Fragoſ. de regim. Reipub. dicta par. 1. lib. 4. diſput. 10. ſub num. 228. verſ. quæſtionis eſt, Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 573.

187 Contrariam tamen opinionem, quod
ſcilicet non liceat huiuſmodi inconſtantia, niſi ſemel, aut bis, tenuit Bartol. dicta l. quod iuſſit num. 17. Soccin. num. 60. & 64. Iaſ. num. 43. & 46. vbi dicit, hanc eſſe communem, & magis communem opinionem, Salyc. in l. poſt ſententiam, C. de ſententiam paſs. Butr. in cap. Fraternitatis num. 32. de frigid. & malefic. Canoniſtæ in dicto cap. cum ceſſante, Rebuff. l. vnic. num. 6. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, Scacc. loco citato num. 63. Iaffred. deciſ. 194. Lancellott. de attent. dicto cap. 12. num. 16. & 17.

188 Amplia vndecimò, vt non ſolùm ex-
preſsè, ſed etiam tacitè poſſit ſuam Iudex interlocutoriam reuocare, Cardin. Zabarell. conſ. 30. num. 3. Alexan. conſ. 84. num. 9. vol. 4. Tuſc. litt. S, concl. 115. num. 2.

189 Hinc primò infertur, quod, cum con-
cluſio in cauſa ſit merè interlocutoria, Gloſs. in l. cum Clericis, C. de Epiſc. & Cleric. Felyn. cap. cum Ioannes, de fid. inſtrument. num. 12. Maſcard. de probat. concluſ. 1286. num. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 51. num. 29. Nicolaus Reuſn. conſ. 24. num. 31. lib. 2. Græuecius ad Gayll. concluſ. 107. num. 19. lib. 1. Crauett. conſ. 144. num. 20. Aſin. in prax. §. 23. limit. 21. num. 3. Afflict. deciſ. 115. ad fin. Poſſit per Iudicem, & expreſsè, &
190 tacitè reuocari, vt de expreſſa reuoca-
tione dixerunt Abb. in cap. quoniam contra num. 25. de probat. Bellamer. deciſ. 55. 56. & 57. Alexan. l. admonendi num. 20. ff de iure iur. & in dicta l. quod iuſſit num. 2. Dec. dicto cap. quoniam contra num. 38. & ibi Berous num. 204. Crauett. dicto conſ. 144. num. 20. Aſin. loco cit. Menoch. præſumpt. 63. lib. 2. num. 1. Ludouiſ. deciſ. 140. num. 8. Afflict. dicta deciſ. 115. num. 1.

191 De tacita verò reuocatione vltra alle-
gat. Crauett. conſ. 716. num. 4. Reuſner. dicto conſ. 24. num. 31. Græuecus loco citato nu. 41. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 12. nu. 29.

192 Quod eo magis locum habet, ſi Iudex
reſeruauerit ſibi facultatem reuocandi, Io. de Graſs. in arbore iudic. in 4. quæſt. principal. verſ. decimuſquintus num. 18. Scacc. loco cit. dicto num. 29.

193 Secundò habet locum, vt poſſit Iudex
reuocare expreſsè concluſionem etiam ſine conſenſu partium, Anton. de Butr. & Imol. in cap. auditis, de Procur. Cardin. Clem. 2. de teſtib. Aſin. d. limit. 21. num. 3. Græuecus dicta concluſ. num. 23. Ludouiſ. d. deciſ. 140. num. 8.

194 Declara tamen, quod ad validitatem
reuocationis expreſſæ requiritur iuſta cauſa, Bellamer. d. deciſ. 57. Aſin. d. limit. 21. num. 2. Scacc. loco cit. num. 31. qui dicit, quod Iudex Parti petenti reuocari concluſionem, debet dicere, quod producat illa iura, quæ intendit producere, & , ſi
195 videt, quod illa faciant ad iuſtitiam cau-
ſæ, reuocabit concluſionem, aliàs non, & ità ſeruare Auditores Rotæ, vt in deciſ. 8. aliàs 757. de Iudic. in antiq. Aufrer. addit. ad Cappell. Tholoſan. deciſ 14. in fin. quod etiam voluit Græuecus loco cit. num. 22. Crauett. dicto conſ. 144. num. 20. & 716. num. 5. Vbert.
196 de citat. cap. 6. num. 9. Et quod requiratur
iuſta cauſa, Menoch. d. præſumpt 63. num. 1. lib. 2. Afflict. dicta deciſ. 115. num. 1. Et iſto
197 caſu licita eſt inconſtantia, etiam Parte
contradicente, Menoch. loco cit. num. 2.

198 Si autem iuſta cauſa deeſſet, non lice-
ret Iudici reuocare, etiamquod facultatem reuocandi ſibi reſeruaſſet, Bellamer. dicta deciſ. 55. & 57. Scacc. loco cit. num. 32. Et
199 reuocando ſine iuſta cauſa grauaret Par-
tem, quæ poſſet appellare, Bellamer. dicta deciſ. 57. Scacc. loco cit. num. 31. qui tamen
200 dicunt non admitti tales appellationes
per Auditores Rotæ, quia ſumus in interlocutoria, & iuſta cauſa præſumitur præ-
201 ſumptione iuris, & de iure; ſed Maſcard.

de probat. concluſ. mihi 1286. *num.* 12. dicit,
quod Auditores malè faciunt in non ad-
mittendo huiuſmodi appellationes, ſuper
quo conſidera.

202 Declara ſecundò procedere, quando
Iudex ad concluſionem in cauſa ipſe pro-
ceſſiſſet, ſecùs verò, ſi Partes ad eam de-
ueniſſent, quia tunc non eſt licita incon-
ſtantia, argum. *l. poſtquam litis, C. de pact.*
cum aliis per Aſin. *d. limit.* 21. *num.* 7. Rip.
dicta l. quod iuſſit num. 49. Rebuff. *num.* 86.
Menoch. *d. præſumpt.* 63. *num.* 3. & *de arbitr.*
caſ. 51. *num.* 28. Græn. *dicta concl.* 107. *nu.* 21.
plenè Surd. *dicto conſ.* 167. *num.* 13. *verſ.*
203 *tertio*, ea ratione, quia tranſiuit in con-
tractum.

204 Quod tamen intellige, niſi honeſtas
aliud requireret, vt ex Marco Antonio de
Amat. *deciſ. Marchiæ* 3. *num.* 13. voluit
Greuçus *loco citato num.* 23. Felynus *cap.*
Quoniam contra num. 19. *de probat.* Maſcard.
d. concluſ. 1286. *num.* 16. vel appareret de
205 notoria iniuſtitia contradicentis, Cra-
uett. *conſ.* 622. *num.* 16. Reuſner. *d. conſ.* 24.
num. 33. *lib.* 2. Grçn. *loco citato num.* 24.

206 Vel tractaretur de ſalute animarum,
niſi reuocatio indulgeretur, Farinacc. *de*
teſtibus quæſt. 75. *num.* 274. Crauett. *dicto*
conſ. 716. Græn. *loco citato num.* 25.

207 Tacitè verò reuocatur concluſio in
cauſa, quando Iudex, teſtes, inſtrumenta,
vel alias probationes admittit, Abbas *cap.*
Quoniam contra, de probat. col. 3. Butr. &
Imol. *in cap. Auditis, de Procurat.* Alexand.
conſ. 84. *lib.* 4. cum alijs per Menochium
d. præſumpt. 63. *num.* 4. Ludouiſ. *deciſ.* 140.
num. 7. & *deciſ.* 451. *num.* 11. *par.* 2. &
deciſ. 558. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Coccinius
deciſ. 1848. *num.* 2. Vbaldus *deciſ.* 355.
num. 4.

208 Quæ concluſio procedit, etiam quod
ſuper admiſſione iurium non interceſſerit
decretum Iudicis quoad præiudicium
partis producentis, Ludouiſ. *d. deciſ.* 140.
num. 9. Quouerò ad præiudicium alterius
209 partis requiritur, & decretum, & admiſ-
ſio Iudicis, cum hoc non pendeat à ſola
210 voluntate partium, ſed Iudicis Greg. XV.
deciſ. 339. *num.* 2. & *deciſ.* 457. *num.* 5. & 6.
Vbert. *de cit. d. cap.* 6. *num.* 10. *verſ. Imò*
dicerem, Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 8.
num. 162.

211 Secundò, habet locum, etiamquod
admiſſio iurium facta fuerit *ſine præiudi-*
cio concluſionis in cauſa, quia nihilomi-
nus cenſetur concluſio in cauſa reuocata;
Licèt enim Rota *in Romana Pecuniaria, ſeu*
reſtitutionis in integrum 1. *Iulij* 1609. *coram*
Ortembergho, approbauerit huiuſmodi
cautelam, de qua etiam Gonzal. *ad reg.* 8.
Cancell. gloſs. 9. §. 1. *in annot. contra nullitates*
num. 128. Gratian. *diſcept.* 156. *num.* 38.
Ab ea tamen reſolutione receſſit in ea-
dem cauſa 15. *Decembris* 1610. *coram* Cor-
duba, de qua per Marcheſ. *de commiſs. to.* 1.
fol. 1222. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 8.
in ea enim fuit concluſum, veriorem eſſe
opinionem, quod admiſſo iurium facta
ſine præiudicio termini proſeruato habiti,
212 non iuuat, ideo talis forma admittendi
iura *ſine præiudicio*, non eſt recepta à cau-
tis Procuratoribus, vt dicit eadem Rota
coram Corduba, Gratian. *diſcep.* 438. *nu.* 4. 5.
& 6. Addent. *ad d. deciſ.* 140. *Gregorij XV.*
num. 17. Vbert. *de citat. d. cap.* 6. *num.* 11.

213 Non cenſetur tamen reuocata con-
cluſio in cauſa, ſi Iudex ignoraret, fuiſſe
factam, vt quia eſſemus in ſucceſſore, vel
concluſio eſſet multùm antiqua, Marſil.
in prax. §. ſequens num. 52. Alex. *conſ.* 72.
nu. 7. *lib.* 3. multos refert Aſin. *d. limit.* 21.
num. 6. Menoch. *d. præſumpt.* 63. *num.* 4.
in fin. Gonzalez *loco cit. num.* 129. Gratian.
diſcept. 156. *ad fin.* vbi tamen dubitat de
huiuſmodi opinione, quomodo poſſit in
praxi verificari ex eo, quod non eſt veri-
ſimile, quod procedatur ad huiuſmodi
214 admiſſionem non viſo regiſtro, ideo
talis ignorantia tanquam non tuta admit-
tenda non videtur, Rota *deciſ.* 1. *de teſtib.*
in nou. vbi pulchrè Ridolphin. *in praxi*
par. 1. *cap.* 8. *num.* 161. & huic declara-
tioni ſubſcribunt, Addent. *ad dict. deciſ.*
Gregorij XV. 140. *in fin.*

215 Principalem concluſionem amplia 12.
etiam in arbitro, Ripa *d. l. quod iuſſit nu.* 14.
verſ. ampliatur duobus modis, l. dicere, ff. de
arbitr. Coſta *d. diſtinct.* 38. *num.* 4. Scaccia
d. quæſt. 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6. *num.* 22.
verſ. amplia 11.

216 Amplia decimotertiò in executore
mixto, Ripa *d. l. quod iuſſit, num.* 14. *verſ.*
tertiò amplia, Scaccia *loco cit. verſ. amplia*
decimò.

217 Plures aliæ ampliationes videri poſ-
ſunt apud Doctores *in d. l. quod iuſſit*, quæ
potiùs ſunt illationes, quàm ampliatio-
nes.

218 Dic primò illicitam eſſe inconſtan-
tiam in illis ſententijs interlocutorijs,
quæ non expectant aliam diffinitiuam
poſt ſe, vtputa, quibus pronunciatur,
quem non eſſe audiendum, nam tunc ex-
pirat per talem pronunciationem offi-
cium Iudicis, ergo reuocari non poterit,
l. 4. *C. depoſit. l. terminato, C. fruct. & lit.*
expenſ. poſt Butr. Card. Alex. *d. cap. Cum*
ceſſante, num. 40. *de appellat.* Franc. *num.* 60.
Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6.
num. 38.

219 Secundò dic, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, quando ſententia interlocutoria
habet vim ſententiæ definitiuæ, Franc.
d. cap. Cum ceſſante num. 6. *limit.* 1 *de appell.*
cap. vltim. & ibi Butr. *num.* 10. Abbas
num. 11. Dec. *num.* 36. Gloſs. *in cap. vltim.*

verb. minis de appellat. in 6. Alex. *d. l. quod*
iuſſit num. 17. *fallen.* 4. Soccin. *num.* 16.
not. 9. Iaſ. *num.* 10. *limit.* 9. Ripa *num.* 27.
fallen. 8. Felyn. *in d. cap. Qualiter, & quan-*
do num. 7. *limit.* 1. *de accuſat.* Roman. *conſ.*
358. Triuiſan. *deciſ.* 4. *num.* 28. *lib.* 1. Bre-
derod. *de appellat. par.* 2. *tit.* 3. *verſ. ſed*
tantum littera B, Capic. *deciſ.* 1. *num.* 27.
latè Scaccia *loco cit. nu.* 26. quidquid con-
tra ſenſerit Caldas Pereyra *lib.* 1. *quæſt.* 9.
qui fusè *num.* 3.
220 Tunc autem ſententia dicitur habere
vim diffinitiuæ, quando per eam diffinitur
vna pars ſubſtantialis iudicij, licèt non
deffiniatur totaliter negocium principale,
Ripa *d. l. quod iuſſit num.* 27. Iaſon *num.* 10.
verſ. nono, & ſuper hoc videndus eſt, Ri-
221 dolphin. qui *in ſua praxi par.* 1. *cap.* 13.
num. 221. 309. per modum exempli refert
viginti, & vnum caſus, in quibus interlo-
cutoria habet vim diffinitiuæ.
222 Quod habet locum, quando vel Iudi-
cis officio mercenario, vel ad inſtantiam
partis interlocutoria prædicta erat expe-
dienda, ſecus, ſi officio Iudicis nobili, quia
223 cum Iudicis officium nobile duret etiam
poſt inſtantiam, *l.* 1. *ff. de iuriſd. omn. Iudic.*
cap. fin. de offic. Iudic. ordin. tunc talis in-
224 terlocutoria poterit reuocari, Bart. *l.* 1.
in princip. ff. de Prætor. ſtipul. Card. *dicto cap.*
Cum ceſſante num. 40. vbi dicit, quod ideo
ſecundum decretum poteſt reuocari, quia
expeditur diffinitiuè officio Iudicis nobili
ad vindicandam contumaciam partis,
Bart. *l. ſi finita*, §. *Iulianus*, & §. *ſi plures*, *ff.*
de damno infecto, Abbas, & Butr. *in cap.*
Quoniam frequenter, §. *in alijs*, *vt lit. non*
conteſt.
225 Hinc primò infertur, interlocutoriam,
per quam finitur iuriſdictio, nec reuoca-
ri, nec Iudicem reponendo iuriſdictio-
226 nem reaſſumere poſſe, veluti ſi Iudex
ſe incompetentem declaret, Abb. *d. cap.*
Cum ceſſante num. 11. & 12. Card. Alex.
num. 4. *fall.* 2. Felyn. *d. cap. Qualiter*, &
quando il primo num. 9. *fall.* 7. *de accuſat.* Gui-
dopap. *de appellat. quæſt.* 30. *num.* 53. Iaſon
d. l. quod iuſſit num. 25. Ripa *num.* 16. Intan-
tum quod, ſi Iudex de facto reuocet præ-
227 dictam interlocutoriam, nulliter reuo-
care dicatur, Guidopap. *loco cit.* Scaccia
de appellat. d. quæſt. 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6.
num. 52. Hæc autem ceſſatio inconſtantiæ
procedit quidem in delegato, non autem
228 in Iudice ordinario, delegatus enim nec
etiam de partium conſenſu prædictam
interlocutoriam reuocare poteſt, Iaſon
d. l. quod iuſſit num. 26. Franc. *d. cap. Cum*
ceſſante num. 10.
229 Ordinarius verò illam reuocare poteſt,
Alex. *d. l. quod iuſſit num.* 27. *fall.* 12. Franc.
cap. Ex ratione num. 82. *verſ. ſecundo quæritur*,
Card. Alex. *num.* 48. *de appellat.* idem
Franc. *d. cap. Cum ceſſante num.* 11. *limit.* 2.
verſ. ſecundo aduerte, Dec. *num.* 43. Bartol.
in repetit. 2. *legis ex quacunque num.* 13. *ff. ſi*
quis in ius vocat. Iaſon *num.* 38. *verſ.* 2. *limi-*
ta, Scaccia *de appellat. quæſt* 19. *remed.* 1.
concluſ. 6. *à num.* 55. & hanc opinionem
latè defendit Rebuff. *d. l. quod iuſſit nu.* 106.
Rota *deciſ.* 363. *in fin. in nou.* Roman. *conſ.*
358. Addent. *ad Roman. ſingul.* 129. Ratio
230 eſt, quia non poteſt Iudex ordinarius
ſolo verbo radicatam à ſe abdicare iuriſ-
dictionem ordinariam, *l. legatus*, *ff. de offic.*
Præſid. Bart. & communiter Doctores *in*
l. 2. *ff. ſi quis in ius vocat. non iur.* per Text.
in l. ſi vt proponis la prima, & *in l. præſes*,
C. quomodo, & *quando Iudex*.
231 At ſi delegatus declarauerit, ſe Iudi-
cem incompetentem, non in cauſa prin-
cipali, ſed in aliquo articulo dependente
à principali, quia tunc cum non expiret
eius iuriſdictio, poterit eſſe inconſtans, &
hanc reuocare interlocutoriam, Alex.
l. quod iuſſit, *fall.* 12. *num.* 28. & ibi Ripa
num. 19. Felyn. *d. cap. Qualiter*, & *quando*
il primo num. 9. *limit.* 3. Scaccia *de appellat.*
d. quæſt. 19. *remed.* 1. *num.* 57.
232 Hinc inferunt Doctores, quod ſi Iudex
laicus, coram quo diſcutitur cauſa filia-
tionis, & in iſto articulo eſſet diſcutienda
cauſa matrimonij, ideo remitteret cauſam
Iudici Eccleſiaſtico, iuxta Textum *in cap.*
Tuam, de ordin. Iudic. poſſet hanc interlo-
cutoriam reuocare, Ripa *dicta l. quod iuſſit*
num. 19. dicens ita conſuluiſſe, Rebuffus
num. 107. Scacc. *loco cit. num.* 58.
233 Poterit item inconſtans eſſe delegatus,
& reuocare interlocutoriam, per quam
finitur eius iuriſdictio, ſi ab ea interlocu-
toria fuerit appellatum, Dec. *in dicto cap.*
ceſſante num. 41. & 42. *de appellat.* & ibi
Anton. de Butr. *num.* 10. Abb. *num.* 12.
Cardin. Alex. *num.* 4. Franc. *cap. ex ratione*
num. 82. & ibi Cardin. Alexan. *num.* 48. *de*
appellat. Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 8.
Capic. *dicta deciſ.* 1. *num.* 27. & 29. Lancell.
de attent. 2. *par. cap.* 12. *limit.* 1. *nu.* 18. Scacc.
loco cit. num. 59. Rota *deciſ.* 42. *alias* 455. *de*
appellat. in antiq. Tuſc. *littera S*, *concl.* 115.
numer. 38. Aufrer. *deciſ. Cappell. Tholoſ.*
quæſt. 185. Rebuff. *d. l. quod iuſſit num.* 106.
234 Ratio eſt, quia cum ſententia per appel-
lationem ſuſpendatur, *l. cauſa cognita*, *C. de*
tranſact. l. ſi quis iuſiurand. circa fin. ff. de iure
iur. vel extinguatur *l.* 1. §. 1. *ff. ad Turpil.* &
235 fingatur de præſenti non lata, ideò po-
teſtas Iudicis remanet integra per reuoca-
tionem prohibitionis, & impedimenti ad
reuocandam eandem, Rot. *deciſ.* 64. *ſi Au-*
ditor, & 86. *ſi à pronunciatione*, *in nou.* Ro-
man. *ſingul.* 129. & tenent ferè omnes *ſu-*
pracitati. Quod non procedit, ſi Iudex
236 detulit appellationi ab interlocutoria,
illam enim reuocare non poterit, Abb. *in*

dicto cap. cum ceſſante num. 15. Franc. nu. 14. limit. 5. Cardin. Alexan. num. 40. fall. 6. Dec. num. 50. fall. 6. Gemin. in cap. vt ſuper num. 6. de appellat. De qua quæſtione dicemus infra in inconſtantia appellationis.

237 Niſi demùm interueniat conſenſus Partium, quia tunc de earum conſenſu poterit ſiue Iudex ordinarius, ſiue delegatus interlocutoriam reuocare, Cardin. Alexan. dicto cap. cum ceſſante numer. 40. Franc. num. 14. Dec. num. 50. Lancellott. de attent. limit. 1. num. 74. Scacc. d. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 44.

238 Dummodò res ſit integra, Franc. loco cit. num. 15. Scacc. num. 46. Lancell. nu. 74. Franc. Iacob. Enricus conſ. 34. lib. 3. per tot. Alexan. conſ. 133. num. 12. lib. 6. Tuſc. litt. S, concluſ. 115. num. 48.

239 Quæ autem ſententiæ habeant vim definitiuæ, viden. eſt omnino Ruginell. de appellat. §. 1. cap. 2. à num. 40. qui ordine alphabetico ferè omnes enumerat Cappell. Tholoſ. deciſ. 48. 129. num. 2. 364. nu. 3. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. cap. 3. Dec. reſp. 62. per tot. vol. 5. Valaſc. conſult. 47. Viu. deciſ. 302. Brederod. de appellat. par. 1. tit. 20. à col. 433. vſque ad 450. latè Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. à num. 172. vſque ad num. 215.

240 Idem erit de ſententia interlocutoria, per quam Iudex declarat, appellationem eſſe deſertam, aut non Iudicem, vel quod ſuper libello non ſit procedendum, quia cum per has ſententias finiatur eius iuriſdictio, illas idem Iudex reuocare non poterit, Cardin. Alex. dicto cap. cum ceſſante num. 40. Franc. num. 11. Bartol. dicta l. quod iuſſit num. 9. Iaſ. & Alex. num. 12. & hoc etiam voluit Rot. deciſ. 88. in nou. Caſtren. conſ. 282. num. 2. verſ. nam imò dicit lib. 1. & conſ. 283. num. 6. eodem lib. Roman. conſ. 358. Bald. conſil. 144. lib. 4. Angel. conſil. 200. num. 5.

241 Dic tertiò, inconſtantiam ceſſare in
interlocutorijs bis confirmatis, quia ſicuti
242 non licet à ſententia bis confirmata
tertio prouocare, cap. tua, de appellat. &
tot. tit. C. ne liceat tertio prouocare, ità etiam
interlocutoria bis confirmata reuocari
non poteſt, Gloſſ. ſingul. in Clem. fin. verſ.
ſuper ea, de appellat. Cardin. dicto cap. cum
ceſſante num. 40. verſ. tertio fallit, Abb. nu. 13.
caſ. 3. Franc. num. 12. limit. 3. Dec. num. 45.
Felyn. dicto cap. qualiter, & quando fall. 3.
num. 10. Alexan. dicto cap. quod iuſſit num. 21.
Rip. num. 25. dicens, hanc limitationem
nullum habere dubium, Grat. diſcept. 155.
num. 26. Scacc. dicta quæſt. 19. remed. 1. con-
cluſ. 6. num. 61. qui hoc dictum intelligit de
confirmatione facta per viam appellatio-
243 nis à Iudice ad quem, non autem, ſi
facta ſit ab eodem Iudice per viam repoſi-
tionis, de qua per Galleſ. ad formul. obligat.
Camer. par. 3. rubr. reliqua de proceſſu num. 27.
Scacc. ibidem in verſ. neque in hac.

244 Dic quartò, illicitam eſſe inconſtantiam in interlocutoria lata de conſenſu Partium, quia eam Iudex reuocare non poteſt altera parte inuita, Abb. dicto cap. cum ceſſante num. 16. per Text. in cap. ſignificante, de appellat. Dec. num. 48. Innocent. in cap. cæterum, in fin. de reſcript. Alex. dicta l. quod iuſſit num. 23. fall. 8.

245 Si tamen adſit iuſta cauſa reuocandi, poterit Iudex etiam inuitis Partibus reuocare, ex Bald. Angel. Cardin. Alexan. dicto cap. cum ceſſante num. 40. verſ. quinto fallit, Dec. num. 49.

246 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtan-
tiam, quando Iudex appellationi ab inter-
locutoria per eum lata detulit, nam, quia
à ſe abdicauit iuriſdictionem reuocando
ſententiam, illam reaſſumere non poteſt,
Abb. dicto cap. cum ceſſante num. 15. Franc.
num. 14. limit. 5. Cardin. num. 40. fall. 6. Dec.
num. 50. fall. 6. Barboſ. num. 26. Gemin. in
cap. vt ſuper num. 6. de appellat. in 6. Alexan.
dicta l. quod iuſſit fall. 3. num. 16. Iaſ. num. 36.
Felyn. dicto cap. qualiter, & quando num. 24.
Lancellott. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 1.
num. 20. Scacc. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1.
num. 42. Gratian. dicta diſcept. 155. num. 31.
Quod procedit, ſiue Iudex tradiderit
Apoſtolos, ſiue non, quia ſufficit, quod
appellationi detulerit, vt declarando Ge-
min. voluit Scacc. loco cit. num. 42. verſ. ſub-
extende primò; & etiam habet locum poſt
247 tempus dandorum Apoſtolorum, quo-
rum negatio, aut non datio vim habet
delationis, Scacc. loco cit. verſ. ſubextende
ſecundò.

248 Sed hæ duæ limitationes habent locum in Delegato, ſecùs in Ordinario, Rot. deciſ. 88. & 360. in nou. Bald. l. Præſes, C. quomodo, & quando Iudex, Cardin. Alex. dicto cap. cum ceſſante num. 40. verſ. hæ tamen duæ limitationes.

249 Tertiò, habet locum dictum, quamuis appellatio fuiſſet admiſſa cum clauſula, ſi, & in quantum, Beninten. deciſ. 1. num. 1. Gratian. d. diſcept. 155. num. 33.

Sed de hac quæſtione inferius vide concluſionem apud Lancellott. loco cit. à num. 72. Salgad. de protect. Reg. par. 3. cap. 18. per tot. Gratian. d. diſcept. 155.

Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam, poſtquam Iudex, ad quem inhibuerit, nam tunc Iudex à quo interlocutoriam reuocare non poterit, Cardin. Alex. dicto cap. cum ceſſante fall. 10. Barboſ. num. 27. Felyn. dicto cap. qualiter, & quando num. 14. Lancellott. dicta cap. 12. limit. 1. num. 25. Lancell. Corrad. de Prætore §. 2. de offic. Præt. in cauſ. ciuil. in cap. de ſententia limit. 6. num. 16. Lanfranc. deciſ. 459. Scacc. dicta quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 38. & 39. Ridolphin. in

praxi par.1. cap.13. num.578.

Contrarium voluit Abb. *in dicto cap. cum ceſſante num.* 16. *caſ.* 7. Franc. *num.*16. *limit.*6. Dec. *num.*53. *fall.* 7. *de appell.*

250 Præterea priori opinione fallit, ſi inhibitio minus legitima ſit, quia, ea non obſtante, locus erit inconſtantiæ, vt poſt Marant. tenet Lancellott. *de attent.* 2. *par. cap.*12. *limit.*1. *num.*22.

251 Secundò fallit, ſi interlocutoria eſſet valida, ſecùs ſi nulla, quia tunc eſt locus inconſtantiæ, inhibitione non obſtante, Franc. *dicto cap. cum ceſſante num.*17. Capic. *dicta deciſ.* 1. *num.* 30. Lancellott. *loco cit. num.*22. Scacc. *d. quæſt.*17. *limit.*47. *membr.*1. *num.* 69.

252 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando interlocutoria eſt executioni demandata, Bartol. *dicta l. quod iuſſit num.*16. Alexan. *num.* 24. *limit.* 9. Soccin. *num.*30. *&* 55. Iaſon *num.*32. Rip. *num.* 29. Franc. *dicto cap. cum ceſſante num.*20. *limit.*9. Cardin. Alex. *num.*40. *limit.*12. Dec. *nu.*60. Roman. *conſ.* 226. Felyn. *in rubr. num.* 15. *de ſent. & re iudic. & in cap. qualiter, & quando num.*15. *fall.*5. *de accuſat.* Iaſ. *l. ſerui electione num.* 13. *ff. deleg.* 1. Scacc. *dicta quæſt.* 17. *limit.*47. *membr.*1. *num.* 58. Lancellott *loco cit. nu.*23. Brederod. *de appellat. par.*2. *tit.*3. *num.*58. *&* 59. Menoch. *de retin. remed. vlt. quæſt.*21. *num.*56. *&* 57. Tuſc. *d. concluſ.*115. *littera S, num.* 45. Caldas Pereyra *quæſt. fo-*
253 *renſ* 9. *num.*8. *lib.*1. Et hoc habet locum,
ſiue ſententia ſit miſſa executioni à Iudice, ſiue à Parte, Cardin. Alexan. Franc. Lancell. & Scacc. *loco cit.*

254 Secundò habet locum in his interlocutoriis, quæ abſque facto hominis trahunt ſecum executionem, quia illam Iudex reuocare non poteſt, Cardin. Alexan. *dicto cap. cum ceſſante num.* 40. *fall.*13. & ibi Abb. *col. vlt.* Alex. *dicta l. quod iuſſit nu.* 24. *fall.* 9. Iaſ. *num.* 32. Scacc. *loco cit. num.* 62. *cum ſeq.* vbi adducit exempla, & eſt Gloſs. *in l.*1. §. *vlt. in verb. vel adde,* & ibi Rayner. Bartol. & Bald. *ff. de Præt. ſtipul.* Roman. *dicto conſ.* 226. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur num.* 309.

255 De partium tamen conſenſu licita erit inconſtantia, Bartol. Alexan. Soccin. Iaſ. Cardin. Alexan. & Felyn. *loco cit.* Berous *conſ.*107. *num.*3. *lib.*3. Scacc. *loco cit. num.*66. *verſ. primus eſt caſus.*

256 Item, ſi adſit iuſta cauſa reuocandi, & ea cognita fieret reuocatio, vt volunt omnes Scribentes, Lancellott. *loco cit. nu.* 25. Coſta *de re integr. diſtinct.* 38. *nu.*11.
257 vbi infert ad interlocutoriam interpoſitam ſuper primo decreto, & ſuper noui operis nunciatione, iuxta terminos *Autheutica Ei qui iurat, C. de bon. auth. Iudic. poſſid. & l. ſi opus, ff. oper. nou. nunciat.*

258 Denique, ſi interlocutoria executioni demandata nulla eſſet, & inualida, vtputa ſi fuiſſet lata ſine cauſæ cognitione, citatione, aut alium iuris defectum pateretur, tunc Iudex poterit inconſtans eam reuocare, quantumuis ſit executioni tradita, Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando fall.*5. *num.*15. *limit.* 3. Iaſ. *dicta l. quod iuſſit num.*32. Scacc. *loco cit. nu.*68. Bero. *conſ.*19. *num.*25. *lib.* 3.

259 Et ſi officio Iudicis nobili lata eſſet, vtiquè poſſet reuocari, Rip. *d. l. quod iuſſit num.*49. Cardin. Alexan. *dicto cap. cum ceſſante num.* 40. Rebuff. *ad l. Galliæ, de ſent. art.* 3. *gloſs. vnic. num.* 32. Pereyra *loco cit. num.* 8. *verſ. niſi dicamus.*

260 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando fuit quæſitum ius Parti ex ſententia interlocutoria, Gloſs. Bartol. & alij apud Iaſon *in dicta l. quod iuſſit num.* 32. Rip. *num.* 33. Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando num.* 15. Cardin. Alexan. *dicto cap. cum ceſſante num.* 40. *verſ.* 20. *fallit*, Surd. *conſ.* 288. *num.* 7. Coſt. *de re integr. dicta diſtinct.*38. *num.* 8.

261 Tunc autem dicitur ius quæſitum Parti, quando ſententia fuit ab homine, vel à lege executioni demandata, ſecùs autem, ſi ſolùm ea ſit prolata, Surd. *dicto conſ.*288. *num.*26. *verſ. poſtremò.*

Secùs autem, ſi pars poſt interlocutoriam plures faceret expenſas, nam illis non obſtantibus quamuis res non poſſit dici integra, poteſt nihilominus Iudex reuocare, vt poſt Hoſtien. Io. Andr. & alios tenet Surd. *dicto conſ.* 288. *num.*27.

262 De quo tamen vide Alex. *conſ.* 133. *n.*12. *vol.*6. & Coſt. *de re integra diſtinct.*38. *num.*11. *in fin.* qui dicit, re non integra, Iudicem non poſſe reuocare interlocutoriam inuita parte, intelligenda eſt enim eius doctrina iuxta ſuperius tradita, nempe, ſi verè ius ſit parti quæſitum. Hinc
263 propterea, ſi Iudex pronunciaret, quemquam haberi pro confeſſo, eo quia negauerit reſpondere poſitionibus, hanc in-
264 terlocutoriam reuocare nequit, quia
trahit ſecum executionem, & per eam ius eſt quæſitum Parti, Caſtren *in l. Prætorio, §. ſed, & ſi quid, ff. de Prætor. ſtipul.* Coſta *de re integr. dicta diſtinct.*38. *num.*11.

265 Dic nonò, illicitam eſſe inconſtantiam in Iudice dato ad vnum articulum incidentem, vel emergentem tantùm, puta ad cognoſcendum, an ſententia ſit exequenda; vel teſtes ſint admittendi, hoc enim caſu, ſi Iudex interloquatur ſuper illo articulo, non poterit interlocutoriam reuocare, quia functus eſt officio ſuo, Bald. *conſ.* 58. *in* 1. *vol.* Rip. *dicta l. quod iuſſit num.*21. *verſ. ſecundò limita.*

266 Dic decimò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando interlocutoria profertur ſimul cum principali ſententia, nam, quia tunc

267 tunc aſſumit naturam definitiuæ, Iudex
illam reuocare non poteſt, Salyc. *l. ante ſen-
tentiæ, C. quæ appellat. non recip.* Alexan. *in
l. patris, & filij num. 3. ff. vulg. & pupill.* Rip.
dicta l. quod iuſſit num. 23.

268 Dic vndecimò, illicitam eſſe incon-
ſtantiam, quando conſuetudo, aut ſtylus
fori dictaret, non eſſe interlocutoriam
ſemel latam reuocandam, Barbat. *conſ. 34.
vol. 4.* Pereyra *dicta quæſt. 9. num. 8. verſ.
limit. 2.*

269 Dic duodecimò, illicitam eſſe incon-
ſtantiam, quando Iudex vellet reuocare
interpretationem, quam ſemel dedit ad
obſcurà verba ſententiæ, quia talem in-
terpretationem mutare non poteſt, Bald.
in l. 2. C. de ſenten. ex periculo recit. Imol. *in
l. ab executione, ff. de appellat.* Curt. ſen.
conſ. 27. num. 34. Angel. *dicta l. quod iuſſit*,
& ibi Rip. *num. 24.* Cardin. Alexan. *dicto
cap. cum ceſſante num. 40. verſ. 15. fallit.*

270 Contrarium voluit Imol. *dicta l. quod
iuſſit*, quem ſequitur Rip. *num. 24. verſ. con-
trarium*, Angel. *dicta l. quidquid adſtringendæ,
ff. de verb. obligat.* Cardin. Alexan. *loco cit.*
qui dicit, quod interpretatio verbi dubij
ſemel facta non poteſt reuocari à priuato,
ſecus in Iudice, latè Surd. *dicto conſ. 288. à
num. 8.* & præſertim *num. 29.* vbi, quod
etiam fieri poteſt in præiudicium iuris
quæſiti, ex Caſtren. *in l. hæredes palam, §. ſi
quid poſt, ff. de teſtamentis.*

271 Dic decimotertiò, illicitam eſſe in-
conſtantiam in Auditore Sacri Palatij
Apoſtolici, cui in gradu appellationis
commiſſa fuit cauſa, *cum facultatibus
Audit. Cam.* nam licet ipſe, vigore facul-
tatis ſibi in commiſſione attributæ poſſit
procedere executiuè, non tamen poteſt
tanquam Audit. Cam. ſubrogatus interlo-
cutoriam reuocare, quia cauſa appellatio-
272 nis diuerſificat inſtantiam, & in hoc non
cenſetur ei per huiuſmodi commiſſionem
facultas conceſſa, Ridolph. *in praxi par. 1.
cap. 13. num. 576.* ex Coccin. *deciſ. 78. num. 9.
& ſeqq.*

273 Dic decimoquartò, illicitam eſſe in-
conſtantiam, quando Iudex pronunciaſſet
in ſcriptis per cedulam, nam tunc non
poteſt reuocare, cum ſit functus officio
ſuo, Saluſt. Tiber. *in praxi lib. 1. cap. 53.
num. 7.* Ridolphin. *dicto cap. 13. num. 577.*
Rota *recent. par. 10. deciſ. 20. num. 39.*

274 Dic decimoquintò, illicitam eſſe in-
conſtantiam poſtquam cauſa appellationis
fuit commiſſa à Signatura, etiamſi illam
275 commiſerit cum clauſula *ſine præiudicio
legitimæ executionis*, licet enim tunc Iudex
à quo poſſit procedere ad vlteriora in exe-
276 cutione ſuæ interlocutoriæ; non tamen
poteſt illam reuocare, ſed ſi videt illam
iniuſtam, debet ab vlteriori executione
abſtinere, cum enim in ea Signatura,
quæ Papam repræſentat, manus appoſue-
rit, inferior ſe amplius ingerere non po-
teſt, nec debet, teſte Ridolphin. *dicto cap.
13. num. 579.*

277 An autem detur inconſtantia in Iudi-
ce reſpectu ſententiæ definitiuæ? Dic illi-
citam omninò eſſe inconſtantiam, nec Iu-
dicem poſſe ſuam definitiuam ſententiam
reuocare, *l. Paulus, l. Iudex, ff. de re Iudic.
l. 1. in fin. ff. de quæſtionibus, l. 1. C. ſent. reſcind.
non poſſe*, Specul. *tit. de ſententia, §. qualiter,
verſ. hoc quoque notandum*, Abb. *conſ. 73.
& 92. lib. 1.* Roman. *conſil. 362.* Fulgoſ.
conſ. 166. Alex. *conſ. 71. col. 2. lib. 5.* Rebuff.
dicta l. quod iuſſit in 2. notab. num. 1. Cardin.
Alexan. *dicto cap. cum ceſſante num. 41. de
appell. & per l. quod iuſſit*, tradit Rebuff. *ad
leges Gallicas, tit. de ſent. art. 3. gloſſ. vnic.
num. 6.* Rip. *dicta l. quod iuſſit num. 50.* Felyn.
in dicto cap. qualiter, & quando il primo nu. 23.
& ibi Soccin. *nu. 63. & 64. de accuſat.* Scacc.
de ſent. & re iudic. gloſſ. 14. quæſt. 17. num. 1.
Pereyra *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 9. num. 10.*
Fragoſ. *de regim. Reipub. par. 1. lib. 4. diſp. 10.
§. 4. à num. 215. cum ſeqq.*

278 Ratio eſt, quia Iudex, lata ſententia
definitiua, functus eſt officio ſuo, & deſi-
279 nit eſſe Iudex in illa cauſa, *l. actor, l. Iudex,
l. Paulus, ff. re iudic.* & omnes *ſupracitati*
Doctor. *cap. in litteris, de offic. delegat. l. qua-
lem, §. dicere*, ibi, *dum Arbiter eſſe deſierit,
ff. de arbitr. cap. ſi Compromiſſarius, de elect.
in 6.* Rebuff. *dicta l. quod iuſſit, in princ. nu. 4.*
ad quod reſpexit Senec. *lib. 7. contr. cap. fin.
Iudex, quam tulit de reo tabellam, reuocare
non poteſt*; & illud Apullei *lib. 1. florid.
Proconſulis tabella ſententia eſt, quæ ſemel
lecta, neque augeri littera vna, neque minui
poteſt*, Oſſual. ad Donell. *lib. 27. cap. 1. lit-
tera H*, Amaya *ad l. vnic. C. de ſent. aduerſus
Fiſcum lib. 10. num. 1.*

280 Ratio ſecunda eſt, quia ſententia defi-
nitiua fertur cum deliberatione, *l. 2. C. de
ſent. ex pericul. recit.* Ideò de facili non ſo-
let reuocari, argum. *l. fin. C. arbit. tutel.
l. dubium non eſt, C. de repud.* cum alijs per
Rebuff. *loco cit. num. 4.*

281 Ratio tertia eſt, vt ſit litium finis,
aliàs enim non eſſet, ſi poſſet Iudex in-
conſtans ſuam reuocare definitiuam ſen-
tentiam, Bald. *l. 1. num. 2. C. ſent. reſcind.
282 non poſſe*, & quia eſſet procedere in in-
finitum, quod eſt contra leges, & Reipu-
blicæ vtilitatem, *l. properandum, C. de Iudic.
l. ſi Prætor, ff. eodem*, Rebuff. *loco cit. num. 4.
verſ. quartò ratio.*

Hinc Caſſiodorus *lib. 1. epiſt. 5.*

*In immenſum trahi non debent finita litigia,
Quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec
legitimis ſententijs acquieſcit.*

283 Amplia primò, vt nec etiam poſſit
eſſe inconſtans de partium conſenſu, *l. ſi
diuerſa, C. de tranſact.* Bald. *cap. præſentata*

Digitized by Google

col.2.de teſtib. Rebuff. *dicta l.quod iuſſit 2.not.*
num.2. Pereyra *loco cit.num.*10. *verſ.quæ qui-*
dem concluſio, Fragoſ. *de regim.Reipubl.par.*1.
*lib.*4. *diſput.*10. *num.*224.
284 Amplia ſecundò, vt procedat ſiue ſen-
tentia lata fuerit in cauſa ciuili, ſiue in
cauſa criminali, *l.*1. *in fin. ff. de quæſt. l.pœ-*
nam, C. de pœnis, l.Diui, l.relegati, l. moris,
§. pen. ff.eod. Cardin. *conſ.*29. cum alijs per
Rebuff. *loco cit.nu.*3. Pereyra *loco cit.nu.*10.
285 Vnde Iudex condemnatum non poteſt
abſoluere, etiamſi poſtea appareat de in-
nocentia, *l. actu, §.* 1. *ff. de re iudic. l. Diui,*
ff. de pœnis, Abb. *conſ.* 73. *&* *conſ.* 92. *lib.*1.
286 ſed debet ab executione ſuperſedere,
donec conſultus fuerit Princeps, & gra-
tiam delinquenti conceſſerit, Bald. *l.addi-*
ctos, C.de Epiſcopal.audien. Felyn. *cap.conſan-*
*guinei col.*2. *extr.de re iudic.* Rebuff. *loco cit.*
num. 3. Pereyra *loco cit. num.* 10. Abb. *cap.*
de his num. 2. *de accuſat.* Couuarr. *de ſponſ.*
2.*par. cap.*8. *§.vltim. nu.*15. Pereyra *loco cit.*
qui dicit propterea cauendum ab Anania,
& Monacho, qui contrarium tenuerunt,
287 ea ratione, quod ſententia in cauſa cri-
minali nunquam tranſeat in iudicatum,
quod tamen conuincitur *ex ſupradictis,*
quia ſolùm ſpeciale eſt in cauſis crimina-
288 libus, quod in eis reſcribitur à Principe,
ſi conſtet de rei innocentia, ſecus autem
in cauſa ciuili, *l. fin. C. vt lit. pend. l. fin. C.*
ſent.reſcind. non poſſe, & ab eodem Principe
reſcindatur propter inſtrumenta de nouo
reperta, *dicta l.Diui,* quod ſecus eſt in cau-
ſa ciuili, Iaſ. *l. admonendi num.*56. *ff. de iure*
iur. Pereyra *loco cit. num.*10. *lib.*1.
289 Amplia tertiò, vt nec liceat eſſe in-
conſtans, etiam prætextu erroris, *l. error,*
& ibi Doct. *C. de iur. & fact. ignor.* Rebuff.
dicta l. quod iuſſit num. 5. Pereyra *loco cit.*
num. 10. *verſ. Amplia etiam,* Scacc. *loco cit.*
*num.*6. *&* 7.
290 Amplia quartò, ſiue ſimus in Iudice
ordinario, delegato, vel ſubdelegato,
cum in illis habeat locum regula, quod
lata ſententia definitiua functi ſunt officio
ſuo, *d.l.Iudex, & cap.in litteris,de offic.delgat.*
Rebuff. *loco cit. num.*9. Felyn. *dicto cap.qua-*
*liter, & quando num.*23. & ibi Soccin.*nu.*64.
291 Scacc. *loco cit. num.* 3. Quod procedere
etiam in Auditoribus Rotæ, dixit *ex deciſ.*
Rotæ 341. *in nou.* idem Rebuff. *loco citato*
num. 7.
292 Amplia quintò, vt illicita ſit incon-
ſtantia etiam intra decem dies ad appel-
landum, Bartol. & alij *in l. poſt ſententiam,*
C.de ſent. Doctor. *dicta l. Iudex, de re iudic.*
Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.*10. *& ad leges*
*Galliæ tit.de ſent. art.*3. *gloſ.vnic. num.*18.
293 Amplia ſextò, vt illicita ſit inconſtan-
tia in Iudice, vt nec poſſit definitiuam
ſententiam in melius reformare, quia
functus eſt officio ſuo, *l. Iudex, ff. de re*
iudic. Rebuff. *d. l.quod iuſſit num.*11. *verſ.*10.
Fragoſ. *de regim. Reipubl. dicta diſput.* 10. *à*
num. 216. vbi latiſſimè reprobat Baldum,
& Angelum *in dicta l. Iudex, ff. de re iudic.*
Ancharanum *in conſ.* 208. *num.* 15. *& ſeq.*
Alexandrum *conſ.*118. *volum.*3. *& conſ.*90.
*volum.*1.*in princ.* tenentes, non ex interual-
lo, ſed incontinenti Iudicem corrigere,
& reformare poſſe ſententiam.
294 Amplia ſeptimò, vt illicita ſit incon-
ſtantia etiam in arbitro, *l. dicere, §.fin. ff.de*
arbitr. Rebuff. *dicta l.quod iuſſit num.*12. vbi
295 ampliat, etiam quod data illi eſſet facul-
tas pluries pronunciandi, Bartol. *in l. quid*
tamen, in princ. ff. eodem tit. de arbitr.
296 De Notario autem, quando poſſit
mutare, vel corrigere inſtrumenta, vide
in ſua concluſione, *l. ſi librarius, ff. de reg.*
iur. & ibi Dec. Cagnol. Rip. *dicta l. quod*
*iuſſit num.*52. Rebuff. *ibid. ver.*12.
297 Amplia octauò, vt illicita ſit incon-
ſtantia, etiam quoad acceſſoria, vnde, Iu-
298 dex expenſarum condemnationem, vel
fructuum, ſiue abſolutionem reuocare
non poteſt, Gloſs. *in l.*1. *C. de ſent. quæ ſine*
cert. quant. profer. Innocent. *cap. auditis, de*
Procur. Bald. *l.quia arbiter,ff.de arbitr.* Alex.
in l.Paulus, ff. de re iudic. Rebuff. *dicta l.quod*
*iuſſit num.*12. *verſ. vlt. amplia.* Et ratio eſt,
quia, poſtquam non datur inconſtantia in
299 ſententia definitiua, ergo nec in acceſ-
ſorijs, hoc eſt expenſarum condemnatio-
ne, quia naturam principalis ſequi debet,
l.cum principalis, ff.de reg.iur. Rebuff. *loco cit.*
300 vbi ampliat etiam quod ſententia lata
eſſet contra formam Statuti, vel conſue-
tudinis, Ancharan. *conſ.*182.
301 Sed hæc ampliatio intelligitur, ſi ſuper
acceſſorijs iam ſententiaſſet, ſecus autem,
ſi illa omiſiſſet, quia eadem die poſſet
illa addere, *l. Paulus, ff. de re iudic.* Bartol.
l. hac lege num. 4. *C. ſent. ex pericul. recitan.*
l. ab executore num. 7. *quæſt.* 2. *ff. de appellat.*
Abb. *cap. qualiter nu.*4. Anan.*nu.*7. Soccin.
*nu.*126. *&* 127. *in* 15.*fall.* Surd. *d. conſ.*288.
num. 5. Scacc. *dicta gloſ.*14. *quæſt.*17. *nu.*16.
302 vbi dicit, quod, ſi Iudex condemnaue-
rit in principali, nec aliquid dixerit de
fructibus, vel expenſis, poterit eos con-
303 demnationi addere eadem die, ex Soc-
cin. Innocent. Menoch. & Carauit. Imò
hoc caſu teneri eadem die ſuper iſtis pro-
nunciare, voluit ex Textu *dicta l. Paulus,*
de re iudic. Soccin. *dicto cap.qualiter nu.*130.
304 Scacc. *loco cit.num.*18. qui addit hoc pro-
cedere in arbitro.
305 Amplia nonò, vt nec etiam poſſit
ſententiam interpretari, addendo, vel mi-
nuendo aliquid de ſubſtantia, *dicta l.Iudex,*
*& l.*1. *C.ſent.reſcind.* Bartol. *in l.ab executore*
*num.*7. *quæſt.*2. *ff.de appellat. & in l.*2. *num.*4.
& ibi Salyc. *num.* 4. Bald. *num.* 9. *C. de ſent.*
ex periculo recitand. Felyn. *dicto cap.qualiter,*

Digitized by Google

& quando num. 25. 2. *limit.* Gabr. *lib.* 6. *de reg.iur. concluſ.* 3. *num.* 14. *illat.* 6. hos omnes Scacc. *defent.& re iudic. dicta gloſs.* 14. *qu.* 17. *num.* 4.

306 Amplia decimò, vt, ſi Iudex reuocet ſuam definitiuam ſententiam altera ſententia, huiuſmodi ſententiæ reuoca-
307 toria nulla ſit ipſo iure, itaut appellatio non ſit neceſſaria, *l.* 1. *C. ſent. reſcin. non poſſe*, Scacc. *loco cit. num.* 5.

308 Primò dic, licitam eſſe inconſtantiam in ſententia lata à Principe, quàm poterit ipſe mutare, & corrigere ad libitum, Barr. *dicta l. ab executore*, *ff. de appellat.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum ceſſante num.* 41. *verſ.* 11. *fallit*, Rebuff. *dicta l quod iuſſit num.* 13. *verſ. primò limita*, *& ſeqq.* & ibi Rip. *nu.* 57. *verſ. ſed ego crederem*, Alexan. *dicta l. Iudex num.* 11. *in fin.* Arias de Meſa *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 10.

309 Secundò dic, licitam eſſe inconſtantiam in Senatoribus, ſiue Senatu, qui
310 ſuam poteſt mutare, & reuocare ſententiam, quia loco Principis eſt, Bald. *l.* 1. *C. ſentent. reſcin. non poſſe*, Montan. *de authorit. Magni Conſilij in* 6. *argum.* Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.* 17. Theſaur. *deciſ.* 232. qui dixit, quod Senatus poteſt mutare pœnam
311 pecuniariam in corporalem, etiam lata ſententia; de qua re videndus eſt Garron. *de Senator. lib.* 1. *tit.* 4. *art.* 11. *per tot.*

312 Quod tamen intellige tam in Principe, quàm in Senatu, ſi mutatio, vel reuocatio fiat iuſta de cauſa, Addent. *ad dict. deciſ. Theſaur.* 232. *littera B.*

313 Quomodo autem fiat in Gallia huiuſmodi reuocatio, ſiue mutatio à Senatoribus, vide latè Rebuffum *dicta l. quod iuſſit à num.* 18.

314 Contrarium, quod etiam in Senatu, ſeu Præfecto Prætorio illicita ſit inconſtantia, itaut non poſſit ſuam corrigere ſententiam definitiuam, tenet Soccinus *d. cap. qualiter, & quando num.* 85. *verſ. quartò fallit*, vbi dicit, quod hæc fallentia communiter reprobatur, Alexan. *dicta l. Iudex num.* 11.

315 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam, quando ſententia definitiua reſcindi peteretur per viam reſtitutionis in integrum, ſiue ſententia ſit lata in iudicio criminali, ſiue in ciuili, nam tunc poterit mutari, *dicta l. Diui, ff. de pœnis, l. in cauſæ, §. fin. ff. de min.* Gloſs. *in dicta l. Iudex l.* 1. & ibi Bald. *C. ſent. reſcindi non poſſe*, Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.* 127. *verſ. tertiò limita*, qui dicit, hanc mutationem, ſeu reuocationem non fieri contrario imperio, ſed ope reſtitutionis.

316 Et quamuis ſolus Princeps ſoleat reſtitutionem in integrum concedere, Abb. *in cap.* 2. *in fin. de purgat. vulgar.* Nihilominus
317 idem Iudex, qui tulit ſententiam, inter-

dum illam concedere poteſt, *l. perfectè, ff. de minorib. & l. præcedant, in fin.* & ibi notant Gloſs. Bartol. Alber. Bald. & alij, *l Præſes, ff. eod.* quam non allegant Doctor. vt dicit Oddus *de reſtit. in integr. quæſt.* 32. *artic.* 17. Marcheſ. *de commiſs. reſtit. in integr. par.* 2. *§.* 1. *num.* 20. *to.* 2.

318 Quod procedit, etiam, ſi fatuitate, vel imperitia propria ipſius Iudicis læſus fuiſſet minor, Alber. *dicta l. perfectè num.* 1. Odd. *loco cit. num.* 133. qui hoc declarat,
319 dummodo ità conſentiat ipſe læſus, vel expediat ipſi læſo, quod illemet Iudex illam concedat.

320 Secundò procedit, etiam, ſi conſuetudo eſſet in contrarium, Caſtren. *l.* 3. *C. ſi aduerſ. rem iudic. num.* 2.

321 Tertiò procedit, vt etiam in aliquo caſu debeat omnino peti reſtitutio coram eodem Iudice, vt quando peteretur aduerſus lapſum temporis ad appellandum, Iacob. de Aren. Cyn. Caſtren. *in l. Præſes num.* 2. *C. de appellat.* Bald. *in cap. Paſtoralis, §. præterea num.* 8. *de offic. delegat.* Matteſil. *l.* 2. *num.* 11. *C. de ſent. ex pericul. recit.* Franc. Marc. *deciſ.* 56. *num.* 5. Odd. *loco cit. nu.* 130. qui reprobat Bald. contrarium tenentem.

322 An autem Delegatus poſſit concedere huiuſmodi reſtitutionem? Dic, quod, ſi Delegatus eſt Principis, poſſit concedere reſtitutionem ab interlocutoria, non autem à definitiua, Odd. latè *loco cit. art.* 18. *à num.* 137. qui *num.* 142. dicit, quod licet
323 Delegatus non poſſit reſtituere contra ſententiam propriam, poteſt tamen cognoſcere cauſam reſtitutionis, & interim ſuſpendere executionem, & referre ipſi Principi, Abb. *in cap. ſtuduiſti, de offic. deleg. & in conſ.* 87. *in fin. lib.* 1.

324 Dic quartò, Iudicem inconſtantem eſſe poſſe in ſententia definitiua, illamque poſſe reuocare, ſi nulliter ab eo ſit lata, Textus eſt ſingularis *in l. fin. C. de ſent. quæ ſin. cert. quantit.* & ibi Bald. & Angel. *l. ſi Præſes, C. quomodo, & quando Iudex, l. ſi accuſator. C. de accuſat.* Rip. *dicta l. quod iuſſit num.* 62. Alex. *dicta l. Iudex num.* 20. Felyn. *d. cap. qualiter, & quando num.* 37. Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra, in verb. interlocutiones col.* 12. *de probat.* Doctor. *in cap. Praternit. de frigid. & malef.* Afflict. *deciſ.* 283. Rot. *deciſ.* 341. *in nou.* cum alijs per Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.* 131. Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6. *num.* 87. vbi latè
325 quando, & quomodo poſſit deduci nullitas ſententiæ coram eodem Iudice, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 67. *à num.* 20.

326 Quod amplia, etiam, quod Iudicis ordinarij iuriſdictio ſit prorogata, nam tunc
327 lata ſententia nulla durat eius iuriſdictio, Guidop. *deciſ.* 462. Capic. *deciſ* 1. *num.* 26. Vant. *de nullit. tit. coram quo null. proponit. num.* 9. Menoch. *loco cit. numer.* 6. *&* 7.

vbi de ratione.

328 Non habet tamen locum hoc dictum, ſi Iudex per ſordes nulliter judicaſſet, quia non deberet eſſe ſuæ iniquitatis, ac turpitudinis cognitor, nec Pars cogi poſſet, vt illum Iudicem iterum adiret, vt ex Bartol. Felyn. & Vant. dixit Menoch. *loco cit. num.* 15.

329 Neque, ſi ex nouis actis nullitas appareret, Menoch. *loco cit. num.* 16. *&* 17.

330 Nec ſi ope exceptionis tantummodo ſententia eſſet nulla, Bald. *l. vlt. C. de contrahen. empt.* Tiraquell. *l. boues, §. hoc ſermone limit.* 1. *num.* 55. Menoch. *loco cit. num.* 20.

331 Sed hoc dictum procedit in Iudice Ordinario, ſecus autem in Iudice Delegato, quia is, poſtquam definitiuam tulit ſententiam, dicitur functus officio ſuo, ſiue benè, ſiue malè pronunciauerit, *l. ſi, vt proponis*, & ibi Bartol. *num.* 1. *&* 3. Bald. *num.* 7. *&* 8. Salyc. *num.* 3. *C. quomodo, & quando Iudex*, Innocent. *in cap.* 1. *de ſent. & re iudic.* Bartol. *in l. ſi expreſſum num.* 14. *ff. de appellat.* Franc. *in cap. dilecto num.* 64. *quæſt.* 27. & ibi Cardin. Alex. *quæſt.* 8. *nu.* 58. *de appellat.* Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando, fall.* 8. *num.* 38. Rip. *dicta l. quod iuſſit num.* 63. & ibi Rebuff. *num.* 132. Scacc. *de appell. d. quæſt.* 19. *rem.* 1. *concl.* 6. *num.* 91. Menoch *loco cit. num.* 21.

332 Quod procedit etiam in Delegato, qui habet iuriſdictionem ordinariam in
333 cognoſcendo, & delegatam in decidendo, quales ſunt Auditores Rotæ, Rip. *dicta l. quod iuſſit num.* 63. Scacc. *loco cit. num.* 92. *& lib.* 1. *de iudic. cap.* 26. *num.* 3. Rota *deciſ.* 341. *in nou.* latè Menoch. *loco cit. num.* 35.

334 Secundò habet locum, etiam in Delegato Principis, quia is non poteſt reuocare ſententiam, quam nulliter protulit, Felyn. *in cap. in litteris fallent.* 1. *verſ. contrarium num.* 1. *de offic. & poteſt. Iudic. Deleg. & in dicto cap. qualiter, & quando num.* 30. *verſ. ſed aduerte*, & de communi Rip. *dicta l. quod iuſſit num.* 63. *ampliat.* 2. Dec. *dicto cap. in litteris fallent.* 1. *num.* 14. Scacc. *dicta quæſt.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *num.* 93.

Contrarium voluerunt Angel. *dicta l. Iudex num.* 6. *de re iudic.* Boer. *deciſ.* 6. Vant. *de nullit. rubr. coram quo poſſit*, Dec. *dicto cap. in litteris num.* 25. *& ſeq.* quos refert Scacc. *loco cit. num.* 94. Menoch. *de arbitr. d. qu.* 67. *num.* 28. Pereyra *dicto cap.* 9. *recept. ſentent. num.* 13. qui latè hanc defendit, & fortaſsè verior eſt opinio, & hanc opinionem latè defendit Menoch. *loco cit. num.* 44. *verſ. non ignoro tamen*, vbi dicit leuia eſſe opinionis contrariæ fundamenta.

335 Tertiò habet locum, etiamquod Delegatus protuliſſet ſententiam ſine ſcriptis, quia nec iterum iudicare poteſt, Alexan. & Dec. relati, & probati à Rip. *dicta l. quod iuſſit num.* 66. reprobata ibidem opinione Felyn. & Bald. & hanc opinionem ſequitur Menoch. *dicta quæſt.* 67. *num.* 34.

336 Licita tamen erit inconſtantia in Delegato ad Vniuerſitatem cauſarum, Bart. *in l. ſi vt proponis num.* 13. & ibi Salyc. *num.* 3. *C. quomodo, & quando Iudex, verſ. ſecundus eſt caſus, & in dicto cap. in litteris fall* 2. Vant. *loco cit. num.* 17. Rip. *dicta l. quod iuſſit nu.* 64. vbi de ratione, Scacc. *loco cit. num.* 99. latè Menoch. *loco cit. num.* 47. vbi pulchrè de-
337 clarat quis dicatur Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, nempe illum eſſe, cui ſub vno vniuerſali verbo commiſſæ ſunt cauſæ omnes, vtputa, ſi mandentur lites, & controuerſiæ illæ omnes, quæ contigerint agitari inter Mercatores Ciuitatis, vel delegentur cauſæ omnes vnius Territorij.

338 Hinc propterea Iuſdicentes conſtituti à Feudatarijs ſuis in Caſtris, vt eorum auctoritate ius dicant in cauſis hominum ip-
339 ſorum Caſtrorum; ità pariter Vicarij foranei, qui de cauſis Clericorum vnius Diœceſis, vel partis cognoſcunt, dicuntur Delegati ad Vniuerſitatem cauſarum.

340 Itemque in Romana Curia Camerarium, Auditorem Cameræ, Gubernatorem, Vicarium, Senatorem, Mareſcalcum, & Auditorem Contradictarum eſſe Delegatos ad Vniuerſitatem cauſarum, teſtatur idem Menoch. *loco cit. à num.* 48. Ideò cauendum ab Imol. *in l. Iudex poſteaquam num.* 4. *ff. de re indic.* & à Dec. *in cap. litteris num.* 5. *verſ. ſecundò fallit, de offic. Deleg.*
341 tenentibus, Delegatum ad Vniuerſitatem cauſarum non poſſe ſententiam reuocare, quia is ſit functus officio ſuo, quia cum æquiparetur Ordinario, poteſt ſuam mutare ſententiam, Menoch. *loco citato num.* 57. *verſ. cæterum.*

342 An autem Delegatus ad certum genus cauſarum poſſit iterùm de cauſa iudicare, de qua primum tulit ſententiam nullam: Dic negatiuè, & ſic ceſſare in eo inconſtantiam, quia huius Delegati natura propius accedit ad naturam ſimplicis delegati, tot enim reputantur dele-
343 gationes quot ſunt cauſæ, vt poſt Gulielm. de Cuneo, dixit Bart. *in l. more n.* 14. *ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum*, cum alijs à Menoch. *loco cit. num.* 67.

344 Pariter licita erit inconſtantia, ſi delegatus nulliter iudicauit per errorem facti, Innoc. *in cap.* 1. *de ſent. & re indic.* Petr. de Anchar. *in Clem.* 1. *eodem tit.* Caſtren. *in l. cum quærebatur, ff. eodem*, Scacc. *loco citato nu.* 100. Menoch. ſibi inconſtans *dicta q.* 67. *num.* 31.

345 Contrarium in hoc voluere Imol. Alex. *in dicta l. quod iuſſit*, & alij, quos refert, & ſequitur Rip. *in dicta l. quod iuſſit num.* 65. *verſ. ſecundò fallit*, reſpondens ad doctrinam

Digitized by Google

Innocentij de mente Imolæ, quod habet
locum in Executore dato ad prouiden-
dum de beneficio, & ſic in actu extraiu-
346 diciali, propterea alia ratio ſuadet in
Delegato ad prouidendum, quod poſſit
347 iterum conferre, ſi nulliter contulit,
quia agitur de beneficio Principis, in quo
latior fit interpretatio, *l.1. de Conſtit. Princ. cap. cum dilecti, de donat.* In actu autem iu-
diciali, prout in ſententia, verior eſt opi-
nio, quod non poſſit Delegatus ſuam ſen-
tentiam mutare, vel reuocare, prætextu
erroris, vt ex Felyn. *dicto cap. in litteris,*
voluit Scacc. *loco cit. num.*101.
348 Item licita erit inconſtantia in Iudice
Delegato, ſi non iudicauit ſuper toto, ſic-
que non eſt perfectè functus officio ſuo,
quia tunc illud, quod nulliter pronuncia-
uit, poteſt reuocare, Bartol. *l. ſi vt proponis nu.3. C. quomodo, & quando Iudex,* Miſinger.
*obſeruat.*92. *centur.*5. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.* 108.
349 Item licita erit inconſtantia in Dele-
gato, qui, non obſeruata delegationis for-
ma, ſententiam tulit.
350 Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam
in ſententia lata officio Iudicis nobili,
quia, cum officium Iudicis non expirauе-
rit, illam poterit retractare, *l. Diuus, ff. de in integr. reſtit.* Bart. *dicta l. quod iuſſit num.*20.
& in l 1. *in fin. ff. de Prætor. ſtipul. & in l. Iudex, de re iudicata,* Cardin. Alex. *dicto cap. cum ceſſante num.* 41. *verſ. tertiò fallit,* cum
alijs, quos adducit Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.*135. vbi propterea infert, quod, cum
351 mulcta officio Iudicis nobili imponitur,
l.1. in princ. ff. ſi quis iuſdicenti non obtempera-
352 *uerit,* poterit Iudex eam remittere, *l. illicitas, §. fin. ff. de offic. Præſid.* ſecus autem in
353 pœna etiam pauperi impoſita, Rip. *dicta l. quod iuſſit num.*55. *verſ. fallit primò,* Rebuff.
ibidem num. 137.
354 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando Pars, in vtilitatem cuius ſententia
lata eſt, fatetur, eam iniuſtam in toto,
vel in parte, quia Iudex poterit eam cor-
rigere, & reuocare, iuxta Partis confeſ-
ſionem, Innoc. *in cap. quia plerique num* 2.
verſ. eſt autem ea ratio, de immunit. Eccleſ. per
Text. *in cap.2. de purgat. vulg.* Bald. *in auth. ad hæc, C. de vſur. num.* 54. Anton. de Butr.
conſ. 27. *vol.* 3. Abb. *conſ.* 89. *vol.*1. *l. ſi conſtante, §. quoties,* & ibi Roman. *ff. ſolut. matrim.* cum alijs, quos congerit Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.*138. qui *num.*142. ſubdit,
quod tutius eſſet conſulere Superiorem,
355 & litteras impetrare à Principe, vt præ-
ctleatur in Francia, ex Felyn. *in cap. Conſanguinei, in fin. de re iudic.* Salycet. &
Marſil.
356 Quod tamen dictum intelligendum
eſt, vt procedat quoad ſententiæ fauorem,
non autem quoad ſui præiudicium, Ro-
man. *l. admonendi num.* 38. *ff. iure iur.* & ibi
Iaſ. *num.*48. Abb. *in cap. Fraternitatis nu.*18.
de frigid. Rebuff. *loco cit. num.*144.
357 Secundò procedit, quando agitur de
commodo confitentis, ſecus ſi ageretur de
fauore vinculi matrimonij, quia confeſſio
Partis nihil operaretur, *cap. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ,* Rebuff.
loco cit. num. 145.
358 Tertiò, procedit in Iudice Ordina-
rio, ſecus in Delegato, quia, cum iuriſ-
dictio eius extincta ſit, inconſtans eam re-
uocare non poteſt, *cap. in litteris, de offic. delegat.* Rebuff. *loco cit. num.*145. *verſ. tertiò intellige.*
359 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtan-
tiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in
iudicatum, *cap. tenor, cap. lator, de re iudic.*
Rip. *d. l. quod iuſſit num.* 61. Rebuff. *ibidem num.*146. Zipct. *lib.*3. *conſult. Canonic. conſult.*3. *in princip.*
360 Hinc propterea ſententiam latam in
cauſa matrimoniali, & beneficiali, quan-
do tractatur de matrimonio ſpirituali, in
cauſa vſuraria ex præſumptionibus, vel
probationibus priuilegiatis, ſi contrariæ,
& veræ, & naturales probationes ſuper-
ueniunt, retractare Iudex poterit, vt benè
361 Rip. *loco cit. num.*61. Qui tamen declarat
procedere in Iudice ordinario, non autem
in delegato.
362 Secundò infertur, in cauſa Fiſci lici-
tam eſſe inconſtantiam, quia, ſi ſententia
lata eſt intra terminum, reuocari poteſt,
ſi ſuperueniant probationes, poſt termi-
num verò ſi præuaricatio, vel manifeſta
fraus arguatur, *l. Imperatores* 75. *ff. de re iudic. l.*4. *C. eodem, l. ſub prætextu* 19. *C. de tranſact.* Alexan. & Iaſ. *d. l. Imperatores,*
Roman. Curt. & Alciat. *d. l. ſub prætextu,*
Amaya *l. vnic. C. de ſentent. aduerſ. Fiſc. lib.*10.
363 Quod tamen non procedit, vbi Fiſcus
fuit legitimè defenſus, & omnia ſolemnia
interuenerunt, & ſententia ritè lata ſit,
nam tunc non poteſt retractari, niſi per
appellationem, *l. illud* 9. *ff. de appellat.* cum
364 in hoc caſu Fiſcus nullum maius ius ha-
beat, quam priuatus, Accurſ. & Plat. *dicta l. vnic.* Amaya *loco cit. num.*4. Et hoc priui-
365 legium Fiſci habet locum, ſiue ſimus
in ſententia ciuili, ſiue in criminali prop-
ter generalitatem dicti Textus, vt benè
per Amayam *loco cit. num.* 27.
366 Licet enim videatur communis opi-
nio, quod in criminalibus Fiſco non de-
tur reſtitutio contra ſententiam latam,
per Textum *in l. auxilium, ff. de minor.* &
per eum Textum dicit Peregrinus *de iur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 2. *num.*11. Garzias *de nobilit. gloſs.*3. §.1. *num.*18. multos adducens The-
ſaur. iun. *lib.*1. *quæſt. forenſ. quæſt.*59. *per tot.*
Facchin. *lib.*9. *controu. cap.* 81. Farinacc.

quaſt.tot. nu.35. Ricc. deciſ.81. nu.2. par.2. Alphar. de offic. Fiſcal. gloſs. 17. numer. 45. Nihilominus in caſu d. legis vnica Fiſcus non procedit per viam reſtitutionis in integrum, ſed mero iure, vt benè probat Amaya loco cit.

367 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam
in ſententia lata in iudicio Peritorum,
quia, ſi inueniantur peritiores, illa retra-
ctari poteſt, Textus eſt ſingularis in cap.
bidnum, §. receſſus num.2. quaſt.6. Lanfranc.
in repet. leg.admonendi num.9. ff.de iure iuran.
cap. propoſuiſti, & ibi plenè Decius de pro-
bat. Rebuff. dicta l. quod iuſſit num.148. qui
368 tamen ſubiungit, hoc fieri ex Principis
reſcripto, ad notat. per Dec. dicto cap. pro-
poſuiſti, col. penult. de probat.

369 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam, quando victor patitur diſcuti, & diſputari de viribus ſententiæ, & contrarium probari, quia tunc idem Iudex ordinarius poterit ſententiam retractare, Innocent. cap. cum Bertoldus num 4. de re iudic. & ibi Abb. Butr. conſ. 27. vol. 3. Panormit. conſ. 381. 2. volum. cum alijs, quos copiosè adducit Rebuff. loco cit. num.149.

370 Quod tamen intellige, quando Partes
vellent quod ſeruato iuris ordine, & no-
uo proceſſu agitato, & primæ renuncian-
tes ſententiæ ex aliqua noua cauſa Iudex
iudicaret, quia licita erit inconſtantia,
l.iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pact. Bald.
in l. ſi diuerſa, l.acta, ff.de re iudic. & ibi Alex.
cum alijs, quos adducit Rebuff. loco cit.
nu.150. verſ.reſpondeo: ſecus autem, quan-
371 do Partes vellent, quod abſque inſtan-
tia, & libello, litis conteſtatione, & alijs
ſolemnitatibus in ſententia Iudex contra
primam ſententiam ſententiaret, quia
tunc obſtaret Textus in l.1.C.quando prouoc.
372 non eſt neceſſe, vbi ſententia contra ſen-
tentiam non valet, quando prima tranſi-
uit in rem iudicatam, etiam de Partium
conſenſu, Gloſs. dicta l.ſi diuerſa, C.de tran-
ſact. & per alios, quos adducit Rebuff. loco
cit. num.150. verſic. ſed obſtat, & verſic. reſ-
pondeo.

373 Dic decimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando Iudex vellet interpretari, & declarare ſententiam definitiuam, l. ab executore, ff. de appellat. Gloſs. in cap. loci, §.bis itá 35. quaſt.9. Fab. l.1. C. ſent. reſcind. non poſſe, Alexan. conſ. 3. viſo inſtrumento, verſ. ſuper alio 1. volum. Soccin. conſ. 242. vol. 2. Dec. l. in ambiguis, ff. de reg. iur. Rebuff. loco cit. num. 153.

374 Quod tamen intellige in tali declaratione, quæ non immutet ſubſtantiam ſententiæ, Bald. l.hac num.9. & ibi Salyc.nu.4. C.de ſent. ex periculo recit. Soccin. dicto cap. qualiter, & quando num. 65. in 1. fall. Felyn. ibidem num. 23. fall. 1. & cæteri Canoniſtæ ab eodem adducti, Lanfranc. cap. quoniam contra numer. 560. de probat. Franc. Marc. deciſ.670. num.7. Gabr. de reg. iur. concluſ.3. num. 14. Gaill. lib.1. obſeruat. 116. num. 3. Scacc. de ſent. & re iudic. gloſs. 14. quaſt.17. num. 30. Secus, ſi illa interpretatio, vel declaratio mutaret ſententiæ ſubſtantiam, Bald. Salyc. Felyn. Gabr. loco cit. Scacc. loco cit. num. 4.

375 Rationes huius dicti ſunt plures videndæ apud Scacc. ſed ea potiſſimum, quia ille, qui prohibitus eſt emendare, vel mutare, non prohibetur declarare, Felyn. dicto cap. qualiter, & quando num.23. fall.1. Gabr. dicta concluſ. 3. num. 3. Scacc. loco cit. numer. 36.

376 Sed an huiuſmodi inconſtantia licita ſit ſolùm in Principe, & maioribus Magiſtratibus, an verò etiam in inferioribus, vt de Principe, qui, cum poſſit ſuam ſententiam reuocare, vt dictum eſt ſupra, poſſit etiam illam declarare, voluere Bartol. Felyn. Soccin. & Afflict. deciſ.215. relati à Scacc. loco cit. num.38.

377 Et de maioribus Magiſtratibus ſolùm, Bartol. Bald. Salycet. Gabr. & alij relati à dicto Scacc. loco cit. num.40.

378 De inferioribus verò Iudicibus dubium eſt nam ſupracitati numero proximo negarunt, illis hanc facultatem competere.

Sed Anan. dicto cap. qualiter num. 3. & Felyn. fall.1. num.24. apertè firmant, hanc etiam inconſtantiam licitam eſſe in Iudicibus inferioribus, quos videtur ſequi Scacc. loco cit. nu.41. quamuis contrariam opinionem magis communem aſſerat Gabriel. dicta concluſ.3. num.19. Surd. dicto conſ. 288. num. 1. quamuis malè pro hac opinione alleget Felyn. loco cit. vt aduertit Scacc. loco cit.

379 Intantumque licita eſt huiuſmodi inconſtantia, vt ſententiam declarare poſſit Iudex, etiamſi ab ea fuerit appellatum, Guidopap. ſingul. 349. Gabr. dicta concluſ.3. num. 55. Scacc. loco cit. num. 42. quamuis dicat, hoc non firmare.

380 Imò, etſi per huiuſmodi declarationem inferretur præiudicium iuri tertij, Caſtren. in l.hæredes palam, §. ſi quid poſt, ff. ff. de teſtam. Surd. dicto conſil. 288. num. 29. Scacc. loco cit. num.43. verſ.extende ſextò.

381 Et non ſolùm in Iudice, ſed etiam in arbitro licitam eſſe hoc caſu inconſtantiam, dummodò incontinenti ſuam interpretetur ſententiam, voluere Archid. in cap.ſicut, §.ex his 11. quaſt.1. Gloſs.in cap.1. & ibi Angel.ff.de arbitr. Specul.tit.de arbitr. §.fin. verſ. ſed nunquid verbum obſcurum, Anchar. conſ.208. Bald. in l.ne in arbitris, in fin. C.de arbit. Doct.in cap. Quintauall.de iureiur. Cardin. in cap.exhibita qu.6.de arbitr. Alex. in addit.ad Bart. in l.ab executore, ff.de appell. Rebuff. dicta l.quod iuſſit num.160.

382 Secus autem, ſi ex internallo, Henric.
Boich. *in cap. cum olim, de arbitr.* Rebuff.
loco cit. num. 106. Gabriel. *dicta concluſ. 3.
num.* 18.

383 Illicitam autem in hoc caſu eſſe in-
conſtantiam, quando Iudex officium ſuũ
terminauit, Bald. *l. ea, quæ, C. commin. vel
epiſt. & cap. 1. qui inueſt. Feud. dare teneantur,*
cum alijs per Rebuff. *dicta l. quod iuſſit
num.* 172. Gabr. *d. concluſ. 3. num.* 23. Scacc.
loco cit. num. 47.

384 Secundò, illicita eſt inconſtantia,
quando verba ſunt clara, ſecus autem ſi
ſunt dubia, Bald. *in l. ſi voluntate, col. 3. verſ.
quæro ſi Statutum, C. de fideicomm.* Caſtren.
in l. hæredes palam, §. ſi quid, & conſil. 338.
vol. 1. cum alijs per Gabr. *dicta concluſ. 3.
num.* 25. Scacc. *loco cit. num. 61. verſ. & quod
interpretetur;* vbi autem verba ſunt dubia,
385 & obſcura, admitteretur declaratio etiã
contra diſpoſitionem, & regulas iuris,
dummodò declaratio non ſit contra ve-
ram, propriamque verborum ſignifica-
tionem, Surd. *dicto conſ. 288. num.* 24. Scacc.
loco cit. num. 54. verſ. declara ſecundò.

386 Tertiò, illicita eſt inconſtantia, quan-
do declaratio naturam verborum offende-
ret, *l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petit. hæred.*
Gloſs. & ibi Bald. *in l. ſi, vt proponis, C.
execut. rei iudic.* Doctor. *in cap. cum dilecti,
de accuſat.* Dyn. *in reg. cum ſint iura, de reg.
iur. lib.* 6. cum alijs per Rebuff. *dicta l. quod
iuſſit num.* 166. Scacc. *loco cit. num.* 61. Cum
387 hoc tamen temperamento, quod, ſi ver-
ba ſententiæ poſſunt intelligi propriè, &
impropriè, ſeu ſtrictè, & largè, debent in-
telligi, prout remouetur abſurditas, &
iniuſtitia à ſententia, etiamſi ſumerentur
impropriè, & largo modo, Gloſs. *in l. puto,
in verb. non communicari, ff. famil. erciſcun.*
Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 25. dicens,
388 hanc interpretationem tolerari, dum-
modò non immutet naturam verbi, Gabr.
dicta concl. 3. num. 89. Scacc. *loco cit. num.* 62.
389 Ratio temperamenti eſt, quia ſententiæ
Iudicum ſunt taliter interpretandæ, vt
non mereantur reprehendi à Sapientibus,
Scacc. *loco cit. num.* 63. Et propterea inter-
390 pretatio debet eſſe laudabilis, veriſimi-
lis, & non diſſona, Felyn. *dicto cap. qualiter,
& quando num.* 25. Scacc. *loco cit. num.* 67.
391 Ideò, ſi Iudex malè interpretaretur ſen-
tentiam, daretur appellatio ab illa decla-
ratione, quamuis eſſet ſublata appellatio
à ſententia definitiua, Scacc. *loco cit. nu.* 68.
& 71. quod tamen intellige, vt per eum
ibidem Rebuff. *dicta l. quod iuſſit num.* 171.

392 Quod dictum eſt de declaratione, &
interpretatione intellige, vt licita ſit ſemel
inconſtantia, Gloſs. *ſingul. in l. quidquid ad-
ſtringendæ, in gloſs. magna, ff. de verb. obligat.*
Bald. *in l. 2. C. de ſent. ex pericul. recit. & in l. de
die, in princ. ff. qui ſatid. cog.* Felyn. *dicto cap.
qualiter num. 27. limit.* 4. Rebuff. *dicta l. quod
iuſſit num.* 172. Scacc. *loco cit. num.* 52.

393 Inconſtantia verò ceſſaret, finito of-
ficio, nam non poterit in eum caſum Iu-
dex interpretari, Bald. *l. ea, quæ, C. commi-
nationes Epiſt. cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare
tenean.* cum alijs per Rebuff. *loco cit. n.* 172.
verſ. vltimo fallit.

394 Dic vndecimò, licitam eſſe inconſtan-
tiam, quando iuris ordo non ſeruaretur,
quia nunquam tranſiret in iudicatum, An-
char. *conſ.* 259. Felyn. *in cap. Eccleſia nu. 35.
verſ. vlt. de conſtit.* Rebuff. poſt Caſtren.
& Purpur. *dicta l. quod iuſſit num.* 173. Sed
hæc limitatio includitur in ea, quæ con-
tinet ſententiam nullam.

395 Dic duodecimò, licitam eſſe incon-
ſtantiam, ſi Iudex, antequam haberet
ſententiam pro perfecta, vellet immutare,
vel corrigere, Gloſs. *in cap. Prædicator* 16.
quæſt. 1. Felyn. *dicto cap. qualiter num. 31. de
accuſat.* cum alijs per Rebuff. *loco cit. n.* 174.
Scacc. *loco cit. num.* 78. vbi prius *numer.* 73.
dixit, quod interpretatio ſententiæ fieri
poteſt tribus modis.

396 Primò, per deciſionem, quæ ſolet fieri
antequam feratur ſententia, prout ſeruat
Tribunal Rotæ; Vel poſt latam ſenten-
tiam, vt ſeruãt communiter alia Tribuna-
lia; nam, ſi circa ſententiam latam aliquid
indigeat declaratione, poteſt declarari in
deciſione.

397 Secundò, poteſt fieri poſt ſententiam
per interlocutoriam, quæ explicet ambi-
guitatem ſententiæ circa ea, quæ *ſuperiùs*
ſunt tradita.

398 Tertiò, fit in prolatione ſententiæ,
cum Iudex in ſententia dixiſſet *condemno,
imò abſoluo*, quia talis inconſtantia non
reprobatur, ſententia enim tenet, & atten-
ditur vltimum verbum, quod eſt corre-
ctorium primi, Gloſs. *dicto cap. Prædicator,
in verb. contra verò 16. quæſt.* 1. Felyn. *dicto
cap. qualiter num. 3. fall.* 2. & ibi Soccin. *num.*
98. *&* 99. Sed melius in hac materia *nu.* 81.
dicit, quod, aut Iudex ſcribit in thalamo
399 ſententiam ſub illis formulis correcto-
rijs, & poſtea illam correctam legit, &
profert ſedens pro Tribunali, & tunc nul-
la poteſt conſiderari inconſtantia, & cor-
rectio ſententiæ latæ, ſed ſolùm potiùs fe-
rendæ, quia inconſtantia, & correctio in
ſententia ferenda eſt ſemper permiſſa,
quia Iudex in thalamo, dum componit
ſententiam, poteſt illam ſemel, & pluries
lacerare, mutare, & corrigere.

400 Aut Iudex, dùm legendo, & ferendo
ſententiam in ſcriptis ſiſtit, & corrigit
verbum *condemno*, quia dicit *imò abſoluo*,
& ità ſcribit in ſententia, & poſtea ſequi-
tur illius recitationem, & prolationem,
& licita eſt inconſtantia, & correctio, quia
non eſt differentia, an eam corrigat in

thalamo, an in tribunali ante abſolutam ſententiæ prolationem, præſertim ſi fuiſſet error ex lapſu calami, ſine conſenſu intellectus, imò, etiam ſi fuiſſet error cum conſenſu intellectus, quæ tamen correctio, & inconſtantia videretur ſine prudentia, quia fieret ſine cauſæ cognitione, & non ſine ſui magna verecundia, quod diuturna deliberatione firmaſſet præcipitata feſtinatione infirmaret.

401 Aut vult corrigere, poſtquam eam ſolemniter recitauit in ſcriptis, & ità cauſam abſoluit, & non poteſt, etiamſi ſtatim vellet corrigere per ea, quæ dixit *ſupra nu.4. ampliat. ſecunda*, & per dictum Felyni *dicto cap. qualiter num.31. verſ. non obſtat*.

402 Hoc tamen verum eſt in puncto principali, ſecus in acceſſorijs, quia poteſt Iudex eadem die, & incontinenti addere, *vt ſupra* dictum eſt, Scacc. *loco cit. num.* 16. *& num.* 77. Et de hac materia latè Franc. Marc. *decif. mihi* 668. qui, etiam *decif.* 670.
403 dicit, quod, ſi corrigatur ſententia ex interuallo, debet apponi data correctio-
404 nis, quia, vbi mutatur ſententia, cenſetur nouum inſtrumentum, ſecundùm Bartol. *l. ius ciuile*, §. *Imperator*, *ff. de ſtat. homin. & in d. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.* Alber. *in proœm. Cod.* & facit *Regula Cancellariæ* 42.
405 vbi, quod, ſi poſt impetrationem beneficij fiat reformatio, non debet fieri ſub prima data, ſed ſub data reformationis, niſi aliud conſtet de intentione Papæ, vt quia expeditur per verbum *Fiat*.

406 Hæc autem inconſtantia, ſeu facultas mutandi, ſeu corrigendi ſententiam, antequam illa ſit abſoluta, licita eſt, non ſolùm in eodem contextu orationis, ideſt in ipſomet capite ante diuerſionem ad aliud caput, ſed etiam poſt diuerſionem
407 ad aliud caput, quia correctio ſemper admittitur, vſque ad abſolutam ſententiæ prolationem, Felyn. *d. cap. qualiter num.* 31. Scacc. *loco cit. num.* 78.

408 At quamuis licita ſit inconſtantia, quæ conſiſtit in correctione, illicita eſt illa, quæ continet contrarietatem: Nam, quia correctio non vitiat ſententiam, cum remaneat certa, ſed contrarietas vitiat, & facit ſententiam nullam, quia remanet omnino incerta, & vnum contrarium non cedit alteri, ſed inuicem conquaſſantur, vtputa, cum dicit, *condemno*, & *abſoluo*, Gloſs. *in cap. ſi quis præeſt, in verb. cogi non poſſunt* 11. *quæſt.* 3. vbi dicit, quod, ſi Prælatus ſententiando diceret, *excommunico te, vel abſoluo*, ſententia eſſet nulla, & Prælatus haberetur pro fatuo, Felyn. *d. cap. qualiter num.* 31. *in ſecunda limitatione*, Scacc. *loco cit. num.* 85. Rebuff. *dicta l. quod iuſſit nu.* 180. vbi, quod iſto caſu in nullo contrarius eſt conſenſus, vel ſaltem non poteſt apparere ex verbis.

Sed quia diximus, ſententiam poſſe declarari per deciſiones, quæritur an ſit laudanda inconſtantia, quam aliquandò videmus in deciſionibus Rotæ Romanæ.

409 Et non eſſe reprehenſibilem, voluit Caſſador. *decif.* 9. *de cauſ. poſſeſs. & propriet. num.* 15. per Text. *in cap. non debet, de conſanguin. & affin.* vbi, quod non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundùm varietatem
410 temporum ſtatuta quandoque varientur humana, huiuſmodi autem inconſtantiam accidere in Rota Romana dicit idem, Caſſador. *loco cit.* propter mutationem
411 Auditorum variè ſentientium, vt enim inquit Perſius *Satyra quinta*:

Velle ſuũ cuicunq; eſt, nec voto viuitur vno;

& tot ſunt quandoque ſententiæ, quot capita, Theſaur. *in præfat. ad ſuas deciſiones Pedemont. num.* 33.

412 Secundò, quia ſtylus ex tempore recipit varietatem, & in dubijs iuris quilibet
413 cogitur ſequi ſuum intellectum, etiamſi erraret in votando, ne alias ædificet ad gehennam, *cap. per tuas, il 2. de ſimon.* ſtylus
414 autem hic non eſt accipiendus iudiciarius ordo, ſed ius Prætorium à Curia non digrediens, vt in propoſito dicit Lotther. *de re benef. lib.* 1. *in apparat. num.* 72. Theſaur. *loco cit. num.* 32. *in fin.*

Tertiò, quia ſæpè reuelatur paruulis, quod occultum fuit magnis, & vni, quod latet alijs, & quia detegitur hodie, quod non fuerat cognitum, ex Text. *ſingul. in* l. a. §. *ſed neque, C. de iur. vet. enucl.*

415 Quartò, quia magis præſumitur pro modernis, quàm antiquioribus, quanto enim iuniores, tantò perſpicaciores, Gloſ. *in l. Gallus num.* 1. *ff. liber. & poſthum.* & hanc opinionem defendit iterum idem Caſſad. *decif.* 8. *num.* 5. *de conceſs. præbend.* Lotther. *de re benefic. in apparat. num.* 90. vbi dicit, hanc inconſtantiam addere auctoritatem Rotæ potius, quàm detrahat, cum illa rarò contingãt, imò eſſe conueniens, etiam ſeipſum corrigere, quàm à Deo corrigi, vt dicebat Iuſtinian. Itè Theſaur. *in dicta Præfatione ſuarum deciſionum Pedemont. nu.* 33.
416 vbi, quod boni Iudices ità ceruicoſi opinioni ſuæ niti non debent, vt non velint à prudentioribus corrigi, *cap. ne inuitaris, de Conſtitut.*

417 Quintò, quia, cum ſimus in Supremo Magiſtratu, videtur permiſſa, etiam in eadem facti ſpecie mutatio opinionum, & diuerſitas ſententiarum, vt in puncto voluit Grat. *diſceptat.* 127. *num.* 49. quamuis Doctor. ab eo allegati loquantur in alio caſu, nempe in diuerſis Supremis Tribunalibus, Valenzuel. *conſ.* 69. *nu.* 216. Garon. *de Senat. prælud* 7. *num* 85.

418 Contrarium tamen, hanc inconſtantiam Rotæ non eſſe laudabilem, voluere omnes illi Doctores, qui dixere, Rotam

quandoque

quandoque rotare, ideſt à ſuis recedere
ſententijs, vt poſt antiquum Gloſſatorem
*ſuper regul.Cancell.in probam. nu.*11. voluere
Neuizan. *in ſilua nupt. lib.* 5. *num.* 62. Me-
noch. *conſ.*393. *num.*5. *& conſ.*1050. *nu.* 38.
Decian. *conſ.* 63. *num.* 15. *lib.* 5. Scacc. *de*
*iudic. lib.*1. *cap.*97. *num.*131. *verſ. non obſtat,*
quod Rota, Mart. *de ſucceſs.legal. par.*4.*q.*28.
*artic.*5. *num.*6. *in fine.*
419 Secundò, hanc Rotæ inconſtantiam
omnes illi reprobant, qui dixere, ſtylum
Curiæ eſſe volubilem, & mutari ad muta-
tionem Auditorum, & Aduocatorum,
qui faciles ſunt in mutandis inſtitutis præ-
deceſſorum, Io. Andr. *in cap. ſuper gloſs.*4.
de elect. in 6. Felyn. *in cap. Rodulphus nu.* 22.
verſic. ità ſeruat Curia, de reſcriptis, Ferrett.
*conſ.*11. *num.*8.*&* 9. *lib.*1. Pacian. *de probat.*
*lib.*1. *cap.*49. *n.*29. ante eos Gemin.*conſ.*34.
& conſ. 143. *num.* 2. Magdalen. *de nuncup.*
teſtam. par. 2. *cap.* 9. *num.* 35. Cened. *quæſt.*
Canon. 45. *num.* 50.
420 Tertiò, quia huiuſmodi inconſtantia
ſecundùm aliquos auferre videtur aucto-
ritatem Rotæ, vt dixit Scacc.*de iudic.lib.*1.
cap. 97. *num.*131. *verſ. nec obſtat etiam Rota,*
421 & propterea Rotæ deciſiones inconſtan-
tes, & contrarias allegari non poſſe ad
cauſarum deciſionem, dixerunt Cauat. *in*
*oculo Reipublicæ cap.*6. *nu.*32. *verſ.tertiò loco*
Doctor, Marta *deciſ.* 224. *num.*9.
422 Quartò, quia, etſi in omnibus illicita
ſit inconſtantia, in Iudicibus tamen om-
ninò reprobatur, *l. in cauſæ,* §.1. *de Procur.*
cum alijs *ſupra* enumeratis, & per Rebuff.
*in l. quod iuſſit, in princ. num.*1. *ff. de re iudic.*
quod enim ſemel pro iuſtitia eſt deciſum,
non videtur immutandum, Bero.*conſ.*287.
num. 9. Garon. *loco cit.* nam quod pro iu-
423 ſtitia cum cauſæ cognitione decernitur,
vim legis habet, Rimin. *conſ.* 80. *num.* 22.
Garon. *loco cit.*
424 In hac quæſtione nolo meum interpo-
nere iudicium, cuperem tamen, vt do-
ctiſſimi illi Patres exactè obſeruarent Con-
ſtitutionem Pij Quarti, incipien. *In throno*
iuſtitiæ, Dat. Romæ 6. *Kalen. Ianuarij* 1561.
vbi *in* §.12. *Item Decanus, & alij Auditores,*
425 *præſertim antiquiores, attendant, ne aliquod*
non ſolùm contra ius, ſed nec etiam contra ſty-
lum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ
impreſſæ habentur, quoquo modo decidatur,
etiam prætextu æquitatis in iure non ſcriptæ,
niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione omnibus
votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertijs partibus
aliter faciendum eſſe iudicauerit.
426 Quæ iuſſio replicatur à Paulo Quinto
in Bulla Reformationis Tribunalium Almæ Vr-
bis, §.5. *nu.*18. *in Bullar. nono to.*3. *Conſt.*71.
fol. 264.
427 Quod exactè obſeruatur in Parlamen-
to Franciæ, ſi enim notabile aliquod du-
bium occurrat, de quo antea ſolemniter
iudicatum fuiſſe non appareat, omnes Ca-
meræ cogi, vel congregari ſolent, & arre-
ſtum, eum in modum datum in omnibus
ſimilibus cauſis obtinet, atſi datum ſit ar-
reſtum in vna, ſolaque Camera, cæteræ
Cameræ ad obſeruantiam huius arreſti
ſeſe neutiquam adſtringunt, nempe ijs
ità videtur, atque in contrarium ità indu-
cunt ſuum, ſiue ex poteſtatis æqualitate,
ſiue ex præſumpta opinione, animique
cogitatione ſe poſſe, vel aliter, vel etiam
melius iudicare; Nihilominus tamen niſi
magna facti, aliaue diuerſitas ſit, vix ad-
uerſus arreſtum iudicari ſolet, & ſi in vna,
& ſola Camera datum fuerit, verum pon-
deratur, & formam idem in ſimilibus ca-
ſibus iudicandi præbet, niſi, vt fieri ſolet,
ſucceſſu temporis nouæ rationes, vel vera
reſolutio dubiorum emergat, tunc enim
neceſſe eſt iudicare aduerſus id, quod iu-
dicatum fuit; Hæc Paponius in præfatio-
ne arreſtorum *verſ. nam attinet ad ea, quæ*
contraria ſunt.

Caueant tamen ab eo, de quo miratur,
& dolet Plin. iun. *lib.* 6. *Epiſtolarum Epiſt.*
penult. Vbi ſecutus eſt varius euentus,
nam duobus conſilijs vicimus, totidem
victi ſumus, notabilis prorſus, & mira res,
eadem in cauſa, ijſdem Iudicibus, ijſdem
Aduocatis, eodem tempore tanta diuer-
ſitas accidit caſu quidem, ſed non vt ca-
ſus videtur.
428 At inter contrarias, & inconſtantes
deciſiones ſtandum eſſe vltimæ, ſi fœdere
diſtinctionis conciliari non poſſint, dixit
Pauin. *in præludijs extrau. Io.* 22. Maſcard.
429 *de probat. concluſ.* 485. *num.* 15. vbi plura
de auctoritate deciſionum Rotę Romanę,
Martin. Andr. *deciſ.* 23. *numer.* 3. *&* 13. *&*
deciſ. 48. *num.* 2. *&* 13. *& deciſ.* 70. *num.* 3.
& 4. poſt hæc ſcripta viſus, Tanaglia *de*
*S. Rotæ Rom. Auditorio lib.*1. *cap.*4. *num.*1.
430 Quod intellige vt attendantur nouæ
deciſiones quoad futura, non autem quo-
ad præterita, vt ſcilicet annullentur acta
vigore antiquarum deciſionum, vt benè
Rot.*in dicta deciſ.* coram Martin. Andrea.
431 Secundò intellige ſi nouæ deciſio-
nes ex profeſſo diſcutiant articulum, non
autem ſi perfunctoriè, & incidenter tra-
ctent materiam, Seraphin. *deciſ.*299.*nu.*12.
Rota *deciſ.*128. *num.*29.*&* 30. *par.*4. *recent.*
to. 2. vbi quod non ſunt attendendæ deci-
432 ſiones Rotales, quæ mouentur ſolùm
auctoritate Doctor. non ponderatis ra-
tionibus, *& deciſ.* 60. poſt Merlin *de legit.*
*num.*11. *& in Romana ſocietatis officij, regiſtr.*
*in par.*5. *recent. to.*2. *deciſ.*497.*num.*78. cum
433 alijs per eundem Tanagliam *loco cit.*
Quod etiam de alijs Doctor. dicit Ger.
Spin. *conſ.*50. *num.*1. vbi præſertim de ſen-
tentia Nauar. *in Man. cap.*27. *nu.* 289. dicit
communem ſe exiſtimare concluſionem,

quam ſex, aut ſeptem Doctor. claſſici rem
ex profeſſo tractantes tenuerunt, quàm
probatam à quinquaginta ſolùm ferè alio-
rum auctoritate adductis.

Sed ad noſtrum redeamus inſtitutum.

434 Dic decimotertiò, licitam eſſe incon-
ſtantiam in Inquiſitore, qui ſententiam la-
tam contra Hæreticum non relapſum, &
pœnitentem poteſt mitigare, *cap. vt com-
miſſi*, & ibi Gloſs. *in verb. vel mutandi*,
Franc. *num.4. de Hæret.n* 6. Rebuff. *dicta l.
quod iuſſit num.* 187. *verſ. vlt.* vbi dicit, hoc
eſſe ſpeciale fauore fidei, & hoc cautum
fuit in Concilio Narbonen. *cap* 7. & in
Concilio Bicteren. *cap.* 22. Franc. Pegna
*par.3. comment.44.num.*194. *verſ. quod verò,
ſic docet Eymerius*, Farin. *de Hæreſi qu.*193.
*num.*96. Scacc. *de re iudic. gloſs.*14. *quæſt.*18.
num. 87.

435 Imò poſſe poſt ſententiam pœnam au-
gere, ſiue in ſententia hanc ſibi facultatem
reſeruauerit, ſiue non, tenet Eymeric. per
Text. *in dicto cap. vt commiſſi*, quem ſequitur
Pegna *dicto comment.44.num.*195. Farinacc.
*loco cit. num.*97. qui tamen loquitur, quan-
436 do Inquiſitor ſibi reſeruauit facultatem
addendi, vel minuendi pœnas.

437 Sed quicquid ſit de iure, hodie Inqui-
ſitores huiuſmodi pœnas, etiamquod ſibi
reſeruauerint facultatem illas augendi,
vel minuendi, non poſſunt illas immutare
inconſulta Suprema, & Vniuerſali Inqui-
ſitione Romana, vt teſtatur Farinacc. *loco
cit. num.* 98. & hoc idem teſtari poſſum,
qui, dum hæc ſcribo, iam compleui 17.
annum mei Aſſeſſoratus, & extat Decre-
tum generale in hac materia latum *die* 5.
Aprilis 1606.

438 Ità etiam Inquiſitores Regni Hiſpa-
niarum non mutant pœnas inflictas ab eis,
ſed huiuſmodi commutatio reſeruatur In-
quiſitori Generali, vt poſt Simanc. & Ro-
yas teſtatur Farinacc. *loco cit. nu.*98. Scacc.
*loco cit. num.*91.

439 Ceſſat autem inconſtantia in Inquiſi-
tore, quando tractatur de pœnis ipſo iure
impoſitis, vtputa, excommunicationis,
quia illas mutare non poteſt Inquiſitor,
Royas *de Hæret. aſſert.*47. *num.*380. *&* 381.
Farinacc. *loco cit. num.* 99. Scacc. *loco cit.
num.* 92.

440 Ceſſat pariter inconſtantia, quando
tractatur de pœnis impoſitis Hæretico
non pœnitenti, vel relapſo, vel de hæreſi
confeſſo, aut conuicto, quia nec Inquiſi-
tor, nec Epiſcopus, vllam habent aucto-
ritatem pœnam mutandi, vel diſpenſan-
441 di, ſed illum omnino Brachio ſeculari
tradere debent, Repert. Inquiſit. *verb. diſ-
penſare, verſ.*1. Zanchin. *de Hæret. cap.*19. *&
cap.*21. *nu.*1. *& cap.*38. *nu.*1. & ibi Campeg.
in addit. littera A, Squillacen. *de fid. Catholic.
cap.* 44. *num.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 5.
cap. 44. *num.* 7. *& cap.* 49. *num.* 14. Royas
*ſingul.*155. *num.*4. Farinacc. *loco cit. nu.*100.

442 Cætera, quæ ſpectant ad materiam fa-
cultatis Iudicis mutandi ſententiam diffi-
nitiuam, vide apud Doctor. *in d. l. Iudex
poſteaquam, & in dicta l. quod iuſſit, ff. de re
iudic.* & apud alios in diſcurſu concluſio-
nis citatos, & Cardinalem Tuſcum *in verb.
Iudex, concluſ.*432. *per tot.*

Sed an Iudex inconſtans poſſit in ſen-
tentiando adhærere modo vni opinioni,
modo alteri, dummodo vtraque opinio
ſit probabilis.

443 Hæc materia probabilis opinionis dum
hæc ſcriberem concitauit maximas turbas
inter Reuerendiſs. D. Caramuelem Epiſ-
copum Campanien. & R.P.D. Fagnanum.
Nam iſte *in cap. ne innitaris, de Conſtitut.*
Tractatum vberrimum conſcripſit contra
opiniones probabiles.

Sed nos paucis quæſtionem noſtram
abſoluemus,

444 Et in primis certum eſt, quod Iudex
in foro exteriori tenetur ſequi opinionem
magis receptam, & magis probabilem,
cap. nouimus, de verborum ſignificat. ibi, *opinio
à pluribus approbata, cap. de indicijs* 3. *quæſt.* 3.
ibi, *in quo plurimi concordant, l.* 1. *ff. de offic.
Quæſtoris*, ibi, *crebrior apud veteres opinio*,
Gloſs. *in verbo de cætero, in cap.* 1. *de poſtulat.
Prælat. in* 6. Gloſs. *in cap. fin. de pœnit. di-
ſtinct.* 1. Io. Andr. *in cap.* 1. *de Conſtit.* & ibi
copioſè Add. ad Abbatem *nu.*15. *littera C*,
Dec. qui de communi *conſ.* 481. *num.* 12.
infinitos adducit Coraſ *de communi opinio-
ne lib.* 8. *num.* 16. & hanc eſſe opinionem
Summiſtarum, nempe Silueſt. *in verb., opi-
nio*, §.2. Caiet. *eodem verb.* Angel. *verb. opi-
nio* §.1. Tabien. *eodem verb.* §.4. dixit Valer.
qui alios allegat, *de different. vtriuſque iuris
verb. opinio num.*1.

445 Et quamuis Coraſ. *loco cit. num.* 17.
putet hanc eſſe à Iudice in foro conſcien-
tiæ pariter ſequendam ex Summ. Angelic.
& Tabien. *locis citatis*, ſuper hoc tamen
videndus eſt Valer. *loco cit. num.*3. *verſ. ſed
quod poſſit*, qui latè deffendit non ſolùm
446 Confeſſarium, ſed Iudicem poſſe tuta
conſcientia in iudicando ſequi opinio-
nem minus receptam, dummodo innita-
tur ſubtiliori, & meliori ratione, & eam
iudicet eſſe veram; quod etiam de foro
exteriori dixerunt Doct. omnes ad *cap.* 1.
de Conſtit. teſte Felyn. *ibidem per cap. Cappel-
lanus de fer.* ibi, *ſubtiliori ratione*, & per *l.*1.
verſ. ſed neque, C. de vet. iur. enuclean. ibi,
*neque ex multitudine Auctorum, quod me-
447 lius, & æquius eſt iudicatote*, cum poſſit
vnius forſan, & deterioris ſententia, &
multos, & maiores aliqua ex parte ſupe-
rare, Mandoſ. *ad reg.*29. *Cancell. de ſubrogan.
litig. quæſt.* 10. *num.*7. Rota coram Duran.
*deciſ.*76. *nu.*14. quæ eſt repetita *par.*5. *recent.*

Digitized by Google

deciſ.62.to.1. Coraſ. latè *dicto tract de comm. opinione caſ.17. tot.num.87.* qui tamen limi-
448 tat niſi pro communi extaret aliqua lex,
vel fuerit conſuetudo approbata, vel niſi
rationes vrgentiores fuiſſent à Doctoribus
communem ſectantibus conſideratæ, &
illis licet malè reſponſum, vt per eum
num.88. 89. 90. 91. & 92.

440 Ideò licet ſint opiniones æquè probabiles, quod Trebellianica poſſit, vel non
poſſit prohiberi filijs primi gradus, itaut
vix hodie diſcerni poſſit quid vir iuſtus,
& timens Deum, & veritatem ſequi debeat, Odd. *conſ.8. num.1.* & indigere deciſione Cæſarea aliqui dixerunt, vt teſtatur
Mangil. *de imput.quæſt.116.num.1.* vbi hanc
quæſtionem, vel ſorte dirimendam, vel à
Iudice Partes ſuadendas eſſe ad concordiam. Nihilominus cum Rota Romana
adhæſerit opinioni Caſſad.affirmatiuæ, vt
per *deciſ.4. de teſtam. deciſ.693. par.1.diuerſ. & deciſ. 313. par. 2.* & per alias deciſiones
relatas à Rubeo *in ſingul. Rotæ Romana in add. ad dict. deciſ. Caſſad.4. de teſtam.* & vltra
illas plures refert Bich. *deciſ. 559. num. 9.*
450 In Statu Eccleſiaſtico non deberet Iudex
adhærere parti negatiuæ, cum Supremum
Tribunal hanc opinionem ſequatur; quia
ſtylus introductus eſt circa hanc quæſtionem, Maſcard. *de probat. concluſ. 485. num. 11.*

451 Dixi *in Statu Eccleſiaſtico*, quia extra
Statum Auctoritas Rotæ eſt probabilis,
non autem neceſſaria, vt ad cauſarum
deciſionem adduci poſſit, ſecundùm Felyn. *in cap.2.num.48. de reſcript.* Mangil. in
terminis *loco cit.num.29.* licet omnium Tri-
452 bunalium Orbis ſit Auriga, & Magiſtra,
vt per Rub. *ad deciſ.282.num.54. par.9.to.1. recent.*

453 Hinc dum munus Auditoris Nunciaturæ Hiſpaniæ fungebar dicebam me non
poſſe adhærere opinioni Couuarr. apud
Hiſpanos veluti iurium Coriphæi ſpectati,
dicentis non dari manutentionem pro ci-
454 uili poſſeſſione aduerſus eum, qui naturaliter poſſidet, vt *cap.17. practicar. quæſt. num. 5.* quia cum Rota Romana aliter ſentiat, vt per deciſiones Rotales, quas adducit Poſth. *de manut. cap. 16.* & in ſpecie
reprobauerit opinionem Couuarr. *vt in deciſ. 169. num. 6. poſt tract. Pacif. de Salu.*
455 Non erat conueniens vt contra opinionem Rotæ decretarem, cum ad eam à primo decreto daretur appellatiò Sanch. *in Decalog. cap.9.num.47. lib.1.* ne minus prudens apud illam iudicarer, & decretum
reuocaretur, vt conſiderat idem Sanchez
loco cit.

456 Secundò, quando vtrinque ſunt opiniones, quas Doctor. communes appellant, de quibus per Ceuall. *comm.opin. contra comm. ferè toto tractatu.* Tunc Iudex debet ſequi eam opinionem, quæ eſt æquior,
& humanior, Gigas *ſingul. 6.* Grammatic.
conſ. ciuil. 5. num. 46. Præpoſ. *in cap. ſi vir num.2. de cognat. ſpiritual.* alios Cæuall. *dicto tract. in præfat. nu.41. & 42.* Rota *d. deciſ.76. num.12.* coram Duran. ibi, *quod in conflictu opinionum Rota ſequitur illam, quæ eſt æquior,*
457 *& humanior*, vbi quod licet magis communis opinio ſit, quod mater inſtituta
hæres in vita ſua debeat imputare fructus
perceptos in legitimam. Nihilominus Ro-
458 ta tenuit contrariam opinionem tanquam æquiorem, & humaniorem, cum
tamen legitima parentibus debeatur de iure naturæ ſecundum veriorem, & æquiorem opinionem; ideo fructus in eã impu-
459 tari nõ debent, quod etiam dixit coram
Eminentiſs. Pancirolo, *vt in deciſ.17.nu.10. par.7. recent.* ibi, *quod in conflictu opinionum Rota non tam ſoleat moueri ex numero Doctorum, quàm ex firmioribus rationibus.* Putauit
460 enim opinionem, quod pro legatis etiam
conditionalibus debeat dari hypotheca à
die obitus Teſtatoris, & non purificatæ
conditionis eſſe melioribus fulcitã rationibus, idem dixit *in deciſ. 163. num. 7. eadem par. 7. coram Card. Veroſpio iuniore*,
461 vbi, quod non ſatisfacit emphytheuta
facultati nominandi per ſolum ſucceſſionem ab inteſtato, *& in deciſ.194. ead.parte,*
462 ibi, *Rota autem in conflictu opinionum amplexa eſt eã, quæ dictabat deberi alimenta à nepote patruo tanquam æquiorem, & veriorẽ,* quæ
quidem deciſio in materia magiſtralis eſt,
quia non ſolùm enumerat Doctores pro
vtraque opinione, ſed etiam ponderat rationes omnes hinc inde adductas.

463 Tertiò, quando opiniones ſunt variæ
ſi ſint æquè probabiles, tunc licita eſt in
Iudice inconſtantia, vt ſcilicet poſſit modo adhærere vni, modo alteri, Sanchez *ad precept.Decal. lib.1.cap.9.num.45.* Valer. *de diff. vtriuſque iur. diff.3. verb. opinio*, P.Diana *de opinione probabili reſolut. 3. verſ. hunc etiamquod*, Cardin. de Lugo *de iuſt. & iure to.2.diſput.37. num.118. verſ.obycies ſecundò,*
Fragoſ. *de Regim.Reipul.to.1.lib.4. diſput.10. num. 198.* P. Iulius Mercorus *in praxi opinionum 2. par. artic.17. verſ. & hoc in caſu.*
464 Ratio eſt, quia quando opiniones ſunt
465 æquè probabiles, ſunt æquè tutæ, ideò
poteſt Iudex illas ad libitum ſequi abſque
peccato, Marchant. *in Tribunal.Sacrament. tract.5. tit.5. quæſt. 7. verſ. ſupponitur primò,*
Becan. *par.2. ſumma qu. 9. cap.4. 2.concluſ. num. 3.* alias rationes adducit Bonacin. *de peccatis diſput. 2. quæſt. 4. punct. 9. num. 13. verſ. addo.*

466 Ideò inoleuit adagium, quod iſto caſu
bonum eſt habere Iudicem amicum, Franciſc. Marc. *deciſ. mihi 1146. num. 1. tom. 1.*
Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 763.*
Valer. *de different.vtriuſque iur. dicta differ.3.*

qui alios *numero* 1.
467 Contrarium, quod non ſit licita hoc
caſu in Iudice inconſtantia ſaltem in foro
conſcientiæ, voluit Menoch. *de arbitrar.*
quæſt. 339. *num.* 32. ibi, *dicit non licere pro*
468 *amico in re dubia iudicare*, idem ſequitur
in dicto tract. 3. *retin. à num.* 765. per multos
ex Doct. Nauarr. *in cap. ſi quis autem nu.* 13.
de pœnit. diſtinct. 7. idem tenet Eſcobar. *de*
puritate ſanguinis 2. *par. quæſt.* 9. §. 4. *num.* 28.
469 vbi dicit, quod in conflictu opinionum
ſequi debet, quod rationabilius, æquius,
tutius, & benignius videatur, non quod
amico vtilius, idem tenet poſt Ledeſm.
Bann. & Layman. Fagnanus *dicto cap. ne*
innitaris num. 355. Layman. *tract.* 1. *cap.* 5.
§. 3. *de Iudice in cauſa dubia num.* 16. *verſ. ca-*
uendum, cum ſeq. vbi reprobat Valer. &
Sanchez *locis citatis*.
470 Sed non recedas à priori opinione,
quam ſequuntur omnes Moraliſtæ, & vl-
tra adductos à Sanchez, & à Valerio *locis*
citatis, tenent Fragoſ. *de Regim. Reipubl.*
par. 1. *lib.* 4. *diſput.* 10. *num.* 198. Bonacin.
de legibus diſp. 2. *quæſt.* 4. *punct.* 9. *num.* 13. *verſ.*
addo, Giballinus *de vniuerſa rerum negociat.*
to. 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 3. *num.* 10. *ad finem*;
471 Imò eandem opinionum tenent aduer-
ſarij opinionum probabilium, nempe Fa-
gnanus *dicto cap. ne innitaris num.* 138. vbi
fatetur poſſe intellectum ſucceſſiuis tem-
poribus nunc adhærere vni opinioni, &
paulò poſt relicta illa adhærere oppoſitæ,
melius P. Mercorus 2. *par. art.* 17. *verſ. & in*
hoc caſu, Becan. *in ſumm. par.* 2. *tract.* 1.
cap. 4. *ſecunda concluſ. num.* 3. licet pro con-
traria opinione allegatus à Fagnan. *in qu.* 9.
num. 13. vbi agit non de opinione æquè
probabili, ſed de probabiliori.

Quod tamen intellige quando ſumus
in opinionibus æquè probabilibus in quę-
ſtione iuris, ſecus in quæſtione facti, quia
tunc quando vtraque pars probauit ex
æquo factum ſuum, in ciuilibus cauſis
Iudex debet Partes componere, & rem
472 diuiduam inter partes diuidere æquali-
ter, quod ſi ſit indiuidua per æſtimatio-
nem diuidere, ſic Salon 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 4.
controu. 2. *concl.* 2. Sayr. *in claui lib.* 1. *cap.* 11.
num. 12. Fragoſ. *dicta diſput.* 10. *num.* 200.
Bann. *num.* 22. *quæſt.* 63. *art.* 4. *dub.* 1. Bonacin.
loco cit. num 14. *verſ. dixi*, Giball. *loco cit.*
num. 9. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *quæſt.* 41.
num. 15. & 16. vbi dicit, quod hoc caſu
473 Iudex poteſt vti ſorte ſi res ſit indiuidua,
ex noſtris verò Anchar. *conſ.* 210. Soccin.
ſen. *conſ.* 150. *ad fin. lib.* 1. Fagnanus *d. cap.*
474 *ne innitaris, de Conſtit. à num.* 236. quod no-
ſtri appellant iudicium ruſticorum.
475 Ex his fortaſſe mota Rota Romana
ſolet quandoque mandare, vt fiat concor-
dia, vel ſaltem reſcribere *placeret con-*
476 *cordia*. Quia de iure ſolus Papa, vel
Princeps poteſt compellere partes ad con-
cordiam, Abb. *in cap. cum inter R, primo not.*
& n. 7. *de elect.* Tuſchus *littera C, concl.* 564.
numer. 1. Iudex autem poteſt ſuadere
partes ad concordiam, non autem com-
pellere, Baldus, & Salycet. *in l. ex ſtipu-*
latione, C. de ſentent. & interloc. omn. Iudic.
Alexan. *conſil.* 144. Menoch. *de arbitrar.*
Iudic. caſ. 442. *num.* 8. & ità ſeruare Rotam
Romanam in arduis, & intricatis litibus,
dixit Tuſc. *loco cit. num.* 5.
477 Addit tamen Menoch. Iudicem poſſe
compellere ad concordiam Partes, quan-
do ex eorum diſcordia adeſſet timor ſcan-
dali, ex Bartolo, Angelo, & Ruino *locis*
per eum ibidem citatis.
478 Et quibus caſibus olim fuerit locus
concordiæ, vide allegatos à Tuſcho *in verb.*
opinio concluſ. 155. *per totam*.
479 Secundò, intellige ſecluſo ſcandalo,
quia ſi detur ſcandalum Iudex modo vnā,
modo alteram opinionem æquè probabi-
lem ſequi non poteſt, ſic volunt Medina,
Sot. Salon, Aragon. Sanchez, Sayr. Salaz.
allegati à Fragoſ. *loco cit. num.* 198. Bonacin.
loco cit. Giballin. *loco cit. num.* 10. *in fine*,
Valer. *verb. opinio dicta differentia* 3. *num.* 1.
Card. de Lugo *loco cit. num.* 118. *in fine*, vbi
quod ſi aliquando ſequeretur ſcandalum
puſillorum, tunc ſeruari deberent regulæ
communes de ſimili ſcandalo in rebus ex
ſe licitis.
480 Imò dato ſcandalo ſi Iudex modo vni,
modo alteri opinioni adhæreret, licet pec-
481 caret, non tamen teneretur ad reſtitu-
tionem, ità Reginal. Sot. Sanchez. à Bo-
nacin. *allegat. loco cit. num.* 13. *dicto verſ.*
addo, Fragoſ. *loco cit.*
482 Tertiò intelligerem niſi in concurſu
æqualium opinionum cauſa vnius eſſet
483 priuilegiata nempe cauſa dotis, matri-
monij, cauſa criminalis pro reo, pupillo-
rum, viduarum, pauperum, & ſimilium;
nam tunc Iudex debet pro ea priuilegiata
iudicare, Maſcard. *concluſ.* 1443. *num.* 12.
& 13. quem ſequitur Giballinus *loco cit.*
nu. 9. dummodò tamen altera opinio non
appareret verior, quia tunc iſtæ cauſæ non
poſſunt reputari fauorabiles, vt aliqua fiat
iniuſtitia, ſed vt in æquali iure illis potius
faueat, & non vbi ius alterius partis ve-
rius, aut probabilius appareat, quod vi de-
tur innuere Mercorus *dicto art.* 17. *verſ. &*
in hoc caſu licet obſcure.
484 Imò in hiſce cauſis priuilegiatis licet
diſcedere à communi opinione, vt per
Text. *in cap. fin. de re iudic.* voluere Hoſtien.
& Abb. *in cap. ſi vir, de cognat. ſpiritual.*
cum alijs, quos refert Fagnan. *dicto cap. ne*
innitaris num. 232.

Poſt hæc ſcripta in Generali Congre-
gatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis
Inquiſitionis, habita coram Sanctiſſimo

Domino Noſtro *feria* 5. *die* 11. *Martij* 1679. emanauit Decretum Innocentij Papæ XI. contra Propoſitiones 65. ſcandaloſas,& in praxi pernicioſas; inter quas duæ habentur circa probabilitatem, quarum prima in ordine *la ſeconda*, talis eſt: *Probabiliter exiſtimo, Iudicem poſſe iudicare iuxta opinionem etiam minus probabilem*. Et altera in ordine *la terza*, talis eſt: *Generatim dum probabilitate, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, quantumuis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus*. Quas duas Propoſitiones vnàcum aliis idem Sanctiſs. Dominus Noſter re maturè conſiderata ſtatuit, & decreuit, vt tanquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicuti eas damnauit, & prohibuit.

Itaque cum ſupradicto Decreto meomninò conformando, aſſertiones recentiſtas circa opinionem probabilem profiteor, & declaro.

Sed an Pars, quæ obtinuit ſententiam pro ſe, poſſit inconſtans ſententiæ renunciare? Hanc quæſtionem vanam appellat Scacc. *de ſent. & re iudic. gloſs.* 14. *quæſt.* 29. *num.* 1. vti de re nunquam, aut rarò contingenti, quia, quis eſt, qui quod deſiderauit, & labore, & impenſa, tandem conſecutus eſt, poſtea ſine vllo vſu abijciat, & renunciet?

485 Sed dic licitam eſſe inconſtantiam, & poſſe renunciare ſententiæ, ſiue ea nonvti, per Text. *in l. ſi Iudex circumuento, ff. de*
486 *minoribus*, vbi minor poteſt, ſi velit, non vti ſententia reſtitutionis in integrum,
487 nec cogitur pretium reſtituere, & rem ab eo emptam reddere; Rationem reddit Iuriſ-conſultus, quia vnicuique licet contemnere, quæ pro ſe introducta ſunt, per quem Textum, dixit Bald. *in l.* 2. *quæſt.* 2. *C. de fideiuſſor minor.* quod ſententia lata pro
488 aliquo in ipſius priuilegium non imponit ei neceſſitatem ea vtendi, ſi nolit Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 48. *art.* 9. *nu.* 81. Matienzo *lib.* 5. *tit.* 11. *leg.* 12. *gloſs.* 2. *num.* 8. Scacc. *de ſent. & re iudic. loco cit. num.* 57. Vincent. de Franc. *deciſ.* 346. *per tot.* Tiraquell. *de retract. lignagier. ad fin. qu.* 4. *num.* 24. Guttier. *practic. quæſt. cap.* 22. *num.* 4. *verſ.* 2. *per legem ſi Iudex.*

Sed difficultas eſt, an huiuſmodi concluſio procedat in his, quæ ſunt quæſita iure extraordinario, & ſpeciali, an autem in his, quæ procedunt de iure communi?

489 Et quidem omnes Doctor. *ſupracitati*, excepto vno, Scacc. tenent huiuſmodi inconſtantiam licitam eſſe, quando ſententia nititur aliquo iure ſpeciali, & priuilegio, iuxta terminos *dicta l. ſi Iudex circumuento*, ſecus autem, ſi procedat ex diſpoſitione iuris communis. Hinc propterea dicunt *præcitati* Doctor. quod conſangui-
490 neus, cui competit ius retractus iure quodam ſpeciali, cum de iure communi nemo cogatur vendere vni, pluſquam alteri, *l. dudum, C. de contrahenda emptione*,
491 poteſt renunciare ſententiæ obtentæ ſuper iure retractus, Vincent. de Franch. *dicta deciſ.* 346.
492 Pariter videmus, quod termino alicui conceſſo de iure ſpeciali poſſe imperrantem renunciare, ne aduerſarius eo vtatur, Bartol. *in l. ſi poſt mortem*, §. *fin. num.* 2. *ff. de bon. poſſeſs. contra tabul.* Bald. *l. poſtquam num.* 13. *C. de pact.* Secus tamen de iure
493 communi, vt latè probat Guttierez. *loco cit. num.* 20. *verſ. & tenendo.*
494 Ità è contrario ſi in ædilitia actione lata ſit ſententia ad commodum emptoris, qua condemnatur venditor, rem recipere, & reſtituere pretium, non poteſt emp-
495 tor ſententiæ renunciare, quia ex iſta ſententia naſcitur venditori actio in factum, Bald. *in l. ſi prædium, C. de ædilit. act.* Tiraquell. *loco cit. num.* 25. *in fin.* Sequenda eſt igitur huiuſmodi opinio, quod, ſi ſen-
496 tentia lata ſit ex aliquo iure ſpeciali, inconſtantiam admittat, ſecus, ſi de iure communi, quia in iudicijs æqualitas eſt ſeruanda, latè Tiraquell. *loco cit. num.* 27. quidquid dicat Scacc. *loco cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Inconſtantia in appellatione iam interpoſita an, & quando admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conceditur cuilibet oppreſſo, vel iniuſtè grauato.*
2 *Appellans renunciare poteſt appellationi interpoſitæ.*
3 *Non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè.*
4 *Appellationi dicitur expreſſè renunciatum quando quis per pactum, vel alium actum poſitiuè illi renunciat.*
5 *Appellationi dicitur tacitè renunciatum ſinendo labi tempus ad appellandum.*
6 *Non appellans intra legitima tempora cenſetur acquieſcere ſententiæ.*

7 *Appellans cui datus eſt terminus iuris ſi intra terminum non redut pro Apoſtolis, dicitur appellationi tacitè renunciaſſe.*

8 *Nec excuſatur propter impedimentum ſuperueniens.*

9 *Nec propter negligentiam Procuratoris.*

10 *Procuratoris negligentia præiudicat Principali.*

11 *Rediens pro Apoſtolis die 31. non impedit quin ſententia tranſierit in iudicatum.*

12 *Appellans, qui commiſſionem obtinuit infra terminum iuris ſibi aſſignatum, non tenetur redire pro Apoſtolis.*

13 *Quid ſi in actu appellationis interpoſita non fuerint petiti Apoſtoli.*

14 *Appellans, cui Iudex dedit terminum iuris non ſufficit, quod doceat de diligentijs, vel de præſentata obtenta à Regēte Cācellariæ.*

15 *Quid ſi Iudex dederit reuerentiales.*

16 *Appellans non tenetur redire pro Apoſtolis quando Iudex detulit appellationi.*

17 *Appellationi dicitur tacitè renunciatam ex eo, quod appellans non ſe præſentauerit coram Iudice appellationis in tempore præſtituto.*

18 *Quid ſi non declarauit in tempore, ad quem ex pluribus Iudicibus competentibus intenderit appellare.*

19 *Vel ſi non proſequitur appellationèm.*

20 *Appellationem non proſequi, & non appellare, vel appellationi renunciare paria ſunt.*

21 *Procurator appellationi non poteſt expreſsè renunciare in præiudicium Principalis, & num. 39.*

22 *Quid de tacita renunciatione.*

23 *Tempus appellationis proſequendæ non currit legitimè impedito.*

24 *Impeditus non cenſetur appellationi renunciaſſe.*

25 *Quid ſi impedimentum ſit tale, quod de facili remoueri poſſit.*

26 *Impeditus tenetur de impedimento proteſtari.*

27 *Tempus ad appellandum non currit pendente compromiſſo.*

28 *Fatalium curſum ſiſtit appellantis paupertas.*

29 *Procurator pauperis appellantis debet illum ſæpius impellere ad proteſtandum de paupertate ne currant fatalia.*

30 *Minori datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium cauſatum ex negligentia Tutoris.*

31 *Quid ſi Tutor ſoluendo exiſtat.*

32 *Fatalium curſus, quibus ex cauſis impediatur remiſſiuè.*

33 *Appellans rediens ad Iudicem à quo dicitur tacitè appellationi renunciaſſe.*

34 *Exceptioni oppoſitæ incompetentiæ Iudicis renunciare dicitur, qui coram eo comparet, & litem proſequitur.*

35 *Appellationi renunciatum dicitur per ſolam comparitionem coram Iudice, à quo licet Iudex nil decreuerit.*

36 *Quid de comparitione coram alio Iudice ſuperiori, ad quem non fuit appellatum.*

37 *Vel de comparitione coram Iudice æquali.*

38 *Procurator appellantis comparens coram Iudice à quo non cenſetur appellationi renunciaſſe in præiudicium Principalis.*

40 *Procurator poteſt præiudicare Domino in committendo, non autem in omittendo.*

41 *Appellans rediens ad Iudicem, à quo infra terminum ad appellandum, an, & quando cenſeatur ſutura appellationi renunciaſſe, & num. 43.*

42 *Iuri quærendo facilius renunciatur, quam iuri quæſito.*

44 *Appellans rediens ad Iudicem, à quo, & faciens actum tendentem ad executionem ſententiæ dicitur renunciaſſe iuri appellandi.*

45 *Terminum ad ſoluendum petens dicitur acquieuiſſe ſententiæ, & appellationi renunciaſſe.*

46 *Acceptans decretum Iudicis, ſeu præceptum de aliquid faciendo, dicitur renunciaſſe iuri appellandi.*

47 *Procurator petens terminum ad ſoluendum, an dicatur tacitè renunciaſſe appellationi in præiudicium Principalis.*

48 *Offerens ſe ſoluturum ſummam in ſententia contentam, dicitur appellationi renunciaſſe.*

49 *Quid de offerente cautionem de ſtando iuri.*

50 *Terminum petens à Iudice ſuper alio articulo cenſetur renunciaſſe facultati appellandi.*

51 *Erronea termini petitio non inducit tacitam renunciationem appellationis.*

52 *Quid ſi quis coactus ex forma Statuti terminum ſuſcipiat, vel ſoluat.*

53 *Quid ſi petens terminum proteſtetur, quod non intendit renunciare appellationi.*

54 *Appellationi interpoſitæ à ſententia excommunicationis renunciare non dicitur excommunicatus, qui ſeruat excommunicationem.*

55 *Quid ſi de eo proteſtetur, & num. 66.*

56 *Quando excommunicatus dicatur renunciaſſe appellationi per reditum coram Iudice à quo.*

57 *Renunciatio appellationis inducitur ex approbatione expreſſa ſententiæ.*

58 *Appellans rediens ad Iudicem à quo pro reuocatione grauaminis ſibi illati non dicitur renunciare appellationi, & num. 60.*

59 *Signatura mandante vt idem Iudex iterum audiat circumducitur appellatio per comparitionem appellantis coram Iudice à quo.*

61 *Appellationi renunciatum non dicitur per quemlibet actum illi non contrarium.*

62 *Appellans rediens ad Iudicem à quo tanquam ad bonum virum, & ad tractandam compoſitionem cum parte non cenſetur renunciaſſe appellationi.*

63 *Quid ſi redeat ad Iudicem grauantem vt cauſam ad ſuos Iudices remittat.*

64 *Vel quando Iudex poteſt cognoſcere de cauſis, in quibus ab eo fuit appellatum, prout eſt Legatus.*
65 *Aut quando actus factus coram Iudice à quo ſonat in pati, non autem in agere.*
67 *Conſenſus ab actu paſſiuo non arguitur.*
68 *Appellans comparens coram Iudice à quo, & proteſtans, quod non intendit appellationi renunciare non dicitur illi renunciaſſe.*
69 *Excommunicatus comparens coram Iudice à quo, & petens abſolui vt poſſit appellationem proſequi, non dicitur appellationi renunciaſſe.*
70 *Quid ſi petat abſolui ſimpliciter.*
71 *Vel taliter, quod ipſe Iudex cogniturus ſit de iuſtitia.*
72 *Appellans qui redit coram Iudice à quo, & iura producit, vt ab executione abſtineat, non dicitur appellationi renunciaſſe.*
73 *Quid ſi redeat pro reuocatione attentatorum.*
74 *Vel ſi petat coram Iudice à quo prouideri ne turbetur in ſua poſſeſſione.*
75 *Vel petat remoueri turbationes ab appellato præſtitas, ſiue à tertio.*
76 *Comparitio coram Iudice, à quo non importat renunciationem appellationis, quando non fuit à parte acceptata.*
77 *Quid ſi illam impugnet pars, ſiue Index.*
78 *Appellans rediens coram Iudice à quo poſtquam is appellationi detulerat an cenſeatur illi renunciaſſe.*
79 *Quid de Iudice Ordinario, & quid de Delegato.*
80 *Appellans rediens coram Iudice à quo per metum, vel dolum partis, non dicitur appellationi tacitè renunciaſſe.*
81 *Amicus, vel filius appellantis rediens ad Iudicem à quo ſine mandato, vel ratificatione ipſius appellantis illi non præiudicat.*
82 *Dicens ſe velle renunciare appellationi, non dicitur illi renunciaſſe.*
83 *Renunciatio appellationis fieri poteſt per pactum, & ſine pacto.*
84 *Per Scripturam, & ſine ſcriptura.*
85 *Grauatus renunciare poteſt appellationi etiam innito appellato.*
86 *Quid in præiudicium appellati.*
87 *Conſilium mutare non licet in alterius iniuriam.*
88 *Appellatio efficitur communis.*
89 *Appellatus poteſt proſequi appellationem inuito appellante.*
90 *Appellationi renunciari non poteſt nedum in præiudicium appellati, ſed cuiuſcunque alterius habentis intereſſe in cauſa, & appellationi adhærentis.*
91 *Renunciatio appellationis an quidquam operatur quoad litis conſortem, non appellantem.*
92 *Quid ſi res non ſit integra.*
93 *Ceſſante intereſſe appellati renunciari poteſt appellationi ſiue res ſit integra, ſiue non, etiam inuito appellato.*
94 *Appellati quando interſit, vel non interſit appellationis proſecutio.*
95 *Appellans appellationi renuncians, ſiue res ſit integra, ſiue non, tenetur expenſas reficere, & de ratione.*
96 *Appellans temerè condemnatur ad expenſas.*
97 *Appellans renuncians appellationi tenetur ad expenſas, quamuis appellatus non recepiſſet appellationem.*
98 *Quid ſi haberet iuſtam cauſam litigandi.*
99 *Appellans renuncians appellationi ſub conditione, puta quod ſibi renocetur granamen non tenetur ad expenſas.*
100 *Expenſæ factæ per appellatum ratione deſertionis non ſunt reficiendæ, ſed ſolummodo factæ ad proſequendam appellationem.*
101 *Appellationi renuncians cenſetur etiam renunciaſſe nullitati ſententiæ incluſæ in eadem appellatione, & de ratione.*
102 *Quid ſi nullitas ſit principaliter, & de per ſe.*
103 *Appellationi renuncians audiendus eſt ſuper nullitate principaliter deducta, & de ratione.*
104 *Appellationis renunciatio, nec tacita, nec expreſſa admittitur in cauſa criminali.*
105 *Siue agatur de morte naturali, ſiue de morte ciuili, ſiue de abſciſſione membri.*
106 *Quid in delinquente notorio, confeſſo, vel conuicto, & non valente negare delictum.*
107 *Reus appellans in criminalibus, & cauſam appellationis deſerens, vel non proſequens infra legitima tempora, an cenſeatur appellationi renunciaſſe.*
108 *Appellationi renunciari non poteſt in cauſa ſtatus.*
109 *Quid in cauſa matrimoniali.*
110 *Quid de renunciatione tacita.*

1 CVM quilibet oppreſſus, ſeu iniuſtè grauatus poſſit appellare, *cap. Omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. cap. Vt debitus, de appellat.* Specul. *de appellat. §. 1. in princip.* Ruginell. *eodem tract. §. 2. cap. 1. ampliat. 12. num.* 118. Papien. *in form. appellat. à ſentent. diffinitiua in gl. ſ. coram vobis num.* 5. Scaccia *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 5. art. 1. num.* 1. Barboſ. *in cap. vt debitus num. 4. de appellat.* Surdus *conſ.* 271. *num.* 17. Ridolphin. *in praxi par. 1. cap. 13. num.* 111. Herman. Vultec. *de Iudic. lib. 4. cap. 2. num.* 14.

Videndum eſt, an qui appellauit à ſententia, inconſtans poſſit eidem appellatio-
2 ni renunciare: & poſſe eſſe inconſtantem, ac appellationi appellantem renunciare, probat Text. *in l. fin. in fin. C. de tempor. appellat. l. ſi quis libell. C. de appellat. cap.*

Sollicitudinem, de appellat. Andr. de Iſer. *in cap.* 1. §. *Item ſacramenta, col.* 5. *in fin. de pace iuramen. firmant.* Soccin. *conſ.* 45. *nu.* 12. *lib.* 1. Marant. *in Specul. par.* 6. *verſ. & quandoque apppellatur numer.* 341. Baldus *dicta l. fin. C. de tempor. appellat. num.* 5. & ibi Salyc. & alij *in apoſtill. ad Baldum*, Angel. *conſ.* 187. *num.* 3. Barbat. *conſ.* 12. *lib.* 4. *in princip.* Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 45. *num.* 21. Gallerat. *de renunc. centur.* 2. *renunc.* 173. *num.* 9. Vueltec. *d. cap.* 2. *num.* 13.

3 Huiuſmodi autem inconſtantia poteſt
eſſe expreſſa, vel tacita: Expreſſa, quando
quis per pactum, vel aliàs expreſsè renun-
4 ciat appellationi, *cap. Interpoſita*, §. *ille*
denique, & *cap. Dilecti de appellat.* Baldus *l. tale pactum*, §. *qui prouocauit, ff. de pactis*, Rebuff. *de appellat. art.* 15. *gloſs.* 1. *num.* 3. Ruginell. *de appellat.* §. 9. *gloſs.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 6. & *num.* 12.

Tacitè autem fit renunciatio multis modis.

5 Et primò, ſi grauatus ſinat labi tempus ab homine, lege, ſtatuto, vel conſtitutione, conceſſum ad appellandum, Doctores omnes *in cap. Cum ſit Romana*, & *in cap. perſonas, de appellat.* Bart. *in l.* 1. *ff. nil nouan. appellat. pend.* Bald. *l. eos nu.* 5. *C. appellat.* Caſtrenſ. *l. Præſes, ff. de re iudic.* cum alijs quos adducit Ruginell. *de appellat. loc. cit. num.* 15. Scacc. *d. quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 69.
6 Cenſetur enim tunc grauatus acquieſcere
ſententiæ Baldi *l. ſi vt proponis num.* 1. & 2. *C. de nupt.* & *in l. qui ſatiſdare num.* 3. *ff. de fideiuſſor.* Rota *deciſ.* 24. *num.* 13. *par.* 7. & *deciſ.* 176. *num.* 8. *par.* 10. *recent.*

Secundò, tacitè quis videtur renuncia-
re appellationi, ſi poſt appellationem in-
7 terpoſitam, & ei conceſſo termino iuris
non redijt in tempore pro Apoſtolis, *Clem. quamuis*, vbi Gloſs. *in verb. videtur*, & ibi Doctores communiter *de appellat.* Caual. *deciſ.* 194. *num.* 1. Caſſad. *deciſ.* 8. *num.* 1. *de appellat.* Rota *deciſ.* 57. *aliàs* 460. *eodem titul.* Mantic. *deciſ.* 92. *numer.* 1. & *deciſ.* 128. *num.* 3. Rebuff. *d. tract. de appellat. gloſs.* 1. *num.* 11. *art.* 15. Scaccia *eodem tract. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 24. Rota *deciſ.* 178. *par.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 144. *nu.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 420. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* cum alijs per Addent. *ad deciſ.* 573. *Gregorij XV. nu.* 12. Merlin. *dec.* 275. *num.* 1. Scacc. *loco cit. num.* 70. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *ſub num.* 175. & 182. Rota *deciſ.* 24. *ſub num.* 3. *par.* 11. *recent.* & *deciſ.* 345. *par.* 1. *nu.* 1. Dunozett iun. *deciſ.* 696. *num.* 1. Bich. *deciſ.* 251. *num.* 1.
8 Adeout nec propter impedimentum ſu-
perueniens appellans excuſetur, Rota *d. deciſ.* 144. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* & fuit dictum *in Salutiarum penſionis* 14. *Nouembris* 1616. *coram Cardin. Veroſp. ſen.* vbi,
9 quod nec etiam excuſat negligentia Pro-
curatoris, quia debet ſibi imputari, qui
10 negligentem Procuratorem conſtituit,
Addent. *vt ſupra*, Ridolphin. *in prax. dicto cap.* 13. *num.* 182. Burattus *deciſ.* 743. *nu.* 1. & *ſeqq.* Ferentill. *ad Burattum deciſ.* 556. *num.* 8. & *ſeqq.*

11 Si autem infra terminum iuris ei aſſi-
gnatum cauſam commiſerit, non tenebitur redire pro Apoſtolis, Rota *deciſ.* 54. *de appellat. in antiq.* Creſcen. *deciſ.* 65. *lib.* 1. Mantic. *dicta deciſ.* 128. *num.* 3. Verallus *deciſ.* 138. *par.* 1. & *deciſ.* 115. *par.* 2. Rota *deciſ.* 734. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* Addent. *ad deciſ. Gregorij* 563. *num.* 14. Duranus *deciſ.* 43. *num.* 4. Rota *deciſ.* 24. *numer.* 4. *par.* 10. *recent.*

12 Quod procedit, etiamquod die 31. pro
Apoſtolis reuerſus fuerit, vt in pluribus deciſionibus allegatis ab eodem Mantica *dicta deciſ.* 92. *num.* 1. Barboſ. *in Clement. quamuis num.* 3. *de appellat.*

13 Intellige, ſi quando interpoſita
fuit appellatio petiti ſunt Apoſtoli, aliàs non ſuffragaretur commiſſio cauſæ infra terminum iuris, vt declarando dictam deciſionem Veralli dixit Comitulus *deciſ.* 48. *num.* 8. Ridolphin. *in praxi d. cap.* 13. *num.* 185. Duran. *deciſ.* 43. *num.* 4. Addent. *ad Burattum d. deciſ.* 556. *num.* 12.

14 Aduertendum tamen eſt, quod non
ſufficit oſtendere diligentiam, & præſentatam obtentam à Domino Regente, ſi Iudex dedit terminum iuris, quia appel-
lans omnino tenetur redire pro Apoſtolis,
15 ſecus, ſi Iudex dederit reuerentiales, vt
benè declarat Merlinus *dicta deciſ.* 275. *num.* 6.

16 Si autem Iudex detulit appellationi,
appellans non tenetur redire pro Apoſtolis, Lancellottus *de attent. par.* 2. *cap.* 50. *num.* 203. Seraphin. *deciſ.* 565. *num.* 1. cum alijs per Addent. *loc. cit. num.* 15. Ferentill. *ad Buratt. d. deciſ.* 556. *num.* 14. Ridolphin. *dicto cap.* 13. *num.* 179.

17 Tertiò, videtur tacitè renunciatum ap-
pellationi, ſi appellans non ſe præſentet in tempore præſtituto ad ſe præſentandum coram Iudice, ad quem, *cap. Perſonas, de appellat. cap. ſæpe eodem tit.* Baldus *l. Præſes, C. eodem*, Rebuffus *loco citato num.* 12.

18 Ideo ſi quis appellauerit ad Iudicem
competentem, & plures ſint Iudices competentes appellationis, ſi infra tempus, quo poterat appellari, non declarauit, ad quem Iudicem illorum appellabat, videtur tacitè appellationi renunciaſſe, Gloſs. *in cap. Si is, cui, verſ. durante, de offic. Deleg. in* 6. Alex. *conſ.* 12. *num.* 3. *lib.* 6. Rebuffus *de appellat. artic.* 5. *gloſs. vnic. num.* 5. cum alijs per Ruginellum *loco cit. num.* 19.

Quartò,

19 Quartò, videtur tacitè renunciare appellationi, qui appellationem non proſequitur, cum paria ſint non appellare, & appellationem non proſequi, & appella-
20 tioni renunciare, Rota *decis.* 1. *de appellat. in nou.* Lancellott. *de attent. cap.* 12. *ampliat.* 2. *num.* 2. Scaccia *loco cit. num.* 30. Verall. *deciſ.* 177. *par.* 3. Afflict. *deciſ.* 78. *num.* 2. Buratt. *deciſ.* 301. *num.* 17.

21 Quod procedit etiam in Procuratore, quia licèt Procurator non poſſit expreſsè renunciare appellationi, Bald. *in l. fin.* §. *vltim. num.* 7. *C. de tempor. appellat.* cum alijs, quos citat Scaccia *loco citato num.* 71.

22 Poteſt tamen tacitè renunciare appellationi eam non proſequendo, Franc. *in cap. Ex ratione num.* 40. *&* 42. & ibi Cardin. Alex. *num.* 18. *de appellat.* idem Franc. *cap. Nicolao, quæſt.* 3. *num.* 13. *eodem titul.* Vrſill. *ad Afflict. d. deciſ.* 78. Scaccia *loc. cit. num.* 71.

23 Cæterum plures ſunt cauſæ, quæ huiuſmodi inconſtantiæ præſumptionem excludunt. Nam impeditus, cui non currit tempus ad proſequendam appellationem, non videtur appellationi renunciaſ-
24 ſe, Franc. *in cap. Ex ratione in gloſs.* 1. *de appellat.* Gloſs. *in cap. Venerabilis, verſ. impedimento, de ſent. excomm. in* 6. Guidopap. *deciſ.* 213. cum alijs per Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 13. latè etiam Scaccia *de appellat. quæſt.* 15. Barboſa *ad cap. Cum ſit Romana, de appellat. in* 6. vbi quod
25 impedimentum debet eſſe tale, quod facilè remoueri non poſſit ex Menochio *conſ.* 100. *num.* 127. & Surd. *deciſ.* 189. *num.* 30. & Pariſ. *loco citato*, & debet ab appellante probari, Ludou. *deciſ. Peruſ.* 36. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 15. *num.* 52.
26 cum alijs per eum allegatis; imò tenetur idem proteſtari, Menoch. *dicto conſ.* 100. *num.* 118. Maſcard. *de probat. concluſ.* 116. *num.* 10.

27 Secunda cauſa eſt, ſi pendeat compromiſſum, quia non currit tempus, Abb. *in dicto cap. Ex ratione num.* 7. & ibi But. *num.* 6. Franc. *num.* 16. Card. Alex. *num.* 16. Dec. *nu.* 27. *de appellat.* Miſinger. *obſer.* 98. *cent.* 5. *num.* 4. *caſ.* 3. Caputaq. *deciſ.* 11. *nu.* 1. *par.* 2. Scaccia *de appellat. d. quæſt.* 15. *num.* 105. vbi plura ad materiam.

28 Tertia cauſa eſt paupertas, nam illa curſum fatalium ſiſtit, Boer. *deciſ.* 247. *num.* 16. Guidopap. *de appellationib. qu.* 15. *num.* 1. Mandoſ. *de monit. quæſt.* 37. *num.* 3. Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 10. *num.* 5. vbi
29 admonet Procuratorem pauperis, vt ſæpius illum ad proteſtandum impellat, Scaccia *d. quæſt.* 15. *à num.* 45. vbi plura, Barboſ. *d. cap. Cum ſit Romana num.* 10.

30 Quarta cauſa eſt minoritas, quia minori datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium ob tutoris negligentiam cauſatum, etiamquod tutor ſoluen-
31 do exiſtat, Vincent. de Franc. *deciſ.* 473. per Rotam, Barb. *d. cap. Cum ſit Romana*
32 *num.* 12. alias cauſas adducit Theſaurus *dicta deciſ.* 10. ſed omnia reducuntur ad impedimenta, ideo ad illum te remitto.

33 Quintò, videtur inconſtans eſſe, & renunciare tacitè appellationi appellans, ſi poſt appellationem redit ad eundem Iudicem, à quo appellauit, Franc. *in cap. Cum teneantur num.* 4. *&* *in cap. Sollicitudinem, quæſt.* 6. *num.* 10. *de appellat.* Rebuff. *dicto tract. artic.* 15. *gloſſ.* 1. *numer.* 7. Marant. *par.* 6. *in verb. & quandoque appellat limit.* 29. *num.* 342. Gabriel. *de appellat. concluſ.* 2. *num.* 1. Verall. *deciſ.* 29. *num.* 1. *par.* 1. cum alijs per Scacciam *d. quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 14. vbi comprobat exemplo illius, qui opponit contra Iudicem exceptionem
34 incompetentiæ, quia ſi poſt oppoſitam exceptionem inconſtans coram eo compareat, & litiget huiuſmodi exceptioni renunciare videtur Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 6. *de attent. poſt recenſ. num.* 28. & ex alijs, quos ibi allegat Scaccia *lib.* 1. *de Iudic. cap.* 101. *num.* 19. & vltra allegat. à Scaccia *dicta quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 14. dixit Rota *coram Bichio deciſ.* 397. *num.* 19. *&* *deciſ.* 718. *numer.* 22. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

35 Quod habet locum, etiamquod Iudex nihil faciat, quia ſufficit ad hunc effectum appellantis comparitio, Felyn. *in d. cap. Cum ſit Romana num.* 10. *de appellat.* Gabriel. *d. concluſ.* 2. *ampliat.* 2. *num.* 3. Scaccia *dicta quæſt.* 17. *num.* 15.

36 Secundò, habet locum, etiamſi appellans compareat non coram eodem Iudice, qui grauauit, ſed coram alio Iudice illius Superiore, ad quem tamen non ſit appellatum, Abbas *d. cap. Sollicitudinem num.* 4. *de appellat.* Marant. *loco cit. limit.* 29. Gabr. *d. concluſ. ampliat.* 1. *num.* 2. Scacc. *loco cit. num.* 16. *verſ. amplia ſecundo.*

37 Multò magis ſi comparuiſſet coram Iudice æquali, qui tamen potuiſſet cognoſcere de cauſa principali, quia tunc cenſetur renunciare appellationi, Dec. *dicto cap. Sollicitudinem, in fin. de appellat.* Scacc. *loco citato num.* 17. *verſ. ſubamplia à fortiori.*

38 Tertiò, habet locum, non ſolùm in principali appellante, ſed etiam in eius Procuratore, Bellam. *deciſ.* 137. Gabr. *d. concluſ.* 2. *ampliat.* 3. *num.* 4. Scacc. *loco cit. num.* 18. *verſ. amplia* 3.

39 Contrarium de directo voluit Rota coram Verallo *deciſ.* 29. *par.* 1. ea ratione, quia Procurator non poteſt Domino præiudicare renunciando appellationi pro ſe interpoſitæ, Alexander *l. bonorum, ff. rem rat. hab.* & hanc opinionem tenuit eadem Rota coram Mohed. *deciſ.* 3. *aliàs* 9. *de*

de appellat. & ibi Addit. *littera B*, Vrſill. ad Afflict. *deciſ.78. num.9.*

40 Quam opinionem credo veram, quia licet Procurator poſſit præiudicare Domino omittendo, non tamen poteſt præiudicare committendo, Bald. *in cap.1. vt lit. non conteſt.* Iaſ. *l. ſi Procurator* 8.*limit. C. Procur.* cum alijs per Addent. *ad deciſ.* 75. *Gregor.XV. num.*4.

41 Non videtur tamen eſſe inconſtans redeundo ad Iudicem grauantem appellans intra terminum ad appellandum, qui appellationi futuræ non cenſetur renunciaſſe, Felyn. *in cap. gratum num.* 7. *de offic. & poteſt. Iud. delegat.* & ibi Dec. *num.*19. cum alijs, quos refert Gabr. *loco cit. num.*5. *&* 6. Scacc. *loco cit. num.*26.

42 Contrarium voluit Rota *deciſ.* 2. *aliàs* 287. *de appellat. in nou.* optima quidem ratione, quia faciliùs renunciatur iuri quærendo, quàm quæſito, dummodo actus

43 factus ab appellante non ſit actus declinatorius iuriſdictionis, ſed approbatorius, & hanc opinionem tenet Dec. *dicto cap. gratum num.*20. *de offic. & poteſt. Iud. delegat.* Scacc. qui alijs fundamentis eam comprobat *loco cit. num.*26. *verſ. contra hanc reſtrictionem, & num.* 27.

44 Hinc primò infertur, quod, ſi appellans redeat ad Iudicem, & faciat actum, qui tendat ad executionem ſententiæ, tunc procul dubio dicitur renunciaſſe iuri appellandi ſecundum diſtinctionem, quam ex Ioanne de Lignano, refert Rota *deciſ.*2. *de renunc. in nou.* Abb. *dicto cap. ſollicitudinem, in fin. num.*10. Franc. *num.*14 *de appell.* Felyn. *dicto cap. gratum num.* 7. & ibi Dec. *num* 20. *de offic. & poteſt. Iudic. delegat.* Gabr. *dicta concluſ.*2.*num.*7. Scacc. *loco cit. num.*28. *verſ. amplia primò.*

45 Et ideò, ſi condemnatus petat tempus ad ſoluendum id, in quo condemnatus eſt, videtur acquicuiſſe ſententiæ, & appellationi renunciaſſe, *l. ad ſolutionem, C. de re iudic.* Abb. *cap. quoad conſultationem nu.*25. & ibi Felyn. *num.*6. *de ſent. & re iudic.* Abb. *in dicto cap. ſollicitudinem num.*10. *de appellat.* Rebuff. *eodem tract art.*15. *gloſs.*1. *num.* 26. Gabr. *dicta concluſ.*2. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.*28. *verſ. pone primò caſum*, Rot. *d. deciſ.*2. *de renunciat. in nou.*

Quod procedit non ſolùm ſi condemnatus, & appellans non ſuo ſpontaneo motu terminum petierit, ſed acceptaue-

46 rit terminum, ſeu præceptum ſibi factum à Iudice de aliquid faciendo, quia per hanc acceptationem dicitur renunciaſſe iuri appellandi, Franc. *dicto cap. ſollicitudinem num.*14. & ibi Cardin. Alex. *num.* 28. Felyn. *dicto cap. conſultationem num.*7. *limit.*2. Dec. *dicto cap. gratum num.*20. *de offic. delegat.* Scacc. *loco cit. num.*35.

Et quamuis nonnulli receſſerint ab hac opinione, quos adducunt Gabr. *d. concluſ.*2. *num.* 9. *verſ. contrarium*, & Scacc. *loco cit. num.* 35. *verſ. contra hanc*; Non recedas à priori opinione, quam tenet Rot. *d. deciſ.*2. *aliàs* 287. *de renunciat. in nou.* quia eſt actus approbatorius iuriſdictionis, & non declinatorius, vt ibi per Rot.

47 An autem, ſi non Principalis, ſed Procurator peteret terminum ad ſoluendum, videretur tacitè renunciare appellationi? Credit renunciatum, Felyn. *dicto cap. quoad conſultationem num.* 7. *in fin. de re iudic.* Marſil. *ſingul.* 187. quos ſequitur Gabr. *concluſ.* 3. *de appellat. num.* 2.

48 Sed hæc opinio patitur difficultatem per ea, quæ diximus *ſupra* de Procuratore coram Iudice, qui grauauit; quod autem dictum fuit de petitione termini ad ſoluendum, idem dic in offerente, ſe ſoluturum, Gozzadin. *conſ.* 98. *num.*19. Corn. *conſ.*259. *num.*1. *vol.*1. Gabr. *dicta concluſ.*2. *num.* 5. vbi *num.* 6. dicit idem eſſe in offe-

49 rente cautionem de ſtando iuri, Alexan. *in apoſtill.* ad Bartol. *l. ad ſolutionem, de re iudic.*

50 Imò, ſi peteret terminum à Iudice ſuper alio articulo, cenſeretur renunciaſſe facultati appellandi, vt ex Rot. & Abb. refert, & ſequitur Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.*10. Scacc. *loco cit. num* 42.

51 Aduerte tamen, quod non inducitur tacita renunciatio appellationis per termini ſuſceptionem, quando ille fuiſſet petitus per errorem, Felyn. *dicto cap. quoad conſultationem num.* 7. Alex. *in apoſtill.* ad Bartol. *dicta l. ad ſolutionem*, Bald. & Salyc. *dicta l.* vt per Gabr. *dicta concluſ.*3. *num.*12. Scacc. *loco cit. num.*40.

52 Nec induceretur, ſi coactus ex forma Statuti illum ſuſciperet, vel ſolueret, Petr. de Bellapertica *l. cum ex cauſa nu.*11. *de appellat.* Gabr. *dicta concluſ.* 3. *num.* 10. *&* 11. Vrſill. ad Afflict. *d. deciſ.*78. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.*41.

53 Pariter ceſſaret inconſtantia, ſi petens terminum, ſeu dilationem proteſtaretur, quod non intendit renunciare appellationi, Cyn. *dicta l. ad ſolutionem, C. de re iudic.* Felyn. *dicto cap. quoad conſultationem num.* 5. Gabr. *dicta concluſ.*3. *num.*13. de qua tamen concluſione vide plura apud Scacc. *loco cit. à num.* 43. & apud Put. *deciſ.*370. *lib.*1. *in correct. aliàs* 380. *in antiq.* Bich. *deciſ.*491. *num.* 8. Rota *deciſ.*718. *num.*22. *par.*4. *to.*3. *recent.*

Nec eſſet argumentum inconſtantiæ, ſi quis appellaſſet ab excommunicatione,

54 & nihilominus illam obſeruaret, quia non diceretur renunciaſſe appellationi, Felyn. *dicto cap. quoad conſultationem num.*7. Gabriel. *dicta concluſ.*3. *num.*25. vbi, quod

55 hoc tanto magis procederet, ſi appellans proteſtaretur, ſe ea de cauſa excommuni-

cationem obſeruare, quia timet ne excommunicatio teneat.

56 Si autem excommunicatus compareret coram Iudice, & peteret abſolutionem ab excommunicatione, tunc non diceretur renunciaſſe appellationi, ſi peteret tantummodo reuocationem grauaminis, vt poſſit proſequi appellationem, ſecùs ſi compareret ad effectum, vt videretur de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, vt conciliando opiniones, voluit Abb. *in cap. quæſtioni num.* 5. & 6. *de appellat.* Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 26. & 27. Scacc. *loco cit. à num.* 60.

57 Secundò infertur, quod ſi grauatus expreſsè approbat ſententiam, tunc videtur renunciaſſe appellationi, Scacc. *loco cit. num.* 2.

Non erit tamen ſignum inconſtantiæ, & tacitæ renunciationis appellationis, ſi

58 Pars grauata compareret coram Iudice grauante pro reuocatione grauaminis, Gloſs. *in cap. ſi à Iudice, in verb. Renerius, de appellat. in* 6. Abb. *in dicto cap. gratum nu.* 7. *de offic. delegat.* & *in dicto cap. quoad conſultationem num.* 13. *de re iudic.* cum alijs per Gabr. *dicta concl.* 2. *num.* 14. Carill. *deciſ.* 221. *num.* 5. Bich. *deciſ.* 324. *num.* 5. vbi quod

59 ſecus eſt vbi præceſſit reſcriptum Signaturæ mandans Iudici à quo, vt iterum audiat, nam exinde remanet circumducta appellatio, & appellans redeundo ad Iudicem à quo dicitur renunciaſſe appellationi, quia acceptauit reſcriptum Signaturæ incompoſſibile cum appellatione.

60 Dummodò verè inſtet, vt Iudex cognoſcat de grauamine ad effectum illud reuocandi, Dec. *in cap. cum teneamur, in* 3. *not. de appellat. deciſ.* 287. *aliàs* 2. *de renunc. in nou.* Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 15. vbi *nu.* 16.

61 ampliat in quolibet actu non contrario appellationi, vt per Felyn. *conſ.* 13. *num.* 2.

62 Pariter non erit ſignum inconſtantiæ, quando grauatus adiret Iudicem non tanquam Iudicem, ſed tanquam bonum virum ad compoſitionem tractandam cum Parte, Felyn. *dicto cap. gratum limit.* 9. addit. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 193. 4. *fall.* cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 20.

63 Nec erit ſignum tacitæ renunciationis appellationi, ſi grauatus adit Iudicem grauantem, vt cauſam ad ſuos Iudices remittat, Anton. de Butr. *in cap. cum veniſſent,* & ibi Abb. *num.* 9. Io. Andr. *circa finem, de eo, qui mitt. in poſſeſs. cauſ. rei ſeruan.* Gabriel. *dicta concluſ.* 2. *num.* 21.

64 Ceſſabit pariter præſumptio renunciationis appellationi, ſi Iudex eſſet talis, qui poſſet etiam cognoſcere de cauſis, de quibus ab ipſo eſt appellatum, vt poſt Hoſtien. teuet Anton. de Butr. *dicto cap. cum veniſſent num.* 4. & ibi Abb. *num.* 9. Bald. *num.* 8. Io. Andr. *circa fin.* Felyn. *dicto cap. gratum* 8. *limit.* cum alijs per Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 22. Scacc. *dicta quæſt.* 17. *limit.* 2. *nu.* 66. qui exemplificat in Legato in partibus.

65 Minus erit ſignum inconſtantiæ, ſi actus factus ab appellante coram Iudice à quo ſonat in pati, non autem in agere, vtputa cum excommunicatus à Iudice appellat,

66 ſed tamen abſtinet à prohibitis excommunicatos, nam, licet videatur tolerare, & acquieſcere præcepto excommunicationis, non tamen dicitur per hoc renunciaſſe appellationi, quia actus conſi-

67 ſtens in patiendo non arguit conſenſum, ſicut actus conſiſtens in agendo, Anton. de Butr. *d. cap. gratum num.* 4. Felyn. *num.* 8. Dec. *nu.* 26. Franc. *in dicto cap. ſollicitudinem quæſt.* 6. *num.* 10. *limit.* 1. *de appellat.* cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 23. & *concl.* 3. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.* 56.

68 Ceſſabit quoque inconſtantia, ſi grauatus compareat coram Iudice à quo cum proteſtatione, quod non intendit appellationi renunciare, vt probat Text. *in dicto cap. ſollicitudinem,* & ibi Franc. *nu.* 8. Innoc. *in cap. quæſtioni, de appellat.* & *in cap. qua fronte, eodem tit.* Hoſtien. *cap. ſignificauerunt num.* 3. *de teſtib.* & ibi Io. Andr. Addent. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 194. cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 24. latè Scacc. *loco cit. à num.* 43. Bich. *deciſ.* 491. *num.* 8.

69 Ceſſabit etiam tacita appellationis renunciatio, quando excommunicatus comparet coram Iudice excommunicante, & petit abſolui, vt poſſit proſequi ſuam appellationem, Abb. *in dicto cap. quæſtioni num.* 5. & 6. *de appellat.* Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 26. & 27. cum alijs per Scacc. *loco cit. num.* 60.

70 Secus autem, ſi abſolutionem peteret ſimpliciter, Franc. *d. cap. qua fronte num.* 26.

71 *de appellat.* vel taliter, quod ipſe Iudex cogniturus ſit de iuſtitia, Scacc. *loco cit. num.* 60. *verſ. ſecus.*

72 Pariter ceſſabit præſumptio inconſtantiæ, ſi rediens ad Iudicem coram eo iura producat, vt ab executione abſtineat, quia non videtur appellationi renunciare, Franc. *in dicto cap. cum teneamur, col.* 1. *in fin. de appellat.* & *in dicto cap. ſollicitudinem col.* 4. *de re iudic.* Addent. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 194. 12. *limit.* Rota *deciſ.* 63. *aliàs* 475. *de appellat. in nou.* vbi per hanc rationem comprobat hoc dictum, Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 28.

73 Ceſſabit quoque tacita appellationis renunciatio, ſi grauatus compareat coram Iudice à quo pro reuocatione attentatorum, Abb. *in dicto cap. cum teneamur in* 2. *not. de appellat.* & ibi Dec. *in* 3. *not.* Additio ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 193. *in* 3. *fall.* Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 29. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 2. *num.* 5. Scacc. *loco cit. num.* 53.

74 Ceſſabit quoque inconſtantia, quando

grauatus compareret coram Iudice à quo petendo, vt prouideat, ne ipſe appellans turbetur in ſua poſſeſſione, Pariſ. conſ.54. num.21. vol.3. Gabr. dicta concluſ.2. num.30. Scacc. loco cit. num.61.

75 Hoc autem poteſt contingere dupliciter; Primò, ſi turbetur ab ipſo appellato, hoc eſt ſi ſpolietur ab eo appellatione pendente; Secundò, ſi turbetur ab aliquo tertio, vt poſt Franc. in dicto cap. cum teneamur num.15.16.17.& 19. declarat Scacc. loco cit. à num.61.

76 Item non habebit locum inconſtantia, ſi comparitio facta coram Iudice à quo non fuit acceptata, quia tunc non cenſetur grauatus renunciare appellationi, Anton. de Butr. in dicto cap. gratum in 4. not. & ibi Felyn. in 3. limit. Dec. in 3. limit. cum alijs per Gabr. dicta concluſ.2. num.19. Scacc. loco cit. num.51.

77 Et hoc procedit ſiue comparitio fuerit impugnata à Iudice, ſiue à parte, & multo magis, ſi ab vtroque, vt poſt Anton. de Butr. & Franc. tenet Scacc. loco cit. num.51. & 52.

78 Item ceſſabit inconſtantia, ſi Iudex à quo detulerit appellationi, quia, etiam quod grauatus compareret coram eo, non propterea cenſetur renunciare appellationi, Franc. in cap. ſi à Iudice num.6. in fin. de appellat. in 6. Soccin. conſ.21. vol.4. Roman. conſ.501. num.2. Addit. ad Cappell. Tholoſ. deciſ.193. in 10. limit. Rota deciſ.49. aliàs 363. de appellat. in nou. Gabriel. dicta concluſ.2. num.17. Scacc. loco cit. num.54.

Et quamuis contrarium tenuerint Felyn. & Dec. in dicto cap. gratum, ille num.9. hic num.31. eiſdem ferè argumentis; non
79 recedas ab opinione Rotæ, quàm tamen dic procedere in Iudice delegato, non autem in Iudice ordinario, vel tali Iudice, qui poteſt adiri per ſimplicem querelam, vt dicit Rot. dicta deciſ. & ſequuntur Gabr. & Scacc. loco cit.

80 Denique dic ceſſare inconſtantiam, & præſumptionem tacitæ renunciationis, ſi Iudex à quo induxerit doloſè appellantem ad comparendum, & faciendum actum, vel metu appellans proſequitur iudicium coram Iudice à quo, Felyn. dicto cap. gratum num.10. limit. 6. vbi etiam latè
81 dicit ceſſare tacitam renunciationem, ſi actus fiat ab aliquo appellantis amico, vel filio, ipſo appellante, non mandante, neque ratum habente, ſequitur Scacc. nu.57. & 58.

82 Redeundo igitur ad renunciationem appellationis expreſſam, dic eam non probari, ex eo, quod, qui appellauit, dicat velle renunciare appellationi, quia aliud eſt velle renunciare, aliud renunciare, Rebuff. de appellat. art.13. gloſ.3. num.3. Scacc. loco cit. num.8. verſ. aduerte.

83 Dic ſecundò, huiuſmodi renunciationem poſſe fieri per pactum, & ſine pacto,
84 tam per ſcripturam, quàm ſine ſcriptura, Franc. in cap. interpoſita, §. ille denique nu.2. de appellat. Scacc. loco cit. num.9.

85 Dic tertiò, vt poſſit grauatus renunciare appellationi, etiam inuito appellato, Bartol. in l. ſi quis libellus, C. de appellat. Scacc. loco cit. num.44.

86 Quod intellige in præiudicium ipſius renunciantis, ſecus quoad præiudicium appellati, quia eo inuito, renunciatio fieri nequit, Bartol. dicta l. ſi quis libellus, C. de appellat. Franc. dicto cap. interpoſita, §. ille denique quæſt.8. num.12. & ibi Cardin. Alex. 7. fall. Anton. de Butr. num.2. de appellat. Papien. in forma appellat. à ſent. defin. in in gloſ. occaſione cuiuſdam num.4. Felyn. in cap. ex parte il ſecondo num.5. de reſcript. Scacc. loco cit. num.94. addo Surdum deciſ. 143. num.3. Donad. de renunc. cap.25. nu.99.
87 & 127. Ratio eſt, tum quia nemo poteſt mutare conſilium in alterius iniuriam, l. nemo poteſt, ff. de regul. iur. cap. mutare, eodem
88 tit. in 6. Tum quia appellatio efficitur communis, Verall. deciſ. 36. num.2. par.1. Scacc. loco cit. num.94. verſ. ratio eſt aperta, Donad. de renunc. cap.25. dicto num.99. Et
89 appellatus poteſt proſequi appellationem appellante inuito, Rota deciſ.47. aliàs 507. de appellat. in antiq. & deciſ.7. aliàs 65. eodem tit. in nou. Ideò appellans non poteſt diſponere, niſi quoad ſui præiudicium, Scacc. loco cit. num. 94. verſ. ratio eſt aperta, ad fin.

90 Quod procedit non ſolùm reſpectu appellati, ſed cuiuſcunque alterius habentis intereſſe, & dictæ appellationi adhærentis, Franc. in cap. vna ſententia, de appellat. Aret. in l. ab executore, §. alio condemnato
91 num.6. ff. de appellat. qui loquitur in conſorte non appellante, Scacc. loco cit. nu.95. & 96. vbi in pluribus condemnatis.

92 Hinc propterea, ſi appellato interſit, parum curandum eſt, an res ſit integra, an non, hoc eſt an fuerit præſentata citatio appellato, cum ad hunc effectum non ſufficiat, vel præſentatio appellationis, vel oblatio libelli facta ſuperiori, dicto cap. interpoſita, §. ille denique, de appellat. Bart. Angel. & Imol. in l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non liceat, & in l. proluxorio, §.1. ff. de appellat. cum alijs per Coſt. de re integr. diſtinct.58. num.10. cum ſeq. Atſi ceſſet inte-
93 reſſe appellati, tunc, ſiue res ſit integra, vel non, ſemper valet renunciatio, inuito etiam appellato, Coſt. dicto tract. & loc. num.13. Scacc. loco cit. num.102.

94 Quando autem interſit, vel non interſit appellato, ſeu alteri, videndus eſt latè Scacc. dicta quæſt.17. limit. 2. à num.98. vbi ponit plures caſus; Dic tamen, quod in omni caſu, in quo appellans poteſt renun-

Digitized by Google

95 clare appellationi, etiam inuito appellato, ſiue res ſit integra, ſiue non, debet reficere expenſas, quas appellatus fecit proſequendo appellationem, *dicto cap. interpoſita, §. illc denique*, & ibi Abb. Franc. & cæteri *de appellat.* Scacc. *loco cit. num.* 112. Coſt. *loco cit. num.* 15. Ratio eſt, quia ex huiuſmodi inconſtantia præſumitur, quod ap-
96 pellans temerè appellauerit, meritò condemnatur in expenſis, Dec. *dicto §. ille denique num.* 2. Scacc. *loco cit. num.* 112. *verſ. ratio*.

97 Quæ condemnatio habet locum, etiam ſi appellatus non receperit appellationem, Addit. ad Felyn. *in dicto cap. ex parte il 2. num.* 5. *de reſcript.* Scacc. *loco cit. num.* 113.
98 Imò, & ſi appellans habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, vt reprobato Franco, dixit Dec. *dicto §. ille denique num.* 6. Scacc. *loco cit. num.* 122.

99 Ceſſabit tamen condemnatio expenſarum, ſi appellans renunciet appellationi conditionaliter, vtputa, ſi diceret, iudicem eſſe bonum virum, & non grauaſſe ex propoſito, & contentaretur, quod ipſe iudicaret, dummodo grauamen reuocaretur, Franc. poſt Io. Andr. & Imol. *in dicto §. ille denique limit.* 2. *num.* 1, & ibi Dec. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.* 123.

100 Nec reficiendæ erunt expenſæ, quas appellatus fecit ratione deſertionis, ſed ſolùm illæ, quas fecit proſequendo appellationem, Anton. de Butr. *dicto §. ille denique num.* 5. Franc. *num.* 1. *limit.* 3. Cardin. Alex. *num.* 5. Dec. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.* 124.

101 Dic quartò, vt renunciata appellatione cenſeatur etiam renunciatum nullitati ſententiæ, ſi nullitas ſtet adhærenter, & acceſſoriè incluſa in appellatione, Franc. *dicto §. ille denique quæſt.* 4. *num.* 5. *& in cap. dilecto quæſt.* 49. *num.* 114. *de appellat.* Rip. *in l.* 4. *§. condemnatum fall.* 3. *num.* 18. *ff. de re iudic.* Scacc. *loco cit. num.* 131. *verſ. ſecus*, Cancer. *var. to.* 2. *cap.* 18 *num.* 22. Ratio eſt, quia nullitas ſic deducta aſſumit naturam appellationis, & ſecundùm eam regulatur, Butr. *in cap. exhibita numer.* 16. *de Iudic.* Contard. *ad l. vnic. limit.* 7. *num.* 6. *cum alijs ſeqq. C. vt de moment. poſſeſſ.* Gregor. XV. *deciſ.* 470. *num.* 13. Secus, ſi nullitas ſtet
102 principaliter, quia tunc ei non cenſetur renunciatum, Bartol. *l. tale pactum, §. qui prouocauit il ſecondo quæſt.* 13. *num.* 12. *ff. de pact.* Franc. *dicto cap. dilecto quæſt.* 49. *nu.* 114. *& quæſt.* 58. *num.* 171. Scacc. *loco cit. nu.* 125. 126. *&* 131. Cancer. *var. dicto cap.* 18. *nu.* 21. *to.* 2. Imò, ſi nullitas principaliter dedu-
103 catur, etiam renunciās appellationi granatus erit audiendus, cum ſint iura ſeparata, & diuerſa, Franc. *dicto cap. dilecto quæſt.* 49. *num.* 114. Scacc. *loco cit. num.* 128.

104 Aduerte tamen, quod quamuis quis poſſit renunciare appellationi tacitè, & expreſsè in cauſa ciuili, denegatur tamen huiuſmodi inconſtantia in cauſa criminali, Bald. *l. fin. §. vlt. num.* 5, *C. de tempor. appell.* Franc. *cap. cum ſpeciali, §. porrò num.* 6. *de appellat.* Guidopap. *de appellat. q.* 120. *num.* 85. Rebuff. *eodem tract. art.* 15. *gloſ.* 2. *num.* 25. latè Farinacc. *quæſt.* 101. *ampliat.* 9. *num.* 20. Balthaſſar Gomes *de poteſtate in ſe ipſum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 19. Guazzin. *defenſ.* 27. *cap.* 1. *num.* 5. Quæ concluſio procedit ſiue agatur de morte naturali, ſiue de morte
105 ciuili, ſiue de membri abſciſſione, Guidopap. *dicto tract. de appellat. quæſt.* 120. *num.* 85. Scacc. *loco cit. num.* 92. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 49. *num.* 57. Guazzin. *loco cit. num.* 5.

106 Fallit primò in notorio delinquente, confeſſo, vel conuicto, taliter quod non poſſit delictum negare, vt poſt Bald. & Angel. voluere Addent. ad Angelum *de maleſic. in verb. præſente Caio num.* 11. Farinacc. *dicta quæſt.* 101. *num.* 23. Scacc. *loco cit. num.* 93.

107 Fallit ſecundò, vt non procedat in renunciatione tacita, quæ inducitur ex deſertione appellationis non appellando, ſeu non proſequendo infra legitima tempora, cum in cauſis criminalibus debeat intra legitima tempora appellari, *l. addictos*, & ibi Gloſſ. *C. de Epiſc. audientia*, & hanc opinionem poſt Franc. tenet Scacc. *loco cit. num.* 93. *verſ. reſtringe ſecundò*, qui reprobat Lancellott. contrarium tenentem, dicens inaduertenter in contrarium ſcripſiſſe.

108 Denegatur pariter huiuſmodi inconſtantia in cauſa ſtatus, in qua appellans appellationi renunciare non poteſt, Bald. *dicta l. fin. §. vlt. num.* 5. *C. de tempor. appellat.* Scacc. *loco cit. num.* 92. *in fin.*

109 Denegatur pariter renunciatio appellationi in cauſa matrimoniali, Franc. *dicto §. ille denique num.* 23. Scacc. *loco cit. num.* 94.

110 Intellige tamen, quod in hiſce cauſis non poſſit renunciari appellationi expreſſè, ſecus autem tacitè, Franc. & Scacc. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXIX.

ARGVMENTVM.

An ſi quis ante ſententiam promiſit non appellare, poſſit inconſtans hoc remedio vti: Et quid in ſententijs, ſeu laudis Arbitrorum, ſiue ſint illi electi voluntariè, ſiue ex neceſſitate Statuti; Et an iuramentum impedire poſſit reclamationem: Quid etiam in cauſis commiſſis *appellatione remota?*

SVMMARIVM.

1 *Promittens non appellare non poteſt inconſtans appellationem interponere.*
2 *Siue promiſſio facta ſit cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura.*
3 *Quid in beneficialibus.*
4 *Vel ſi agatur de ſententia interlocutoria.*
5 *Quid ſi appellationi fuerit renunciatum ſimpliciter per pactum expreſſum.*
6 *Et an hoc pactum debeat eſſe reciprocum.*
7 *Quid ſi fiat extra iudicium.*
8 *Pactum de non appellando poteſt fieri ante, & poſt litem conteſtatam, ante, & poſt ſententiam.*
9 *Pactum de non appellando iuratum, eo magis valet.*
10 *Promiſſio de parendo ſententiæ valet.*
11 *Et ab ea recedi non poteſt.*
12 *Promiſſio de parendo ſententiæ facta in ſecunda inſtantia, operatur non ſolùm in quantum ſecunda ſententia confirmet primam, ſed etiam in quantum per eam canonizantur noua iura producta in eadem inſtantia.*
13 *Obligatio de ſtando ſententiæ Iudicis ſubſtinetur.*
14 *Promittens parere ſententiæ, an, & quando cenſeatur renunciaſſe appellationi, & num. ſeqq.*
15 *Quid ſi promiſſio eſſet iurata.*
16 *Vel obligatione Camerali vallata.*
17 *Promittens ſtare ſententiæ qualiſcunque illa erit, non cenſetur renunciaſſe appellationi.*
18 *Quid ſi ferenda eſſet de conſilio Sapientis.*
19 *Appellationi renunciaſſe non cenſentur partes expreſsè conſentientes, quod ſententia feratur de conſilio Sapientis.*
20 *Quid ſi Conſultor, ſeu Sapiens ab ipſis partibus electus eſſet.*
21 *Vel ex forma Statuti Iudex conſilium Sapientis ſequi teneretur.*
22 *Quid ſi partes firmato puncto conſenſiſſent.*
23 *Appellationi renunciaſſe non cenſetur conſentiens ſententiam ferri iuxta conſilium Sapientis ſibi apertum.*
24 *Quid ſi voto aperto, & ſibi noto ſtare promitteret.*
25 *Vel ſi Conſultor votum apertum, & partibus notificatum de earum voluntate referret.*
26 *Quid ſi Conſultor haberet certam notitiam quod votum non eſſet iuſtum.*
27 *Conſenſus partium purgat iniquitatem conſilij, ſeu ſententiæ.*
28 *Imperitus ignorans quid contineat conſilium, ſeu ſententia, illique ſtare promittens adhuc appellare poteſt.*
29 *Iurans parere mandato Iudicis, vel iudicio Eccleſiæ, adhuc poteſt appellare quando appellatio non derogat iuramento.*
30 *Quid ſi Iudex exceſſit terminos iuris.*
31 *Iuramentum de parendo ſententiæ interpretatur quatenus iuſtum fuerit iudicatum.*
32 *Appellatio admittenda eſt, quamuis appellans iuraſſet non appellare, quando eſt dubium an appellatio deroget iuramento, necne.*
33 *Mulier conſentiens ſententiæ contra ſe latæ appellare non poteſt.*
34 *Quid ſi egerit contra Velleianum.*
35 *Iurans parere mandatis Iudicis in actu prorogandæ iuriſdictionis, adhuc poteſt ab eius ſententia appellare.*
36 *Quid ſi Iudex virtute iuramenti præſtiti inhibeat ne appellet.*
37 *Arbitrorum, ſeu arbitratorum communiter electorum à ſententia non licet appellare.*
38 *Quid ſtante expreſſa conuentione quod ab eorum iniqua ſententia poſſit appellari.*
39 *Sententia arbitrorum an ſit ſententia iuriſdictionalis, vel pariat actionem.*
40 *Appellatio datur à ſententia arbitri electi ex neceſſitate Statuti.*
41 *Quid de arbitro electo ex diſpoſitione iuris communis.*
42 *Quid in tertio arbitro.*
43 *Arbiter tertius eligitur inter duos diſcordantes.*
44 *Appellatio datur à ſententia arbitri electi cum clauſula* quod pronunciare poſſit ſolùm de iure.
45 *Quid ſtante Statuto quod ſententiæ arbitrorum, ſeu arbitratorum mandentur executioni ſicut ſententiæ Iudicum.*
46 *Quid ſi compromiſſum factum eſſet ſine pœna.*
47 *Sententia arbitri parit actionem, & excep-*

Digitized by Google

tionem quando compromiſſum factum eſt ſine pœna.

48 Appellatio non datur à laudo arbitrorum acceptato per emologationem, vel per lapſum decendij ad appellandum.

49 Appellatio datur à ſententia arbitri, quando compromiſſum factum eſt de mandato Iudicis.

50 Reclamatio, querela, & ſupplicatio admittitur à ſententia arbitri etiam in caſibus, in quibus ab ea non licet appellare.

51 Appellatio à ſententia arbitrorum an detur de iure Canonico.

52 Appellatio à ſententia arbitrorum datur de generali conſuetudine, ſiue adiecta, ſiue non adiecta ſit pœna.

53 Arbitri à ſententia datur reductio ad arbitrium boni viri.

54 Declara concurrente læſione.

55 Quid ſi compromiſſum eſſet iuratum.

56 Quid ſi fuiſſet iuratum de ſtando laudo.

57 Iuramentum non poteſt tollere enormiſſimam læſionem.

58 Læſio enormiſſima operatur, quod à ſententia arbitri detur reductio ad arbitrium boni viri, non obſtante iuramento, ſiue agatur de maiore, ſiue de minore.

59 Siue compromiſſum ſit deductum in ſtipulationem, ſiue non.

60 Quid ſi compromiſſum vallatum ſit certa pœna.

61 Vel obſtante pacto de parendo laudo.

62 Aut cum pacto concurrente Statuto, quod laudum ſeruari debent.

63 Vel quod auferret reductionem ad arbitrium boni viri.

64 Statuta iſta intelliguntur quoad effectum ſuſpenſiuum, non autem quoad deuolutiuum.

65 Reductio ad arbitrium boni viri datur à ſententia arbitratoris, cui fuit conceſſum liberum arbitrium, ſtante læſione.

66 Item ex maxima læſione datur, quamuis in compromiſſo fuiſſet data facultas lædendi in multo.

67 Quid ſi fuiſſet data facultas lædendi in magna quantitate.

68 Quid ſi in compromiſſo adeſſet clauſula moderatè, vel immoderatè.

69 Vel ſi fuiſſet promiſſum habere ſententiam ratam, & gratam.

70 Vel ſtare laudo qualecunque fuerit.

71 Item datur quamuis laudum fuiſſet emologatum priuſquam proferretur.

72 Quid ſi in compromiſſo legerentur verba generalia, & ampla.

73 Vel renunciatum fuiſſet reductioni ad arbitrium boni viri.

74 Quid ſi hæc renunciatio eſſet iurata.

75 Nec renunciationi huic contrauenicns tenetur petere abſolutionem à iuramento.

76 Sed nihilominus abſolutionis petitio commendatur.

77 Renuncians cum iuramento reductioni ad arbitrium boni viri à ſententia ferenda per arbitrum, vel arbitratorem, etiam ex capite læſionis enormiſſimæ, an poſſit inconſtans renunciationi contraire.

78 Reſcriptum obtinens cum clauſula appellatione remota, non poteſt inconſtans à ſententia appellare.

79 Tam in iudicio poſſeſſorio, quàm in petitorio.

80 Quid dicendum in acceſſorijs, ſeu incidentibus iudicij.

81 Quid de appellatione iuſta, & legitima.

82 Appellatio omnis etiam iuſta ſublata cenſetur per clauſulam appellatione remota, quando cauſa eſt commiſſa Cardinali.

83 Quid vbi agitur de executione priuilegiorum alicuius Religionis, ad quam Summus Pontifex procedi mandauit appellatione remota.

84 Verba remota contradictione, vel querela, æquipollent clauſulæ appellatione remota, & impediunt appellationem.

85 Clauſula appellatione remota, in commiſſione non expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta impedit appellationem.

86 Clauſula iſta non impedit appellationem à ſententia notoriè iniuſta.

87 Quid ſi dictum eſſet, omni, & quacunque appellatione remota.

88 Appellationis prohibitio generalis non impedit appellationem, quæ interponitur à notoria iniuſtitia.

89 Clauſula appellatione remota, non impedit appellationem quando Iudex dolo, vel lata culpa ſententiauit.

90 Quid ſi ſententiauit abſque parte, vel extra iudicium.

91 Vel ſi appellans fuiſſet citatus ad locum non tutum.

92 Clauſula appellatione remota, non impedit ſupplicationem ad Superiorem.

93 Nec recuſationem Iudicis.

94 Nullitas non cenſetur ſublata per clauſulam appellatione remota.

95 Nec reſtitutio in integrum.

96 Clauſula appellatione remota, non impedit appellationem, cui Iudex detulit.

97 Nec à Principe, vel Superiore admiſſam.

98 Clauſula appellatione remota, à ſolo Principe apponi poteſt.

99 Quid de inferiore, qui ſuperiorem non recognoſcat.

100 Legatus à latere non poteſt reſcribere cum clauſula appellatione remota, niſi id habeat in facultatibus.

101 Rex poteſt reſcribere cum clauſula appellatione remota.

102 Quid de Domino ſuperiorem non recognoſcente.

103 Clauſula appellatione remota, tunc operatur quando fuit appoſita à Principe cum maturo conſilio, ſecus ſi apponatur

abſque cauſa cognitione.
410 *Nil operatur in gratia ſubreptitia.*
105 *De clauſula* appellatione remota *remiſ-ſiuè.*

HACTENVS de Inconſtantia in appellatione interpoſita, modo videndum eſt, an, ſi quis ante ſententiam promiſerit non appellare, inconſtans nihilominus ad appellationem poſſit conuolare.

1 Et illicitam eſſe inconſtantiam probat Text. *in l. 1. §. fin. ff. à quib. appell. non lic.* vbi, *ſi quis ante ſententiam profeſſus fuerit, ſe à Iudice non prouocaturum, indubitatè prouocandi auxilium perdidit*, Specul. *de appellat. §. in quibus numer. 13. verſ. nota*, Azo. *in ſumma, C. quæ appellationes non recip. num. 7.* Bald. *l. tale pactum, §. qui prouocauit num. 10. ff. de pact.* & ibi Iaſ. *num. 7.* Guidopap. *de appellat. qu. 118. num. 85.* Rebuff. *eod. tit. art. 15. gloſſ. 1.* Ruginell. *eod. tract. §. 2. cap. 3. num. 29.* cum alijs per Scacc. *d. qu. 17. limit. 2. num. 1.* Rot. *deciſ. 2. alias 187. de renunciat. in nou.*

2 Et hæc concluſio procedit, ſiue renun-
ciatio appellationis futuræ facta ſit cum
ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura, Franc. *d. §.*
3 *ille denique num. 21. de appellat.* Scacc. *loc.*
cit. num. 2. Et ſiue ſimus in prophanis, ſiue
in beneficialibus, Franc. *d. §. ille denique*
num. 21. Scacc. *loc. cit. num. 3.*

4 Pariter procedit, tàm in appellatione interpoſita à diffinitiua ſententia, quàm ab interlocutoria, Franc. *d. §. ille denique qu. 5. num. 6.* Scacc. *loco cit. num. 4.*

5 Aduerte tamen, quod, vt ceſſet inconſtantia, huiuſmodi renunciatio debet fieri expreſsè, & per pactum, alias, cum appellationi futuræ renunciari non poſſit ſimpliciter intraret pœnitentia, & inconſtantia, Franc. *d. §. ille denique num. 2.* & eſt Text. *in l. 1. C. de pact.* Rot. *dec. 2. aliàs 287. num. 1. de renunc. in nou.* Scacc. *loc. cit. num. 5. 6. & 9.*

6 Non eſt tamen neceſſe, quod pactum ſit reciprocum, ſed ſufficit, quod ſit appoſitum ex parte vnius tantùm, Franc. *d. §. ille denique num. 22.* Scacc. *loc. cit. nu. 7.*

7 Dummodò fiat in iudicio, ſecus, ſi extra iudicium, quia hoc caſu requiritur, quod ambæ Partes paciſcantur, vel altera pars ſit præſens, Franc. *d. §. ille denique num. 2.* Rot. *d. dec. 2. num. 1.* Scacc. *loc. cit. num. 11.*

8 Et hoc pactum poteſt fieri indiſtinctè, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt, Franc. *vbi ſupra*, Rot. *d. dec. 2. nu. 1.* Scacc. *loc. cit. nu. 10.*

9 Eoque maximè valebit, ſi pactum fuerit iuratum, Ruginell. *de appellat. §. 9. gloſſ. 1. num. 4.* Scacc. *loc. cit. num. 6. verſ. præcipuè.*

10 Et prædicta procedunt, non ſolùm in
pacto expreſſo de non appellando, ſed in
promiſſione de parendo ſententiæ, quam
valere, ex Textu *in l. fin. C. de tempor. appellat.* Voluit Rot. *d. deciſ. 2. alias 282.* & ex
alijs relatis per Lancellot. *de attent. 2. par.*
cap. 12. in præfat. num. 23. & non dari hoc
11 caſu inconſtantiam voluit Rot. *in vna*
Pampilonen. Prioratus 8. Nouembris 1555. coram Chiſſanen. Lancellot. *loc. cit. num. 23.*
ad fin. vbi num. 24. dicit promiſſionem, ſi
ſit facta in ſecunda inſtantia operari, non
12 ſolùm ſi feratur ſententia confirmatoria
primæ, verùm etiam, ſi ſecunda ſenten-
tia ſit canonizatoria iuris de nouo in ſe-
cunda inſtantia producti, & de obligatio-
13 ne facta ſtandi ſententiæ Iudicis, Rot. *cor.*
Cocc. *dec. 1348. num. 1. & 2.*

14 Contrarium, quod, qui promittit pa-
rere ſententiæ, non cenſeatur renunciaſ-
ſe appellationi, videtur probare Text. *in l.*
cum apud, ff. Iudic. ſolu. Bald. *in d. l. tale pa-*
ctum, §. qui prouocauit num. 10. ff. de pact. &
ibi Iaſ. *num. 7.* Franc. *in c. ad hæc num. 4. de*
appellat. vbi amplius voluit, licitam eſſe
15 inconſtantiam, quamuis iure iurando
promiſſio fuerit confirmata; Idem teſta-
tur in *d. §. denique num. 3. qu. 2. de appellat.*
Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 6. num. 98.*
cum alijs per Scacc. *d. qu. 17. limit. 2. num.*
73. verſ. contra hanc exemplificationem, vbi
16 dicit ità paſſim ſeruari, quamuis obliga-
tione Camerali ſit vallata promiſſio, ni-
hilominus admitti appellationem, quod
intelligendum iuxtà tradita per Surd. *d.*
conſ. 271. num. 37. hoc eſt, quod, ſi obli-
gatio facta eſt apud acta, vel extra iudi-
cium, priori caſu non liceat appellare ſal-
tem ad effectum ſuſpenſiuum, ſecundo
verò ad vtrumque effectum.

17 Retenta hac opinione primo amplia procedere, etiamſi quis promiſiſſet ſtare ſententiæ Iudicis, qualiſcumque erit ſententia, quia adhùc inconſtans poterit appellare, Soccin. *conſ. 24. num. 3. lib. 1.* Scala *de conſ. ſapien. lib. 4. cap. 19.* Scacc. *loc. cit. num. 75. verſ. amplia.*

18 Secundò amplia, etiam, quod partes promiſiſſent ſtare ſententiæ ferendæ de conſilio ſapientis, qualiſcumq; eſſet, Soccin. & Scal. *loc. cit.* Scacc. *loc. cit. num. 75. & d. qu. 17. limit. 12. num. 11. verſ. contra.*

Sed contra hanc ampliationem tenet Bald. *in d. l. tale pactum, §. qui prouocauit nu. 10. ff. de pact.* Franc. *in c. intimaſti num. 11.* & ibi Dec. *nu. 20. de appellat.* Felyn. *c. cauſam quæ num. 2. in fin. de ſent. & re iudic.* cum alijs per Scacc. *d. limit. 12. num. 11.*

19 Retenta ampliatione dic, eam tantomagis procedere, ſi partes ſolùm conſentiant, etiam expreſsè, quod ſententia feratur de conſilio Sapientis, Bart. *l. 1. §. quæſitum num. 7.* & ibi Alex. *in Addit. ff. de appellat.*

appellat. Idem Bart. *l. ex conſenſu num. 3. ff. eod. & in l. ſi conuenerit num. 5. ff. de re iudic.* Abb. *in c. cauſam quæ num. 4.* & ibi Felyn. *num. 2. de ſent. & re iudic.* Franc. *d. cap. intimaſti nu. 11.* Dec. *num. 19. de appellat.* cum alijs per Scacc. *d. limit. 12. nu. 1. & 5.* etiam
20 quod Conſultor, ſiue ſapiens electus fuerit de conſenſu partium, Nicell. *de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 73. num. 119.* cum alijs per Scacc. *d. limit. 12. num. 2. verſ. extende 1.* Vel ex forma Statuti Iudex teneatur ſe
21 Conſilium Sapientis, Scacc. poſt Scal. *loc. cit. num. 3.*

22 Et etiam, quod partes conſenſerint puncto firmato, Franc. *d. c. intimaſti nu. 7.* Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 3. num. 220.* Scacc. *loc. cit. numer. 2. verſ. extende 2.*

23 Imò, & ſi Conſilium eſſet apertum, & Partes conſenſerint, vt ſecundùm illud feratur ſententia, Soccin. *d. conſ. 24. num. 4. lib. 1.* Felyn. Scal. & Scacc. *loc. cit. num. 6.*

24 Si tamen non ſolùm eſſet apertum votum, ſeu ſententia, ſed eis eſſet notus tenor voti, & ſententiæ, & promitterent ſtare illi ſententiæ, tunc non daretur inconſtantia, Soccin. *d. conſ. 24. num. 4.* Scal. *d. lib. 4. cap. 19.* cum alijs per Scacc. *loc. cit. num. 8.*

25 Multomagis, ſi aperto voto, & noto partibus fieret relatio à Conſultore de eorum voluntate, Nicell. *d. concord. 6. fall. 73. num. 119.*

26 Etiam quod haberent certam notitiam, quod Conſilium non eſſet iuſtum, quia,
27 quia partium conſenſus purgat illam iniquitatem, Cathald. *de ſindicat. num. 168. ibi, certe ſi partes,* Scacc. *loc. cit. num. 13.*

28 Si autem ignorarent, quid contineret Conſilium, vt quia eſſent imperiti, non ceſſaret inconſtantia, Cathald. *loc. cit. ſub num. 168.* Scacc. *loc. cit. num. 9. & 10.*

29 Tertio amplia, etiamſi quis iurauerit parere mandatis Iudicis, vel Eccleſiæ in iudicio, quia non obſtante iuramento appellare poterit, ſi appellatio iuramento non deroget, *c. ad hæc propterea,* vbi Doctores *de appellat.* Ruginell. *§. 2. cap. 1. num. 93. & 94.*

30 Imò, ſi Iudex iuris terminos exceſſerit, etiam quod appellatio deroget iuramento, licita erit, Abb. *in d. c. ad hæc, in princ.* & ibi Bellamer. *& in c. quæſtioni, de appellat.* Ruginell. *d. §. 2. cap. 1. num. 94.*

31 Ratio eſt, quia iuramentum intelligitur, ſi iuſtè fuerit iudicatum, Ruin. *conſ. 149. num. 10.* Ruginell. *vbi ſup. num. 95.*

32 Et ſi dubium ſit, an appellatio deroget iuramento, illa venit admittenda, Abb. *d. c. ad hæc num. 3.* Ruginell. *num. 95.* vbi,
33 quod, & ſi mulier conſentiat ſententiæ contra ſe latæ, appellari non poſſit, ſi ta-
34 men egerit contra Velleianum, admitta-

De Inconſtantia in Iudicijs.

tur Faber. *in Codic. tit. 21. lib. 4. diffin. 25.*

35 Quod etiam habet locum, & ſi in prorogatione iuriſdictionis iuratum fuerit de ſtando mandatis Iudicis, *d. c. ad hæc iuncta* Gloſſ. *ſingul. in c. quod bene 6. q. 4.* Petr. de Anchar. *q. 4. lib. 2.* Ruginell. *loc. cit. nu. 96.*

36 Denique locum habet ſententia, ſi Iudex inhibeat, ne appellet vigore iuramenti præſtiti, Bellamer. *d. c. quæſitum num. 3.* poſt Archid. *d. c. quod bene in gloſſ. fin. 6. qu. 4.* Ruginell. *loc. cit. num. 97.*

37 Quartò amplia, vt ceſſet inconſtantia, quando voluntariè ſunt electi Arbitri, vel Arbitratores, quia ab eorum ſententiis non licet appellare, vt de Arbitro Text. eſt *in l. 1.* & ibi Doctores *C. de recep. arbit.* Griuell. *deciſ. Dolan. 1. numer. 1.* & de Arbitratore voluit Iaſ. *in l. admonendi in 1. lectura num. 46.* & de vtroque Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 2. num. 76.* Scacc. *lim. 13. num. 1. & limit. 14. eod. num.*

38 Quod procedit, quamuis partes expreſſo pacto conuenerint, vt poſſit ab eorum iniqua ſententia appellari, vt reprobato Hugone, & Dyno, voluit Cyn. *in l. 1. C. de recep. arbit.* Specul. *de appellat. §. in quibus num. 16. de re iudic.* Scacc. *d. limit. 13. num. 2.*

Contrarium, quod in hoc caſu detur inconſtantia vltra, Dyn. *in l. ſi quis ex conſenſu, C. de Epiſcop. Audien.* voluit Bart *in l. nemo poteſt num. 13. & 16. ff. leg. 1.* Roman. *conſ. 27. num. 3.* Lanfranc. de Oriano *de arbit. p. vlt. qu. 28.* Gaill. *pract. lib. 1. obſeruat. 150. num. 16.* Borell. *in ſum. deciſ. tit. 63. num. 258.*

Concorda opiniones, vt prior procedat de appellatione propriè ſumpta; ſecunda verò de appellatione impropria, vt ſcilicet poſſit paciſci de appellãdo ad effectum, vt iſtud pactum ſaluet à pœna compromiſſi, Bald. *d. l. 1. num. 4. C. de receptis arbitris,* cum aliis, quos refert Scacc. *d. limit. 13. num. 2. verſ. conciliatur,* quamuis hanc concordiam, ſiue conciliationem ille dicat
39 eſſe vanam, quia ſententia Arbitri non eſt ſententia iuriſdictionalis, nec producit actionem, vt per eundem *de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 327.*

40 Limità primò, hanc quartam ampliationem, vt detur appellatio à ſententia Arbitri electi ex neceſſitate Statuti, Bald. *in l. diem proferre, §. ſtari autem, ff. de recep. arbit,* & eſt Text. & ibi gloſſ. *in c. à Iudicibus 2. q. 6. & in c. ab arbitris, de off. deleg. in 6.* Bart. *l. fin.* & ibi Salyc. Iaſ. & Iacob. de S. Georg. *C. de Iudic.* quam opinionem Franc. Aret. dicit ibi communem Anton. de Butr. *in c. Quintanallis num. 33. de iur. iur.* Felyn. *in c. ſuper his num. 7. de action.* Iaſ. *in §. omnium num. 11. inſtit. de action.* Soccin. *reg. 24. verſ. appellare fall. 10.* Scacc. *d. limit. 13. num. 3. & d. cap. 2. num. 529.* Miſinger. *ob-*

ſernat. 68. cent. 4. num. 5.
41 Secundò limita, vt non procedat in arbitro electo ex diſpoſitione iuris communis, quia ab eius ſententia poteſt appellari, Bart. *l.* 1. *§. interdum in fin. num.* 8 *ff. à quib. appell. non lic.* Anton. de But. *d. cap. Quintanallis num.* 36. Soccin. *reg.* 17. *fallen.* 3. Blanc. *de compromiſſ. qu.* 10. *num.* 10. cum alijs per Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 5.
42 dummodo non ſit tertius Arbiter, qui
43 eligitur inter duos diſcordantes, quia, & ſi eligatur, ex diſpoſitione iuris communis, *l. item ſi vnus, §. vlt. ff. recept. arbit.* tamen ab eius ſententia non poteſt appellari, Scacc. qui irridet Soccin. *loc. cit. nu.* 6.
44 Tertiò limita in Arbitro aſſumpto cum clauſula, *vt poſſit pronunciare ſolùm de iure,* Soccin. *d. reg.* 17. *num.* 9. Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 9.
45 Quartò limita, quando adeſſet Statutum, quod ſententiæ Arbitri, ſeu Arbitratoris mandentur executioni, ſicut ſententiæ Iudicum, Soccin. *d. reg.* 17. *fallent.* 7. Scacc. *loc. cit. num.* 10.
46 Quintò limita, vt non procedat, quando compromiſſum factum fuit ſine pœna,
47 quia tunc ex ſententia Arbitri oritur actio, & exceptio, ideò poteſt ab ea appellari, Bald. *l.* 2. *ff de arbit. & in d. l. nemo poteſt num.* 14. *ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *C. de arbit.* Miſinger. *d. obſeru.* 68. *cent.* 4. Guidopap. *dec.* 60 *in fin.* Franc. Marc. *d.* 149. *&* 151. *vol.* 2. Rebuff. *de arbit. & arbit. art.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 3. Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 407. *& ſeq. & num.* 431. *& de appellat. d. limit.* 13. *num.* 13.
48 Hoc tamen procedit, niſi per emologationem, vel per lapſum decem dierum datorum ad appellandum, laudum eſſet acceptatum, quia tunc ceſſaret appellatio, Bart. *d. l. nemo poteſt num.* 14. Faber. *in Codic. lib* 2. *tit.* 35. *diffin.* 6. *in fin. vol.* 1.
49 Sextò limita, in compromiſſo facto de mandato Iudicis, quia tunc licita eſt appellatio, *l. arbitro, ff. qui ſatisdare cogantur,* Roman. *conſ.* 27. *nu.* 3. Franc. Aret. *l. ex conſenſu, ff. de appellat.* Miſinger. *d. obſeruat.* 68. *cent.* 4. *nu.* 4.
50 Septimò limita, quia, & ſi non daretur appellatio à ſententia Arbitri, non tamen negaretur querela, ſupplicatio, ac reclamatio *ad l.* 1. *C. de off. Præfect. Præt. & auth. quæ ſupplicatio,* vbi Iaſ. *C. de precib. Imper. Offerend.* Miſinger. *d. obſeruat.* 68. Gayll. *obſeru.* 150. *num.* 16. *lib.* 1. Marſil. *ſingul.* 88.
51 Octauò, fallit de iure Canonico, Bald. *l.* 1. *num.* 1. *C. recept. arbit.* Alex. *conſ. fin. nu.* 7. *lib.* 6. Soccin. qui de communi *d. reg.* 17. *fall.* 12. Blanc. *d. qu.* 10. *num.* 9. *limit.* 6. Scacc. *de Iudic. d. cap.* 2. *num.* 337. *& ſeq. & d. limit.* 13. *num.* 7.

Contrarium videtur innuere Text. *in d. c. à Iudicibus* 2. *q.* 6. & ibi Gloſſ. Soccin. & Blanc. qui alios *loc. cit.* Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 8. Græueus ad Gayll. *concluſ.* 150. *centuria* 1. *num.* 2.
52 Nonò fallit de generali conſuetudine, ſiue pœna ſit adiecta in compromiſſo, ſiue non, vt de conſuetudine Galliarum Rebuff. *d. gloſſ.* 9. *num.* 2. & ita vbique paſſim ſeruari dicit Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 14. vbi quod attenta huiuſmodi fallentia, ſubuertitur tota concluſio, Paſettus *conſ.* 79. *num.* 1. *vol.* 1.
53 Decimò fallit in reductione ad arbitrium boni viri, Soccin. *d. reg.* 24. *fallent.* 11. Alex. *conſ.* 106. *num.* 5. *lib.* 3. Boer. *dec.* 284. *num.* 17. Roman. *conſ.* 265. Scacc. *loc. cit. limit.* 14. *num.* 2.
54 Quod tamen declara, ſtante enormi, vel enormiſſima læſione, ad Text. *in l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro Soc. l. ſi libertas la ſeconda, ff. oper. libert. l.* 1. *§.* 1. *ff. leg.* 1. *Gloſ. in c. cauſam, verſ. ſi tamen de elect. & in c. à Iudicibus gloſſ.* 1. 2. *quæſt.* 6. cum alijs per Gabr. *de arbit. concluſ.* 3. *num.* 1.
55 Et hæc declaratio primò ampliatur, vt procedat, quamuis compromiſſum eſſet iuratum *c. veniens, c. Quintanallis de iur. iur. c. non ſine, de arbit* But. *in d. c. Quintanallis col.* 23. Hoſtien. *col.* 2. Imol. *col.* 14. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 2.
56 Secundò amplia, vt idem ſit, ſi iuratum ſit de ſtando laudo, Feder. *conſ.* 129. *& conſ.* 85. Bald. *l. fin. C. de non numer. pecun.* Bellamer. *conſ.* 24. *num.* 11. Gabr. *loc. cit.*
57 *num.* 3. vbi aſſignat rationem, quia iuramentum non poteſt tollere enormiſſimam læſionem, vt vltra allegatos ab eo voluit Rot. *decis.* 102. *nu.* 4. *par.* 2. *diuerſ.* & hanc opinionem, quod ſtante enormiſſi-
58 ma læſione iuramentum non operetur, quin reductio peti poſſit, voluere plures relati à Borell. *in ſumm. decis. cap.* 63. *num.* 267. *verſ. & eſt communis opinio,* ſiue ſimus in maiore, ſiue in minore, Felyn. *in c. in præſentia num.* 8. *de probat.* Iaſ. *conſ.* 133. *vol.* 4. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 3. *verſ. amplia hoc.*
59 Tertiò amplia, ſiue compromiſſum ſit deductum in ſtipulationē, ſiue non, Gloſſ. *in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* But. & & Imol. *d. c. Quintanallis,* Gabr. *loc. cit. num.* 4.
60 Quartò amplia etiamſi compromiſſum ſit vallatum certa pœna, Bart. & alii in *d. l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio* Bald. & alij *in l. cum antea C. de arbit.* But. & alij *Canoniſtæ in d. c. Quintanallis,* Gabr. *loc. cit. num.* 5.
61 Quintò amplia, etiamſi ſit factum pactum de parendo laudo, iur. iur. firmato, Anchar. *conſ.* 207. *num.* 10. *in fin. verſ. ſed pactum,* Cepoll. *conſ. ciuil.* 34. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 6.

62 Imò, & ſi vltrà pactum iuratum adeſſet Statutum, quod mandaret, laudum ſeruari debere, Anchar. *d. conſ.* 207. *nu.* 11. *verſ. reſtat reſpondere ad ſtatutum*, idem Anchar. *conſ.* 208. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 7.

63 Quod procedit etiam, & ſi adeſſet Statutum, quod reductionem ad arbitrium boni viri auferret, Grat. *conſ.* 30. *num.* 7. *vol.* 1. Gabr. *loco cit. num.* 7. *verſ. amplia*, vbi *num.* 8. declarat de mente eiuſdem Grat. *conſ.* 34. *lib.* 1. procedere quoad ef-

64 fectum deuolutiuum, non autem quoad effectum ſuſpenſiuum.

65 Sextò amplia, etiamſi liberum arbitrium Arbitratori ſit conceſſum Bald. *in l. ſi Procurator nu.* 6. *ff. de condict. indebit.* Gabr. *loco cit. num.* 12.

66 Septimo amplia, etiamſi in compromiſſo data ſit facultas lædendi in multo, quia propter notabilem, & maximam læſionem poteſt nihilominus peti reductio, Bart. *in d. l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *ff. pro ſocio*, Fulgoſ. *conſ.* 180. *in fin.* Gabr. *loco cit. num.* 13.

67 Idem eſt, ſi fuiſſet data facultas lædendi in magna quantitate, quia, ſtante læſione enormiſſima, vel ſatis magna, poteſt peti reductio, ſecus ſi læſio ſit magna tantum, Hoſtien. *dicto c. Quintauallis num.* 11. Gabr. *loc. cit. num.* 17.

68 Pariter procederet ampliatio, ſi in compromiſſo addita fuiſſet clauſula, *moderatè, vel immoderatè*, vt per Bart. *in d. §. arbitrium num.* 24. Roman. *conſ.* 90. *nu.* 3. Imol. *in c. cum contingat. num.* 46. *in verſ. quartus caſus*, *de iur. iur.* Abb. *d. c. Quintauallis num.* 32. & ibi Butr. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 18. vbi declarat.

69 Octauò amplia, etiamſi promiſſum ſit, ſententiam ratam, & gratam habere, Bart. *in l. cum minor*, *ff. rem ratam haberi*, Alex. *in apoſtill.* ad Bart. *d. §. arbitrorum*, *ff. pro Soc.* Gabr. *loc. cit. num.* 23.

70 Nonò amplia, etiamſi promiſſum ſit, ſtare laudo, qualecumque fuerit, Bald. *l. tale pactum*, §. *qui prouocauit*, *in fin. ff. de pact.* vel qualiſcumque fuerit læſio, Felyn. *in c. humilis num.* 2. *de maiorit. & obed.* Gabr. *loc. cit. num.* 24.

71 Decimò amplia, etiamſi laudum ſit emologatum, antequam ſit prolatum, Bald. per illum Text. *in l. cum antea num.* 2. *C. de arbit. & in l. ſi Procurator*, *ff. de condict. indebit.* Corn. *d. l. cum antea in fin.* cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 25.

72 Vndecimò amplia, etiam quod in compromiſſo appoſita ſint verba generalia, & ampla, Bald. *in d. l. ſi Procur. num.* 7. *ff. de condict. indebit.* Alex. *conſ.* 131. *num.* 13. *vol.* 2. Bertrand. *conſ.* 138. *col.* 3. *vol.* 2. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 29.

73 Duodecimò amplia, etiam, quod renunciatum ſit reductioni ad arbitrium boni viri, ità Gloſſ. *in c. cum dilectus*, *in gloſſ. magn. in fin. de arbit.* Specul. *in tit. de arbit.* §. *differt num.* 8. *verſ. item ſi pactum*, Dyn. *in reg. ſcienti de regul. iur. in* 6. *& in l. quidam cum filium*, *de verb. oblig. & in conſ.* 19. *in princ.* infinitos propemodū adducit Gabr. *loc. cit. num.* 30. addo Scacc. *de appellat. d. q.* 17. *limit.* 14. *num.* 2. *verſ. extende* 1.

74 Quæ ampliatio procedit, etiam quod renunciatio reductionis eſſet iuramento firmata, Io. Andr. *in addit. ad* Specul. *tit. de arbit.* §. *fin. verſ. quid*, *ſi factum ſit compromiſſum*, Oldrad. *conſ.* 156. Bald. *l. ſi Procur. num.* 10. *ff. de condict. indebit.* Angel. *conſ.* 172. Fulgoſ. *conſ.* 180. cum alijs per Gabr. *loco cit. nu.* 35. vbi *num.* 36. contrarium tenentes adducit.

75 Neque hoc caſu neceſſariam eſſe abſolutionem à iuramento, ſi inconſtans velit reductioni iuratæ contraire, Bald. *in d. l. ſi Procur. nu.* 4. *ff. de condict. indebit.* Anton. de But. *d. c. Quintauallis num.* 47. *verſ. aduerte tamen*, Guidopap. *deciſ.* 519. Salyc. *d. §. arbit. num.* 19. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 38.

76 Optimum tamen eſſe, antequam reductio petatur, abſolutionem à iuramento petere, dixit Bald. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* Io. de Anan. *conſ.* 16. *in fin.* Io. de Amic. *conſ.* 31. Caualcan. *dec.* 9. *nu.* 42. *p.* 1. Magon. *deciſ. Florent.* 119. *num.* 9. cum alijs per Borellum *in ſumm. deciſ. d. tit.* 63. *de compromiſſ. & arbit. num.* 271.

77 An autem, ſi renunciatio iurata facta ſit cum expreſſione, vt etiam in caſu enormiſſimæ læſionis, peti non poſſit, & ſic in caſu expreſſo à contrahentibus detur inconſtantia. Anceps, eſt quæſtio, nam ceſſare hoc caſu inconſtantiam, tanquam in caſu à partibus expreſſo, voluere Io. Calder. *in diſput. ſua incipiens duo litigantes*, quem refert, & ſequitur Io. Andr. *in addit. ad* Specul. *tit de arbit.* §. *fin. verſ. ſi factum ſit compromiſſum* Hoſtien. *in d. cap.* Quintauallis *num.* 10. & ibi Anton. de But. *num.* 47. & Abb. *num.* 32. *de iur. iur.* idem But. *conſ.* 24. *num.* 2. Raphael. *l.* 1. §. *ſi quis ante ff. à quibus appell. non lic.* Salyc. *d. §. arbitr. num.* 21. Soccin. *conſ.* 121. *vol.* 3. vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem, à qua in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum, cum alijs per Gabriellem *loc. cit. num.* 39. addo Nattam *conſ.* 54. *nu.* 6. *vol.* 1. Paſett. *conſ.* 160. *num.* 10. *vol.* 1.

Contrarium tamen, etiam hoc caſu dari inconſtantiam, voluere Anchar. *in repetit. c. primi in* 18. *cart. de conſtit.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 70. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 131. *vol.* 2. Soccin. *in conſ.* 220. vbi dicit, iſtam opinionem eſſe communem; & ſeruari in practica *vol.* 2. Caſſador. *dec.* 1. *de empt. & vendit.* cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 41.

vbi *num.* 42. hanc opinionem confirman-
do dicit, per nullam verborum formu-
lam, ſiue cauthelam effici poſſe, vt impe-
diatur reductio ad arbitrium boni viri, vt
not. Bald. *in l. eum antea num.* 3. *C. de arbit.*
Caſſador. *d. dec.* 1. *de empt. & vendit.* cum
alijs per eum ibi *allegatis.*

Ad cõcordiam poſſunt huiuſmodi opi-
niones reduci, vt prima procedat, quan-
do bona fide arbiter procedit, ſecunda
verò, ſi dolus ex propoſito interueniat,
vt ex Calderin. Specul. Bald. & alijs tenet
idem Gabr. *loc. cit. num.* 46. apud quem
vide alia, quæ ad materiam faciunt, quia
hic tranſcripſi principaliora.

78 Quid autem, ſi quis impetrauerit re-
ſcriptum cum clauſula, *appellatione re-
mota*, an lata ſententia poſſit inconſtans
nihilominus appellare: Et nullo modo li-
citam eſſe inconſtantiam, & appellari non
poſſe, voluit Felyn. *in rub. de reſcript. num.*
2. vbi quod reſcriptum denegans appella-
tionem intelligendum eſt reſpectu ipſius
impetrantis, ſequitur Contard. *ad l. vnic.
limit.* 17. *num.* 9. Scacc. *de appellat. qu.* 16.
lim. 1. *num.* 27. *& qu.* 17. *limit.* 7. *num.* 24.
de Rubeis *ſingul. par.* 4. *clauſ.* 171. *nu.* 15.
quamuis ibidem mendoſe alleget Gon-
zalem.

Quod procedit, ſiue ſimus in iudicio
poſſeſſorio, ſiue in petitorio, Bald. *l. incer-*
79 *ti, in fin. C. de interdict. l.* 1. *num.* 4. vbi Sa-
lyc. *num.* 4. *C. ſi de moment.* Zuccard. *l. fin.*
num. 439. *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Rot.
diuerſ. deciſ. 100. *num.* 20. *&* 34. *par.* 1.

80 Secundò procedit, non ſolùm in cauſa
principali, verum etiam in incidenti, &
acceſſoria, Bald. Salyc. Zuccard. Rot. *lo-
co citat.*

Contrarium, quod huiuſmodi clauſu-
la habeat locum ſolùm in ſententia defini-
tiua, non autem in appellatione, quæ in-
terponitur ab incidentibus, & acceſſorijs,
Salyc. *l. fin. num.* 8. *C. de ſent.* Franc. *c. Pa-
ſtoralis num.* 13. *in fin. qu.* 1. *de appellat.* Fe-
lyn. *c. eam, quæ nu.* 27. *de reſcript.*

Concorda has opiniones, vt tunc de-
negetur appellatio ab incidentibus, & ac-
ceſſorijs, quando militat eadem ratio, vt
voluit Rot. *d. deciſ.* 100. *num.* 20. *&* 34.
p. 1. *diuerſ.* de Rub. *d. clauſ.* 171. *nu.* 11. Bar-
boſ. *clauſ.* 9. *nu.* 4. Marcheſ. *par.* 1. *pag.* 361.
num. 60.

81 Tertiò procedit, non ſolùm quoad ap-
pellationem friuolam, ſed etiam quoad
appellationem iuſtam, dummodò non ſit
expreſsè à iure permiſſa, *c. Paſtoralis*, & ibi
omnes, præcipuè Abb. *num.* 2. *in* 2. *notab.*
Franc. *num.* 2. Prępoſit. *num.* 5. *de appellat.*
Lancellot. *de attent. d. limit.* 8. *num.* 13. *&*
14. de Rubeis *loco cit. num.* 22.

Contrarium, quod hæc clauſula intel-
ligatur ſolum de appellatione friuola, non
autem de legitima voluit Gloſſ. *in cap. vt
debitus honor, de appellat. in verbo ſententiam*
Lancellott. *d. limit.* 8. *num.* 42. Menoch.
de arbit. caſ. 197. *num.* 2. Gratian. *diſcept.*
41. *num.* 18. cum alijs per Barboſ. *loc. cit.*
num. 15. Add. ad Buratt. *dec.* 597. *num.* 11.
Bich. *dec.* 234. *nu.* 36. repetita *in par.* 9. *rec.
dec.* 336. *num.* 38.

82 Si autem commiſſa eſſet cauſa Cardina-
li cum tali clauſula, tunc cenſeretur ex-
cluſa omnis appellatio etiam friuola, vt
dignitas Cardinalitia aliquid operetur
Bald. *l.* 1. *ante fin. ff. de off. Præfecti Prætor.*
Afflict. *rub. quæ ſint regalia num.* 4. cum alijs
quos refert Farin. *Fragm. crimin. par.* 2. *verb.
Iudex num.* 963. cum alijs per Barboſ. *loc.
cit. num.* 17. qui idem cenſet reſpectu Re-
83 ligioſorum, quibus à Summis Pontifici-
bus eſt conceſſum, vt ad executionem
ſuorum priuilegiorum procedatur appel-
tione remota, ex Emanuele *tom.* 1. *quæſt.* 8.
art. 13.

84 Quartò procedit non ſolùm, ſi com-
miſſa eſſet cauſa, *appellatione remota*,
ſed etiam per verba æquipollentia, vt re-
mota contradictione, vel quetela, vt ex
Bald. & Dec. voluit Lancellott. *de attent.
cap.* 12. *limit.* 18. *num.* 4. *&* 5.

85 Quintò procedit, etiam quod clauſula
non ſit expreſſa in commiſſione, ſed taci-
tè ſubintellecta, vt voluit idem Lancellott.
loco cit. num. 8.

86 Primò fallit, quando ſententia eſt no-
toriè iniuſta, quia tunc, dicta clauſula
non obſtante, licita eſt inconſtantia, &
appellatio, Gloſſ. *in cap. ex conqueſt. verſ. poſt
appellationem, de reſtit. ſpol.* Abb. *in cap. in-
ter cæteras num.* 3. *de re indic. & in cap. Paſto-
ralis num.* 14. *de appellat.* Contard. *d. l. vnic.
limit.* 9. *num.* 4. Lancellot. *de attent. appell.
pend. limit.* 8. *num.* 24. Put. *dec.* 414. *num.*
2. *lib.* 3. Verall. *deciſ.* 33. *num.* 1. *p.* 1. *&*
deciſ. 87. *lib.* 2. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 147.
aliàs 2. *num.* 8. *de ſolut.* cum alijs per Mart.
de clauſ. p. 1. *clauſ.* 12. *nu.* 7. & per Barboſ.
clauſ. 9. *num.* 20. & de Rubeis *d. clauſ.* 171.
num. 7. Rot. cor. Bichio *dec.* 526. *num.* 15.

87 Et hæc fallentia procedit, quamuis di-
ctum eſſet, *omni, & quacumque appel-
latione remota*, vt reſoluit Rot. *in Ro-
mana de Matthæis* 11. *May* 1562. coram
Oradino, de qua per Lancellott. *d. limit.*
8. *num.* 24. Mart. Barboſ. & de Rub. *loc.
citat.*

88 Generale eſt enim, quod, vbicumque
prohibetur appellatio, non cenſetur ſu-
blata, quando conſtat de notoria iniuſtitia,
Gloſſ. *in cap. ex conqueſtione, verſ. poſt appel-
lationem*, vbi Bald. *num.* 5. *in fin. de reſtit.
ſpol.* Alex. *conſ.* 177. *num.* 15. *lib.* 2. *& conſ.*
106. *num.* 27. & ibi Natt. *lib.* 3. *idem* Natt.
conſ. 51. *num.* 31. *& conſ.* 122. *num.* 4. *lib.* 1.
Contard. *d. limit.* 9. *num.* 4. Menoch. *de*

adipiſc. remed. 4. num. 850. de Rubeis *loc. cit. num.* 9. Mart. *loc. cit. item num.* 9. Et propterea dari inconſtantiam, ſi Iudex do-
89 lo malo, vel lata culpa ſententiauerit, voluit Scacc. *de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 1.
90 *num.* 83. vel ſi abſque parte, & extra iudicium, Marcheſ. *de commiſſ. par.* 1. *pag.* 303. *num.* 83. Barboſ. *d. clauſ.* 9. *num.* 21.
91 Secundò fallit, quando quis eſſet citatus ad locum non tutum, quia, non obſtante dicta clauſula, poſſet appellare, *cap. ex parte il primo*, & ibi omnes *de appellat.* de Rubeis *loc. cit. num.* 13. *&* 21.
92 Tertiò fallit in ſupplicatione ad ſuperiorem, quam nõ tolli per hanc clauſulam, voluere Scaccia *quæſt.* 17. *limit.* 15. *num.* 8. Marcheſ. *d. p.* 1. *pag.* 297. *à num.* 38. Barboſ. *loc. cit. num.* 27. Gramat. *deciſ.* 35. cum alijs per Fragoſ. *de regim. Reipublicæ par.* 1. *lib.* 8. *diſput.* 24. *num.* 218. *verſ. an vera &c.*
93 Quartò fallit in recuſatione Iudicis Abb. per illum Text. *in cap. poſtremò num.* 1. Præpoſit. *num.* 3. Franc. *num.* 2. Dec. *num.* 1. *de appellat.* cum alijs per Theodoſ. de Rub. *d. clauſ.* 171. *num.* 46.
94 Fallit quintò in nullitate, quam non eſſe ſublatam à dicta clauſula, voluit Lap. *allegat.* 123. *nu.* 18. Barboſ. *loco cit. nu.* 28.
95 Fallit ſextò in reſtitutione in integrum, quam non eſſe ſublatam per hanc clauſulam, voluere Gloſſ. *in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Rot. *in Bononien. cenſus* 10. *Decembr.* 1602. coram Iuſto, penès Marcheſanum *p.* 1. *pag* 309. Barboſ. *loc. cit. nu.* 29. Caſtren. *l. ſi finita*, §. *poſtquam ſecundo not. ff. damn. infect.* Roman. *conſ.* 90. *verſ. his tamen*, de Rubeis *loc. cit. num.* 15. Rot. cor. Bichio *dec.* 234. *num.* 37.
96 Si autem Iudex appellationi detuliſſet, vtique locum haberet effectus inconſtantiæ, *c. cum appellatur, de appellat. in* 6. Imol. *in c. Paſtoralis* §. *præterea*, & ibi Franc. *nu.* 5. *de appellat.* Lancellot. *loc. cit. nu.* 10.
97 Idemque eſſet, ſi Princeps, vel alius Superior Iudex appellationem admiſiſſet, Lancellott. *de atteut. loco cit. num.* 12.
98 Fallit ſeptimò, ſi clauſula, *appellatione remota*, eſſet appoſita in commiſſione ab inferiore à Principe, quia tunc nullum operatur effectum, cum, niſi à Principe, apponi poſſit, Doct. *l.* 1. §. *interdum, ff à quib. appell. non lic.* Marant. *de ordin. Iudic par.* 6. *tit. & quandoque appellatur num.* 337. Rolan. à Vall. *conſ.* 29. *num.* 15. *lib.* 1. Lancellott. *de attent. d. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 18. *cum ſeq.* Fragoſ. *par.* 1. *lib.* 8. *diſput.* 24. *num.* 213. *&* 220. Barboſ. *loc. cit. num* 2. de Ru-
99 beis *d. clauſ.* 171. *num.* 33. quamuis non recognoſcat Superiorem, Barboſ. *loc. cit.*
100 In tantum quod nec Legatus à latere poſſet cum huiuſmodi clauſula reſcribere, niſi habeat in facultatibus, Scacc. *d. qu.* 16. *limit.* 1. *num.* 106. *&* 109. Marcheſ. *loc. cit. pag.* 302. *num.* 77. Barboſ. *loc. cit. num.* 3.
101 Rex tamen poterit reſcribere cum huiuſmodi clauſula, Bart. *l.* 1. §. *interdum nu.* 3. *ff. à quib. appell. non lic.* de Rubeis *loc. cit.*
102 *num.* 34. vbi quod etiam procedit in alio Domino non recognoſcente Superiorem Barboſ. *loc. cit. num.* 3.
103 Aduerte tamen, quod huiuſmodi clauſula appoſita à Principe tunc operatur, quando eſt appoſita ſciente ipſo, & maturo conſilio, ſecus, ſi eſſet appoſita in reſcripto ordinario abſque cauſæ cognitione, Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 42. cum alijs per Barboſ. *loc. cit. num.* 15.
104 Fallit octauò, quando litteræ, & gratia, vbi appoſita eſt clauſula prædicta, eſſent ſubreptitiæ, Lapus *allegat.* 121. Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 8. *nu.* 47. de Rubeis *d. clauſ* 171. *num.* 23.
105 Cetera, quæ ad huiuſmodi clauſulam ſpectant, vide Lancellottum, Scacc. Marcheſ. Barboſ. Fragoſ. & de Rubeis *loc. cit.*

QVÆSTIO XL.

ARGVMENTVM.

An qui appellauit omiſſo medio poſſit inconſtans appellare ad Superiorem immediatum: & quando liceat appellare omiſſo medio. Et an appellans ad plures Superiores, vel alternatiuè, vel cumulatiuè, poſſit facta electione variare.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ad Superiorem omiſſo medio poteſt inconſtans appellare ad Superiorem immediatum, quando prior appellatio fuit nulla.*

2 *Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.*

3 *Appellatio interpoſita omiſſo medio, regulariter eſt nulla.*

4 *Appellationi interpoſitæ ad ſuperiorem remotum, poteſt appellans inconſtans renunciare, & appellare ad ſuperiorem immediatè proximum, quamuis ſuperior remotus vi-*

gore appellationis inhibuiſſet.
5 *Appellatio ad Papam interponi poteſt omiſſo medio.*
6 *Item ad Legatum de latere.*
7 *Ac ad Nuncium habentem facultates Legati.*
8 *Item ad Auditorem Cameræ.*
9 *Appellationes omnes, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam deuoluuntur ad Audit. Cameræ.*
10 *Perſonæ miſerabiles appellare poſſunt ad ſuperiorem omiſſo medio.*
11 *Quando appellari poſſit ad ſuperiorem ſi Iudex medius ad illum cauſam remiſit.*
12 *Appellatio ad ſuperiorem omiſſo medio admittitur quando Iudex immediatus eſt abſens, vel longo detinetur impedimento.*
13 *Quid ſi impedimentum ſit breuiter duraturum.*
14 *Item admittitur quando Iudex immediatus eſt inhabilis.*
15 *Vel ſuſpectus.*
16 *Vel Hæreticus.*
17 *Appellatio ad Patriarcham interponi poteſt omiſſo medio.*
18 *Appellatio ad ſuperiorem omiſſo medio tenet parte non opponente.*
19 *Quid ſtante conſuetudine.*
20 *Imperio vacante an poſſit appellari ad Papam omiſſo medio.*
21 *Appellatio alternatiuè interpoſita, aut ad vnum, aut ad alium Iudicem cum reſeruatione electionis in proſequendo licita eſt.*
22 *Quid præſentata inhibitione coram vno, an poſſit appellans cauſam inconſtans proſequi coram alio.*
23 *Quid ſi iſte alius non ſit æqualis, vel maioris iuriſdictionis.*
24 *Appellatio cumulatiua ad plures Iudices valida eſt.*
25 *Sed appellans tenetur infra terminum ad appellandum alterum eligere.*
26 *Qua electione ſemel facta an liceat amplius variare.*
27 *Quid intra tempus ad appellandum.*
28 *Appellatio eſt valida quamuis appellans infra decem dies vnum ex pluribus Iudicibus, ad quos appellauit non elegerit.*
29 *Et quomodo ſuper hoc ſeruetur in Curia.*
30 *Appellans, qui comparuit coram vno Iudice, & vult deinde cauſam proſequi coram alio, ſemel tantùm variare poteſt.*

1 LICITAM eſſe inconſtantiam quando appellatio prior nulla fuit, quia tunc intra legitima tempora poterit variare, & appellare ad Iudicem com-
2 petentem ea ratione, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat, de reg. iur. in 6.* Ferrar. *de appellat. lib. 2. cap. 5. num. 139.* Scacc. *dicto tract. quæſt. 7. num. 27. & quæſt. 8. num. 83.* Fragoſ. *de regim. Reipublic. par. 1. lib. 8. diſput. 24. num. 36.* Et regulariter ap-
3 pellatio interpoſita omiſſo medio nulla eſt, Auth. *de appellat. cap. anteriorem 2. qu. 6.* Miſing. *obſeru. 4. cent. 2.* Menoch. *conſ. 466. num. 32.* Surd. *conſ. 106. num. 9. 10. & 11.* cum aliis per Græuenum *ad concluſ.* Gayll. 119. *par. 1. num. 1.* Scacc. *de appellat. quæſt. 7. num. 16.* Fragoſ. *dicta diſput. 24. num. 35.*
4 Et hoc procedit, etiamſi ſuperior remotus inhibuiſſet in vim appellationis, quia nihilominus poſſet appellatus adire Iudicem competentem proximum, & renunciare illi appellationi, & inhibitioni, latè Scacc. *loco cit. num. 28.*
5 Fallit tamen concluſio, vt non procedat in appellatione ad Papam, quia ad illum poteſt appellari omiſſo medio, Abb. *cap. Dilectus il terzo num. 11.* & ibi Franc. *num. 15.* Dec. *num. 17. de appellat.* Franc. *in rubr. de appellat. num. 7.* Angel. Aret. *in l. Imperatores num. 1. ff. de appellat.* cum infinitis aliis, quos allegat Scacc. *d. quæſt. 7. num. 46.* Carpan. *ad Statut. Mediol. par. 1. cap. 131. num. 281.* Fragoſ. *d. diſput. 24. num. 26.*
6 Fallit ſecundò in Legato de latere, ad quem omiſſo medio poteſt appellari, Gloſs. *in cap. Romana, in princ. verb. ad Curiam, de appellat. in 6.* & not. *in cap. 1. de offic. legat.* Franc. *in cap. Dilecti quæſt. 8. de appell.* Couuarr. *pract. qq. cap. 4. num. 9.* Fragoſ. *loco cit. num. 28.* Quod in quocunque Legato Papæ, dixit Specul. *tit. de appellat. §. nunc tractemus num. 15.* Gambar. Villadieg. allat. à Fragoſ. *loco cit. num. 40.* Scacc. *d. quæſt. 7.*
7 *num. 103.* Ideò ad Nuncios, qui habent facultates Legati, poterit omiſſo medio appellari.
8 Fallit tertiò in Auditore Cameræ, ad quem appellari poteſt omiſſo medio, ſicuti ad Papam, tum quia omnes appellationes, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam, ad eum deuoluuntur; Tum etiam quia hoc expreſsè habet in facultatibus,
9 vt patet in Bulla earum *num. 9.* Veſtr. *in prax. lib. 2. cap. 4. num. 4.* Scacc. *de Iudic. lib. 1. cap. 22. num. 2.* Fragoſ. *loco citato num. 29.*
10 Fallit quartò in perſonis miſerabilibus, quæ poſſunt appellare omiſſo medio, Auth. *habita, C. ne fil. pro patr.* Rebuff. *de priuil. Scholar. priuil. 194. & ad concordata Franciæ tit. de friuolis appellat. §. fin. 2. reg.* Bertach. *de Gabbellis par. 7. quæſt. 27.* Scacc. *de appellat. quæſt. 7. num. 102. & 114.* Borell. *to. 2. Summ. deciſ. tit. 33. de appellat. num. 48.* Fragoſ. *loco cit. num. 30.*
11 Fallit quintò, ſi Iudex medius requiſitus ſponte ſua ab ſuperiorem remittat appellationem, Hieronym. Treutler. *diſput. Select. par. 2. diſput. 33. Theſi 9.* Fragoſ. *loco cit. num. 31.* qui hoc intelligit, dummodo abſit dolus, vel colluſio, ne ſcilicet pars vexetur expenſis.

Digitized by Google

12 Fallit ſextò, ſi Iudex immediatus eſt ab-
ſens, longoque impedimento detinetur,
Marant. par.6. act.2. principal. verſ. & quan-
doque appellatur limit.10. num.379. Secus, ſi
impedimentum breuiter eſſet duraturum,
13 quia tunc debet expectari Iudex, Franc. in
rubr. de appellat. num.40. Fragoſ. loco citato
num. 32.

14 Fallit ſeptimò, ſi ſuperior proximus
eſſet inhabilis, tunc enim eo prætermiſſo
licita eſt appellatio ad ſuperiorem, Gloſſa
in cap. ſi is, cui de offic. & poteſt Iudic. deleg.
in 6. Soccin. reg.23. fall.15. num.12. Miſing.
15 obſeruat.67. cent.1. Ideo, ſi eſſet ſuſpectus,
appellatio ad ſuperiorem valida eſſet, Ne-
nizzan. conſ. 44. num. 7. Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap.131. par.1. num.280.

16 Fallit octauò, ſi Iudex proximus eſſet
hæreticus, quia tunc eo omiſſo poteſt ap-
pellari ad ſuperiorem, Felyn. in cap. ſuper
quæſt. §. porrò num.14. de offic. & poteſt. Iudic.
deleg. Abb. in cap. Dilecti num.15. de appell.
Bredérod. eod. tract. par. 1. tit. 18. in verb.
ſi medius inhabilis.

17 Fallit nonò, in appellatione interpoſita
ad Patriarcham, ad quem poteſt appellari
omiſſo medio, Felyn. dicto §. porrò num.14.
Franc. in cap. denique, §. ſi duobus num. 8. &
cap. Dilecti limitat. 9. num. 14. de appellat.
Soccin. reg.23. fall. vlt. Fragoſ. loco cit. nu-
mer. 40. cum alijs per Scacc. dicta quæſt. 7.
num. 104.

18 Fallit decimò, ſi pars appellata non op-
ponit, Gloſs. in cap. Dilecti il terzo, & ibi
Abb. num.7. Franc. num. 12. de appellat.
Afflict. Conſtit. cum noua num. 6. lib.1. Ma-
rant. par. 6. act. 2. verb. & quandoque appel-
latur limit.4. num.373. cum alijs per Scacc.
dicta quæſt. 7. num.18. & num.105.

19 Fallit vndecimò, ſi extaret conſuetudo
appellandi omiſſo medio, cap. referente,
cum ibi not. de præbend. Alex. dicto cap. Di-
lecti il terzo num. 9. & ibi Franc. in 2. limit.
num. 24. Dec. num.15. idem Franc. in rubr.
de appellat. num.7. iuncto cap. Romanæ, §. ab
Archidiaconis num. 4. limit. 1. cum aliis per
Scacc. dicta quæſt. 7. num. 93. vbi num. 94.
& 95. extendit ad præſcriptionem, & pri-
uilegium.

20 Fallit duodecimò, vacante Imperio,
quia tunc indiſtinctè appellatur ad Papam
omiſſo medio, cap. licet ex ſuſcepto, & ibi
Gloſs. in verb. vacante, de for. compet. Ma-
rant. dicto ver. & quandoque appellatur, verſ.
quarta regula num.388. Scacc. dicta quæſt. 7.
num. 112.

De qua quæſtione, quæ hodie potius
de iure, quàm de facto diſputari poteſt,
vide Extrauag. Io.22. ſi fratrum ad Epiſcop.
ſub tit. ne Sede vacante, alioſque citatos à
Mart. de iuriſd. par.4. cent.2. caſ.197.

21 Sed quia licita eſt appellatio alternatiuè
concepta cum reſeruatione electionis pro-
ſequendi, Specul. in tit. de appellat. §. nunc
tractemus num.18. Bero. conſ.7. nu.16. & 17.
lib.1. Villadieg. de leg. par.1. quæſt.8. nu.37.
38. 39. & 40. cum aliis per Scacc. de appell.
quæſt.9. num.1. & hanc tuetur Rot. deciſ.33.
aliàs 209. de appellat. Grat. deciſ. Marchiæ
199. num. 2.

Quæſtionis eſt, an ſi appellans præſen-
tauerit inſtrumentum appellationis coram
vno ex Iudicibus, ad quos appellauit,
poſſit inconſtans variare, & coram altero
22 appellationem proſequi? Hanc quæſtio-
nem diſputauit in eo, qui appellauerat ad
Papam, & Archiepiſcopum, & coram
Archiepiſcopo ſe præſentauerat, Io. Andr.
in addit. ad Specul. tit. de appellat. §. nunc
tractemus num. 18. & concludit, licitam
eſſe inconſtantiam, appellantemque poſſe
proſequi appellationem coram Papa; &
Specul. ſequitur Scacc. de appellat. quæſt.9.
num. 11. Et eſt ratio, quia in appellante
23 admittitur mutatio voluntatis, dummo-
dò æqualis, vel maioris iuriſdictionis Iu-
dex appelletur, non autem minoris, ad
latè tradita per Oſaſcum deciſ.131. num.13.
& 14. & per Parz. deciſ. 155. num. 13. 14.
& 15. Scacc. loco cit. num.11.

24 Quod dictum eſt de appellatione alter-
natiua, idem dic de cumulatiua, quæ va-
lida eſt, Gratian. dicta deciſ.199. Scacc. de
appellat. quæſt 10. num 1. Carpan. d. cap.131.
num. 296.

25 Nam cum appellans teneatur infra ter-
minum datum ad appellandum, eligere
alterum eorum, Alex. conſ.101. num. 2. &
conſ.164. num.2. & 6. vol.2. Soccin. reg 29.
cum alijs per Carpan. loco cit. num.296.

26 Facta ſemel electione, non licet am-
plius variare etiam intra tempus ad ap-
27 pellandum, Oſaſc. dicta deciſ.131. num. 4.
Carpan. loco cit. num.297.

28 Aduerte tamen ad illud, quod dictum
eſt debere appellantem cumulatiuè intra
decem dies eligere vnum ex Iudicibus,
quia, etſi ipſum non eligat, nihilominus
appellatio eſt valida, Iafred. deciſ 449. per
authoritatem Rotæ deciſ. 33. aliàs 209. de
appellat. in nou. & Curiam indiſtinctè ad-
29 mittere huiuſmodi appellationes, dicit
Gambar. de auctor. Legat. à lat. lib.8. n.117.
Ægid. deciſ. 478. de appellat. Felyn. cap. 2.
eodem tit. num.4. Et ratio eſt, quia, cum ap-
pellans proſequitur appellationem, eo ip-
ſo eligit, & per citationem poſtea ſubſe-
cutam certificat aduerſarium, & ſic non
eſt neceſſe, quod infra decem dies fiat
huiuſmodi electio, ſiue certificatio, Rot.
deciſ. 37. de appellat. in nou. argum. cap. præ-
terea, de dilat. & Clem. cauſam, de elect. &
Clem.2. vt lit. pend. Gratian. dicta deciſ.199.
num.10. vbi num. 11. & 12. alias rationes
allegat.

30 Dic tamen, quod, ſi licita eſt in caſibus

ſupradictis variatio, illa licita eſt ſemel tantummodo, Argum. Text. *in l. fideicommiſſa, §. ſi quis, ff. de legat. 3.* Calder. *conſ. 8. aliàs 16. de iure-patronatu*, in terminis Ruginell. *de appellat. §. 5. ad quem ſit appellandum num. 17.*

QVÆSTIO XLI.

ARGVMENTVM.

An, & quando Iudex poſtquam detulit appellationi, poſſit inconſtans in cauſa ſe ingerere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui detulit appellationi non poteſt inconſtans in cauſa vlterius procedere.*
2 *Index deferens appellationi dicitur abdicaſſe à ſe omnem iuriſdictionem.*
3 *Siue ſit Iudex Ordinarius, ſiue Delegatus.*
4 *Quid ſi delatio eſſet iniuſta.*
5 *Vel ſine cauſa.*
6 *Quid ſi appellatio eſſet interpoſita, ſine ſcriptis.*
7 *Vel non fuiſſent petiti Apoſtoli.*
8 *Quid ſi Iudex, qui detulit appellationi vellet reuocare granamen.*
9 *Qnid de conſenſu partium.*
10 *Iudex, qui tacitè detulit appellationi, non poteſt amplius in cauſa ſe ingerere.*
11 *Iudex, qui dedit acta pro Apoſtolis, dicitur tacitè appellationi detuliſſe.*
12 *Iudex appellationi deferens, non poteſt ſe ingerere in cauſa, qnamnis ſibi non fuiſſet inhibitum.*
13 *Delegatus cum clauſula* donec vices ſuas duxerit reuocandas, *non poteſt ſe in cauſa ingerere, poſtquam detulit appellationi.*
14 *Index criminalis an poſſit ſe ingerere in cauſa poſtquam detulit appellationi, & numer. 16.*
15 *Sententia lata contra confeſſum, & conuictum executioni demandatur, non obſtante appellatione interpoſita.*
17 *Iudex Reipublicæ præiudicare non poteſt.*
18 *Iudex deferens appellationi friuolæ, & de iure non admittendæ, tenetur illam ſeruare.*
19 *Nec delationem reuocare poteſt.*
20 *Iudici procedere volenti poſtquam detulit appellationi, an, & quando liceat reſiſtere.*
21 *Iudex, qui detulit appellationi, adhuc poteſt ſe ingerere in cauſa, quatenus ſuperior illam ſibi remittat.*
22 *Index ordinarius, vel qui adiri poteſt per viam querelæ procedere valet in cauſa partibus conſentientibus, & re integra quamuis detuliſſet appellationi interpoſitæ ab eius interlocutoria.*
23 *Iudex deferens appellationi cum clanſula* ſi, & in quantum, *an adhuc poſſit in cauſa ſe ingerere, & num. 28.*
24 *Clauſula* ſi, & in quantum *appoſita in admiſſione appellationis non importat illius delationem, qnando illi non erat deferendum.*
26 *Quid in admiſſione appellationis facta per Papam, aus alium ſuperiorem.*
27 *Quid ſi commiſſio contineat decretum irritans.*
29 *Iudex poſtquam detulit appellationi, poteſt ſe ingerere in cauſa, ſi lapſus ſit terminus appellanti præfixus ad illam proſeqnendam.*
30 *Quid ſi terminum præfixerit ex internallo.*
31 *Vnus ex duobus Iudicibus in cauſa procedentibus, appellationi deferens, poteſt delationem reuocare, antequam illi deferat alius Iudex.*
32 *Iudex, qui non dedit Apoſtolos Reuerentiales ſimpliciter, ſed reuerentiales in forma, poteſt in cauſa ſe ingerere.*
33 *Apoſtoli Reuerentiales in forma continent refutatorios.*
34 *Iudex, qui dedit Reuerentiales in forma cenſetur admiſiſſe appellationem, qnatenus veniat admittenda, aliàs non.*

HACTENVS de inconſtantia reſpectu partis; nunc videndum eſt de inconſtantia in Iudice.

1 Regula eſt, Iudicem, poſtquam detulit appellationi, nullo modo inconſtantem eſſe poſſe, neque in illa cauſa amplius pro-
2 cedere cum per delationem abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionem, *cap. enim in appellatione, de appellat. in 6.* Franc. *in cap. cum ceſſante num. 14. de appellat.* Bart. *in l. eius, qui quæſt. 2. num. 5. ff. de appell. recip. & in l. inutile, verſ. quæro de aliquibus num. 2. ff. de minor. 25. ann.* Felyn. *cap. qualiter, & quando il primo fall. 4. num. 14. de acenſat.* Soccin. *conſ. 38. nu. 11. lib. 1.* Marant. *verſ. & quandoque appellatur par. 6. act. 2. limit. 2. nu. 209.* Lancellott. *de atent. 2. par. cap. 12. limit. 1. num. 73.* Scacc. *de appell. quæſt. 17. limit. 47. num. 41.* Buratt. *deciſ. 171. nu. 3.* Ridolphin. *in praxi*

in praxi par. 1. *cap.* 13. *num.*.247. Add. ad
Buratt. *deciſ.* 556. *num.* 15. *&* 17. *deciſ.* 24.
per tot. par. 4. *recent.*

3 Quæ regula procedit tam in Iudice or-
dinario, quàm in delegato, Franc. *in cap.*
cum appellat. §. *ſi verò nu.*1. *de appellat. in* 6.
Scacc. *dicta limit.* 47. *num.*41. *verſ. extende*
primò.

4 Secundò procedit, quamuis delatio eſ-
ſet iniuſta, cui Iudex non debebat defer-
re, Angel. *l. quoniam Iudices num.*4. *C. de ap-*
pellat. Franc. *dicto cap. cum appellationibus*,
§. *ſi verò num.*1. *& num.*11. *de appellat. in* 6.
Scacc. *dicto tract. quæſt.* 17. *limit.* 36. *num.*4.
Rota *dicta deciſ.*24. *propè fin. par.* 4. *recent.*

5 Hinc propterea, ſi appellationi etiam
ſine cauſa detuliſſet, Iudex à ſe abdicat
iuriſdictionem, Pariſ. *conſ.* 106. *num.* 6.
& 25. *lib.* 4. Rolan. *conſ.* 77. *num.* 2. *lib.* 2.
Lancellott. *de attent. dicta limit.* 1. *num.* 75.
Scacc. *d. limit.*36. *num.*4.

6 Pariter, ſi appellatio eſſet interpoſita
ſine ſcriptis, cui nihilominus Iudex detu-
liſſet, eundem effectum operatur, Pariſ.
& Rolan. *vbi ſupra*, Cæſ. de Graſſis *deciſ.*2.
de appellat. Lancellott. *dicta limit.*1. *num.*76.
7 Scacc. *loco cit. num.* 4. Idem dicendum, ſi
non eſſent petiti Apoſtoli, Pariſ. Rolan.
& Lancell. *loco cit. num.*78.

8 Tertiò procedit, vt poſt delationem
Iudex non poſſit eſſe inconſtans, etiam ſi
vellet grauamen reuocare, Abb. *in cap. cum*
*ceſſante num.*15. Franc. *num.*14. Card. Alex.
num. 50. *de appellat.* Gemin. *cap. vt ſuper*
*num.*6. *de appellat. in* 6. Alexan. *l. quod iuſſit*
*num.*16. & ibi Iaſon *num.* 36. *ff. de re indic.*
Lancellott. *d. limit.*1. *num.* 79. Scacc. *dicta*
limit 47. *num.*42. vbi ſubextendit.

9 Quod habet locum, etiamquod adeſſet
conſenſus partium, Rot. *deciſ.*8. *aliàs* 70. *de*
appellat. in nou. & deciſ. 49. *aliàs* 363. *eodem*
tit. in nou. Lancell. *loco cit. num.* 80. Scacc.
loco cit. num. 43. Et res eſſet integra, Pariſ.
conſ. 106. *num.* 25. *lib.* 4. Lancell. *loco cit.*
*num.*81. Scacc. *loco cit. num.*46.

Contrarium voluere Franc. *in cap. cum*
appellat. §. *ſi verò num.* 5. *de appellat. in* 6.
& in cap. cum ceſſante num. 14. & ibi Dec.
*num.*51. Cardin. Alex. *num.*40. Lancellott.
loco cit. num. 81. quos refert, & ſequitur
Scacc. *loco cit. num.*43. *verſ. contrarium.*

Concorda has opiniones, vt poſterior
procedat in Iudice Ordinario, prior verò
in Iudice Delegato, vt voluit Rota *deciſ.*
49. *de appellat. in nou.* & faciunt ea, quæ di-
cta ſunt *ſupra* in inconſtantia reuocationis
interlocutoriæ.

10 Quartò procedit, ſiue expreſsè, ſiue
tacitè Iudex deferat appellationi, puta
dando acta pro Apoſtolis, *vt in deciſ.* 8.
aliàs 70. *de appellat. in nou.* Lancellott. *dicta*
11 *limit.*1. *num.*84. Vel nihil reſpondendo de
Apoſtolis, Lap. *allegat.* 124. Lancellott.
loco citato numer. 84.

12 Quintò procedit, etiamſi per Iudicem
ad quem ſibi non fuerit inhibitum, quia
delatio ſua abſque alia inhibitione dicitur
ſibi manus ligaſſe, Rolan. *dicto conſ.* 77.
numer. 2. *lib.* 3. Lancellott. *dicta limit.* 1.
num. 85.

13 Sextò procedit, non ſolùm in ipſo Iu-
dice, ſed etiam in delegato ab eo cum
clauſula, *donec vices ſuas duxerit reuocandas*,
ſi ante reuocationem detulit, Biſignett.
*deciſ.*21. *aliàs* 30. *num.*11. *de appellat.* Lan-
cellott. *loco cit. num.*86. *& limit.*6. *num.*27.

14 Septimò procedit etiam in iudicio cri-
minali, & in ſententia lata contra con-
15 feſſum, & conuictum, quæ licet aliàs
executioni demandetur, non obſtante,
quod ab ea fuerit appellatum, vt volunt
Doctor. *in cap. Romana*, §. *ſi autem, de appell.*
16 *in* 6. Tamen ſi Iudex illi detulit executio
retardatur, Angel. *in l. Conſtitutiones*, *de*
appellat. Bald. *in l.*1. *C. de confeſſis*, Aufrer.
ad deciſ. 176. Cappell. Tholoſ. *circa med.*
Lancellott. *loco cit. num.*87. addo Scacc. *de*
*Iudic. cap.*97. *num.*104. *lib.*1. Farin. *conſ.*17.
*num.*7. & ibi latè *addit. littera D*, Guazzin.
ad defenſ. defenſ. 36. *circa appellat. num.*30.

17 Cauendum propterea eſt à Boſſio *tit.*
de appellat. num. 16. & à Baiardo *quæſt.* 74.
num. 14. qui contrarium voluere ea moti
ratione, quia Iudex Reipublicæ præiudi-
care non poteſt, parum enim Reipublicæ
præiudicatur, cum per hanc admiſſionem
appellationis non remaneat Reus impu-
nitus, cum à Iudice ſuperiori poſſit ſen-
tentia confirmari, & exequi.

18 Octauò procedit etiam in appellatione
friuola, quæ de iure non eſſet admitten-
da, Angel. *l. quoniam Iudices num.* 4. *C. de*
appellat. cum aliis per Scacc. *limit.* 36. *n.*4.
19 In tantum quod nec etiam ſuam delatio-
nem reuocare poterit, Gemin. *in cap. cum*
appellat. §. *ſi verò num.* 6. *de appellat. in* 6.
Anguiſciol. *conſ.* 47. *num.* 2. *lib.* 3. Lancell.
loco cit. num. 88. Scacc. *dicta limit.* 47. *nu-*
mer. 47.

20 Nonò procedit, vt ſi Iudex inconſtans
velit procedere, poſtquam detulit appel-
lationi, ei poſſit reſiſti, Angel. *l. addictos*
num. 2. *C. de appellat.* Felyn. *cap. quærenti*
*num.*6. *de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Lancell.
per Scacc. *dicta limit.* 47. *num.* 87. Qui ta-
men aduertit, quod extenſio hæc poſſet
procedere, quando agitur de executione
pœnæ corporis afflictiuæ, puta mortis,
quia ſic loquuntur Angel. & Felyn. *ſupra*
allegati.

21 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi per Iudicem ad quem cauſa remittatur
ad Iudicem, qui detulit appellationi, *dicto*
cap. cum appellationibus, Rota *dicta deciſ.* 8.
aliàs 70. *& deciſ.* 49. *aliàs* 363. *de appellat.*
in nou. Lancellott. *de attent. dicta limit.* 1.

numer. 88. *verſic. limit.*
22 Secundò dic, licitam eſſe inconſtan-
tiam, quando eſſemus in Iudice ordina-
rio, vel alio, qui poſſit per viam querelæ
23 adiri, quia ſi ab eius interlocutoria appel-
letur, partes poſſunt re integra, etiam hac
appellatione pendente, coram eo compa-
rere, Franc. *dicto cap. cum ceſſante num.* 11.
Rota *dicta deciſ.* 49. Lancellott. *loco cit.*
num. 89.
24 Tertiò dic, licitam eſſe inconſtantiam,
quando delatio facta fuit cum clauſula
ſolita *ſi, & in quantum*, quoniam hoc caſu,
25 ſi non erat deferendum, non cenſetur
delatum, Ruin. *conſ.* 61. *num.* 27. *lib.* 5. Ma-
ranta *in ſpecul. quæſt.* 23. *par.* 6. *p. princip.*
num. 200. Rolan. *conſ.* 77. *num.* 18. *lib.* 2.
Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *quæſt.* 100.
num. 868. *& de recup. remed.* 9. *num.* 331. cum
alijs per Lancellott. *loco cit. num.* 90. vbi
ampliat, etiamquod cauſa appellationis
26 cum dicta clauſula admiſſa, fuerit per
Principem, ſiue ſuperiorem alteri com-
27 miſſa, & delegata, etiam cum decreto
irritanti, nam ſi appellatio tanquam fri-
uola de iure non erat admittenda, quia
non cenſetur admiſſa, poterit Iudex pro-
cedere poſt dictam appellationem, Oſaſc.
deciſ. 5. *num.* 9.
Sed contra quod ſi Iudex admiſerit ap-
pellationem cum clauſula *ſi, & in quantum*,
28 etiamſi inceperit à negatiua tamen ipſe
habeat ligatas manus, & abdicauerit à ſe
iuriſdictionem, itaut non poſſit procede-
re ad vlteriorem executionem, voluit
Poſth. ex multis, quos allegat *de manut.*
obſeruat. 106. *num.* 26. *&* 27. & vltra allega-
tos à Poſth. dicit Intrigliol. *ſingul. lib.* 1.
ſingul. 31. *num.* 2. tu tamen non recedas à
priori opinione, quia eſt magis recepta,
& communior, & vltra *ſupra* allatos eam
ſecuti ſunt Ridolph. *in praxi par.* 1. *cap.* 13.
num. 249. Adden. ad Buratt. *dicta deciſ.* 171.
num. 9. Dunozett. iun. *deciſ.* 15. *num.* 4. *in*
fine, cum ſeqq. & deciſ. 600. *num.* 3.
29 Quartò dic, licitam eſſe inconſtantiam,
quando Iudex præfigit appellanti termi-
30 num ad proſequendam appellationem,
etiamſi ex interuallo id faciat, Milis *in*
verb. Iudex, qui detulit, Rota *deciſ.* 50. *aliàs*
366. *de appellat. in nou.* Lancellott. *loco cit.*
num. 94. *&* 95.
31 Quintò, licita eſt inconſtantia, quando
eſſemus in interlocutoria prolata à duo-
bus Iudicibus, quorum vnus detulit, is
enim, ſi antequam alius deferat, velit
ſuam delationem reuocare, hoc facere
poteſt, &, non obſtante tali delatione ac-
tus reuocationis valet, & tenet Angel. &
Bald. *in l. ſi cum dotem, §. eo tempore, ff. ſolut.*
matrim. & ſequitur Alexan. *ibidem num.* 3.
Lancellott. *loco cit. num.* 96. Scace. *dicta*
limit. 47. *num.* 47. *verſ. reſtringe hanc exten-*
ſionem, & dixit prius *quæſt.* 13. *num.* 23. apud
quem vide.
32 Sextò, licita eſt inconſtantia quando
Iudex non dedit Reuerentiales ſimplici-
33 ter, ſed reuerentiales *in forma*, ſub qui-
bus cum contineatur refutatorii, appella-
34 tio cenſetur tantummodo admiſſa, qua-
tenus de iure ſit admittenda, & non aliàs,
Veſtr. *in praxi lib.* 7. *cap.* 2 *lt. num.* 2. cum
alijs cumulatis per Ridolph. *in praxi par.* 1.
cap. 13. *num.* 251.

QVÆSTIO XLII.

ARGVMENTVM.

An Princeps, qui conceſſit priuilegium, ne poſſit ad eum appellari, poſſit nihilominus inconſtans appellationem admittere.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à ſententijs Inquiſitorum Hiſpaniarum datur ad Inquiſitorem generalem, non autem ad Sedem Apoſtolicam.*

2 *Princeps ſupremus, qui conceſſit priuilegium ne ad eum appellari poſſit, adhuc poteſt inconſtans appellationem recipere, & numer.* 7.

3 *Iuriſdictio Suprema non poteſt à Principe vllo modo alienari.*

4 *Appellationum ius competit Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

5 *Princeps ſupremus non poteſt ſibi auferre ſupremam regaliam recurſus ad ipſum, niſi ſedi renunciet.*

6 *Præſcriptione, aut Statuto induci non poteſt quod ad Imperatorem omninò non appelletur.*

8 *Iuriſdictionis ſuprema poteſtas adeò Principis oſſibus inhæret, vt per quamcunque facultatem alteri conceſſam, ſit ab eo inſeparabilis.*

9 *Iuriſdictio ſemper cenſetur conceſſa cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

10 *Clauſula* ac ſi nihil reſeruatum eſſet, *appoſita in priuilegio per Principem conceſſo non tollit eius ſupremam poteſtatem.*

11 *Priuilegium de non appellando non impedit Principi illud concedenti cauſæ auocationem.*

12 *Africani ex priuilegio conceſſo per Legatos Apoſtolicos, cum conſenſu Sanctæ Sedis, appellare non poſſunt ad Vltramarina, & ad ipſam Sanctam Sedem.*

13 *Quid ſi Summus Pontifex motu proprio cauſam auocaret.*

14 *Priuilegium, ſeu iuriſdictionem ex proprio arbitrio concedens poteſt ex eodem arbitrio reuocare.*

15 *Priuilegium de non appellando non tollit ſupplicationem, & querelam.*

16 *Supplicatio, & querela ſunt diuerſa ab appellatione.*

17 *Et reſpiciunt directè maieſtatem Principis.*

18 *Priuilegium de non appellando conceſſum à Principe anteceſſore poteſt reuocari à Principe ſucceſſore.*

19 *Regalium conceſſionem factam ab anteceſſore quando poſſit reuocare ſucceſſor remiſſiuè.*

20 *Princeps ſupremus concedens Feudum cum facultate recipiendi appellationes, & ita ut Feudatarius ſuperiorem in eo non recognoſcat, non poteſt appellationes illius Feudi recipere.*

21 *Quid in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ iniuſtitiæ.*

22 *Et quomodo hoc caſu conſtare debeat de iniuſtitia.*

HÆC quæſtio dum hæc ſcriberem, accidit in hac Suprema, & Vniuerſali Romana Inquiſitione; quidam enim nobilis Hiſpanus inquiſitus in Sancto Officio Toleti, appellauerat ad Summum Pontificem, Sanctamque Sedem Apoſtolicam, Summus Pontifex appellationem admiſit. Conquærebatur In-
1 quiſitor maior illorum Regnorum, & cum eo etiam Rex non debuiſſe admitti appellationem, eo quia per Bullas Summorum Pontificum, & præſertim Bullam Iulij Tertij conceſſum erat, vt ſolùm ad Inquiſitorem Generalem, non autem ad Sedem Apoſtolicam poſſet appellari, ac ſi nihil in Sancta Sede de iuriſdictione ſeruaretur, quam Bullam ponit per extenſum Salgad.
2 in opere ſuo damnato *de retentione Bullarum 2. par. cap. 33. num.* 102. Et licitam eſſe inconſtantiam, poſſeque Principem ſupremum, non obſtante priuilegio prædicto, ad eum non appellandi, recipere appellationes, voluere omnes illi, qui di-
3 xerunt ſummam hanc iuriſdictionem nullo modo à Principe alienari poſſe, Lucas de Penna *in l. quæcumque, C. de omni agro deſerto lib.* 11. Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius, verb. vxorem nomine Adelaſiam 2. deciſ. num.* 319. *de teſtam.* Carolus Degraſſal. *lib. 2. Regal. Franc. iure* 14. quos adducit Couuarr. *pract. quæſt. cap. 4. nu.* 1. quibus addo Innoc. *in cap. venerabilis, de cenſib.* Couuarr. *in regul. malæ fidei poſſeſſor par. 2. §. 2. num.* 8. Michael Ferrer. *parte 1. obſeru. cap.* 13. Cancer. *var. lib. 2. cap. 2. num.* 123. Ius autem appellationum com-
4 petere Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, voluere Crauett. *conſ. 209. numer. 8. volum.* 2. Petr. *de poteſt. Princip. cap. 6. numer.* 96.

5 Secundò, quia Princeps ſupremus non poteſt ſibi auferre ſupremam regaliam recurrendi ad eum, niſi ſedi renunciaret, Couuarr. *cap. poſſeſſor 2. parte §. 2. verſ. 2. rerum ſpecies, de reg. iur. in* 6. Auedan. *de exeq. mandat. lib. 2. cap. 4. num.* 20. Gaſpar Vall. *in l. Imperium num. 79. de iuriſd. omn. Iudic.* Iaſ. *conſ. 208. lib.* 2. Dec. *conſ. 307. num.* 9. Natt. *conſ. 640. numer.* 18. Roman. *conſ.* 371. Soccin. ſen. *conſ. 275. numer. 5. volum.* 2. Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 1. tit. 2. num.* 60. cum alijs, quos refert Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 19. num.* 3. Roſental. *de feud. cap. 5. concluſ.* 16. vbi ex hoc infert,
6 quod nulla præſcriptione, ſiue ſtatuto induci poteſt, vt ad Imperatorem omnino non appelletur, ex Bald. *in Auth. quas actiones nu. 14. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. 2. nu. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, Bart. *in l. omnes Populi num. 27. de iuſt. & iur.* ſubdens ità fuiſſe iudicatum, Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 60. & ſeqq.* Maſtrill. *loco cit. nu.* 4. Cabed. *deciſ. 40. par. 2. num.* 14.

Tertiò, adduco optimum, & rotundum Textum *in cap. dudum, de præbend. in* 6. ibi, *nos igitur attendentes, quod & ſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſimus poteſtatem penès nos nihilominus remanſit maior*, & ibi Geminian. *num.* 5.

7 Quamuis ergo Summus Pontifex conceſſerit priuilegium, quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam, hoc tamen debet intelligi ipſo volente, ſecus, ſi ipſe admiſerit appellationem, quia tunc ex vi maioris poteſtatis apud ſe retentæ cauſas huiuſmodi, non obſtante prædicto priuilegio, cognoſcere poterit, Bald. *conſ. 326. num. 10. ad fin. lib.* 1. Pariſ. *conſ. 83. num. 15. volum.* 4. Couuarr. *dicto cap. 4. practic. qq.* Natt. *conſ. 405. num. 1. & 408. nu. 7. &* 487. Carthar. *deciſ. Genua 68. num.* 2. cum alijs per Giurbam *conſ. 59. nu.* 13. Peregr. *de iur. Fiſc. lib. 1. tit. 3. num.* 31. Et hæc ſuprema poteſtas iuriſdictionis adeo inhæret oſſi-
8 bus Principis, vt ab eo per quamcunque facultatem, quam alteri concedat ſit inſeparabilis, Anchar. *conſ.* 310. Regens Tapia *deciſ. 1. num.* 7. ex Bald. *in l. qui ſe Patris, C. vnde liberi*, Grammat. *deciſ. 30. nu.* 3. Rolan. *conſ. 48. num. 21. lib.* 2. Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1. cap. 16. num.* 9.

9 Quartò, quia conceſſio iuriſdictionis ſemper cenſetur conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè, *dicto cap. dudum, §. nos igitur, de præbend. in* 6. Bald. *dicta l. qui ſe*

*patris nu.*14. *C. vnde lib.* Iaſ. *l.quod in rerum* §. *ſi quis poſt nu.*8. *de leg.*1. Natt. *d.conſ.*487.
*num.*24. Roland. *conſ.* 1. *num.*134. *volum.* 2.
cum alijs per Bellon. iunior. *conſil.* 5. *nu-*
mer. 9.
10 Neque obſtare videbatur clauſula, *ac ſi*
nihil reſeruatum eſſet Sanctæ Sedi, quia huiuſ-
modi clauſula non obſtante, non tollitur
ſuprema poteſtas Principis, ad tradita per
Oſaſc. *conſ.*3. *num.*12.
11 Quæ omnia, ſi procedunt in terminis
appellationis, multo magis procedere de-
bent, quando Summus Pontifex procedit
per viam auocationis cauſarum, quia
auocatio ſub priuilegio de non appellan-
do non cadit, vt in terminis decidit Re-
gens Tapia *dicta deciſ.* 1. *per tot.* & præſer-
tim *num.*38.39.40.*&* 41. optimè Eminent.
D. Cardinalis Auperonius in replicatione
facta ad Regem Magnæ Brittaniæ *pag. mi-*
hi 391. vbi, quod licet conſentiente Sede
12 Apoſtolica per ſuos Legatos, non poſſint
Africani appellare ad Vltramarina, atque
ad eandem Sedem Apoſtolicam, hoc ta-
men priuilegium non comprehendebat
13 auocationes cauſarum, ad quas Summi
Pontifices motu proprio procedebant,
pluribuſque exornat hanc concluſionem
exemplis; Cum enim in arbitrio ſuo fue-
14 rit priuilegium concedere, illamque iu-
riſdictionem mandare, ità in arbitrio ſuo
eſt mandatum adimere, *l. ſolùm*, §. *ſicut*,
ff. de off. Proconſ. Rebuff. *ad l.quod iuſſit* 2.*not.*
num. 61. apud quem plura de auocationi-
bus cauſarum videbis.
15 Nec habet locum priuilegium prædi-
ctum, ſi adeatur Summus Pontifex per
16 viam ſupplicationis, vel querelæ, licet
enim non tollatur appellatio, non ob id
17 videntur ſublata hæc, quæ ſunt diuerſa,
& reſpiciunt directè maieſtatem Princi-
pis, Dec. *l.fin. num.*51. *C. de edict. D. Adrian.*
*tollen & conſ.*551.*num.*1. Marſil. *prax. crim.*
§. *opportunum num.*60. Pariſ. *conſ.*164. *n.*28.
lib. 4. Ruin. *conſ.*157. *col. pen. lib.* 5. quos
referr, & ſequitur Cabed. *dicta deciſ.* 40.
*num.*15. *lib.* 2. & hæc omnia, ſi procedunt
18 in ipſomet Principe, qui priuilegium
conceſſit, tanto magis habent locum in
ſucceſſore, qui non tenetur ad obſeruan-
dum prædictum priuilegium, Bald. *in tit.*
de pace Conſtantiæ, §. *amplius num.* 2. Decius
*cap.*1. *num.*6. *de probat.* & ibi Felyn. *num.*5.
Brun. *conſil.* 11. *num.* 12. Boſs. *de Princip.*
*num.*384. Surd. *conſ.*210. *num.*62. cum alijs
per Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*1. *cap.*18. *nu.*24.
19 apud quem reperies, quando poſſit ſuc-
ceſſor reuocare Regalium conceſſionem.
20 Fallit tamen huiuſmodi concluſio,
quando conceſſio appellationum eſſet
conceſſa ſimul cum Feudo, itaut Feuda-
tarius in eo ſuperiorem non recognoſcat,
Bald. *l.*1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* Felyn. *in*
cap. cum non liceat num. 10. *& ſeqq. de præ-*
ſcript. Afflict. *in prælud. Conſtit. Regni qu.*21.
per tot. Cepoll. *conſ. crim.*17. *num.*45. Natt.
*conſ.*408. *num.* 7. Decian. *conſ.* 56. *num.* 4.
*vol.*5. Oſaſc. *conſ.*9. *num.*41. *&* 43. Peregr.
*de iur. Fiſc. lib.*1.*tit.*2.*num.*63. hos adducit,
& ſequitur Bellon. iunior. *dicto conſil.* 5.
num. 28.
21 Sed nihilominus hoc in caſu Princeps
ſupremus poteſt adiri per viam querelæ
in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ
iniuſtitiæ, Gloſs. *in cap. quoniam, in verb.*
deſeruit. 10. *diſtinct.* Abb. *in cap. expoſita*
*num.*2.*de arbitr. & in rubr. de appellat. num.*9.
Felyn. *in cap. ſi duobus num.* 6. *eodem tit.*
Peregrin. *dicto num.*62. Abb. *in cap. dilecti*,
qui declarat *num.*7. *de appellat.* Guidopap.
*quæſt.*436. *num.* 85. Franc. Marc. *deciſ.*375.
*num.*3. *par.*2. Bellon. iun. *dicto conſ.*5.*nu.*31.
& 38. Sed oportet hoc caſu docere de
22 iniuſtitia notoria, & manifeſta, Abb. *in*
*dicto cap. expoſita num.*2. *de arbitr & in rubr.*
*de appellat. num.*9. Felyn. *in dicto cap. ſi duo-*
*bus num.*3. *verſ. primus*, Boſs. *de for. compet.*
num. 167. cum alijs *ſupra* citatis per Bel-
lon. iun. *dicto conſ.*5. *num.*43.

QVÆSTIO XLIII.

ARGVMENTVM.

An capto pignore in cauſam iudicati, creditor poſſit eo dimiſſo ad aliud inconſtans ſe conuertere: Et an in ſubhaſtatione, & deliberatione pignoris licita ſit inconſtantia, tam reſpectu ſubhaſtantis, quàm reſpectu offerentis; Et quid attenta læſione? Et an in locatione gabellarum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor capto pignore in cauſam iudicati non poteſt inconſtans illo dimiſſo ad aliud ſe conuertere.*

2 *Aſſiſtentiam obtinens ſuper quibuſdam bonis, an poſſit pro eodem credito ſuper alijs agere.*

3 *Creditor habens electionem pignoris ex prouiſione legis, vel contractus, capto vno pi-*

gnore non poteſt conuolare ad aliud, niſi expectato exitu an bona capta ſufficiant pro ſatisfactione.

4 *Creditor capto vno pignore poteſt ad aliud ſe conuertere quando pignus captum non eſt ſufficiens.*

5 *Executio, & diſtractio pignorum fit à creditore ad conſequendum, quod ſibi debetur.*

6 *Pignoribus prioribus diſtractis non ſufficientibus, adhuc remanet creditor in reſiduo.*

7 *Creditor acquieſcens bonis captis, quæ vidit non ſufficere, non poteſt ad alia conuolare.*

8 *Executione prima impedita, vel intricata poteſt Iudex committere, quod ad nouam executionem ſuper alijs bonis deueniatur.*

9 *Quid ſi fuiſſet conceſſa adiudicatio, quæ effectum non habuiſſet.*

10 *Vel ſi debitor feciſſet depoſitum cum aliqua conditione.*

11 *Depoſitum vt ſuffragetur debet eſſe liberum.*

12 *Creditor capto vno pignore poteſt eo dimiſſo ad aliud euolare in executiuis.*

13 *Quid ſtante obligatione Camerali.*

14 *Debitore capto pro debito, poteſt creditor petere immiſſionem in tenutam, vel ad executionem realem procedere in executiuis.*

15 *Et an creditor immiſſus in tenutam poſſit inſtare pro captura debitoris.*

16 *Creditor habens pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate, & Iudicem adiens, an, & quando poſſit nihilominus propria vti auctoritate ſibi competente.*

17 *Obligatio Camer. continet clauſulam* quod vna via electa, alia non tollatur.

18 *Actor in executiuis electa vna via non cogitur in ea perſiſtere.*

19 *Creditor capto principali debitore poteſt deuenire ad capturam fideiuſſoris in executiuis.*

20 *Creditor habens pignus pro ſua aſſecuratione poteſt eo relicto contra fideiuſſorem agere.*

21 *Quid ſi fideiuſſor ſit datus ad id, quod minus ex pignore redigatur.*

22 *Sequeſtrum bonorum debitoris non impedit creditori ne valeat ad aliam executionem procedere.*

23 *Executione conſumpta per adiudicationem, & traditionem bonorum, non poteſt creditor ad alium executionem deuenire.*

24 *Adiudicatio pignorum ſola ſine illorum traditione non impedit creditori ne valeat procedere ad aliam executionem.*

25 *Nec liberat fideiuſſores.*

26 *Adiudicatio ſola non acquirit bonorum poſſeſſionem creditori.*

27 *Executio noua quando fieri poteſt non debet fieri in eodem inſtanti, ſed ordine ſucceſſiuo.*

28 *Pignora, & vectigalia deliberari debent plus, & vltimo offerenti.*

29 *Licitatio reiterari non debet poſtquam bona fuerunt vltimo licitatori deliberata.*

30 *Subhaſtatio dicitur perfecta finito tempore, & extincta candela, itaut non ſit amplius locus pœnitentiæ.*

31 *Quid ſi fuiſſet oblatum pretium minimum.*

32 *Licitator nouus, & meliorem offerens conditionem admitti non debet etiamſi compareat momento poſt extinctam candelam.*

33 *Quid ſi nouus licitator ſit idem creditor.*

34 *Creditor admittitur ad licitandum.*

35 *Secundus oblator non admittitur poſt peractam ſubhaſtationem, quamuis offerat pretium duplicatum.*

36 *Quid ſi magna exindè vtilitas ſubhaſtantibus proueniret.*

37 *Licitatori vltimo per extinctionem candelæ dicitur quæſitum ius.*

38 *Iudex non poteſt prorogare terminum ad licitandum, vel nouum terminum concedere poſt extinctam candelam.*

39 *Quid ſi non eſſet ſecutum ſecundùm decretum.*

40 *Vel ſi ſecuta eſſet etiam deliberatio.*

41 *Vel adiudicatio ipſi creditori licitanti.*

42 *Quid ſi nouus licitator compareret ante traditionem rei, vel pretij numerationem.*

43 *Vel ſi compareret poſt traditionem.*

44 *Quid ſi agatur de re Communitatis, minoris, vel Eccleſiæ.*

45 *Vltimus licitator, in cuius præiudicium Iudex velit nouum licitatorem admitti, poteſt appellare.*

46 *Et inſtrumentum factum cum nouo licitatore eſſet nullum.*

47 *Eccleſiæ, & loca pia non poſſunt eſſe inconſtantes, & à contractibus perfectis recedere.*

48 *Imò tenentur illis ſtare magis quam perſonæ ſeculares.*

49 *Gratificationi non eſt locus in ſubhaſtatione.*

50 *Eccleſia, vel illius adminiſtrator, an poſſint gratificare ſoluenti iuſtum pretium.*

51 *Iuſtum pretium cenſetur, quod liberaliter offertur à ſciente rei conditionem.*

52 *Licitationem, & oblationem iuſta ſubſiſtente cauſa poteſt Iudex non ſequi.*

53 *Quid ſi fuit oblatum iuſtum pretium.*

54 *Conſuetudo de admittendo nouum licitatorem poſt extinctam candelam licita eſt.*

55 *Quid ſi nouus oblator creſcat pretium in tertia, vel maiori parte.*

56 *Et de praxi Tribunàlis Audit. Cam.*

57 *Licitator nouus admittitur quando à ſubhaſtatione fuit appellatum.*

58 *Quid ſi maior oblator non eſt idoneus, ſed decoctus.*

59 *Licitator nouus admittitur in præiudicium aliorum licitantium, & poteſt Iudex terminum extendere, vel abbreuiare, quando fuit ſim-*

pliciter proclamatum, quod qui vult emere veniat ad offerendum, nec fuit adiectum, quod bona deliberabuntur plus offerenti, & num. 63.

60 *Terminum ad licitandum poteſt Iudex prorogare ad inſtantiam creditoris, quando infra terminum præfixum non comparuit aliquis oblator.*

61 *Quid ſi Statutum requirat ſolùm vnicum bandum.*

62 *Oblator nouus admitti poteſt quando in ſubbaſtatione non interuenerunt debitæ ſolemnitates.*

64 *Exponens rem vendendam, & non dicens, quod vendetur plus offerenti, videtur potius velle explorare illum pretium, quam vendere.*

65 *Licitator nouus admittitur aduerſus alium licitatorem, cui bona fuerunt vendita pendente termino ſubbaſtationis.*

66 *Venditio facta licitatori infra terminum ſubbaſtationis habes in ſe tacitam conditionem, niſi alius accedat licitator, qui malus offerat pretium.*

67 *Quid in venditione facta à priuato.*

68 *Vel in ſubbaſtatione iudiciali.*

69 *Oblatio maior, etiam poſt perfectam ſubbaſtationem, & candelam extinctam, admittitur quando agitur de intereſſe creditorum.*

70 *Creditorum iura haberent multa ſpecialia, de quibus hic remiſſiuè.*

71 *Venditor poſt perfectam venditionem, non poteſt ab ea recedere.*

72 *Creditor, ad cuius inſtantiam bona ſubbaſtantur, poteſt poſt ſubbaſtationem, pretio non ſoluto, recedere à venditione, rem retrahere, & alteri vendere.*

73 *Minori, Reipublicæ, & Eccleſiæ, an, & quando competat reſtitutio in integrum aduerſus ſubbaſtationem perfectam comparente alio, qui offerat meliorem conditionem.*

74 *Primus oblator in caſibus, in quibus admittitur ſecundus, ſi ſupplere velit pretium à ſecundo oblatum præferendus eſt.*

75 *Fiſcus an poſſit reuocare locationem factam ad certum tempus, eo pendente, dum comparet alius meliorem conditionem offerens, & primus conductor recuſat ſupplere pretium.*

76 *Terminus ſubbaſtationis reuocari poteſt re integra antequam aliquis publicè offerat.*

77 *Licitator nouus an ſemel tantùm, vel pluries admitti poſſit.*

78 *Licitator nouus non admittitur poſt perfectam ſubbaſtationem in rebus ſubiectis caſibus fortuitis, niſi in ea interueniſſent ſordes, vel gratia.*

79 *Subbaſtatio poteſt reſcindi ex capite læſionis.*

80 *Dummodo ſit vltra dimidiam.*

81 *Et an ſufficiat læſio in ſexta parte.*

82 *Læſio maior requiritur in venditione voluntaria, quam in iudiciali, & de ratione.*

83 *Iudex non habet tam abſolutam diſpoſitionem rei, quam habet dominus.*

84 *Læſio minima, & etiam in vno nummo vltra dimidiam ſufficit ad reſcindendam ſubbaſtationem.*

85 *Adiudicatio iudicialis ex capite læſionis reſcinditur.*

86 *Subbaſtatio reſcinditur ex capite læſionis, etiamſi fieret virtute pacti iurati de vendendo rem per ſubbaſtationem.*

87 *Quid ſi læſio ſit enormis.*

88 *Iurans non cenſetur in læſionem enormiſſimam conſenſiſſe.*

89 *Renuncians enormiſſimæ læſioni adhuc ex illa poteſt petere ſubbaſtationis reſciſſionem.*

90 *Subbaſtatio ex capite læſionis reſcinditur ſiue in ea Iudex interpoſuerit decretum, ſiue non.*

91 *Gabellarum locatio an ex capite læſionis reſcindatur, & num. 94.*

92 *Læſio conſiderari non poteſt in ijs, quæ pendent ab incerto futuro euentu.*

93 *Minori non datur reſtitutio in integrum in ijs, quæ pendent ex futuro euentu.*

95 *Læſionem ad æſtimandam attenditur tempus contractus.*

96 *Quid de contractibus, qui habent tractum ſucceſſiuum.*

97 *Subbaſtatio voluntaria facta per dominum non reſcinditur prætextu læſionis.*

98 *Quid ſi venditor promiſit non contrauenire, vel ſubbaſtationem iuramento firmauit.*

99 *Venditor, qui non ex neceſſitate, ſed per viam voluntatis bona ſubbaſtauit, poteſt ex capite læſionis ſubbaſtationem reſcindere.*

100 *Fiſcus an, & quando reſcindere poſſit ſubbaſtationem ex capite læſionis.*

101 *Emptor ex capite læſionis non poteſt reſcindere emptionem factam ſub haſta.*

102 *Creditor accipiens in ſolutum pro toto debito rem minoris valoris non poteſt contractum reſcindere ſub prætextu læſionis.*

103 *Læſio an, & quando admittatur ad reſcindendam ſubbaſtationem, ſtante Statuto, quod factis ſubbaſtationibus bona adiudicentur plus offerenti.*

104 *Læſio non admittitur ad reſcindendam venditionem ad tempus.*

105 *Quid in locatione.*

106 *Actio reſciſſoria ex capite læſionis durat per 30. annos.*

107 *Quid ſtante Statuto tempus minuente.*

108 *Eccleſia poteſt allegare læſionem vſque ad 40. annos.*

109 *Oblator maior quis dicatur, & quæ conditione admittantur, vel reijciantur in oblationibus remiſſiuè.*

110 *Iudex, qui decretum interpoſuit in ſubbaſtatione bonorum, poteſt inconſtans iure retractus rem ſubbaſtatam repetere.*

111 *Auctoritatem interponens alicui actui, vel nomine alieno, vel neceſſitate officij ſibi non præiudicat nomine proprio, & particulari.*

112 *Inuitus nemo compellitur emere, locare, & conducere.*
113 *Licitatio eſt actus voluntarius.*
114 *Oblator non poteſt ſuam oblationem retractare in ſubhaſtatione.*
115 *Inter offerentem, & ſubhaſtantem oritur contractus perfectus ex oblatione.*
116 *Oblator pœnitens poteſt cogi ad ſoluendum pretium oblatum per capturam perſonæ.*
117 *Oblator licitans alieno nomine tenetur de proprio, niſi præſentet eum, cuius nomine licitatus eſt.*
118 *Licitator vnicus eo minus admittitur ad reuocandam oblationem, quam fecit.*
119 *Creditor licitans pœnitere non poteſt, & oblationem retractare.*
120 *Hæres licitatoris mortui ante confectum inſtrumentum, reuocare non poteſt oblationem à defuncto factam.*
121 *Quid ſi velit allegare nullitatem ſubhaſtationis.*
122 *Oblator, qui rei ſubhaſtatæ poſſeſſionem accepit, illamque retinuit eo minus poteſt oblationem retractare.*
123 *Oblator non poteſt retardare effectum ſuæ oblationis prætextu appellationis.*
124 *Oblatore maiori nolente adimplere ſuam oblationem, an admittatur ſecundus, pro pretio minori, aut primus oblator condemnetur ad ſoluendum reſiduum pretij, niſi habuerit iuſtam cauſam recedendi.*
125 *Quid facere debeat Iudex primo oblatore recuſante adimplere ſuam oblationem.*
126 *Oblator poteſt recedere ab oblatione quando Officiales ſubhaſtantes non promiſerunt deliberare plus offerenti.*
127 *Quid variato rerum ſtatu.*
128 *Oblator tenetur adimplere oblationem, rebus ſic ſtantibus.*
129 *Oblator poteſt non ſeruare ſuam oblationem quando ante confectum inſtrumentum fuit repertum partem, bonorum vendi non poſſe.*
130 *Quid ſi oblatio fuit ſuper omnibus bonis, & non niſi ſuper omnibus offerens fuiſſet oblaturus.*
131 *Quid ſi ſeparatio eſſet dura.*
132 *Vel ſi oblator ex vna re ſibi tradita in communionem incideret.*
133 *Vel ſi tradi ſibi non poſſet vna res cuius contemplatione obtulit.*
134 *Vel ſi reperiretur rem aliter ſe habere, quam in edicto exprimatur.*
135 *Vel ſi detegatur rem ſubhaſtandam eſſe ſubiectam alicui fideicommiſſo, vel alteri hypothecatam, vel non eſſe debitoris.*
136 *Damno inſolito, puta grandinis ſuccedente, & fructus diſſipante poteſt oblator ab oblatione recedere, niſi offeratur ei remiſſio pretij pro rata.*
137 *Quid ſtante mora ipſius oblatoris.*
138 *Oblator liberatur ab oblatione ſeruanda per ſatisfactionem creditorum factam à debitore.*
139 *Intellige vt liberetur quoad creditores, quibus fuit ſatisfactum, non autem quoad alios.*
140 *Oblator poteſt recedere ab oblatione quando deliberatio vellet ei fieri contra formam ſuæ oblationis.*
141 *Quid de eo, qui obtulit in re Fiſci, vel Reipublicæ, quando receſſus eſt vtilis ipſi Fiſco, vel Reipublicæ.*
142 *Quid ſi ex oblatione non reſultet offerenti aliqua vtilitas.*
143 *Quid in oblatore paupere, ſeu dolo ad offerendum inducto.*
144 *Minor offerens poteſt ab oblatione recedere.*
145 *Minor non habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio.*
146 *Oblator recedere poteſt ab oblatione, quando dominus pignorum cogi non poteſt ad vendendum.*
147 *Quid ſi obtulit extra terminum datum ad offerendum.*
148 *Vel antequam fiat ſcriptura.*
149 *Vel ſi oblatio non ſit facta Officiali, ſed Notario.*
150 *Quid ſi Notarius recepit oblationem præſente pecunia, & cum obligatione Camerali.*
151 *Oblatori an, & quando liceat recedere ab oblatione de conſenſu creditoris.*

1 PRO complemento huius tractatus
inconſtantiæ iudicialis videndum
eſt, an capto pignore in cauſa iudi-
cati liceat creditori, illo dimiſſo ad aliud
incōſtanter ſe conuertere: & illicitam hoc
caſu eſſe inconſtantiam apparet ex Textu
*in l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. ſi pigno-
ra ff. de re iudic.* Caſſan. *ad conſuet. Burgund.
rubr.* 5. §. 2. *nu* 21. Anton. Sola *ad decret.
Sabaudiæ lib.* 3. *tit.* 32. *gloſſ.* 20. Guidopap.
dec. 348. *nu.* 2. Gilian. *ad Statut. Peruſ. verb.
executio num.* 11. Borell. *in ſumma deciſ. tit.*
32. *nu.* 245. *de ſent. execut.* Franc. Milan.
deciſ. 14. *num.* 132. hos Poſth. *de ſubhaſt. in-
ſpect.* 27. *num.* 1. Gaſpar. Anton. Theſ. *qq.
forenſ. lib.* 1. *qu.* 7. *num.* 5. *verſ. in contrarium,*
vbi *num.* 6. inueſtit contra variationem, &
inconſtantiam, quæ non eſt toleranda,
Gloſſ. *in l. in cauſæ, in verb. recuſabit, ff. de
Procur. cap. mutare, cap. quod ſemel, de reg.
iur.* & propterea fuit deciſum in Concilio
Neapolitano, teſte Capic. *deciſ.* 33. quod,
qui obtinuerat aſſiſtentiam in quibuſdam
2 bonis, non potuiſſet variare, & pro eadem
quantitate ſuper alijs bonis agere, Anton.
Theſ. *loc. cit.* Vrſell. *concluſ.* 157. *num.* 1. de
qua tamen deciſione dictum fuit ſupra.
3 Et hæc inconſtantia illicita eſt, ſiue cre-
ditor haberet electionem ex legis proui-
ſione, ſiue ex contractu, quia debet ex-
pectari exitus, an bona capta ſufficiant pro
ſatisfactione, vt poſſit ad alia redire, Franc.

Digitized by Google

Milan. d. deciſ. 14. nu. 14. Poſth. de ſubhaſt. d. inſpect. 27. num. 2.

4 Licita tamen erit inconſtantia, ſi pignus captum non ſit ſufficiens, d. l. à Diuo Pio, §. pignora, & ibi DD. Angel. l. reſtituere, ff. de rei vendic. Bero. conſ. 107. num. 2. vol. 3. Carthar. deciſ. Genuen. 105. num. 6. Gaſpar. Anton. Theſ. d. quæſt. 7. num. 9. Poſth. de ſubhaſt. d. inſpect. 27. nu. 36. ratio eſt, quia
5 executio, & diſtractio pignorum fit à creditore ad effectum conſequendi id, quod ſibi debetur, l. creditor, C. de diſtract. pignor.
6 ſi priora pignora non ſufficiunt, remanet creditor reſidui, l. hypothecis eod. tit. Rot. dec. 48. poſt Nigr. de ſubhaſt.

7 Dummodo creditor captis bonis videns ea non ſufficere acquieſcat, Gaſpar. Anton. Theſ. loc. cit. verſ. niſi creditor, Poſth. loc. cit. num. 39.

8 Secundò, licita eſt variatio, ſi per primam executionem non fuerit benè conſultum creditori, vt quia in prima executione aliquis ſe oppoſuerit, vel controuertatur, an res ſit debitoris, vel reperta fuerint bona intricata, quia hiſce caſibus licita eſt inconſtantia, & Iudex poteſt mandare, vt ſuper alijs bonis fiat executio, Gaſpar. Anton. Theſ. d. quæſt. 7. num. 6. verſ. cum iſte caſus, Poſth. de ſubhaſt. d. inſp. 27. num. 4. cum ſeq. vel ſi eſſet conceſſa adiu-
9 dicatio, quæ effectum non habuiſſet, & per quam creditori ſatisfactum non fuiſſet, Carthar. d. deciſ. 105. num. 6. vſque in fin. Poſth. d. inſp. 27. num. 11. Rot. dec. 122. num. 18. & 161. num. 24. par. 6. recent. vel ſi debitor feciſſet depoſitum cum aliqua
10 conditione, quia depoſitum debet eſſe
11 liberum, vt ſuffragetur, Bart. in l. ſoluturus nu. 5. ff. de ſolutionibus, Salyc. l. acceptam nu. 1. C. de vſur. Cenc. de cenſ. par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 9. num. 28. Rot. d. deciſ. 122. num. 20. Poſth. d. inſpect. 27. num. 10.

12 Tertiò licita eſt inconſtantia, quando ſumus in executiuis, l. conſentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, l. 1. §. 1. ff. de ventr. inſpic. l. hæres à debitore, §. ei autem, ff. de fideiuſſ. l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Iaſ. l. nulli, C. de iudic. & conſ. 9. vol. 1. Aſin. de execut. §. 7. cap. 213. num. 4. Poſth. d. inſpect. 27. n. 16. & 26. Caputaq. dec. 50. num. 7. par. 1. Rot. d. deciſ. 122. num. 15. & 16. & d. dec. 161. nu. 4. par. 6. rec. Mer-
13 lin. deciſ. 623. num. 3. Præſertim ſtante obligatione Camerali, Pariſ. conſ. 103. n. 3. vol. 3. Galleſ. de oblig. Camer. qu. 15. num. 2. & ibi Zacch. num. 1. Rot. d. dec. 122. num. 19. vbi quod hoc procedit ſine difficultate ex tritiſſimo, & vſitato ſtylo.

14 Hinc infertur, quod, ſi debitor captus ſit pro debito, & adhuc non ſoluat, poteſt creditor petere ſe immitti in tenutam bonorum, vel aliam executionem realem facere, Petr. Pech. de iur. ſiſten. cap. 4. nu. 25. Aſin. de execut. dicto loc. Gaſpar. Anton. Theſ. d. qu. 7. nu. 2. Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. nu. 46. Marcheſ. de commiſſ. par. 3. de commiſſ. admiſſ. ad ceſſ. bonor. §. 1. num. 31. Scacc. de commerc. §. 2. gloſſ. 5. cum alijs per Poſth. loco cit. nu. 20. Rot. d. dec. 122. & 161. num. 24. par. 6. rec. Merlin. d. deciſ. 263. num. 3.

15 Similiter è contrario, ſi creditor ſit immiſſus in tenutam, poteſt inſtare pro captura debitoris, Archid. cap. 1. de eo, qui immiſſus in poſſeſſionem, Bart. in d. l. conſentaneum num. 17. Bald. in l. ignorare, C. de teſtam. milit. Dec. conſ. 73. in fin. Roman. ſingul. 411. Rot. in Romana Pecuniaria 15. Iulij 1609. coram Marcomontio penès Marcheſ. de commiſſ. ab obligat. Cameral. p. 1. §. 2. pag. 874. Merlin. d. dec. 623. num. 4. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 20. diffin. 4. Rot. dec. 122. par. 6. rec. nu. 17.

16 Pariter, ſi creditor, qui habet pactum ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate, adiuerit Iudicem pro ſatisfactione, poteſt nihilominus redire ad pactum, & vti propria auctoritate ſibi competente, Rot. apud Merlin. d. dec. 623. num. 4. vnde valde mirandum eſt de inconſtantia modernæ Rotæ, ſeu potius Domini Compilatoris R. P. D. Bichij, qui in deciſione Romana, ſeu Veliterna affictus 25. Iunij 1646. quę eſt inter eius impreſſ. dec. 281. reſoluit, non potuiſſe Capitulum S. Petri vti pacto appoſito in inſtrumento affictus Caſalis Campi-mortui cum DD. de Venturinis, obligatione Camerali vallato vendendi fructus dicti Caſalis propria auctoritate, ex quo Iudicem adiuit pro licentia vendendi; quia omnes doctrinæ allegatæ in dicta deciſione procedunt, quando ſumus in iudicio ordinario, non autem in executiuo, vt declarat Iaſ. d. conſ. 9. n. 41. & in puncto Vrſill. ad Afflict. dec. 326. n. 2.
17 & ratio eſt, quia, cum in obligatione Camerali contineatur clauſula, quod vna via electa, alia non tollatur, & in execu-
18 tiuis actor vna via electa non cogatur in ea perſiſtere, Merlin. d. deciſ. 623. nu. 3. ſibi non præiudicauit Capitulum in poteſtate capiendi poſſeſſionem fructuum propria auctoritate adeundo Iudicem pro licentia illos capiendi, & vendendi, Caput. dec. 50. num. 5. par. 1. Surd. deciſ. 44. nu. 17. & 18. Rot. d. dec. 122. num. 16. & d. dec. 161. n. 4. par. 6. rec.

19 Hinc etiam infertur, quod, ſi captus eſt principalis debitor, poteſt creditor ad capturam fideiuſſoris, etiam deuenire, l. hæres à debitore, §. quod ſi ſtipulator, & ibi Bart. ff. de fideiuſſ. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 193. nu. 36. Poſth. d. inſpect. 27. nu. 22.

20 Idem eſt, ſi creditor pro ſui aſſecuratione pignus habeat, quia nihilominus relicto pignore poteſt aduerſus fideiuſſorem agere

agere, Mangil. *de ſubhaſt. qu.* 62. *nu.* 11. *&*
12. Poſth. *d. inſpect.* 27. *num.* 30. Niſi fide-
21 iuſſor datus ſit ad id, quod minus ex pi-
gnore redigatur, Mangil. & Poſth. *loco
citat.*

Idemque erit, ſi creditor habeat bona
debitoris ſequeſtrata, quia nihilominus
22 inconſtans poterit debitum petere, & ad
executionem procedere, quia non eſt ſibi
ſatisſactum, Surd. *conſ.* 365. *n.*21. Cranett.
conſ. 63. *num.* 9. Poſth. *d. inſpect.* 27. *nu.*32.
Rot. *d. dec.* 122. *num.*18. *par.* 6. *recent.*

23. Ceſſabit tamen omnino inconſtantia,
quando conſumpta eſt executio mediante
adiudicatione bonorum, traditione, &
liberatione, *l. apud Aufid. ff. de opt. legat.*
Doct. *l. ſerui elect. ff. de leg.*1. Franc. *decif.*53.
Rot. *dec.*414. *par.*4. *diuerſ.* Merlin. *dec.*566.
num. 2. *& d. dec.* 623. *num.*5.

24 Aduerte tamen, quod ſola ſententia, &
adiudicatio non tollit variationem, & in-
conſtantiam, ſed requiritur traditio, & li-
beratio, vt ſupra dictum eſt, latè poſt hæc
ſcripta viſus, Salgad. *in labyrint. creditorum
par.* 1. *cap.*18. *per tot.* vbi propterea inferr,
quod per ſolam adiudicationem pigno-
25 rum in concurſu creditorum non liberan-
tur fideiuſſores, ſed requiritur ſatisfactio,
& ſolutio, itaut creditori aduerſus eos
denegetur inconſtantia, & variatio; ratio
26 eſt quia per ſolam adiudicationem bono-
rum creditori, illi non acquiritur poſſeſ-
ſio, nec dominium, Coccin. *decif.* 185.
num. 5. *&* 223. *nu.* 4. Greg. XV. *dec.* 546.
num. 9. *&* 10. Caſſador. *dec.* 7. *de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet.* Paleott. *decif.* 215. Seraph.
decif. 937. *num.*2. Buratt. *decif.* 124. *per tot.*
& propterea, vt dixi alias cauendum eſt à
d. dec. Capic. 33. *& à dec.* Guidopap. 348.
à Theſ. *d. qu.* 7. à Surd. *conſ.* 413. *num.* 18.
vol. 3. quia eorum dictum procedit, ſi per
adiudicationem bonorum debitoris factã
creditori, eſt plenè illi ſatisfactum, vt be-
ne declarat Rota *d. dec.* 161. *num.*24. *par.*6.
recent. in omnem tamen euſum, quando
27 licita eſt variatio, executio non debet
fieri eodem inſtanti, ſimul, & ſemel, ſed
ordine ſucceſſiuo, Alex. *conſ.* 130. *nu.* 15.
vol. 4. Marcheſ. *de commiſs. par.* 3. *de com-
miſs. admiſs. ad ceſs. bon.* §.1. *num.*33. Poſth.
loc. cit. num. 24.

An autem in ſubhaſtatione, & delibe-
ratione pignoris licita ſit inconſtantia.
Duplex oritur quæſtio, altera reſpectu ip-
ſius ſubhaſtantis, altera reſpectu offe-
rentis.

28 Quoad primam dic, quod cum pignora,
bona, vectigalia, quæ venduntur ſubha-
ſta, deliberari debeant plus offerenti, &
vltimo licitatori, qui liberè maiorem
ſummam, & meliorem conditionem in
tempore obtulerit, *l. licitatio, ff. de public.
vectigal. Auth. hoc ius porrectum, de ſa-
croſ. Eccleſ. l. penes,* vbi Doct. *C. de vectig.
& commun. l.* 1. *& l. ſi tempore C. de fid. in-
ſtrum. & iur. Haſt. fiſcal.. lib.* 10. iuncta *l.
loca, C. de locat. prædior. ciuil. lib* 11. Rebuff.
de ſubhaſt. art. 7. *gloſſ.* 1. *num.* 7. Bertachin.
de gabell. par. 2. *num.* 20. Carocc. *de oblat.*
Giuſian. *de dat. inſolut. cap.* 28. *num.* 317.
Gratian. *diſcept.* 321. *num.* 19. cum alijs
plurimis allegatis à Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.*
35. *num.* 3. Maſtrill. *dec.* 84. Rot. *decif.* 21.
& 106. poſt Mangil. *de ſubhaſt.* vbi alię de-
ciſiones allegantur, addo nouiſſimè; Sal-
gad. *in labyr. creditorum par.*2. *cap.* 2. *num.*2.
Io. Philipp. *de ſubhaſt. cap.* 4. *num.* 13. Rot.
dec. 12. *num.* 9. *par.* 12. *rec.* locus non eſt
29 inconſtantiæ, itaut alius poſſit admitti,
& licitatio reiterari, *l. eos, C. de diuerſ. præd.
lib.*11. *l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum. l.* 1. *C.
de vend. reb. Ciuitatis lib.*11. *l. eius,* §. *fin ff.
ad municip.* Alber. *l. & ſi ſine,* §. *quæſitum, de
minor.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.*
5. *par.* §. 13. *num.* 16. Capic. *dec.* 36. *nu.* 5.
Aſin. *de execut.* §. 4. *cap.* 86. *per tot.* Ma-
ſtrill. *decif.* 84. hos omnes Salgad. *loco cit.
num.* 2. *verſ.* 1. Ratio eſt, quia tempore
30 ſubhaſtationis finito, extincta iam cande-
la, dicitur perfecta ſubhaſtatio, contractus
conſumatus, & propterea pœnitentię lo-
cus non eſt, Buratt. *dec.*249. Alex. *conſ.*114.
num. 2. *vol.* 6. Aſin. *de execut.* §. 6. *cap.*20.
num. 20. Scacc. *de Iudic. cap.* 91. *num.* 41.
Rot. *dec.* 55. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* cum alijs
per Salgad. *loc. cit. nu.* 4. addo Cahall. *conſ.*
120. *num.* 1. *&* 11. Grat. *diſcept.*321. *n.* 19.
Mangil. *de ſubhaſt. qu.* 24. *num.* 15. *&* 16.
cum alijs per Poſth. *eod. tract. inſpect.* 35.
num. 19. Rot. *dec.* 376. *num.* 5. *par.* 4. *rec.*
31 & hæc concluſio habet locum, etiamſi
minimum pretium fuerit plus oblatum,
Luc. Pet. *in prax. lib.*8. *cap.*2. *nu.* 58. Poſth.
loc. cit. num. 22.

32 Secundò habet locum, etiamquod ſo-
lo momento poſt extinctam candelam no-
uus accedat licitator meliorem offerens
conditionem, Aſin. *de execut.* §. 4. *cap.*86.
num. 12. Franc. Marc. *decif.* 566. *num.* 1.
cum alijs per Salgad. *loc. cit. num.* 3.

33 Tertiò habet locum, etiam quod licita-
tor ſit ipſemet creditor, Fart. *l. licitatio n.*4.
*ff. de public. & vectigal. & in d. l. ſi tempora,
C. de fid. inſtrum. lib.*10. Bertachin. *de gabell.
p.* 2. *q.*9. Mangil. hos omnes *de ſubhaſt. q.*37.
num. 15. Poſth. *eod. tract. d. inſpect.* 35. *n.*5.
34 nam de iure admittitur creditor ad lici-
tandum, *l.* 2. *C. ſi in cauſ. Iud. pign. capiat.*
Aſin. *de execut.* §. 4. *cap.* 69. Giurb. *dec.*53.
Greg. XV. *decif.* 12. *n.* 1. & ibi Addent. cum
alijs per Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 32. *nu-
mer.* 8. *&* 9.

35 Quartò habet locum, etiamquod ſe-
cundus oblator offerat duplicatum pre-
tium, quia iam peracta ſubhaſtatione iſte
non admittitur, *l. non eſt probabilis, C. de re-*

reſciud. vendit. Magon. deciſ. Florent. 132.
num. 1. 2. & 3. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 24.
num. 27. Poſth. eod. tract. de inſpect. 35. n. 46.
36 Quintò habet locum, etiamquod ma-
gna vtilitas ſubhaſtantibus reſultaret ex
maiori oblatione, quia extincta candela
37 poſt ius quæſitum vltimo licitatori non
datur inconſtantia, Aſin. d. §. 4. cap. 86.
num. 25. & §. 6. cap. 10. num. 40. Poſth. di-
cta inſpect. 35. num. 48. & ſeq.
38 Sextò habet locum, etiamquod Iudex
vellet nouum terminum concedere, ſeu
prorogare licitationem, vel ſubhaſtatio-
nem, vt nouus licitator accederet, Aldo-
brand. conſ. 116. num. 11. lib. 2. Caball.
conſ. 129. nu. 11. Aſin. de execut. §. 6. cap. 1.
num. 23. Mangil. de ſubhaſt. qu. 11. num. 1.
& 2. & qu. 16. num. 13. & 15. qu. 24. nu. 15.
qu. 28. num. 10. Rot. deciſ. 55. nu. 3. par. 1.
recent. Buratt. deciſ. 703. num. 5. Poſth. d.
inſpect. 35. num. 50.
39 Septimò habet locum, etiamquod non
eſſet ſecutum ſecundum decretum, Pa-
pon. arreſt. 14. lib. 6. tit. 18. Poſth. d. in-
ſpect. 35. num. 54.
40 Octauò, tanto magis habet locum,
ſi ſubhaſtationibus factis ſubſecuta eſſet
etiam deliberatio, Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6.
tit. 4. num. 5. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 86.
num. 18. Magon. deciſ. Florent. 132. num. 2.
41 Poſth. d. inſpect. 35. num. 55. vbi idem eſſe
dicit, ſi facta ſit adiudicatio etiam ipſi
creditori licitanti.
42 Quod procedit, etiamſi ante rei tradi-
tionem, vel pretij numerationem, vel
intra ſex, aut ſeptem dies, vel ante ali-
quod aliud breue tempus alius addat ſum-
mam aliquam, quia non datur inconſtan-
tia, Griuell. deciſ. 44. num. 1. Poſth. d. in-
ſpect. 35. num. 61.
43 Nonò, tanto magis habet locum, ſi de-
liberatio ſit perfecta, & res emptori tra-
dita, & ab eodem aſſecuta poſſeſſio, Mau-
rit. de reſtit. in integ. cap. 375. in princ. Man-
gil. de ſubhaſt. qu. 21. nu. 3. Poſth. d. inſpect.
35. num. 63. & 64.
44 Decimò, habet locum, etiamquod aga-
tur de re communis, vel minoris, vel Ec-
cleſiæ, Mangil. de ſubhaſt. qu. 28. num. 7.
Maſtril. deciſ. 84. nu. 2. Griuell. d. deciſ. 44.
num. 4. Poſth. d. inſpect. 35. nu. 71. Salgad.
d. cap. 2. par. 2. num. 5.
45 Vndecimò, intantumque hæc ſunt ve-
ra, vt ſi Iudex inconſtans admitteret no-
uum oblatorem, iniuriam faceret vltimo
licitatori, & ab eo poſſet appellari, Pa-
pon. d. arreſt. 14. lib. 6. tit. 18. Poſth. d. in-
46 ſpect. 35. num. 77. & inſtrumentum factum
cum nouo oblatore eſſet nullum, Rot. dec.
376. num. 7. par. 4. recent. etiamquod tra-
ctaretur de re Eccleſiæ, vel loci Pij, qui-
47 bus non datur aliquod priuilegium, vt
poſſint eſſe inconſtantes, & à contractibus
48 perfectis recedere, imò tenentur ma-
gis, quam aliæ perſonæ ſeculares, Rota
d. deciſ. 376. num. 7.
49 Duodecimò, nec gratificationi eſt lo-
cus, Rebuff. de precon. licit. & ſubhaſt. art. 7.
gloſſ. 1. nu. 18. Papon. arreſt. 2. lib. 13. tit. 19.
de vectigal. Mangil. de ſubhaſt. qu. 144. nu. 1.
Poſth. d. inſpect. 35. nu. 9.
50 Fallit in Eccleſia, ſeu illius adminiſtra-
tore, qui poterit gratificare ei, qui ſoluit
iuſtum pretium, Gloſſ. cap. ea enim, §. hoc
ius 10. qu. 11. in verb. vt plus, Roman. ſin-
gul. 752. Archid. in dicto §. hoc ius, Abb. in
cap. 1. de empt. & vendit. cum alijs per Man-
gil. d. tract. qu. 144. num. 3. & per Poſth.
d. inſpect. 35. num. 34.
51 Cæterum, Rebuff. ad Conſtit. Regni Gal-
liæ tit. de precon. art. 7. gloſs. vnic. num. 20.
dixit, quod adminiſtrator Eccleſiæ malè
faceret, ſi non daret plus offerenti, quia
illud cenſetur iuſtum pretium, quod libe-
raliter offertur à ſciente rei conditionem,
l. mortis cauſa capion. vltim. gloſs. ff. donat.
cauſa mortis, Canoniſtæ cap. dilecti, de empt.
& vend. Mangil. loco cit. nu. 4. Poſth. d. in-
ſpect. 35. nu. 36. & 37.
52 Dic tamen, quod ex cauſa poteſt Iudex
licitationem, & oblationem non ſequi, l.
licitatio, ff. de pub. & vectigal. l. ſi pignori, ff.
familiæ Herciſcundæ, Aſin. de execut. §. 4.
cap. 20. num. 3. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 71.
num. 5. qu. 83. num. 4. & 158. num. 3. Poſth.
d. inſpect. 35. num. 131. Quod tamen non
53 procedit, ſi iuſtum pretium fuerit obla-
tum, Mangil. d. qu. 71. num. 6. & quæſt. 83.
num. 5.
54 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi ſtatutum, ſtylus, vel conſuetudo aliud
dictet, Tepat. var. ſent. tit. 41. cap. 8. Man-
gil. de ſubhaſt. qu. 11. num. 7. Poſth. loco cit.
num. 93. vbi nu. 74. ex Paponio d. arreſt. 14.
55 dicit, quod ſeruanda eſt conſuetudo ad-
mittendi nouum oblatorem, ſi oblatio
56 creſcat in tertia, vel maiori parte, Rot.
poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 20. vbi de ſty-
lo A. C. Poſth. loco cit. num. 117. Capie.
deciſ. 3. Nigr. de ſubhaſt. cap. 7. §. 4. nu. 12.
57 Dic ſecundò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi à decreto fuiſſet appellatum, Rebuff. de
precon. licit. & ſubhaſt. art. 5. gloſs. 1. Man-
gil. de ſubhaſt. qu. 131. num. 2. Poſth. d. in-
ſpect. 35. num. 95.
58 Dic tertiò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi, qui emit, non eſt idoneus, ſed deco-
ctus, vel fallitus, Ferrett. de gabell. nu. 281.
Poſth. loco cit. num. 96. Moſcatell. in prax.
verb. venduntur num. 78. Nigr. cap. 7. §. 7.
num. 15.
59 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi preco, vel edictum ſimpliciter diceret,
quod, qui vult emere, vel conducere, ve-
niat ad offerendum intra talem diem, nec
adijceret, quod plus offerenti dabitur,

quia poterit terminus extendi, protogari,
& abbreuiari in præiudicium præceden-
tium licitatorum, imò illis inuitis, &
contradicentibus, Mangil. *de ſubhaſt. q.* 16.
num. 13. Poſth. *eod. tract. d. inſpect.* 35.
num. 97.

60 Quod multo magis procedit, ſi in ter-
mino in edicto appoſito nullus ad licitan-
dum comparuerit, quia tunc creditore
poſtulante, poteſt Iudex inconſtans alium
terminum concedere, Luc. Pet. *in prax.*
lib. 8. *cap.* 12. *num.* 38. Poſth. *d. inſpect.* 35.
num. 101. qui cum dicto Luca, & Tepat.
ſubiungit, hoc non procedere, ſi ſtatutum
vnicum tantum bannum requirat, quæ
61 tamen opinio mihi non arridet; quia,
etiamſi ſtatutum præfigat terminum, non
tamen tollitur, quin, ſi nulli eſt ius quæ-
ſitum, & partibus volentibus non poſſit
Iudex nouum terminum concedere.

62 Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi neceſſaria in ſubhaſtatione non interue-
nerint, quia tunc poteſt admitti nouus
oblator, Mangil. *de ſubhaſt. qu.* 35. *num.* 2.
& 3. *& qu.* 36. *num.* 10. Poſth. *d. inſpect.* 35.
num. 98. 99. *&* 100. & propterea, ſi quan-
63 do res ſub haſta ſimpliciter poſita fuerit,
nec fuerit additum, quod dabitur plus of-
ferenti, tunc erit locus inconſtantiæ, &
pœnitentiæ, Aſin. *de execut.* §. 6. *cap.* 1.
num. 16. *&* 24. *& cap.* 2. *nu.* 14. Tepat. *var.*
ſent. tit. 417. *cap.* 15. Simoncell. *de decret.*
lib. 1. *tit.* 1. *num.* 65. Mangil. *qu.* 16. *nu.* 13.
& qu. 25. *num.* 6. *& quæſt.* 33. *num.* 5. *&* 6.
Poſth. *inſpect.* 34. *num.* 6. Rot. *deciſ.* 30.
num. 2. *poſt. tract.* Poſth. & ratio eſt, quia
64 tunc exponens ſic rei pretium potius ex-
plorare velle videtur, quam vendere, vel
locare, Rota *d. deciſ.* 30. *num.* 1. Poſth. *loco*
cit. num. 8.

65 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi durante termino ſubhaſtationis fuerit
licitanti res vendita, vel conceſſa, quia
illa venditio habet in ſe conditionem, niſi
66 infra terminum ſubhaſtationis alius acce-
dat, qui meliorem offerat conditionem,
l. ſi tempora C. de fid. inſtrum. & iur. Haſtæ
fiſc. lib. 10. Fabian. de Monte *de empt. &*
vendit. qu. 5. *in rub. ſubhaſt. mater. num.* 90.
& 92. *in fin.* Mangil. *de ſubhaſt. qu.* 12. *n.* 10.
& qu. 24. *in fin. & qu.* 37. *num.* 3. Poſth. qui
alios *d. inſpect.* 35. *num.* 103.

67 Quod tamen dictum procedit, quando
Fiſcus, vel Reſpublica vendunt, ſecus ſi
venderet priuatus, Fabian. de Mont. *de*
empt. & vendit. rubr. de ſubhaſt. nu. 92. Aſin.
de execut. §. 6. *cap.* 13. *in fin.* Iodoc. *de ſub-*
haſt. cap. 4. *num.* 8. Peregr. *de iur. Fiſc. lib.* 6.
cap. 4. *num.* 42. Mangil. *d. qu.* 12. *num.* 10.
qu. 34. *num.* 9. *& qu.* 37. *num.* 4. Poſth. *d.*
inſpect. 35. *num.* 109. *&* 110.

68 Secundò procedit dictum in ſubhaſta-
tione pignoris iudicialis, quæ fit ad in-
ſtantiam creditoris contra debitorem,
nam pendente deliberationis termino, po-
teſt tunc alius offerre, & licitare, *l.* 1. *ff. de*
in diem adiect. Saluſt. Tiber. *in prax. A. C.*
lib. 1. *cap.* 43. *num.* 7. Nouar. *ad l. ſi tempo-*
ra nu. 10. *C. de fid. inſtrum. & iur. Haſt. Fiſc.*
lib. 10. Valaſc. *deciſ.* 37. Poſth. *d. inſpect.* 35.
num. 113.

69 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtan-
tiam, quando agitur de intereſſe credito-
rum, nam tunc admittitur oblatio maior,
etiam contractu perfecto, & candela
extincta, ſeu termino elapſo, Nouar. *ad l.*
ſi tempora nu. 9. Ricc. *collect.* 1726. Buratt.
deciſ. 735. *in fin. & deciſ.* 786. *num.* 3. hos
omnes Poſth. *loco cit num.* 116. quibus ad-
do Afflict. *deciſ.* 36. *num.* 6. Magon. *deciſ.*
Florent. 132. Tho. *in compendio verb. obla-*
tio, Amat. *var. cap.* 38. *num.* 3. & latè diſ-
cuſſo articulo, alioſque adducens tenet
Salgad. *in labyr. credit. par.* 2. *cap.* 2. *à n.* 12.
70 habent enim iura creditorum in concur-
ſu multa ſpecialia, de quibus per Salgad.
loco cit. & præſertim, quod facit ad rem
noſtram, quod licet in venditionibus per-
fectis inter priuatos non liceat ab illis re-
cedere, nec detur pœnitentia, ſeu incon-
71 ſtantia, vt videbimus ſuo loco, hæc ta-
men concluſio fallit, quando venditio fit
72 ſub haſta in ſatisfactionem creditorum,
quia pretio non ſoluto licita eſt incon-
ſtantia, & licitum à venditione recedere,
rem retrahere, & alij vendere, ex Alex.
Iaſ. & aliis Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 358. *n.* 4.
Surd. *conſ.* 168. *num.* 14. Gratian. *diſcept.* 7.
num. 4. *& diſcept.* 231. *num.* 20. Hermoſill.
& Mangil. *citat. à* Salgad. *loco ſupra citat.*
num. 64.

73 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam,
quando tractatur de minoribus, de Repu-
blica, vel Eccleſia, qui reſtituuntur ad-
uerſus venditionem factam per ſubhaſta-
tionem, ſi alius poſt aliquos dies offerat
l. ſi ſine, §. *quæſitum, ff. de minor.* Afflict. *deciſ.*
340. & ibi Vrſill. Guidopap. *deciſ.* 536. Ma-
ſtril. *d. deciſ.* 84. Franc. Auileſ. *in cap.* 31.
Prætor. quos refert Ric. *d. collect.* 1726.
limit. 1. Aſin. §. 4. *cap.* 84. *in fin.* Mangil.
de ſubhaſt. qu. 28. *& qu.* 80. *in fin.* Poſth. *loc.*
citat. num. 122. vbi ex Papon. *lib.* 18. *tit.* 6.
arreſt. 27. dicit hoc procedere, quamuis
in licitatione rei minoris, neque deceptio,
neque circumuentio interuenerit, vel ſo-
lemnitas vlla omiſſa ſit, ſi quis ſit, qui
multo maioris emere voluerit.

Contrarium in hoc voluit Alber. *d. l. ſi*
ſine, §. *quæſitum, ff. de minor.* vbi diſtinguit
tres caſus, primò quando minor, Ciuitas,
Eccleſia, vel Fiſcus vendendo res ſuas ſer-
uauit debitas ſolemnitates, & fecit ſicut
maior, quia tempore opportuno vendit,
& iuſto pretio, quamuis poſtea appareat
plus offerens non admittitur, niſi de

ſorde, & gratia doceretur.
Secundus caſus eſt, quando debita ſo-
lemnitas non eſt ſeruata, quo caſu ipſo
iure non valet venditio, nec reſtitutione
opus eſt.
Tertius eſt, quando debita ſolemnitas
eſt ſeruata, ſed minor ſua facilitate eſt lę-
ſus, quia vendidit tempore non opportu-
no, vel non iuſto pretio, & tunc reſtitui-
tur, & ita dicit intelligendum, *d. §. quæ-
ſitum*, Alber. ſequitur Greg. Lopez. *lib.* 5.
tit. 19. *par.* 6. Afflict. *deciſ.* 340. & ibi Vr-
ſill. Maſtril. *d. deciſ.* 84. Guttierez *pract.
lib.* 1. *cap.* 38. *per tot.*
Quid dicendum? pendet reſolutio quę-
ſtionis ex intellectu, Textus *in l. ſi ſine dolo,
ff. de minor. iuncta l. ſi ſine, §. queſitum, de
minor.* quam videre poteris pęnès Caldas
Pereyra *ad l. ſi curatorem, in verb. ſua facilita-
te num.* 4. *verſ.* 3. *quare nos alia*.
Interea Ego ſequor libenter opinionem
Guidopap. *deciſ.* 536. & aliorum, quos
ſupra citaui, quam opinionem ſequitur
etiam Mangil. *d. quæſt.* 28. *num.* 21. & poſt
hæc ſcripta viſus Fab. Capic. Galeot. *reſ-
ponſo Fiſcali* 14. *num.* 33. ſed cum hac adie-
ctione, quod non quælibet oblatio ſuffi-
ciat, vt detur huiuſmodi reſtitutio mino-
ri, ſed requiratur, vel in tertia parte, vt
per Griuell. *deciſ.* 44. *num.* 9. vel ſaltem in
quarta parte, iuxta opinionem Guttierez
de gabell. qu. 142. *num.* 8. vel tandem reſi-
deat in arbitrio Iudicis, an ſit maior obla-
tio, Guttierez *d. tract. qu.* 140. *num.* 13. *&
quæſt.* 38. *pract. lib.* 1. *num.* 4. Si enim parua
eſſet oblatio, vtique non eſſet admitten-
da, quia tunc præponderat authoritas Rei-
publicæ, quæ non debet ob tenuem obla-
tionem admittere hanc inconſtantiam,
Guttierez *loco cit. num.* 14. alias non inue-
niretur, qui cum Republica vellet con-
trahere, Guttierez *practic. qq. lib.* 1. *qu.* 38.
n. 2. & propterea dixit Griuell. *d. deciſ.* 44.
tertiam partem pretij non eſſe, ſi v. g. de-
liberatur pro triginta, & offerantur qua-
draginta, ſed debent offerri 45. hoc eſt ſe-
miſſem, ita ut toto computato pretio trieus
totius efficiatur, ſuper quo tamen non in-
ſiſtam, quia potius id concludit ex qua-
dam conſuetudine, quam ex diſpoſitione
iuris, vt per eum, & ita intelligitur, Poſth.
inſpect. 57. Aduerte tamen, quod ſi primus
74 oblator vellet ſupplere pretium oblatum
à ſecundo, vtique eſſet præferendus, Gut-
tierez *d. qu.* 38. *num.* 6. *& de gabell. d. qu.*
140. *num.* 13. à Ponte *de poteſt. Pro-reg. de
regal. impoſ. tit.* 4. §. 5. *nu.* 58. vbi ex Odo-
fred. & Andr. de Baruto tenet, quod, ſi
facta ſit à Fiſco locatio ad quinquennium,
ſi durante eo quinquennio alius meliorem
conditionem offerat, poteſt inconſtans
75 tradere huic rem locatam, niſi prius lo-
cator pretium ſupplere intendat, de qua-
re videbimus ſuo loco de inconſtantia in
contractibus.
76 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam
re integra, ideſt antequam aliquis publicè
obtulerit, & promiſerit, & publicè facta
fuerit reuocatio, ſicut promiſſio, Man-
gil. *qu.* 16. Poſth. *inſpect.* 34. *num.* 12.
77 An autem ſemel, vel pluries de huiuſ-
modi inconſtantia dari poſſit: ſemel tan-
tum poſſe dari dicit poſt Auiles, idem
Guttierez *d. cap.* 38. *num.* 5. Alber. *verò in
d. l. ſed etſi ſine*, dicit, ſępius poſſe dari, ſi
conſtet de deceptione, & eum ſequitur
Muſcatellus *in prax. par.* 3. §. *venduntur
num.* 65. qui tamen ſubiungit, non niſi bis
eſſe concedendam, vel remitti Iudicis ar-
bitrio, Nigr. *de ſubhaſt.* §. 8. *num.* 3. Fab.
Capic. Galeot. *d. alleg.* 14. *nu.* 43.
78 In rebus verò, quæ fortuitis caſibus
ſunt ſubiectæ, non datur inconſtantia, niſi
ſordes, vel gratia allegentur, Mangil. *d.
qu.* 28. *num.* 23. Poſth. *d. inſpect.* 57. *n.* 54.
79 Sed hac occaſione quæritur, an detur
inconſtantia in ſubhaſtatione prætextu lę-
ſionis: & dari, magis opinio communis
eſt, & in practica ſeruari dicit Gabr. *de
empt. & vendit. concluſ.* 1. *num.* 61. Gomes
var. reſolut. tom. 2. *cap.* 2. *de empt. & ven-
dit.* Iodoc. *de ſubhaſt. cap.* 3. *num.* 12. Aſin.
de execut. §. 4. *cap.* 43. Marcheſ. *de commiſſ.
par.* 2. *de commiſſ. reſtit. in integr. num.* 11.
vbi, quod eſt communis opinio tam Le-
giſtarum, quàm Canoniſtarum, Mangil.
de ſubhaſt. q. 39. *& q.* 42. *num.* 11. *& qu.* 47.
num. 22. Maſtrill. *deciſ.* 33. *num.* 10. *par.* 1.
cum innumeris per Poſth. *d. inſpect.* 59. *à
num.* 3. Rot. *deciſ.* 259. *poſt* 2. *vol. conſ.* Fa-
rinac. *& deciſ.* 648. *num.* 3. *par.* 1. *recent.*
vbi de veriori, & magis communi, &
quod fuit ſæpè deciſum *deciſ.* 604. *num.* 1.
par. 3. *& deciſ.* 406. *num.* 5. *p.* 4. *recent.* Ca-
ualer. *deciſ.* 187. Buratt. *deciſ.* 538. *num.* 1.
& dec. 675. *num.* 8. Rot. *poſt* Nigr. *de ſub-
haſt. deciſ.* 43. Intrigliol. *lib.* 1. *ſingul.* 320.
vbi add. Rot. *deciſ.* 12. *num.* 42. *par.* 12. *rec.*
80 Hæc tamen læſio debet eſſe vltra dimi-
diam non enim quælibet ſufficit, Abb. *in
cap. ad noſtram nu.* 9. *verſ. puto tamen, de empt.
& vendit.* cum alijs per Rot. *deciſ.* 648. *n.* 6.
par. 1. *recent.* Poſth. *de ſubhaſt. d. inſpect.* 59.
num. 41. Mangil. *eod. tract. qu.* 40. *num.* 4.
licet multi relati à Rot. corã Bichio *deciſ.*
609. *num.* 5. *&* 6. velint quod in ſubhaſta-
81 tione facta à Iudice ſufficiat læſio in ſexta
parte, ea ratione quia in venditione vo-
82 luntaria maior læſio requiritur, cum con-
currat conſenſus domini, & ideo ipſe ſibi-
met imputare debet, ſi rem maioris valo-
ris viliori pretio diſtrahit, quod non vi-
detur procedere in venditione neceſſaria
facta mediante ſubhaſtatione, cum ea fiat
abſque conſenſu domini, & quaſi eodem
reluctante, nec Iudex habeat tam abſo-

Digitized by Google

83 lutam diſpoſitionem rei, quam habet ip-
ſe dominus, in qua tamen opinione Rota
non ſe fundat, nam in ſuo caſu aderat
læſio vltra dimidiam, vt apparet ex lectura
deciſ. ſupra allegatæ ſub dicto num. 6. euidens
in caſu noſtro.

84 Sufficit tamen quælibet minima læſio
vltra dimidiam, etiam in vno nummo,
Cagnol. in repet. l. 2. quæſt. 14. nu. 138. & 139.
Felyn. in cap. cum cauſam il ſocondo, in princ.
de teſtib. Gomes var. to. 2. de contract. cap. 2.
ſub rubr. de empt. & vendit. num. 22. Mangil.
dicta quæſt. 40. nu. 5. Poſth. d. tract. inſpect. 59.
num. 46.

85 Hæcque inconſtantia habebit locum
etiam in adiudicatione iudiciali, Cagnol.
dicta l. 2. nu. 163. Aſin. de execut. §. 4. cap. 43.
& §. 7. cap. 25. cum alijs per Poſth. loco cit.
num. 8. Caſtill. deciſ. 14. tom. 1. num. 1.
Duran. deciſ. 235. n. 20. Quicquid dixerint
Alexan. Roman. Rebuff. & alij relati ab
Anton. Sola ad Conſtit. Sabaudiæ lib. 3. tit. 39.
de forma, ac ordine obſeruan. in pign. ſubhaſtat.
& delibcrat. ſtabilium gloſſ. 3. num. 15. 18.
& 20.

86 Secundò habebit locum, etiamquod
adeſſet pactum de vendendo per ſubhaſta-
tionem, illudque pactum eſſet iuratum,
Maſtrill. deciſ. 33. num. 12. & deciſ. 247. nu. 1.
par. 3. Giurb. deciſ. 105. num. 1. Mangil. de
ſubhaſtat. quæſt. 47. num. 7. Poſth. dicto tract.
inſpect. 59. num. 11. 12. & 13. Rota deciſ. 43.
poſt tract. Mangil. de ſubhaſtat.

87 Aduerte tamen, quod hoc dictum pro-
cedit data enormiſſima læſione, ſecùs
enormi, vt aduertit Maſtrill. d. deciſ. 247.
& alij ſupra citati, non enim iurans cen-
88 ſetur in tantam læſionem conſenſiſſe,
Roc. deciſ. vnic. de empt. & vendit. Odd. de
reſtit. par. 1. quæſt. 4. art. 13. Padill. d. l. 2. nu. 43.
Seraph. de priuil. iuram. priuil. 236. num. 15.
Afflict. deciſ. 322. nu. 9. Mangil. d. quæſt. 47.
num. 11. Poſth. dict. inſpect. 59. num. 13.
Rota dicta deciſione 43. num. 1. in fin. poſt
Mangil.

89 Tertiò, habebit locum, etiamquod fuiſ-
ſet renunciatum enormiſſimæ læſioni,
Mangil. dicta quæſt. 47. num. 21. Poſth. dicta
inſpect. 59. num. 15. Maſtrill. deciſ. 33. nu-
mer. 13.

90 Quartò, habet locum, ſiue interpoſi-
tum ſit decretum Iudicis, ſiue non, Adden.
ad quæſt. 22. Guidopap. Poſth. loco cit. nu. 17.
& 18.

91 Sed an læſio habeat locum in locatione
gabellarum panis, vini, carnium, & ſimi-
lium? Menoch. conſ. 1121. num. 6. tenet,
92 non habere locum ea ratione, quia fue-
runt venditi fructus incerti futurorum
annorum, in quibus non poteſt conſide-
rari læſio, vt poſt Bald. & Cremen. reſpon-
dit ipſe Menoch. conſ. 843. num. 34. & conſ.
844. num. 43. & dicto conſ. 1121. expendit
Text. in l. ſi ea lege, C. de vſur. vbi, ſi ea lege
mater tua apud creditorem ſuum obligauit,
vt fructus inuicem vſurarum conſequeretur:
obtenta maioris percepti emolumenti prop-
ter incertum fructuum euentum reſcindi pla-
cita non poſſunt. Ex quibus verbis appa-
ret ratione incertitudinis futurorum fru-
93 ctuum aliquid iudicari iuſtum, quod ſi
appareret certum, eſſet iniuſtum, & prop-
terea non dari minori reſtitutionem in
integrum in his, quæ dependent à futuro
euentu, voluit Caldas in l. ſi Curatorem,
verſ. Aduerſarij dolo nu. 5. C. de reſtit. in integr.
quem ad hoc propoſitum citauit Gutier.
de gabell. quæſt. 147. num. 10.

94 Contrariam opinionem, quod ſcilicet
hoc caſu detur læſio, voluere relati à Man-
gil. de ſubhaſtatione quæſt. 42. numer. 1. &
ſeq. quem ſequitur Poſth. dict. inſpect. 59.
num. 19.

Concorda opiniones, quod, ſi læſio, eſt
vltra dimidiam, tunc poſſit opponi, ſecus
minimè, Soccin. conſ. 68. num. 9. lib. 2. cum
alijs per Menoch. dicto conſil. 1121. à nu-
mer. 14.

Idem eſt dicendum in locatione vecti-
galium, ſeu gabellarum per ea, quæ doctè
diſſerit Larrea deciſ. Granaten. 71. per totam,
quæ latius re aſſumit in allegat. Fiſcal. 32.
per tot. vbi bene ad omnia in contrarium
adducta reſpondet; Et ratio eſt, quia etſi
95 in æſtimanda læſione attendatur tempus
contractus, l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit.
Hæc tamen regula procedit in contracti-
96 bus, qui momento perficiuntur, ſecus in
his, quæ habent tractum ſucceſſiuum,
Natt. conſ. 548. n. 36. Rolan. conſ. 1. nu. 173.
lib. 1. Alba conſil. 34. num. 15. cum alijs
adductis per Larream d. allegat. num. 32. à
num. 13.

97 Ceſſat primò, inconſtantia in ſubhaſta-
tione prætextu læſionis, quando ſubhaſta-
tio eſt voluntaria, & facta per dominum,
Gabr. de empt. & vendit. concluſ. 1. num. 61.
Pinell. de reſcind. vendit. par. 2. cap. 2. nu. 25.
Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 8. Aſin.
de execut. §. 7. cap. 174. num. 1. Fenzon. ad
Stat. Vrbis cap. 194. n. 51. Poſth. d. inſpect. 59.
num. 22. & 24. Eoque magis, ſi venditor,
98 ſiue locator ſub haſta ſciens verum valo-
rem, & redditum rei ſubhaſtatæ promiſit
non contrauenire, ſed ratum, & gratum,
& firmum habere, vel adſit iuramen-
tum, Menoch. conſ. 844. num. 38. & dicto
conſ. 1121. num. 4. Poſth. dict. inſpect. 59.
num. 23.

99 Sed, ſi voluntariè per viam volunta-
tis, non autem neceſſitatis per ſubhaſta-
tionem res vendita ſit, tunc eſſe locum
inconſtantiæ, voluit Iodoc. de ſubhaſt. cap. 4.
num. 26. Poſth. loco cit. num. 25.

100 Secundò, ceſſat inconſtantia prætextu
læſionis, quando Fiſcus per ſubhaſtatio-

nem vendit rem ſuam, Peregr. de iur. Fiſc. lib.6. tit.4. num. 8. Grat. diſcept. 7. num. 11. Nouar. ad l. ſi tempora num. 7. C. de fid. inſtrum. & iur. Haſt. lib.10. Mangil. de ſubhaſt. qu.39. nu. 5. Poſth. eodem tract. d. inſpect. 59. num. 26. 27. 28. & 29. Niger. eodem tract. cap.7. §.8. num. 9.

Contrarium voluere Muſcatell. in praxi par. 3. §. venduntur num. 57. & plures relati ab Anton. de Amat. reſol. 38. nu. 18. & 19. Sed dic, quod prima opinio procedit, quando tempore opportuno, & ſeruatis ſolemnitatibus Res Fiſci eſt ſubhaſtata, ſecus, ſi tempore non congruo, & adſit læſio enormiſſima, Maſtrill dec. 84. Amat. loco cit. Niger. loco cit. num. 13.

101 Tertiò, ceſſat inconſtantia reſpectu emptoris, qui de læſione dare non poteſt, Aſin. de execut. §. 6. cap. 14. num. 4. Poſth. loco cit. num. 30.

102 Prout, nec creditor poterit dare de læſione, qui rem minoris valoris in ſolutum acceperit pro toto debito, Mangil. de ſubhaſtat. quæſt. 19. num. 5. Poſth. loco cit. num. 32.

103 Quartò ceſſat inconſtantia quando Statutum mandat, quod factis ſubhaſtationibus res adiudicetur plus offerenti, Maſtrill. deciſ. 33. par. 1. Poſth. loco cit. num. 33.

Contrarium voluit Mangil. eodem tract. de ſubhaſt. quæſt. 45. ex tradit. per Alex. in l. Prætor, ff. ad leg. falcid. Bertrand. conſ. 100. lib. 4.

Concorda opiniones, vt prima procedat ſtante aliquali læſione, ſecunda ſtante enormiſſima, ſic Mangil. loco cit. num. 5.

104 Quintò ceſſat in venditione ad tempus, Menoch. dicto conſ. 844. num. 47. Poſth.
105 loco cit. num. 36. Quod tamen non procedit in locatione, Menoch. & Poſth. loc. citat.

106 Quanto tempore autem duret tempus huiuſmodi inconſtantiæ? Dic regulariter durare ad 30. annos, Gluſian. de dat. inſolut. cap. 27. num. 300. Mangil. quæſt. 46. num. 27. Poſth. d. inſpect. 59. num. 49.

107 Si autem per Statutum huiuſmodi tempus minuatur, illud ſeruandum eſt, Buratt. deciſ. 538. num. 21. Poſth. dicto loco
108 num. 50. qui ſubiungit in Eccleſia eſſe tempus 40. annorum.

109 Quis autem in propoſito dicatur plus obtuliſſe, & maior oblator, & quæ conditiones admittantur, & reiiciantur in oblationibus? videndus eſt Poſth. d. inſpect. 35. à num. 140.

110 Sed an Index, qui auctoritatem interpoſuit in ſubhaſtatione bonorum, poſſit inconſtans repetere rem ſubhaſtatam iure retractus? Dic in hoc poſſe eſſe inconſtantem, per Text. in l. filius, §. multo, ff. de inoffic. teſtam. l. quidam, C. admin. Tut. l. aduerſus, §. 1. ff. de inoffic. teſtam. ex quibus legi-
111 bus habetur, quod, qui nomine alieno, vel neceſſitate officij ſuam interponit auctoritatem ſibi non præiudicat, Bald. conſ. 102. lib. 2. Salyc. dicta l. eum quædam, C. admin. Tut. & in terminis Tiraquell. de retract. §. 1. gloſs. 9. num. 272. quem ſequitur Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 145. per tot.

112 Quouerò ad inconſtantiam ratione oblatoris; dic, quod licet nemo compellatur emere, vendere, vel locare, ſeu conducere, l. inuitum, C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iur. delib. l. ne cui, l. munus, C. locat. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 107. num. 2. Rota deciſ. 65. poſt d. tract. Poſth. inſpect. 34. n. 14.
113 Et licitatio ſit actus voluntarius, Papon. arreſt. 2. lib. 18. num. 6. Nihilominus facta
114 oblatione per licitatorem dic non dari locum inconſtantiæ, argum. Text. in l. ſicut, C. de act. & oblig. l. 1. & 2. quando lic. ab empt. diſced. l. 2. ff. reſcind. vendit. l. ab emptore, C. de pact. Domauder. de ſubhaſt. cap. 5. num. 17. Angel. conſ. 324. num. 3. Bart. dicta l. ſi tempora, C. fid. inſtrum. lib. 10. Rebuff. de precon. art. 1. gloſs. 1. num. 34. Aſin. de execut. §. 6. cap. 2. Nig. de ſubhaſt. cap. 7. §. 2. num. 1. & 2. Rota deciſ. 89. poſt tract. Poſth. dicto tract. de ſubhaſt. inſpect. 34. nn. 26. & 28. Io. Philip. de ſubhaſt. cap. 4. comment. 4. nu. 5. Rota deciſ. 12. num. 10. par. 12. recent. Ratio
115 eſt, quia, cum contractus ſit perfectus inter offerentem, & ſubhaſtantem, non eſt locus pœnitentiæ, Bart. dicta l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum. lib. 10. & in l. licitatio nu. 4. C. de public. vectigal. Rota deciſ. 376. nu. 5. vbi, quod alias multiplicarentur abſurda, & nunquam eſſet finis ſubhaſtationis.

116 Et in tantum illicita eſt inconſtantia, vt, ſi oblator vellet pœnitere, poſſit cogi ad ſoluendum oblatum pretium, etiam per capturam perſonæ, Caſtill. deciſ. 7. nu. 6. Chriſtin. ad conſuetud. Mechlinienſes tit. 19. art. 17. num. 14. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 167. num. 14. cum alijs per Nigr. d. §. 2. num. 2. Tepat. var. tit. 417. cap. 19. Gluſian. de dat. inſolut. cap. 17. num. 257. & de bonis ad eandam ponen. cap. 1. num. 182. Giurb. deciſ. 53. nn. 1. in fin. Poſth. inſpect. 34. nu. 77. & 78. Io. Philipp. de ſubhaſtat. dicto cap. 4. num. 6.

117 Et tenetur oblator, etiamquod nomine alieno licitauerit, niſi præſentet eum, cuius nomine licitauit, Chriſtin. loco cit. num. 11. Nig. loco cit. num. 3. Tepat. loco cit. cap. 21. Papon. arreſt. 13. lib. 18. tit. 6. Poſth. loco cit. num. 83. Io. Philipp. dicto cap. 4. num. 11.

118 Eoque magis ceſſat inconſtantia, ſi vnicus tantum fuit licitator, Muſcatell. in praxi par. 3. §. in vendit. num. 102. Nig. loco cit. num. 4.

119 Nec datur ipſimet creditori licitanti, Tuſc. concluſ. 81. littera O, num. 20. Nig. loco cit. num. 5.

120 Imò nec datur pœnitentia in hærede,
emptore mortuo ante inſtrumentum con-
fectum, Anton. de Marin. *quotid. reſolut.*
121 *cap.46.num.6.* Nec iſto caſu poterit obla-
tor excipere de nullitate ſubhaſtationis,
Anton. Fab. *in Codice lib.8. tit.16. diffinit.22.*
& ibi *num. 3. in allegat.* Poſth. *loco cit. nu-
mer. 86.*
122 Eo magis, ſi oblator rei poſſeſſionem
accepit, & poſſedit, Mangil. *de ſubhaſtat.
quæſt.124. num. 7.* Poſth. *d. inſpect. 34. nu-
mer. 87.*
123 Nec remedio appellationis ſuam obla-
tor poteſt tueri inconſtantiam, Gluſian. *de
dat. in ſolut. cap.17. num.219.* Poſth. *loco cit.
nu.88.* Quinimò, ſi adhuc inconſtans recu-
124 ſet oblator ſuam oblationem adimplere,
poterit admitti ſecundus oblator etiam
pro pretio minori, ſed condemnabitur in-
conſtans ad ſoluendum reliquum pre-
tium, niſi habuerit iuſtam cauſam incon-
ſtantiæ, Rebuff. *de Precon. art.5. gloſſ.1.n.13.*
Poſth. *loco cit. num.89.* vbi *num.90.* ſubiun-
git, quod hoc caſu Iudex non debet ſic ex
abrupto admittere inferiorem oblatorem,
125 ſed, vel ſubhaſtationem in aliud tempus
differre, vel præuia æſtimatione priori ad-
iudicare creditori, Rota poſt Nigr. *de
ſubhaſt. deciſ. 6. num. 29.* & penès Marcheſ.
par.1. fol.1246. num.5. Nig. *dicto §.2. nu.24.*
vbi dicit, quod nunquam vidit hoc obſer-
uari.
126 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam,
ſi forma ſubhaſtationis ſeruata non ſit,
ex quo officiales, & ſubhaſtantes plus offe-
renti vendi non promiſerunt, Mangil. *q.16.
num.7.* Rota *deciſ.89.* penes Poſth. *d. tract.
& deciſ. 30. num.3.*
127 Secundò, licita erit inconſtantia va-
riato rerum ſtatu, quia intelligitur obla-
128 tor obligatus rebus ſic ſtantibus, Aſin.
de execut. §.6. cap.87. nu.1. Tuſc. *d. concl.81.
num.3.* Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.37. num.26.
& quæſt.86. num.22.* Poſth. *loco cit. nu.* 100.
& 101. Rota penès ipſum *dicta deciſ. 30.
num.8.* Et propterea, ſi antequam celebre-
tur Inſtrumentum venditionis, ſeu deli-
berationis, detegatur, partem bonorum
vendi non poſſe, vel aliud ſit impedimen-
119 tum, vt omnia bona non vendantur,
oblator inconſtans poteſt ſuam oblatio-
nem non ſeruare, Aſin. *de execut. §.6.
cap.87. nu.1. & §.7. cap.301. nu.1.* Mangil.
quæſt.72. num.1. Poſth. *loco cit. num. 202.*
130 Præſertim, ſi oblatio fuerit pro omni-
bus bonis, & non alias eſſet oblaturus, ſi
non crediſſet, ſe omnia bona ſubhaſtata
non habiturum, Aſin. & Tuſc. vbi *ſupra*
Coſta *in praxi conuent. par.1. n.262.* Mangil.
dicta quæſt.72. num.1. & 2. Poſth. *loco citato
num.103.* Nig. *dicto §. 2. num. 19.*
131 Idemque eſſet, ſi fundi tales eſſent, vt
dura eſſet eorum ſeparatio, vel, ſi oblator,
132 vna re ſibi tradita in communionem in-
cideret, vel, ſi habito reſpectu ad vnam
133 rem, illa ſibi tradi non poſſet, vt per
Mangil. *dicta qu.72.* Poſth. *loco cit. nu.* 104
105. & 106. Vel, ſi reperiretur, rem aliter
134 ſe habere, quam in edicto comprehen-
deretur, quia tunc licita eſt inconſtantia,
Rota *deciſ.30.* penès Poſth. *de ſubhaſt.* vbi,
quod oblator poterit pœnitere, quia inue-
nerit, bona ſubhaſtata eſſe obnoxia fœne-
rationi magis iuſtæ, Poſth. *loco cit. nu.107.*
vel fideicommiſſo, Nig. *dicto §.2. num. 21.*
135 Vel, ſi detegatur, rem ſubhaſtandam
eſſe hypothecatam alteri, Aſin. *de execut.
§.4. cap.76. num.1. & §. 7. cap. 300. num. 1.*
Poſth. *loco cit. nu.108.* Nig. *dicto §.2. nu.17.*
vel non eſſe debitoris, Nig. *loco cit. num.21.*
vel etiam ſi pendente ſubhaſtatione in-
ſolitum damnum ſuccederet, puta gran-
dinis, vel alia vi fructus pereant, tunc
136 poterit oblator inconſtans pœnitere, ſi
Officiales nolint facere remiſſionem pro
rata arbitrio boni viri, Bald. *conſ.393. lib.4.*
Tuſc. *concluſ. 715. ſubhaſtantes num. 18. &
concluſ. 714. ſubhaſtatio num. 10.* Ferrett. *ad
conſuet. Burdigalen. cap. fin. verſ. quod ſi poſt,*
137 Nig. *loco cit. num. 10.* vbi limitat, niſi
oblator ſit in mora, Mangil. *de ſubhaſtat.
quæſt.37. num.23. & quæſt.68. num.24. & dicta
quæſt.70. num.14.* Poſth. *loco cit. num.121.*
138 Tertiò, licita eſt inconſtantia, ſi obla-
tor fuerit ab oblatione liberatus, quia
creditoribus aliunde ſit ſatisfactum, Rota
penès Poſth. *de ſubhaſtat. deciſ. 89. num. 8.*
Poſth. *loco cit. num.100.* vbi *num.111.* dicit,
139 hoc procedere reſpectu illorum credi-
torum, quibus eſt ſatisfactum, non reſpe-
ctu aliorum, Rot. *dicta deciſ.89.*
140 Quartò, licita erit inconſtantia, ſi velit
illi fieri deliberatio contra formam ſuæ
oblationis, Buratt. *deciſ. 786. num. 4. & 6.*
Poſth. *loco cit. num. 118.*
141 Quintò, licita erit inconſtantia in eo,
qui obtulit in licitatione rei Fiſcalis, vel
Reipublicæ, ſi expediat Fiſco, vel Reipu-
blicæ, ſecus ſi non expediat, Bertachin.
de gabell. par.2. num.21. Ferrett. *eodem tract.
num. 279.* Iodoc. *de ſubhaſtat. cap.5. num.18.*
Rota *deciſ.113. num.13. par.7. recent.* Poſth.
loco cit. num.122. Nig. *dicto §. 2. num.22.*
142 Sextò, licita erit inconſtantia, ſi ex
oblatione non reſultet aliqua vtilitas of-
ferenti, quia non cenſetur obtuliſſe animo
ſe obligandi, Corn. *conſ. 29. lib. 4.* Poſth.
loco cit. num.123.
143 Septimò, licita erit inconſtantia in
oblatore paupere, ſeu dolo inducto ad of-
ferendum, Rota *deciſ. 28. num. 15.* penès
Nigr. *de ſubhaſt.* Poſth. *loco cit. num.125.*
144 Octauò, dic licitam eſſe inconſtantiam
in minore offerente, quia non habet legi-
145 timam perſonam ſtandi in iudicio, Pic.
ad Statut. Vrbis lib.1. cap.151. gloſs.7. nu.314.

& ſeq. Poſth. *loco cit. num.*127.

146 Nonò, licita eſt inconſtantia, vbi dominus pignorum cogi non poterat ad vendendum, Rot. *deciſ.*55. *num.*3. *par.*1. *in recent.* Nig. *loco cit. num.*12.

147 Decimò, licita eſt inconſtantia in oblatore, qui obtulit poſt terminum datum ad offerendum, Rota. *dicta deciſ.* 55. *num.*3. Nig. *loco cit. num.*13.

148 Vndecimò, licita erit inconſtantia, antequam ſit facta ſcriptura, Bald. *conſ.*7. *lib.*5. Nig. *loco cit. num.*16.

149 Duodecimò, licita eſt pœnitentia, ſi oblatio ſit facta Notario, & non Officiali, Caroc. *de locat. par.*3. *de locat. vectigal. qu.*3. *num.* 4. Rota *dicta deciſ.* 55. *par.* 1. *recent.* *&* 113. *par.* 7. Mangil. *quæſt.* 70. *num.* 13. Poſth. *loco cit. num.* 27. Si tamen oblator
150 receptus fuerit per Notarium præſenti pecunia oblig. Camer. & iuramento non datur pœnitentia, Rota *deciſ.* 89. penès Poſth. & penès Marcheſ. *par.* 1. *fol.* 1245. Poſth. *loco cit. num.* 29.

151 Decimotertiò, licita eſt inconſtantia de conſenſu creditoris, Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 66. *num.* 13. Rota coram Duran. *deciſ.*445. *num.*76. *&* 77. Quod tamen intelligendum eſt ante completam deliberationem, quo caſu ſolùm agitur de intereſſe creditoris, ad cuius commodum, & voluntatem cum fiat ſubhaſtatio, ei renunciare poteſt, Rota *deciſ.* 12. *num.* 14. *par.*12. *recent.* ſecus ea conſumpta, & poſtquam debitori per factum Iudicis fuit ius quæſitum, quia tunc conſenſus creditoris ſolùm eſt attendendus in ſui præiudicium, non debitoris, erga quem licitator eſt obligatus, vt reſpondit Rota poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 436. *num.* 14. *&* 15. & coram Duran. *deciſ.*257. *num.*11. *&* 12. *cum ſeq.* quas deciſiones refert, & ſequitur Rota *dicta deciſ.*12. *num.*16. *par.*12. *recent.*

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM,
Quæ in hoc Opere continentur;

Primus numerus ſignificat quæſtionem, ſecundus numerum marginalem, tertius vero paginam.

A

ABolitio nihil aliud eſt, niſi quando Iudex cauſa cognita accuſatore petente nomen rei abolet ab inſtantia Iudicia accuſationis propoſitę illum abſoluendo 20. 29. 94.

Abſens poteſt conueniri in loco, vbi non inuenitur, quando tractatur de cauſa ſtatus 22. 32. 106.

Acceptans terminum, ſeù præceptum ſibi factum à Iudice de aliquid faciendo, dicitur renunciaſſe Iuri appellandi 38. 46. 242.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis 37. 299. 326.

Adeò vt ſi Iudex ſuper acceſſorijs non ſententiaſſet eadem die poſſet illa addere ibidem 30t. & 402. 232.

Ab accuſatione deſiſti poteſt, quando accuſator illi non ſe inſcripſit 20. 4. 93.

Accuſatio poteſt à Principe aboleri, ſi accuſatur aliqua perſona, quæ non poteſt ſine magna Reipublicæ perturbatione puniri ibid. 11. & 12.

Accuſator, deſiſtens ab accuſatione punitur pæna Senatus Conſulti Turpil. 19. 24. 86.

Id tamen fallit in pluribus caſibus, de quibus infra dicetur ibid. 25.

Accuſator poteſt inconſtans ab accuſatione deſiſtere 20. 1. 93.

Accuſator, qui ſe accuſationi non inſcripſit, an, & quando poſſit pænitere, & ab accuſatione deſiſtere ibid. 3.

Accuſator re integra poteſt pænitere ibid. 5.

Quid ſi accuſati fama per libellum, vel per dictum ipſius accuſatoris ſit denigrata ibid. 6.

Accuſator, qui ſolummodo præces obtulit Principi contrà accuſatum, poteſt inconſtans ab accuſatione deſiſtere ibid. 7.

Accuſator, qui cognouit accuſationem iniuſtam, & calumnioſam non ſolum poteſt, ſed etiam debet ab accuſatione deſiſtere ibid. 8.

Accuſator non poteſt ab accuſatione deſiſtere.

Primò quando libello accuſationis ſe ſubſcripſit profeſſionem faciens, quod talem Reum talis criminis det in libello obligans ſe ad talionem, & promittens ſe perſeueraturum vſque ad ſententiam ibid. 21.

Secundo, ſi accuſator fideiuſſorem præſtitit de accuſatione proſequenda ibid. 22.

Tertio poſt litem conteſtatam ibid. 23.

Quartò ſi Reus accuſatus fuerit citatus, & comparuerit ibid. 24.

Quintò in crimine leſæ Maieſtatis ibid. 25.

Idem die in crimine Patriæ oppugnatæ, vel traditæ, peculatus, Sacramenti deſerti, & crimine falſi ibid. 26.

Accuſator expreſsè ab accuſatione deſiſtens incidit in pænam S. C. Turpiliani non impetrata abolitione ibid. 28.

Accuſator ab accuſatione deſiſtens debet exprimere cauſam, quare petit abolitionem, aliàs non eſt audiendus ibid. 30.

Accuſator ab accuſatione deſiſtens incidit in pænam extraordinariam ſi crimen ſit priuatum ibid. 32.

Accuſator, ſiue expreſsè deſiſtendo, ſiue tacitè, vel non comparendo infrà tempus ei aſſignatum, vel non proſequendo in termino ſibi ſtatuto, vel ſinendo labi tempus à lege ſibi præfixum debet condemnari in expenſis ibidem 33. 34. & 35.

Quod fallit ſi re integra deſiſtat, & nil Parti depereat ibid. 36. & 37.

Accuſator deſiſtens ſemel ab accuſatione non admittitur ampliùs ad illam proſequendam ibidem 38.

Amplia primo, etiam ſecuta abolitione priuata ibid. 40.

Amplia ſecundo, etiam quod accuſator deſtitiſſet pacto inito, vt ei accuſatus aliquod daret, vel faceret: nam ſi & ipſe accuſatus in pacto promiſſa non adimpleat, nihilominus accuſator iterum accuſare eum non poteſt ibidem 41.

Amplia tertio etiam, quod accuſator deſtitiſſet ab accuſatione cum proteſtatione ſe poſteà accuſaturum ibid. 42.

Amplia quarto in eo, qui deſiſtit ab accuſatione per tranſactionem cum parte initam ibid. 46. & 47.

Sub Amplia, vt non ſolùm accuſator repellatur à noua accuſatione, ſed etiam auferat iua accuſandi proximioribus in gradu ibid. 48. 95.

Accuſator deſiſtens ab accuſatione iam cæpta non impetrata abolitione efficitur infamis, & ideò indiſtinctè ab accuſando repellitur ibidem 67. 96.

Accuſator, qui deſtitit ab accuſatione per ſimplicitatem, vel iuſto impedimento detentus admittitur ad denuò illam proſequendam, ibidem 76.

Accuſator, qui deſiſtit ab accuſatione, ex quo fuiſſet facta generalis abſolutio criminis ex cau-

Digitized by Google

cauſa aliqua, poterit poſteà intrà triginta dies repetere eandem accuſationem, & erit in eodem ſtatu, in quo erat antè abolitionem, ibidem 77.
Idem locum habet in Accuſatore, ſi errore, vel Aduerſarij dolis inductus eſſet ad deſiſtendum, ibid. 78.
Accuſator, ſiue denuncians tam facilè non admittitur ad deſiſtendum ab accuſatione præcipuè in cauſis Sancti Officij, 80. ibid. 81. 97.
Neque etiam, quando ex accuſatione oritetur infamia accuſato, quia hic poterit dicere, volo, quod litiges, & procedas in cauſa vſque quo feratur ſententia, ibid. 27. 94.
Acta facta coram Iudice Laico contra Clericum ſunt nulla, etiam ſi differat opponere exceptionem Clericatus vſque ad ſententiam, 21. 64. 103.
In Actis factis ante litem conteſtatam non habet locum pænitentia, ibid. 24. 100.
Acta facta ante reuocationem Delegati coram ipſo Delegato non annullantur, ibid. 26.
Actione vna ex pluribus, quæ competebant electa non datur regreſſus ad alteram, 13. 1. 52.
Actiones duæ ſemper oriuntur ex delicto vna criminalis; altera ciuilis, ibid. 5.
Criminalis tendit ad publicam vindictam, ibidem 6.
Ciuilis ad commodum priuatum, ibid. 7.
Actionem ciuilem intentaus non poteſt ad criminalem confugere, ibid. 8.
Actio ſtellionatus non competit contra creditorem, qui bis exegit creditum ſi ad reſtitutionem exacti fuit ciuiliter conuentus, ibid. 9.
Actio criminalis incidenter inſurgens ex actione ciuili non poteſt principaliter intentari relicta cauſa ciuili, ibid. 17.
Actio principalis non cenſetur ſublata per introductionem conſequentis, ibid. 33. 55.
Actio criminalis, an, & quando intentari poſſit ab eo, qui introduxit Iudicium ciuile parte non opponente, ibid. 47.
Actionem criminalem intentans non poteſt ad ciuilem conuolare, ibid. 51. & 59. 56.
Declara vt 53. remiſſiuè,
Actionem vnam intentans, & non obtineas, An poſſit ad aliam habere regreſſum, ibid. 54.
Actionem vnam intentans cenſetur alteri renunciaſſe, ibid. 55.
Incompetentem intentans ad competentem poteſt habere regreſſum, ibid. 56.
Quid ſi actio incompetens ſcienter intentata fuiſſet, ibid. 57.
Quid ſi actio in eſſe producta ſit per electionem Agentis, ibid. 58.
Actione competente de Iure canonico Agens an, & quando poſſit habere regreſſum ad competentem ex priuilegio, ibid. 59.
Actionem vnam intentans in vna inſtantia, an poſſit aliam intentare in diuerſa Inſtantia, ibidem 60.
Competentem de Iure communi intentans, An poſſit intentare aliam competentem vigore ſtatuti, ibid. 61.
Actiones plures intentari poſſunt quando nõ tendunt ad idem, ſed ad diuerſa ibid. 94. 58.
Actio vna non tollit alteram ex diuerſa cauſa, ibid. 95.
Quid ſi vna ſit alteri contraria. ibid. 96.
Vna intentata contra vnam perſonam non tollit quin alia agi poſſit contra alias, ibid. 97.
Electa ſi eſt præſcripta non impedit quin intentari poſſit alia non præſcripta, ibid. 98.
Vna intentata ex perſona alterius non impedit quin agens aliam intentare poſſit ex perſona propria, ibid. 99. 59.
Vna non impedit regreſſum ad aliam, quando non eſt alteri Ius quæſitum, ibid. 100.
Actio generalis ſi fuit generaliter propoſita, et generaliter proſecuta, ſicuti fieri poteſt, tunc admittitur inconſtantia in emendatione libelli, 19. 59. et 60. 86.
Actiones ſuas remittentibus non datur regreſſus, 20. 39. 95.
Actio omnis cedi poteſt, 23. 1. 110.
Etiam ſi iuramento quis promiſiſſet non cedere actiones, ibid. 2. et 3.
Quando ſunt plures Rei debendi inſolidum, actione ceſſa contra vnum, non poteſt cedi eadem actio contra alterum, ibid. 16. 111.
Actionum vtilium per ceſſionem quis poteſt conſtituere procuratorem in rem ſuam, ibid. 25.
Actiones cedens, ac omnem ſpem, et exercitium actionum directarum, iſtatum vigore agere nequit, ibid. 58. 114.
Actionum directarum exercitium, et ſi apud cedentem maneat, illas tamen cedere oon poteſt in præiudiciũ prioris ceſſionarij ibid. 19. 111.
Actiones directæ ſemper inhæreot oſſibus cedentis, ibid. 24.
Actiones cedens, cum cedat tantùm vtiles, retineatque pænes ſe directas, quæ oſſibus inhærent, inceſſibileſque ſunt, non prohibetur illarum exercitio vti, ibid. 35. 112.
Actione carere aliud eſt, et aliud eſt poſſe repelli à limine Iudicij propter Iuramentum, 49. 114.
Actiones directæ remanent ſine effectu, quando habens directas, cedit ex neceſſitate. ibid. 53.
Actio directa, quam acquirit Procurator ex ſtipulatione eſt ineſſicax, et cedi non poteſt, ibidem 56.
Actiones vtiles habens ex vltima voluntate an, & quando præferatur habenti actiones directas, ibid. 63. 115.
Actiones directæ à cedente etiam inuito ſeparari non poſſunt 83. 116.
Actio in factum ad intereſſe partis, deſcendit ex quolibet crimine 37. 126. & 127. 216.
Actio confeſſoria, qua incorporalia vendicantur, etiam poſſeſſori conceditur, 16. 93. 75.
Actor, qui obtinuit decretum citationis ante executionem pænitere poteſt, 1. 12. 2.
Actor non dicitur committere attentatum innouando poſt citationem, cui renunciauit, ibidem 18. 3.
Actor, qui obtinuit ſimplicem citationem abſque oblatione libelli ad Iudicium accedere tenetur 2. 1, 5.

Digitized by Google

Actor an, & quando teneatur comparere in præfiſo termino citationis, ibid. 2.

Actor non poteſt tam faciliter purgare moram, quam Reus, ibid. 5.

Actoris contumacia maior eſt quam rei, ibidem 6.

Actor non comparens in termino citationis per ipſum facto condemnatur ad reficiendas reo expenſas, ibid. 11.

Actor contumax non auditur niſi reficiat expenſas contumaciales, ibid. 12.

Quid in cauſa diuerſa, ibid. 13.

Vel ſi Actor ſit minor, ibid. 14.

Aut Eccleſia, ibid. 15.

Contra actorem contumacem, an poſſint taxari expenſæ abſque ipſius citatione, ibid. 25. 6.

Actor contumax, an admittatur ad cauſam proſequendam non præſtita cautione de fideliter comparendo, ibid. 26.

Actor non tenetur ſubſtinere litem reo conſentiente, 3. 6. 8.

Actor non tenetur comparere, quamuis libellum porrexerit, quando reus quoque eſt contumax, ibid. 7.

Actor petitorium intentans, an, quando, & quomodo poſſit tranſire ad poſſeſſorium primo ſuſpenſo, ibid. 8. 9.

Actor inuita parte non poteſt liti renunciare, ibid. 10. ſed modum Iudicij etiam inuita parte mutare poteſt, ibid. 11.

Actor renunciare poteſt liti, ibid. 13.

Actor renunciare poteſt inſtantiæ remanentibus ſibi actionibus, pro quibus libellauit, ibidem 14.

Actor, an, & quomodo cogi poſſit ad perſiſtendum in Iudicio, ibid. 16.

Actor citare faciens perſonam Eccleſiaſticam coram Iudice ſæculari pœnas, & cenſuras incurrit, ibid. 19.

Actor, qui citauit reum pro certa cauſa, an, & quando poſſit illum cogere, vt reſpondeat in alia 4. 14. & ſeq. 11.

Actoris reſpectu litis pendentia inducitur per ſolam citationem, ibid. 9.

Actor comparens coram vno ex pluribus Iudicibus Delegatis non poteſt eo relicto comparere coram alio, ibid. 14. 12.

Quid ſi primus Iudex negligens eſſet in exequenda delegatione, ibid. 15.

Actori priuilegiato non competit variatio, quando reus pariter eſt priuilegiatus, ibid. 36. 13.

Actor non valens conſequi Iuſtitiam coram primo Iudice, an, et quando poſſit variare, ibid. 45. et ſeqq.

Actor iudicio ciuili terminato poteſt conuolare ad criminale, 13. 48. 36.

Actor, qui vnam actionem per errorem, vel ignorantiam elegi. poteſt ad aliam conuolare, ibidem 92. 58.

Nec eget reſtitutione in integrum, 93.

Actor in executiuis poteſt diuerſas vias coram diuerſis iudicibus intentare 14. 4. 60.

Actor ſi renunciauerit viæ primo loco intentatæ, poteſt aliam eligere, ibid. 26. 62.

Actoris in poteſtate non poteſt eſſe iudicium ſemel cæptum eludere, 15. 10. 64.

Actor quando propoſuit, et intentauit viam ordinariam, vel à reo præuentus via ordinaria illi conſenſit, et adhæſit, non poteſt conuolare ad executiuam, ibid. 22. 65.

Actor poſt intentatum Iudicium ordinarium, poteſt conuolare ad viam executiuam, ſi nondum per reum fuerit lis conteſtata, ibid. 28. 66.

Actor quando proteſtatus eſt, quod per actionem ordinariam non intendit renunciare viæ executiuæ, aut ſibi præiudicare poteſt ad executiuam redire, ibid. 29.

Actor quando reficit expenſas reo, et expreſsè renunciat Iudicio ordinario poteſt conuolare ad viam executiuam, ibid. 32.

Actori, quando per viam ordinariam non eſſet plenè conſultum, quia eo Iudicio non poteſt conſequi integrè ſuum creditum; licitum eſt conuolare ad viam executiuam, ibid. 33.

Actor intentans viam executiuam poteſt conuolare ad ordinariam etiam non refectis expenſis, 16. 1. 70.

Actor intentans petitorium poteſt tranſire ad poſſeſſorium, ibid. 2.

Siue ſimus in Iudicio adipiſcendæ, ſiue reintegrandæ, ibid. 3.

Actor ſi intentauit petitorium rei vendicationis, non poteſt eo omiſſo conuolare ad poſſeſſorium retinendæ, ibid. 78.

Actor, qui intentauit petitorium, ignorans ſe poſſidere, de tecta ſcientia poſſeſſionis poteſt eo ſuſpenſo ad petitorium conuolare, ibid. 89.

Actor, qui in incorporalibus Iudiciũ petitorium intentauit eò facilius conuolare poteſt ad poſſeſſorium, quando vult ſubire onus probationis in vtroque, ibid. 94. 75.

Actor intentans poſſeſſorium an, et quando poſſit tranſire ad petitorium, ibid. 123. 76.

Actor, et Reus non dantur ante litem conteſtatam, 19. 5. 85.

Actor, qui iurauit velle in priori actione perſiſtere ante litem conteſtatam poteſt mutare, et emendare libellum, ibid. 6.

Actor, cui fuit præfixus terminus ad proponendam actionem non poteſt mutare, et emendare libellum etiam ante litis conteſtationem, ibid. 26.

Actor poteſt mutare, vel emendare libellum in ſubſtantialibus, non verò in accidentalibus, ibid. 27. 86.

Actor petens partem, ſeù dimidiam lite conteſtata non poteſt mutando libellum petere totam hæreditatem, ibid. 50. 87.

Actor poſt litem conteſtatam, an poſſit renunciare liti, et cauſæ, refectiſque expenſis à Iudicio deſiſtere, ibib. 80. 89.

Actor in executiuis vna via electa non cogitur in ea perſiſtere, 43. 18. 264.

Actore exiſtente contumace reus abſoluitur ab obſeruatione Iudicij, 2. 27. 6.

Actore non comparente citatio circumducitur, ibid. 33. 7.

Actor non comparens in termino citationis cenſe-

ſe-

ſetur illi renunciaſſe, ibid. 36.
Actor tenetur comparere in termino citationis etiam non legitime, vel non legitimè executæ, ibid. 37.
Actor eſt certus de facto ſuo, ibid. 38.
Actor non comparens in termino citationis per ipſum factæ nullum præiudicium incurrit, ſi in eodem termino non comparet reus, & contumaciam accuſat, ibid. 39.
Quid ſi reus à Iudicio recedat de licentia Iudicis, ibid. 40.
Actore non comparente, & reo contumaciam non accuſante, vel à Iudice recedente ſine licentia an, & quando citatio circumducatur ex vtraque parte, ibid. 42.
Actor non comparens in termino citationis iuſto impedimento detentus nullum incurrit præiudicium, ibid. 45.
Actor non comparens ex quo Iudex abeſt à loco Iudicij dicitur legitime impeditus, ibid. 47.
Actor, qui porrexit libellum tenetur proſequi litem vſque ad finem, 3, 1. 8.
Actor litem inchoatam an peragere teneatur, ibidem 9. 9.
Alias reus abſoluitur ab obſeruatione Iudicij, ibidem 2. 8.
Ac etiam ab impetitis per ſententiam diffinitiuam ibid. 3.
Actori aſſignantur dilationes arbitrio Iudicis, ibidem 4.
Actui, ſi quis nomine alieno, vel neceſſitate officij ſuam interponit auctoritatem ſibi non præiudicat, 43. 111. 270.
Actus ſeparati non poſſunt conſiderari tamquam inter ſe ſe contrarij, 7. 28. 19.
Actus geſti per Procuratorem reuocatum ante intimatam reuocationem validi ſunt 12. 95. 47.
Actum impugnans, an, & quando eo vti poſſit, 24. 91. 125.
Actu impugnato poteſt impugnans iuuari ſi lis erat ſuper tali impugnatione propter dubium litis euentum, 26. 53. 135.
Actus impugnatus quando non habet connexitatem cum actu producto poteſt impugnans iſto vti, ibid 58.
Actum impugnans; ſi deinde ab impugnatione deſiſtit, adhuc vti poteſt actu impugnato, ibidem 61.
Actu impugnato an, & quando vti poſſit, qui in impugnatione ſuccubuit, ibid. 63.
Actu impugnato vti poteſt impugnans in ijs, quæ faciunt pro eo, & ſunt connexa ijs, quæ faciunt pro producente, ibid. 64.
Actu impugnato vti poteſt impugnans quando impugnatio non eſt à parte acceptata, ibidem 66. 136.
Actus iudicialis de ſui natura ordinatur ad acquirendum, 17. 14. 78.
Actus Iudiciales non interpretantur in dubio contra eum, qui poterat clarius loqui, ibid. 16. 79.
Actus non factus intra terminum à lege vel Iudice præfinitum indicat, quod litigator recedere velit à iure ſuo 19. 85. 89.
Per actum contrarium litigator cenſetur in totum liti renunciare, ibid. 84.
Actus poſſeſſorios exercens poſt petitam reintegrationem retinet poſſeſſionem ciuilem, ibid. 17. 27. 79.
Adiudicatio, & deliberatio pignoris non importat illius addictionem, niſi ſequatur traditio poſſeſſionis, 14. 31. 62.
Adiudicatio, & ſola ſententia non impedit variationem, & inconſtantiam, ſed requiritur traditio, & liberatio. 43. 24. 265.
Per Adiudicationem ſolam non acquiritur bonorum poſſeſſio, & dominium creditori, ibid. 26.
Adiudicatio iudicialis ex capite læſionis reſcinditur, ibid. 85. 269.
Aduenæ, vel Viatoris circa contractus ad quos DD. ſit recurrendum. 21. 61. 102.
Adulterij exceptio non poteſt ciuiliter deduci à marito contra vxorem, quam de eo criminaliter accuſauit, 13. 40. 55.
Nec illius exceptione repellere vxorem petentem reſtitui ad obſequia matrimonialia, quando maritus ſuccubuit in Iudicio criminali ſuper eo intentato, vel ab eo deſtitit, ibid. 41.
In adulterio etiam tranſactio nulla impedit viro accuſatori, ne valeat ad accuſationem redire, 20. ibid. 51.
In adulterij crimine an valeat pactum, ſeu tranſactio, ibid. 52. 95.
Adulterium vxoris infert iniuriam marito, ibidem 57.
Adulterij accuſationem intermiſſam à marito poteſt proſequi quilibet de Populo, ibid. 69. 96.
Aduocatus relicta priori parte ad aliam tranſiens puniri debet tamquam præuaricator ſaltem impropriè, 11. 22. 24.
Qui vtriuſque partis collegio aſſiſtit eodem modo puniri poteſt, ibid. 23.
An in conſilijs priuatis poſſit modo pro vna, modo pro alia parte conſulere, ibid. 24.
Tenetur amplecti veritatem; ibid. 46. 35.
An poſſit pro vna parte conſulere, & aliam defendere, ibid. 50. 36.
Aduocatus in criminalibus monetur, ne citet ad dicendum contra articulos ad probandum errorem, neue illos exhibeat, niſi prius reus confeſſionem reuocauerit, & declarauit velle probare errorem, 30. 68. 146.
Aduocatus defenſionem ſemel ſuſceptam deſerere non poteſt in præſ. 30. 11.
Iniuſtam tamen litem deſerere debet, ibid. 31.
alias peccat mortaliter, 32.
Aduocatorum, & Procuratorum expenſæ reficiendæ ſunt inter contumaciales 2. 16. 5.
Aduocatus non poteſt in medio litis patrocinium Clientis, & cauſam deſerere 10. 9. 27.
Aliàs tenetur ad intereſſe, ibid. 10.
Quid ſi de tempore in tempus à Cliente non ſatisfiat de ſtipendio, ibid. 11. 28.
Aduocatus defendens cauſam iniuſtam, vt inducat aduerſarium ad tranſigendum peccat mortaliter 10. 51. 30.
An poſſit aſſumere patrocinium alterius partis bonum Ius fouentis n. 1. & 5. 32.
Aduocatus cum iuramento affirmans partem dimit-

miſtendam fouere iuſtitiam, & alteram maluro ius, an cogi poſſit à Iudice primam dimittere, & alteri patrocinari, ibid. 16. 33.

Effectus: Tutor pupilli, contra cuius Procuratorem litem defendebat, poteſt deſerere Clientem, & pupillum defendere, ibid. 18.

Poteſt alterius partis patrocinium aſſumere in nouo articulo emergenti, & à primo, in quo aliam partem defendebat, non dependente, ibid. 19.

An poſſit Clientem deſerere, & aliam partem defendere in gradu appellationis, ibid. 20.

Ex iuſta cauſa deſerens Clientem, & alterius partis patrocinium aſſumens, non debet iſti pandere ſecreta cauſæ, quæ ſub tali pacto acceperat, ibid. 21. 34.

Ægritudinis cauſa poteſt Delegatus renunciare delegationi; iam acceptæ 37.88. 215.

Æqualiras in Iudicijs ſeruanda eſt 2.9.5. 34. 115. 175.37.496. 237.

Æquitate ſuadente etiam poſt litem conteſtatam poteſt Iudex pro eius arbitrio admittere mutationem, & emendationem libelli 19. 18. 85.

Africani ex priuilegio conceſſo per Legatos Apoſtolicos, cum conſenſu Sanctæ Sedis, appellare non poſſunt ad vltramarina, & ad ipſam Sanctã Sedem 42.12.& 13. 260.

Agens ex actione competente de Iure canonico, an, & quando poſſit habere regreſſum ad competentem ex priuilegio 13. 59. 56.

Agens actione competenti de iure communi, an poſſit intentare competentem ex diſpoſitione ſtatuti. ibid. 61.

Agens ex teſtamento, an, & quando poſſit conuolare ad cauſam inteſtati, ibid. 62.

Agens ex teſtamento præbet ius venientibus ab inteſtato, quatenùs teſtamentum non valeat, ibid. 63.

Non poteſt proponere cauſam inteſtati, etiam ſi teſtator voluerit teſtamentum valere iure codicillorum, ibid. 65. 57.

Succumbens non poteſt ad cauſam codicillorum, vel inteſtati recurrere, ibid. 66.

Non poteſt agere ex cauſa inteſtati etiam parte non opponente, ibid. 68.

Probare volens ſe ex illo eſſe hæredem, ac per alios teſtes ſe eſſe hæredem ex fideicommiſſo, vel ab inteſtato non auditur, ibid. 70.

Poteſt ex diuerſis ſcripturis agere ab inteſtato, ibid. 72.

Quid ſi vnam cauſam ſcienter elegit, ibid. 73.

Ratione probabilis ignorantiæ poteſt habere regreſſum ad cauſam inteſtati, ibid. 86. 58.

Item ſuccumbens ob Iudicis ignorantiam, ibidem 88.

Agens vigore teſtamenti ex perſona alterius poteſt proponere cauſam inteſtati ex perſona propria, ibid. 90.

Agens ex teſtamento tamquam valido ſi ſuccumbit, poteſt redire ad cauſam inteſtati, vel codicillorum, ibid. 91.

Agnati vſque ad quartum gradum electa cauſa teſtati, vel inteſtati poſſunt ad aliam confugere 13. 74. 57.

Fallit ſi ſunt tranſuerſales, ibid. 79.

Amicitia, & fides ſunt duæ res ſanctæ 9. 11.

Amicitiam diſſoluere, & fallere eſt hominis perditiſſimi, ibid. 12.

Amicus, vel filius appellantis rediens ad Iudicem à quo ſine mandato, vel ratificatione ipſius appellantis, iſti non præiudicat. 38. 81. 244.

Amori Dei, & conſcientiæ propriæ conſulendum eſt priùs, quàm honori mundano 11. 7. 32.

Animus declaratur ex factis 17. 20. 79. 19. 89. 89.

Antecedens qui vult, vult etiam conſequens 22. 61. 108.

Apoſtoli reuerentiales in forma continent refutatorios 41. 33. 258.

Appellans renunciare poteſt appellationi interpoſitæ 38. 2. 239.

Non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè, ibid. 3.

Expreſſe dicitur renunciare quando per pactum vel alium actum poſitiuè expreſsè illi renunciat ibid. 4.

Non appellans intra legitima tempora cenſetur acquieſcere ſententię, ibid. 6.

Appellans cui datus eſt terminus iuris, ſi intra terminum non redijt pro Apoſtolis dicitur appellationi tacitè renunciaſſe, ibid. 7. 240.

Nec excuſatur propter impedimentum ſuperueniens, ibid. 8.

Nec propter negligentiam Procuratoris ibid. 9.

Appellans rediens pro Apoſtolis die 31. non impedit quin ſententiam tranſieɛit in iudicatum, ibid. 11.

Appellans, qui commiſſionem obtinuit infra terminum Iuris ſibi aſſignatum, non tenetur redire pro Apoſtolis, ibid. 12.

Quid ſi in actu appellationis interpoſitæ non fuerint periti Apoſtoli, ibid. 13.

Appellans, cui Iudex dedit terminum Iuris non ſufficit, quod doceat de diligentijs, vel de præſentata obtenta à Regente Cancellariæ, ibidem 14.

Quid ſi Iudex dederit reuerentiales, ibid. 15.

Appellans non tenetur redire pro Apoſtolis quando Iudex detulit appellationi, ibid. 16.

Appellans rediens ad Iudicem à quo, dicitur tacitè appellationi renunciaſſe 33. 241.

Appellans rediens ad Iudicem à quo infra terminum ad appellandum, an, & quandò cenſeatur futuræ appellationi renunciaſſe, ibidem 41. & 44. 242.

Appellans rediens ad Iudicem à quo pro reuocatione grauaminis ſibi illati, non dicitur renunciare appellationi, ibid. 58. 243.

Prout ſi rediret ad Iudicem tamquam probum virum, aut pro tractanda compoſitione cum parte, ibid. 62. 243.

Quid ſi redeat ad Iudicem grauantem, vt cauſam ad ſuos Iudices remittat, ibid. 63.

Vel quando Iudex poteſt cognoſcere de cauſis in quibus ab eo fuit appellatum, prout eſt Legatus, ibid. 64.

Aut quando actus factus coram Iudice à quo ſonat in pati, non autem in agere, ibid. 65.

Si proteſtet nolle appellationi renunciare, non dicitur illi renunciaſſe, ibid. 68.

Item ſi producat iura ad hoc vt Iudex ab executione abſtineat, ibid. 72.
Quid ſi redeat pro reuocatione attentatorum, ibidem 73.
Vel ſi petat coram Iudice à quo prouideri, ne turbetur in ſua poſſeſſione, ibid. 74.
Tam ab appellato, quàm à tertio, ibid. 75. 244.
Quid ſi redeat coram Iudice à quo poſtquam ipſe appellationi detulit, ibid. 78.
Siue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ibid. 79.
Quid ſi redeat coram Iudice à quo per metum, vel dolum partis, ibid. 80.
Appellans reus in criminalibus, & cauſam appellationis deſerens, vel non proſequens infra legitima tempora, an cenſeatur appellationi renunciaſſe, ibid. 107. 245.
Appellans ad ſuperiorem omiſſo medio poteſt appellare ad Superiorem immediatum, quando prior appellatio fuit nulla 40. 1. 254.
Appellans, qui comparuit coram vno Iudice, & vult deinde cauſam proſequi coram alio, ſemel tantum variare poteſt, ibid. 30. 255.
Appellari poteſt ad Superiorem, quando Iudex medius ad illum cauſam remiſit, ibid. 11. 254.
Appellari ad Papam omiſſo medio, an poſſit imperio vacante, ibid. 20. 255.
Appellatio datur ab admiſſione Iudicij criminalis pendente cauſa ciuili 13. 13. 53.
Non diuerſificat Cauſam, ſed inſtantiam, ibidem 15.
Appellatio datur ab interlocutoria ſuper liquidatione inſtrumenti 15 38. 66.
Appellatio datur à ſuſpenſioue petitorij, vbi agitur de Caſtro, vel re difficilis recuperationis 16. 29. 72.
Appellatio in Iudicio poſſeſſorio non admittitur, ibid. 30.
Appellationem à mandato de manutenendo, interpoſitam non proſequens, dicitur ſe habere pro ſpoliato 17. 43. 89.
Appellationis cauſa non diuerſifirat Iudicium, quamuis diuerſificet Tribunal 33. 21. 155.
Appellatio datur à ſententia reuocatoria interlocutoriæ patem grauante 37, 169. 219.
Appellatione per Iudicem admiſſa abdicatur ab eo iuriſdictio, & transfunditur in Iudicem ad quem 37. 177. 219.
Appellatio non datur à ſententia bis confirmata, ibid. 242. 223.
Appellationi Iudex detuliſſe quando dicatur, ibidem 246.
Appellationis cauſa diuerſificat Inſtantiam, ibidem 271.
A declaratione, vel interpretatione ſententię, an, & quando detur appellatio, vbi non datur ab ipſa ſententia, ibid. 391. 231.
Appellatio datur ad Rotam à decreto Auditoris Nuncij Hiſpaniarum, ibid. 455. 235.
Appellatio conceditur cuilibet oppreſſo, vel iniuſtè grauato 38. 1. 239.
Appellationi dicitur expreſsè renunciatum quando quis per pactum, vel alium actum poſitiuè illi renunciat, ibid. 4. 240.
Appellationi dicitur tacitè renunciatum ſinendo labi tempus ad appellandum 38. 5.
Dicitur etiam tacitè reuunciatum ex eo, quod appellans non ſe præſentauerit coram Iudice appellationis in tempore præſtituto, ibid. 17.
Quid ſi non declarauit in tempore, ad quem ex pluribus Iudicibus competentibus intenderit appellare ibid. 18.
Appellationem non proſequens, an ei renunciet, ibid. 19. 241.
Appellationem non proſequi, & non appellare, vel appellationi renunciare paria ſunt 38. 20.
Appellationis proſequendæ tempus non currit legitimè impedito, ibid. 23.
Appellationi renunciatum dicitur per ſolam comparitionem coram Iudice à quo, licet Iudex nil decreuerit, ibid. 35.
Quid de comparitione coram alio Iudice Superiori, ad quem non fuit appellatum, ibid. 36.
Vel de comparitione coram Iudice æquali, ibidem 37.
Appellationi interpoſitæ à ſententia excommunicationis renunciare non dicitur excommunicatus, qui ſeruat excommunicationem, ibidem 54. 242.
Appellationis renunciatio inducitur ex approbatione expreſſa ſententiæ, ibid. 57. 243.
Appellationi renunciatum non dicitur per quemlibet actum illi non contrarium 38. 61.
Appellationi dicens, ſe velle renunciare non dicitur illi renunciaſſe, ibid. 82. 244.
Appellationi renunciari non poteſt ne dum in præiudicium appellati, ſed cuiuſcumque alterius habentis intereſſe in cauſa, & appellationi adhærentis, ibid. 90.
Appellationis renunciatio, an quidquam operetur quoad litis conſortem, non appellantem, ibid. 91.
Quid ſi res non ſit integra, ibid. 92.
Appellationi renunciari poteſt ſiue res ſit integra, ſiue non, etiam inuito appellato, ceſſante intereſſe appellati, ibid. 93.
Appellationi renuncians cenſetur etiam renunciaſſe nullitati ſententiæ incluſę in eadem appellatione, & de ratione, ibid. 101.
Quid ſi nullitas ſit deducta principaliter, & de per ſe, ibid. 102. 245.
Appellationi renuncians audiendus eſt ſuper nullitate principaliter deducta, & de ratione, ibidem 103.
Appellationis renunciatio, nec tacita, nec expreſſa admittitur in cauſa criminali. ibid. 104.
Siue agatur de morte naturali, ſiue de morte ciuili, ſiue de abſciſſione membri, ibid. 105.
Quid in delinquente notorio, confeſſo, vel conuicto, & non valente negare delictum, ibid. 106.
Appellationi, an renunciari poſſit in cauſa matrimoniali, ibid. 109.
Quid de renunciatione tacita, ibid. 110.
Appellationi renunciaſſe non cenſentur partes expreſſe conſentientes, quod ſententia feratur de conſilio ſapientis 39. 19. 248.
Quid ſi Conſultor, ſeu Sapiens ab ipſis partibus electus eſſet, ibid. 20. 249.
Vel ex forma ſtatuti Iudex conſilium ſapientis ſe-

qui

qui teneretur, ibid.21.
Quid ſi partes firmato puncto conſenſiſſent, ibidem 22.
Appellationi renunciaſſe non cenſetur conſentiens ſententiam ferri iuxta conſilium ſapientis ſibi apertum, ibid. 23.
Quid ſi voto aperto, & ſibi noto ſtare promitteret, ibid.24.
Vel ſi Conſultor votum apertum, & partibus notificatum de earum voluntate referret, ibid.25.
Quid ſi Conſultor haberet certam notitiam, quod votum non eſſet iuſtum, ibid.26.
Appellatio admittenda eſt, quamuis appellans iuraſſet non appellare, quando eſt dubium, an appellatio deroget iuramento nec ne, ibid.32.
Appellatio datur à ſententia Arbitri electi ex neceſſitate ſtatuti, ibid.40.
Appellatio datur à ſententia Arbitri electi ex diſpoſitione iuris communis, ibid.41. 250.
Quid in tertio Arbitro, ibid.42.
Quid à ſententia Arbitri electi cum clauſula, quod pronunciare poſſit ſolum de iure, ibid.44.
Quid ſtante ſtatuto, quod ſententiæ Arbitrorum, ſeu Arbitratorum mandentur executioni, ſicut ſententiæ Iudicum, ibid.45.
Quid ſi compromiſſum factum eſſet ſine pœna, ibid. 46.
Appellatio non datur à laudo Arbitrorum acceptato per emologationem, vel per lapſum decendij ad appellandum, ibid.48.
Appellatio datur à ſententia Arbitri, quando compromiſſum factum eſt de mandato Iudicis. ibidem 49.
Appellatio à ſententia Arbitrorum, an detur de iure canonico, ibid.51.
Appellatio à ſententia Arbitrorum datur de generali conſuetudine, ſiue adiecta, ſiue non adiecta ſit pœna, ibid. 56.
Appellatio omnis etiam iuſta ſublata cenſetur per clauſulam appellatione remota, quando cauſa eſt commiſſa Cardinali, ibid.82. 252.
Appellationis prohibitio generalis non impedit appellationem, quæ interponitur à notoria iniuſtitia, ibid.88.
Appellationi interpoſitæ ad ſuperiorem remotum, poteſt appellans renunciare, & appellare ad ſuperiorem immediatè proximum, quamuis ſuperior remotus vigore appellationis inhibuiſſet, ibid. 4. 254.
Appellatio ad Papam interponi poteſt omiſſo medio, ibid.5.
Item ad Legatum de latere, ibid.6.
Ac ad Nuncium habentē facultates Legati, ibid.7.
Item ad Auditorem Cameræ, ibid.8.
Appellationes omnes, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam deuoluuntur ad Auditorem Cameræ, ibid.9.
Appellatio ad ſuperiorem omiſſo medio admittitur, quando Iudex immediatus eſt abſens, vel longo detinetur impedimento, ibid.12. 255.
Quid ſi impedimentum ſit breuiter duraturum, ibid. 13.
Item admittitur, quando Iudex immediatus eſt inhabilis, ibid.14.
Vel ſuſpectus, ibid.15.
Vel hæreticus, ibid.16.
Appellatio ad Patriarcham interponi poteſt omiſſo medio: ibid.17.
Appellatio ad Superiorem omiſſo medio tenet parte non opponente, ibid.18.
Quid ſtante conſuetudine, ibid.19.
Appellatio alternatiuè interpoſita, aut ad vnum, aut ad alium Iudicem cum reſeruatione electionis in proſequendo licita eſt ibid.21.
Quid præſentata inhibitione coram vno, an poſſit appellans cauſam inconſtans proſequi coram alio, ibid. 22.
Quid ſi iſte alius non ſit æqualis, vel maioris iuriſdictionis; ibid. 23.
Appellatio cumulatiua ad plures Iudices valida eſt, ibid.24.
Sed appellans tenetur infra terminum ad appellandum alterum eligere, ibid.25.
Qua electione ſemel facta, an liceat amplius variare, ibid. 26.
Quid intra tempus ad appellandum, ibid. 27.
Appellatio eſt valida quamuis appellans infra decem dies vnum ex pluribus Iudicibus, ad quos appellauit non elegerit, ibid. 28.
Et quid ſuper hoc ſeruetur in Curia, ibid.29.
Appellatio à ſententijs Inquiſitorum Hiſpaniarum datur ad Inquiſitorem Generalem, non autem ad Sedem Apoſtolicam 42. 1. 259.
Appellationum Ius competit Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis 424.
Arbiter, ſeu Arbitrator, qui cœpit procedere iudicialiter tamquam Arbiter, an, & quando poſſit variare, & poſtea procedere tamquam Arbitrator 7. 4. 18.
Quid quando expreſsè ſe reſtrinxit ad poteſtatem Arbitri, ibid.10. 19.
Arbiter, ſeu Arbitrator nullam habent iuriſdictionem niſi à compromiſſo tributam, ibidem 21.
Arbiter, qui arbitrium repudiauit quando poſſit à repudiatione recedere 9. 27. 24.
Arbiter poteſt reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam 37. 215. 221.
Arbiter non poteſt ſuum laudum definitiuum reuocare, ibid.294.304. 226.
Quid ſi data eſſet illi facultas pluries pronunciandi 37. 295.
Arbiter ſi condemnauerit in principali, poteſt eadem die condemnare in expenſis, ibid.304.
Arbiter in continenti poteſt interpretari eius laudum, ibid.381. 230.
Quid ex interuallo, ibid.385. 231.
Arbitrorum, ſeu Arbitratorum communiter electorum à ſententia non licet appellare 39. 37. 249.
Quid ſtante expreſſa conuentione, quod ab eorum iniqua ſententia poſſit appellari, ibid. 38.
Arbiter tertius eligitur inter duos diſcordantes, ibid.43. 250.
Arbitri à ſententia datur reductio ad arbitrium boni viri 39. 53.
Declara concurrente læſione, ibid.54.
Quid ſi compromiſſum eſſet iuratum, ibid.55.

Quid

Quid ſi fuiſſet iuratum de ſtando laudo,ibid.56.
Arbitrium quando intret ad ſanandam nullitatem ex defectu citationis,5. 12. 15.
Arbitrium morte finitur 19, 11, 85.
Arbitrium boni viri regulari debet ſecundum iuris diſpoſitionem 22. 35. 106.
Arreſta contraria in Parlamentis Franciæ an, & quando permittantur 37.427. 233.
Articulans contraria non auditur 25. 1. 129.
Articulans, àn fateatur, ibid. 2.
Articulans contraria eo minus auditur, quando primi articuli dati ſunt cum iuramento, ibid. 3.
Articulans contraria ijs, quæ continebantur in articulis priùs exhibitis cum iuramento non auditur, quamuis renunciare velit teſtibus, & probationibus ex prioribus articulis reſultantibus, & de ratione,ibid.8.
Articulans contraria eo minùs auditur poſt concluſum in cauſa,ibid. 12.
Articulans contraria in cauſa appellationis non auditur, ibid. 14.
Articulans contraria in cauſa criminali non auditur, ibid. 16.
Quid in cauſa ſummaria,ibid. 17.
Articuli per Procuratorem producti, prout etiam poſitiones mutari,& emendari non poſſunt non docto de errore 19.75. 89.
Articuli cum iuramento producti plenè probant contrà articulantem 25. 6. 129.
Articuli producti cum iuramento habentur loco poſitionum,ibid. 11.
Articuli contrarij admittuntur ſtante conſenſu partium, ibid. 18.
Quid ſi conſenſus ſit tacitus reſultans ex eo, quod pars non ſit proteſtata,ibid. 19.
Articuli de directo contrarij an, & quando ſint admittendi in gradu appellationis ob deperditas probationes,ibid. 20.
Articuli de directo contrarij in gradu appellationis admittuntur, quando teſtes in prima inſtantia non fuerunt, ritè, & rectè examinati, ibid. 22. 130.
Articuli de directo contrarij admittuntur, etiã in prima Inſtantia poſt didicita teſtificata,quando teſtes non fuerunt legitimè examinati,ibid. 23.
Errore probato admittuntur articuli de directo contrarij, ibid. 24.
Articuli noui non directè, ſed indirectè contrarij primis articulis ſunt admittendi 33.76. 158.
Articuli ſuper eiſdem in gradu appellationis admittuntur, quando materias continent magis ſpecificas, & diſtinctas,ibid. 77.
Quid in gradu reſtitutionis in integrum ibid. 78.
Articuli in gradu appellationis admittuntur in omnibus caſibus, in quibus admittuntur teſtes poſt publicationem in cauſa principali, ibidem 79. 159.
Et è conuerſo in gradu appellationis non admittuntur articuli in omnibus caſibus, in quibus non admittuntur teſtes poſt publicationem in cauſa principali,ibid. 80.
Artifex, qui vocatus ad iudicium lucrari non potuit in arte ſuà, an petere poſſit ab Aduerſario ſuccumbente lucrum amiſſum 2.21. 6.
Aſcendentes, & deſcendentes, ac Agnati vſque ad quartum gradum, & cognati vſque ad tertium electa cauſa teſtati, vel inteſtati poſſunt ad aliam conuolare 13.74. 57.
Licet in teſtamento non legatur clauſula codicillaris,ibid. 75.
Ac quamuis vnam cauſam ſcienter elegiſſent 76.
Quid ſi Aſcendentes ab inteſtato non ſuccederent, ibid. 82. 58.
Aſſaſſinus poteſt renunciare defenſionibus, 33. 39. 156.
Quid vbi irrogatur pæna infamię,ibid. 43. 263.
Aſſociationem petens non dicitur renunciare facultati capiendi poſſeſſionem propria auctoritate 8. 8. 21.
Attentatum non eſt, quod actor innouauit poſt citationem, cui renunciauit 1.18. 3.
Attentata ſunt omnia geſta per ſubdelegatum reuocata ſubdelegatione, & tamquam talia circumſcribenda 37.149. 217.
Quid de geſtis ante intimatam reuocationem ſubdelegationis,ibid. 150.
Atteſtatio attendenda potiſſimum eſt contra partem, quę illa in Iudicio vſa fuit 35.25. 185.
Atteſtatio extraiudicialis facta per exiſtentem in articulo mortis plenè probat,ibid. 64. 193.
Atteſtationes extraiudiciales adminiculatę plenè probant,ibid. 65.
Auctoritatem interponens alicui actui, vel nomine alieno, vel neceſſitate officij ſibi non præiudicat nomine proprio, & particulari 43. 111. 270.
Auditor Cameræ in cauſis obligatione Camerali vallatis cognoſcit primam inſtantiam etiam poſt Conc. Trid. 14.9. 60.
Non autem in cauſis ordinarijs,ibid. 10. 61.
Auditor Rotæ, cui fuit commiſſa cauſa cum facultatibus Aud. Can. an poſſit interlocutoriam reuocare 37.270. 225.
Auditores Rotæ habent Iuriſdictionem ordinariã in cognoſcendo, & delegatam in decidendo, ibid. 333. 228.

B

IN Bello iuſto licet occidere pueros, & innocentes, quando alias Ciuitas expugnari non poſſet 37.143. 217.
Beneficium, an reſignari poſſit à principali poſt conſtitutum Procuratorem ad reſignandum ſine illius reuocatione 12.99. 48.
Beneficij titulum habens poteſt illum reſignare, ibid. 100.
Beneficium renuncians vni, an poſſit illud alteri renunciare 23. 6. 110.
Beneficio ſtatuti pęnam minuentis ſponte confitentibus non gaudet, qui primo confeſſus reuocauit confeſſionem, & negauit, quatenùs denuò negationem reuocare velit, & in prima confeſſione perſiſtere 32.13. 150.
Blanditiæ, perſuaſiones, ſuggeſtiones, impunitas promiſſa, tædium carceris, & vitæ ſunt iuſtæ cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus 30.77. 145.

B an-

Blanditijs, & bonis verbis vti licet ad veritatem habendam 31.7. 147.
Boni publici prouiſio non ſpectat ad Iudicem, ſed officij ſibi iniuncti adminiſtratio 20.15.95.
Bonum publicum præferri debet bono priuato 37. 140. 217.

C

CArceris tedium, & vitę, perſuaſiones, blanditiæ ſugeſtiones, & impunitas promiſſa ſunt iuſtæ cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus 39.77. 147.
Cardinales non debent eſſe inconſtantes in præfae.11. 10.
Cauſa principali incepta coram vno Iudice, non poteſt coram alio intentari cauſa connexa, vel dependens ab ea 4.11.
Cauſam iniuſtam defendere impium eſt 11.4.32.
Cauſa iuſta reuocandi Procuratorem poſt litem conteſtatam, quæ ſit Iudicis arbitrio remittitur 12.65. 45.
Et ſaltem ſummariè cognoſci debet Procuratore diſſentiente reuocationi, ibid.72.
Quid Procuratore conſentiente, ibid. 73. 46.
Cauſa ciuilis quando dicatur priùs cæpta quàm criminalis 13.11. 53.
Cauſa criminalis intentari non poteſt, etiam in ſecunda inſtantia antequam committeretur cauſa appellationis à ſententia Iudicis ciuilis 13.14. 53.
Cauſa ciuilis præiudicialis impedit Iudicium criminale, ibid.18.
Dicitur præiudicialis criminali, quando ſententia lata in vna pareret exceptionem rei iudicatæ in alia, ibid.19. 54.
Cauſa vna quando dicatur alteri præiudicialis, ibid.22.
Cauſa ciuilis non præiudicat criminali, nec è contra, quando prima actio intentata non pareret exceptionem rei iudicatæ in ſecunda, etiam ſi ſententia ſecunda pareret hanc exceptionem in prima, ibid.24.
Cauſa ciuilis prouenien ex vno facto, an, & quando impediat cauſam criminalem ex alio facto, ibid.25.
Non impedit cauſam criminalem contra diuerſas perſonas, ibid.26.
An præiudicet criminali, quando vtraque actio prouenit ex eadem lege, ibid.28.
Vel quando delictum eſt patens, & concludenter probatum, ibid.42.
Vel coram diuerſo Iudice ciuili pars inhiberi poteſt Iudici criminali, ibid.46.
Cauſa criminalis maior eſt quod ciuilis, ibidem 52.
Cauſa pia gaudet priuilegio liberorum, ibidem 83.
Ad cauſam inteſtati confugere non poteſt Agens ex teſtamento, ibid.84.
Cauſa Eccleſiæ eſt cauſa publica 16.74. 74.
Cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus, quæ ſint 30.71.& ſeqq. 147.
Cauſa magna, & ardua, quæ ſit relinquitur arbitrio Iudicis 37.21.& 22. & 23. vbi quod cauſa matrimonialis, & hæreſis inter ardua negocia numerantur. 212.
Cauſa meri, & mixti Imperij de iure ciuili non eſt delegabilis ibid 47. ſecus de iure canonico, ibid.50. 213.
Cauſa iuſta renunciandi delegationi eſt debilitas corporis grauis, quæ cauſet impotentiam ad laborem, ibid. 87. 214.
Erit etiam ægritudo, quæ in caſu, de quo agitur non differt à debilitate, ibid.88. 215.
Erit quoque conualeſcentia cum debilitate, ibidem 89.
Cauſam commiſſam eſſe conſilio ſapientis, & relationem pendere paria ſunt, ibid.107. 216.
Cauſa reuocandi interlocutoriam in Iudice præſumitur iuſta præſumptione Iuris, & de Iure, ibid.201. 220.
Cauſa dotis, matrimonij, cauſa criminalis pro reo, pupillorum, viduarum, & pauperum debet à Iudice pro priuilegiata iudicari, ibidem 483. 236.
Cautela, ob quam debitor etiam in locis diſtancioribus expreſſis poſſit conueniri 22.17. 105.
Cautela producendi in parte, & partibus, & per compulſum non ſuffragatur quoad iura, in quibus producens fundat ſuam intentionem 26. 13. 132.
Cautela pro reo torquendo ad euitandum ſupplicium delicti 30.25. 144.
Cautela admittendi Iura ſine præiudicio termini proſeruato habiti non iuuat, & non recipitur, 37.212. 221.
Cautio de fideliter comparendo in Iudicio, an, & quommodo ſit præſtanda per actorem contumacem volentem proſequi cauſam 2.16. 6.
Cautio de iudicatum ſoluendo præſtita per Procuratorem tantum valet, quantum litis conteſtatio 9.54. 25.
Cedens actionem, quàm cum iuramento i non cedere promiſerat efficitur periurus 23.3. 110.
Cedens rem vni, non poteſt eandem rem alteri cedere, ibid.4.
Cedens vni ius viæ, vel aquæ ducendæ an, & quando poſſit illud etiam alteri cedere, ibid.7.
Cedens cum iuramento rem ceſſam alteri cedere non poteſt, ibid.17. 111.
Cedens, qui in prima ceſſione non tranſtulit actionem vtilem in ceſſionarium, poteſt eandem rem alteri cedere, ibid.20.
Cedens actiones vtiles adhuc poteſt alium conſtituere Procuratorem in rem ſuam pro exercitio actionum directarum, ibid.25. 112.
Cedens, an poſſit creditum exigere, ibid.33.
Cedens exercitio directarum actionum vti non prohibetur, ibid.36.
Cedens vti poteſt exercitio directarum actionum non obſtante iuramento in ceſſione appoſito, ibid.47. 114.
Cedens vti poteſt exercitio directarum actionum, quauis ceſſio facta ſit per viam donationis, ibidem 51.
Cedens nec exigere poteſt à debitore, nec directarum actionum exercitio vti, quando actio-

nes directæ remanſerunt penes eum inutiles, & inefficaces, ibid. 52.
Cedens correo, vel fideiuſſori, directas actiones inutiles retinere dicitur, ibid. 57.
Cedens ex cauſa neceſſaria fideicommiſſi, vel vltimæ voluntatis non poteſt agere pro re ceſſa quamuis in actu ceſſionis proteſtatus fuerit in contrarium, ibid. 64. 115.
Cedens actiones reales poſſeſſionem concomitantes, non poteſt ex illis agere contra poſſeſſorem, ibid. 65.
Cedens actiones directas habenti actiones vtiles, an ex illis ampliùs agere poſſit, ibid. 66.
Cedens, qui fecit pactum de non petendo à debitore, non poteſt actiones directas exercere, ibidem 67.
Aliàs repellitur exceptione doli mali, ibid. 68.
Cedens excluditur ab actione contra debitorem ceſſum, quando contra eum egit ceſſionarius, & inſtantia remanſit perempta, ibid. 69.
Cedens, an, & quando vti poſſit exercitio directarum actionum vbi ceſſio facta ſit ad commodum ceſſionarij tantum, ibid. 71.
Cedens non repellitur ab agendo ipſo iure, ſed per exceptionem ibid. 73.
Cum hac opinione videtur tranſire Rot. quando ſumus in ceſſione voluntaria, ibid. 74.
Cedens totum id, quod exegit à debitore tenetur reſtituere ceſſionario, ad cuius commodum facta fuit ceſſio, ibid. 75.
Cedens non poteſt vti exercitio directarum actionum in fraudem ceſſionarij, ibid. 78. 116.
Cedens qui non eſt ſoluendo, vel eſt perſona potens, & non valens de facili conueniri agens contra debitorem, quem ceſſit, dicitur agere in fraudem ceſſionarij, ibid. 80.
Cedens agere an, & quando poſſit virtute directarum actionum vbi tertius habens ius liberandi debitorem proteſtatus illi fuit, ne cedenti ſolueret, ibid. 81.
Cedens agere non poteſt ex actionibus directis, quando ceſſio habet vim ſolutionis, ibid. 82.
Cedens poſt ceſſionem præiudicare non poteſt ceſſionario ibid. 86.
Cedentis confeſſio non nocet ceſſionario, quando debitori ceſſo facta fuit intimatio ne ſoluat, ibid. 96. 117.
Cedens, qui poſt ceſſionem debitum liberaliter remittit, dicitur eſſe in dolo, ibid. 107. 118.
Et ipſe dolus cedentis obſtat etiam debitori, ibidem 118.
Cedere quiſque poteſt iuri ſuo 20.2. 93.
Ceſſio rei ſuper qua fuit impetrata commiſſo an importet illius renunciationem 1.30. 3.
Vel litem extinguat, ibid. 31.
Ceſſio conditionalis, vel ob cauſam conditione non purificata, vel cauſa ceſſante non impedit, quin eadem res alteri cedi poſſit 23.22. 111.
Ceſſio iurium facta ad certam cauſam non impedit, quin eadem Iura poſſint alteri cedi, ibidem 27. 112.
Ceſſio prima, quæ eſt nulla non impedit, quod fieri poſſit ſecunda, ibid. 28.
Quid ſi adſit iuſta cauſa eam reuocandi, ibidem 245.

Sententiam interloeutoriam an reuocare poſſit idem Iudex poſtquam appellationem ab ea interpoſitam admiſit cum clauſula ſi, & in quantum, ibid.247.

Sententia vnius forſan deterioris poteſt multos, & maiores aliqua ex parte ſuperare, ibidem 447. 234.

Sententiæ ad ſui fauorem latæ renunciari poteſt, ibid.485.

Sententia ad ſui fauorem lata nemo cogitur, uti ibid.488.

Sententiam interlocutoriam an reuocare poſſit Iudex, à quo poſtquam fuit inhibitus coram Iudice ad quem, ibid.248. 223.

Quid ſi à Iudice ad quē appellatio fuiſſet admiſſa cum clauſula ſi, & in quantum, ibid.249.

Quid ſi inhibitio fuiſſet nulla, ibid.250. 224.

Sententiæ obtentæ ſuper iure retractus poteſt renunciari, ibid.491. 237.

Sententia lata in actione ædilitia tribuit venditori actionem ad factum, ibid.495.

Sententia interlocutoria executioni iam demandata non poteſt ab eodem Iudice reuocari, ibidem 251. 224.

Siue executio facta ſit à Iudice, ſiue à parte, ibidem 252.

Sententiam interlocutoriam trahentem ſecum executionem abſque facto hominis, idem Iudex reuocare non poteſt, ibid.253.

Quid ſtante conſenſu partium, ibid.254.

Vel concurrente iuſta cauſa reuocandi, ibid.255.

Sententiam interlocutoriam latam ſuper primo decreto vel ſuper noui operis nunciatione idem Iudex poteſt reuocare, ibid.256.

Sententiam interlocutoriam executioni demandatam poteſt idem Iudex ex capite nullitatis reuocare, ibid.257.

Sententiam interlocutoriam latam ex officio Iudicis nobili, poteſt idem Iudex reuocare, quamuis executioni demandatam, ibid.258.

Sententiam interlocutoriam, ex qua fuit quæſitum ius parti, idem Iudex reuocare non poteſt, ibid.259.

Quandò autem ex ea dicatur ius parti quæſitum, ibid.260.

Sententiam interlocutoriam latam ſimul cum definitiua non poteſt idem Iudex reuocare, ibidem 265.

Sententia interlocutoria lata cum definitiua aſſumit vim definitiuæ, ibid.266.

Sententia interlocutoria non poteſt ab eodem Iudice reuocari ita ex conſuetudine, vel quod reuocari non poſſit, ibid.267. 225.

Sententiam interlocutoriam latam per cedulam non poteſt idem Iudex reuocare, & de ratione, ibid.272.

Sententiam interlocutoriam reuocare non poteſt Iudex, poſtquam ab ea ſignatura commiſit cauſam appellationis, & de ratione, ibid.273.

Etiam ſi cauſa appellationis fuiſſet commiſſa à Signatura cum clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, ibid.274.

Sententia definitiua fertur cum deliberatione, ibid.280.

Sententiam definitiuam ſi reuocare poſſet idem Iudex nunquam daretur finis litibus, ibid.281.

Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt etiam de conſenſu partium, ibidem 283.

Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ibid.284. 226.

Sententia in cauſa criminali nunquam tranſit in iudicatum, ibid.287.

Sententiam propriam reuocare non poteſt idem Iudex, ſiue ſit Ordinarius, ſiue Delegatus, ſiue Subdelegatus, ibid.290.

Sententiam ſuam reuocare non poteſt Iudex etiam infrà 10. dies datos ad appellandum, ibid.292.

Sententiam definitiuam an idem Iudex poſſit meliùs reformare, ibid.293.

Sententiam definitiuam idem Iudex reuocare non poteſt, etiam quoad acceſſoria, ibid.297.

Sententiam definitiuam latam contra formam ſtatuti, vel conſuetudinis, idem Iudex reuocare non poteſt, ibid.300.

Sententia Arbitrorum, an ſit ſententia iuriſdictionalis, vel pariat actionem, & exceptionem, quando compromiſſum factum eſt ſine pœna 39.ibid.47. 250.

Sententia lata contra confeſſum, & conuictum executioni demandatur, non obſtante appellatione interpoſita 41.13. 257.

Sequeſtrator non dicitur de credito ſatisfactus per ſequeſtrum 14.25. 61.

Sequeſtrum bonorum debitoris non impedit creditori, ne valeat ad aliam executionem procedere 43.22. 265.

Signatura repræſentat Papam 37.276. 225.

Signaturæ ſtylus circa receſſum à ſuſpenſione petitorij 16.5. 70.

Signatura mandante, vt idem Iudex iterum audiat circumducitur appellatio per comparitionem appellantis coram Iudice à quo 38.59. 243.

Solemnitates auth.qui ſemel quomodo, & quando Iudex, an ſeruandæ ſint in foro Eccleſiaſtico 3.17. 9.

Solemnitas extrinſeca teſtamenti probari poteſt, etiam per duos, vel tres teſtes non rogatos, neque in teſtamento deſcriptos 35.39. 187.

Soluens procuratori reuocato nulla habita intimatione rectè ſoluit, & liberatur 12.94. 47.

Solutionis deſtinatæ forus ſortitur, etiamſi deſtinatio ſit tacita 22.4. 104.

Solutione in quocumque loco generaliter deſti-

nata

Digitized by Google

nata poterit debitor vbique conueniri, ibid. 7.
Si debitor alibi ſoluat, parti tenebitur actione arbitraria ad intereſſe, ibid. 8. 105.
Solutione in quocumque loco generaliter deſtinata tenetur creditor eligere forum, ubi velit ſibi ſolui, ibid. 9.
Solutione deſtinata in certis locis, puta Senis, vel Florentiæ adiecta clauſula generali, & vbique locorum, an debitor poſſit conueniri in locis diſtantioribus expreſſis, ibid. 14.
Solutione deſtinata in duobus locis poterit debitor in eorum altero ſolùm pro medietate conueniri, ibid. 47. 107.
Quid vbi fuit addita clauſula generalis, quod poſſit conueniri vbicumque fuerit repertus, an poſſit in altero eorum conueniri pro tota ſumma, ibid. 48.
Solutione deſtinata in pluribus locis per verba alternatiua, non poteſt debitor in duobus locis conueniri, ſed in vno tantùm ad electionem creditoris, ibid. 49.
Solutione deſtinata in pluribus locis, ad creditorem ſpectat electio loci reſpectu petitionis, ſed reſpectu ſolutionis debitor poteſt eligere in quo loco eam facere malit, ibid. 52.
Solutionis deſtinatæ locus attenditur quoad forum, ſed in reliquis inſpicitur locus contractus ibid. 58.
Sorores agentes ex teſtamento non poſſunt ad cauſam inteſtati conuolare 13. 80. 57.
Specialia duo concurrere non debent circa idem 37. 48. 213.
Spoliatus, qui ante ſpolium conſtituerat Procuratorem ad renunciandum non eſt reſtituendus 16. 49. 73.
Spoliatus, qui coram Iudice competenti poſt paſſum ſpolium dominio renunciauit, non eſt reſtituendus ante omnia, ibid. 50.
Spoliatus, qui poſt paſſum ſpolium dominio renunciauit, & per plures dies non eſt conquæſtus, præſumitur, quod ſine metu renunciauerit, & proprerea non eſt reſtituendus ante omnia, ibid. 53.
Spoliatus, qui poſt paſſum ſpolium pepigit cum ſpoliatore, & promiſit ſe non acturum in poſſeſſorio non eſt ante omnia reſtituendus, ibid. 66.
Spoliatus promittens non mouere controuerſiam ſpoliatori non eſt ante omnia reſtituendus, ibid. 70. 74.
Spoliatus, qui poſt paſſum ſpolium iurauit ſe non acturum in poſſeſſorio non eſt ante omnia reſtituendus, ibid. 78.
Spoliatus, qui ante ſpolium promiſit ſpoliatori cum iuramento ſe non acturum in poſſeſſorio adhuc ante omnia reſtituendus, ibid. 77.
Spoliato reſtitutionem impedire an poſſit tertius veniens ad cauſam, ex cuius iure ſpolians poteſt ſentire commodum, & vtilitatem, ibidem 111. 75.
Habens ſe pro ſpoliato, non poteſt petere manutentionem 17. 9. 78.
Sponte comparentes euitant pænam in Sanct. Officio 32. 16. 150
Quid ſi in confeſſione conſtantes non perſiſtant, ibid. 17.
Statuto mandante, quod elapſo certo termino poſitiones habeantur pro confeſſatis, contumax non admittitur ad purgationem moræ 24. 142. 128.
Eo magis ſtatuto mandante, quod poſitiones habeantur pro confeſſatis ipſo iure, ibidem 143.
Sed an ſtante hoc ſtatuto Iudex poſſit prorogare parti terminum ad reſpondendum, ibidem 144.
Statuti minuentis pænam ſpontè confitentibus, illamque augentis negantibus priuilegio gaudet, qui priuio negauit, poſtea verò confeſſus eſt 32. 1. 149.
Quid ſi confeſſionem emiſerit poſt litem conteſtatam, ibid. 2.
Quid ſi ſtatutum in prima reſponſione confeſſionem exposceret, ibid. 3.
Vel ſi negatio reſpiceret, quæ emergunt ante litem conteſtatam, puta declinationem fori, vel locum maleficij, ibid. 4.
Quid ſi hoc caſu Reus de mendacio conuinceretur, ibid. 5.
Statuto minuente pænam ſpontè confitentibus, an gaudeat, qui in prima inſtantia negauit, quatenus fateatur in cauſa appellationis, ibidem 10.
Statuti beneficio pænam minuentis ſpontè confitentibus non gaudet, qui primò confeſſus, reuocauit confeſſionem, & negauit, quatenus denuò negationem reuocare velit, & in prima confeſſione perſiſtere, ibid. 13. 150.
Statuti prædicti priuilegium non intrat, niſi confeſſus perſtiterit in confeſſione, ibid. 14.
Nec ad hunc effectum admittitur reuocatio reuocationis, ibid. 15.
Statuta humana variantur ſecundum varietatem temporum 37. 410. 232,
Statuta auferentia reductionem laudi ad arbitrium boni viri intelliguntur quo ad effectum ſuſpenſiuum, non autem quoad deuolutiuum 39. 64. 251.
Statuto, aut præſcriptione induci non poteſt, quod ad Imperatorem omninò non appelletur 42. 6. 259.
Stellionatus actio non competit contra creditorem, qui bis exigit creditum, ſi ad reſtitutionem exacti fuit ciuiliter conuentus 13. 9. 53.
Stipulatio vitiatur ſi inter præſtationem conſenſus vtriuſque partis currat vnius diei interuallum 9. 19. 24.
Stylus quod in omnibus criminibus à Notario legatur de verbo ad verbum eius depoſitio teſti Fiſcali ante interrogatoria rei, eſt improbatus 34. 48. 172.
Stylus recipit varietatem ex tempore 37. 412. 232.
Styli nomine quid veniat, ibid. 414.
Stylus Curiæ volubilis eſt, & de ratione, ibid. 419. 233.
Subdelegatio fieri non poteſt extrà locum delegationis, etiam de conſenſu partium 37. 84. 214.

Subdelegatio dirigi non poteſt alijs perſonis quàm expreſſis, ibid. 8.
Subdelegationis res quando non dicatur integra, ibid. 156. 218.
Subhaſtatio dicitur perfecta finito tempore, & extincta candela, ità vt non ſit amplius locus pœnitentiæ 42. 30. 255.
Quid ſi fuiſſet oblatum pretium minimũ, ibid. 31.
Subhaſtatio poteſt reſcindi ex capite læſionis, ibidem 79. 268.
Dummodò ſit vltrà dimidiam, ibid. 80.
Et an ſufficiat læſio in ſexta parte, ibid. 81.
Subhaſtatio reſcinditur ex capite læſionis, etiamſi fieret virtute pacti iurati de vendendo rem per ſubhaſtationem, ibid. 86. 269.
Subhaſtatio ex capite læſionis reſcinditur ſiue in ea Iudex interpoſuerit decretum, ſiue non, ibid. 50.
Subhaſtatio voluntaria facta per dominum non reſcinditur prætextu læſionis, ibid. 97.
Quid ſi venditor promiſit non contrauenire, vel ſubhaſtationem iuramento firmauit, ibidem 98.
Subornationis teſtium timor viget etiam in cauſa ſummaria 38. 90. 159.
Subornatio teſtium, vel corruptio cum pecunijs opponi poteſt etiam per inducentem, quamuis teſtes falſa non depoſuerint 36. 20. 201.
Subrogationis impetrandæ gratia non dicitur cœpta, niſi citatio ſit executa 1. 14. 3.
Subſtitutio Procuratoris debet eſſe expreſſa, & non ſufficit tacita 9. 46. 25.
Reuocari non poteſt ſine ſpeciali mandato, 10. 7. 27.
Reuocari non poteſt ſine legitima cauſa poſt litem conteſtatam etiam ab habente facultatem reuocandi, ibid. 8.
Suggeſtiones, perſuaſiones, blanditiæ, impunitas promiſſa, tædium carceris, & vitæ ſunt iuſtæ cauſæ reuocandi confeſſionem in criminalibus 30. 77. 147.
Superior, ſeu maior, qui in lite habenda cum inferiore, ſe ſubiecit alicui Iudici an poſſit voluntatem mutare 22. 59. 108.
Supplicans Principi pro venia an fateatur delictum 27. 16. 137.
Supplicatio, & querela ſunt diuerſa ab appellatione 42. 16. 260.
Et reſpiciunt directè maieſtatem Principis, ibidem 17.
Suppoſitio folij intermedij quomodò excludatur 35. 44. 188.
Suſpenſio petitorij fieri an poſſit pluries, prout etiam an pluries poſſit ab ea recedi 16. 4. 70.
Suſpenſio petitorij ſuſpendit auctoritatem Iudicis quoad petitorium, ibid. 15. 71.
Suſpenſio petitorij quando dicatur calumnioſa, remittitur arbitrio Iudicis, ibid. 19.
Suſpenſio petitorij poſtquam pars permiſit in eo cauſam intrui præſumitur calumnioſa, ibid. 20.
Suſpenſio petitorij poſt concluſum in cauſa an, & quando dari poſſit, ibid. 21.
Suſpenſio petitorij poteſt per Iudicem admitti etiam poſt concluſum in cauſa, ibid. 24.
Suſpenſio petitorij non admittitur quando agitur de Caſtro, ſeu Fortalitio difficilis recuperationis, ibid. 27.
Suſpenſio petitorij datur etiam in Caſtris, aliiſque rebus difficilis recuperationis, quando partes litigantes ſunt ſub eodem dominio, ibidem 31. 72.
Suſpenſio petitorij non habet locum quando intentans poſſeſſorium præſtat idoneam cautionem de reſtituendo, ſi ſuccumberet in petitorio, ibid. 32.
Vel quando Caſtri, ac illius iuriſdictionis reſtitutio fieri poteſt ſine reſtitutione arcis, ſeu fortalitij, ibid. 33.
Suſpenſio petitorij an, & quando ratione ſcandali ſit deneganda, ibid. 34.
Suſpenſio petitorij non admittitur in iudicijs poſſeſſorijs mixtis, ibid. 35.
Suſpenſio petitorij non admittitur in interdicto aquæ ducendæ, ibid. 36.
Nec in cauſa matrimoniali, ibid. 37.
Suſpenſio petitorij non admittitur quando poſſeſſio habet annexam cauſam proprietatis, & de ratione, ibid. 38.
Suſpenſio petitorij non datur in interdictis, quæ de locis ſacris, & Religioſis intentantur, vt de mortuo inferendo, de ſepulchro ædificando, ibid. 40.
Suſpenſio petitorij admittitur in omnibus caſibus, in quibus ſententia poſſeſſorij non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, ibid. 41.
Suſpenſio petitorij fieri poteſt in poſſeſſorijs mixtis, in quibus requiritur probatio tituli ad iuſtificandam poſſeſſionem, ibid. 42.
Suſpenſio petitorij non admittitur quando poteſt opponi exceptio perimens poſſeſſorium, ibidem 44.
Suſpicionis fugæ iudicio incæpto coram uno Iudice an poſſit ad capturam deueniri coram alio 4. 23. 12.

T

Tabernæ, ſeu ſtationis poſitio in aliquo loco indicat animum contrahendi domicilium 21. 56. 102.
Tacita renunciatio, ſeu declaratio idem operatur quod expreſſa maximè in iudicio 7. 9. 18.
Taciti, & expreſſi par eſt iudicium, ibid. 10.
Tacitum, & expreſſum non parificatur, ubi agitur de annullando actum 7. 23. 19.
Temperamentũ quod poſſit capere Iudex admiſſa accuſatione contra perſonam bono publico vtilem, vel neceſſariam 20. 18. 93.
Tempus proſequendæ accuſationis eſt biennium 20. 33. 94.
Tempus appellationis proſequendæ non currit legitimè impedito 38. 23. 241.
Tertio venienti ad cauſam an obſtet ſuſpenſio petitorij 16. 109. 75.
Quid ſi deduceret ius ſeparatum ibidem 110.
Tertius veniens ad cauſam, quando poſſit impedire reſtitutionem ſpoliato ibidem 111.
Tertius veniens ad cauſam, & deducens ius ex-
tlu-

cluſiuum iuris agentis impedit proceſſum poſſeſſorium ibidem 113.
Teſtamentum quas habere debeat qualitates 35. 2. 182.
Teſtamenti ſchedulæ conſignatio quomodo probari debeat ibidem 30. 185.
Teſtamentum aliqualiter vacillans an, & quando adhuc ſubſtineatur vigore clauſulæ codicillaris ibidem 33. 186.
Teſtamentum ſubſcriptum à Teſtatore facit euidentiſſimam, & indubitatam probationem ibidem 40.
Teſtamenti ſchedulæ identitas ex quibus verificetur, vel excludatur ibidem 43.
Teſtamentum an pendere poſſit à fide ſolius Notarij ibidem 48.
De teſtamentis ſchedulæ identitate quomodò conſtare debeat, adhùc, vt probetur ex ſubſcriptione teſtatoris, vel rogitu Notarij, vel ex vtroque ſimùl ibidem 49.
Teſtamentum an vitietur ex cancellaturis, & lineaturis ibidem 51. 189.
Teſtamentum ſubſcriptum à teſtatore præſumitur ab eo viſum, & lectum ibidem 52.
Teſtamentum facere poſſunt etiam in extremis laborantes ibidem 53.
Teſtamentum, ex quibus corruat ibidem 59. 191.
Teſtamentum coadiuuari non poteſt atteſtationibus extraiudicialibus ibidem 76. 195.
Teſtamenti pro validitate requiritur, vt excludatur omnis poſſibilitas ſuppoſitionis, quæ non tollitur per quamcumque Notarij legalitatem ibidem 79. 196.
Teſtati cauſam proponens tenetur illam proſequi 13. 64. 57.
Teſtator habens facultatem conficiendi teſtamentum nuncupatiuum, ſi in ſcriptis inualidè teſtetur, non ſubſtinetur teſtamentum, tamquam nuncupatiuum 15. 12. 64.
Teſtificatis didicitis denegatur remiſſoria, non obſtante quod teſtes fuerint publicati inuita parte 33. 109. 160.
Teſtis fidem adimit inconſtantia, & variatio in præf. 36. 11.
Teſtem producens non poteſt illius perſonam reijcere, quatenùs in eadem cauſa ab alio producatur 26. 49. 135.
Teſtes procedens, vt examinentur an, & quando poſſit pænitere, eoſque ab examine ſubtrahere 33. 1. 154.
Teſtes ad repulſam producens tenetur illos examinari facere, & ad id compelli poteſt, & de ratione ibidem 2.
Teſtes iurare debent pro vtraque parte ibid. 3.
Et pro vtraque parte tenentur dicere veritatem, ibidem 4.
Teſtium aliquorum nomina detrahere volens poſt illorum productionem, ſi Aduerſarius contradicit, quæritur an poſſit idid. 5. 155.
Teſtium depoſitiones communes ſunt ibid. 6.
Teſtes quando non ſunt iurati, non eſt cogenda pars producens ad eos examini ſubiciendum, ſed poterit altera pars eos compellere, vt ſe examini ſubijciant ibidem 8.
Teſtes producens etiam iuratos, non poteſt cogi ad illos examinandos, ſed Aduerſarius cogere eos poteſt ad ſubijciendum te examini ibid. 9.
Teſtes poſtquam iurarunt an, & quando poſſint ab examine ſe retrahere ibidem 10.
Teſtes inducens poſt quam iurarunt, poteſt eos cogere ad ſe examinandum ibidem 11.
Teſtes inductos ſuper vno articulo, & qui ſuper illo limitatè iurarunt, atque admiſſi fuerunt à Iudice, an producens petere poſſit, quod examinentur ſuper tota cauſa ibidem 15.
Teſtium productioni renunciari poteſt tacitè, & expreſsè ibidem 16.
Teſtium productioni quando tacitè dicatur renunciatum ibidem 17.
Teſtium productioni renuncians an, & quando poſſit illos producere in cauſa appellationis ibidem 18.
Regulariter non poteſt ibidem 19.
Teſtium productioni renuncians in cauſa principali an poſſit illos producere in cauſa appellationis ibidem 20.
Teſtium productioni renuncians adhùc poteſt illos producere in cauſa appellationis ſuper nouis capitulis dependentibus à primis ibid. 22.
Quid ſuper articulis omninò nouis, & non pertinentibus ibidem 23.
Teſtium productioni renuncians non poteſt illos producere, quamuis nullos priùs teſtes induxiſſet ibidem 24.
Teſtium productioni renuncians adhùc poteſt illos producere ſuper articulis nouis ibid. 25.
Quid in criminalibus ibidem 26.
Teſtium productioni renuncians adhùc poteſt illos examinare ſuper articulo, qui ſit indirectè primò contrarius ibidem 60. 157.
Prout ſi producat teſtes, quos tempore renunciationis ignorabat adhibito tamen iura mento ibidem 61.
Item vbi renunciatio non eſt iurata ibidem 62.
Vel quando vult ſimùl producere teſtes, & Inſtrumenta ibidem 63.
Teſtes nulliter examinati adhùc deſeruiunt pro ſufficienti fumo ad concedendam remiſſoriam ibidem 100. 160.
Teſtes plenariè recepti in Iudicio ſummario probant etiam in Iudicio plenario ibid. 121.
Teſtes examinati coram Arbitro, & poſtea mortui fidem non faciunt coram Iudice ibidem 126. 161.
Et ſecuta eorum publicatione coram Arbitro an admittatur pars ad productionem aliorum teſtium coram Iudice ibidem 127.
Teſtes quando dicantur deponere contra matrimonium remiſſiue ibidem 140.
Teſtes poſt concluſum in cauſa examinari amplius non poſſunt ibidem 214. 164.
Quid in cauſa appellationis ibidem 215.
Teſtes nouiter reperti examinari poſſunt, etiam poſt concluſum in cauſa ibidem 218. 165.
Teſtes poſt concluſum in cauſa producuntur ſuper nouis capitulis ibidem 219.
Quid de teſtibus, qui de tempore concluſionis ignorabantur ibidem 220.

Te-

Teſtes in cauſa matrimoniali examinari poſſunt etiam poſt concluſum in cauſa ibidem 221.
Quid de teſtibus ad defenſam productis in cauſa criminali ibidem 222.
Teſtes examinari poſſunt poſt concluſum in cauſa, parte non opponente ibidem 223.
Quid ſi Iudex ſuam concluſionem reuocauerit, ibidem 224.
Teſtes examinari poſſunt poſt concluſum in cauſa per viam reſtitutionis in integrum ibid. 225
Vel ſi id magna ſuadeat æquitas ibidem 226.
Vel ſi ſint perſonæ legales, & nobiles ibid. 227.
Vel quando agitur de periculo animæ ibid. 228.
Teſtis poteſt dictum ſuum corrigere incontinenti 34. ibidem . 169.
Et quando dicatur incontinenti ſe corrigere ibidem 2. & 6.
Teſtis partem non allocutus, ſed aliam perſonam, à qua potuerit moneri, vel ſubornari an poſſit ſe corrigere ibidem 3.
Teſtis correctio quando per iudicem ſit admittenda ibidem 4.
Teſti dicenti ſe non fuiſſe allocutum cum parte an, & quando credendum ſit ibidem 5.
Teſtis an poſſit corrigere ſuum dictum, non docto de errore ibidem 8. 170.
Teſtis, qui vellet ſe corrigere non allegando cauſam erroris, tamquam ſuſpectus de falſo torqueri poteſt ibidem 9.
Teſtis non poteſt eius depoſitionem corrigere poſt quam pars illam acceptauit ibid. 10.
Teſtis an, & quando poſſit ſuam depoſitionem corrigere, quando militat præſumptio ſubornationis ibidem 11.
Teſtis ex interuallo non poteſt ſuum dictum corrigere ibidem 12.
Quid poſt publicatas atteſtationes ibidem 13.
Teſtis poſt publicatas atteſtationes præſumitur partem allocutus ibidem 14.
Teſtis poteſt quandocumque corrigere eius depoſitionem docto de errore ibidem 15.
Teſtis ex cauſa obliuionis an, & quando poſſit quandocumque eius dictum corrigere ibidem 16.
Teſtis probatæ fidei an, & quomodò poſſit corrigere ſuum dictum ante publicatas atteſtationes ibidem 19.
Quid in teſte nobili ibidem 20.
Teſtis quando admittatur ad addendum aliquid ſuæ depoſitioni ibidem 21.
Teſtis ſibi contrarius nihil probat ibidem 22.
Quid ſi ſit contrarius in vna tantum parte ibidem 23.
Teſtis ſibi contrarius in vna parte talis præſumitur in omnibus ibidem 24.
Teſtis varius in loco, & tempore actus, de cuius probatione agitur non probat ibid. 25.
Teſtis contrarius facit iudicium ad inquirendum, ibidem 26.
Quid ſi agatur de teſte ruſtico, vel ſimplice ibidem 27.
Teſtis varius an dicatur, qui in ſecundo, examine plus, aut minus depoſuit, quam in primo ibidem 36. 171.
Teſtis in ſecundo examine an ad effugiendam contrarietatem poſſit ſe referre ad primum, ibidem 37.
Et Iudice nolente admittere hanc reſponſionem an poſſit inſtare, quod ſibi legatur primum examen, et quatenùs Iudex nolit illud legere proteſtari, quod ſi in primo examine appareat aliter dictum, quàm in ſecundo, ex nunc corrigit ſecundum dictum, & ſe refert ad primum ibidem 38.
Teſti legendum eſt primum examen, quamuis non fuerit publicatum ibidem 39.
Teſtis antè quam ſe ſubſcribat poteſt petere, vt ſibi legatur examen ibidem 40.
Imò Iudex, & examinator debet ad id teſtem inuitare ibidem 41.
Teſtis poſt examen completum reuerteus, et petens ſibi legi depoſitionem factam, illamque corrigi, vel mutari an ſit audiendus ibid. 42.
Teſtis in ſecundo examine poteſt ſe remittere ad primum, quamuis illud ſit nullum ibid. 43.
Quid vbi primum examen eſſet nullum ratione falſitatis ibidem 44.
Vel ſi primum examen eſſet extraiudiciale, aut ſine citatione partis ibidem 45.
Teſtium depoſitiones receptæ contra præceptum Iudicis non attenduntur ibidem 46.
Teſtis in criminalibus an, et quando poſſit ſe referre ad primum examen ibidem 47.
Teſtis examinatus coram Arbitro in repetitione facienda coram Iudice Ordinario, non admittitur, quod ſe referat ad primum examen ibidem 51. 172.
Teſtis examinatus in Iudicio Summario: quatenus repetatur in Iudicio pleuario non admittitur, quod ad primum examen ſe referat ibidem 52.
Teſtis ſuſpectus non poteſt ſe referre ad primum examen ibidem 53.
Sed an poſſit petere, quod ſibi exibeatur, et legatur primum examen ibidem 54.
Teſtis varius, et contrarius torqueri poteſt ad ignoſcendum, in quo dicto perſiſtat idid. 55.
Quid ſi nulla contra eum præcedant indicia ibidem 56.
Quid in teſte, qui ſit Clericus, vel Sacerdos ibidem 57.
Teſtis multipliciter varius multipliciter torqueri poteſt ibidem 58.
Non tamen vltrà tres vices ibidem 59.
Teſtes in dicto Iudiciali varius ab eo, quod dixerat extrà Iudicium torqueri poteſt, ibidem 60.
Quid ſi depoſitio extraiudicialis eſſet vallata iuramento, vel in ſcripturam redacta ibid. 61.
Quid ſi ſecundo examini pars non ſe oppoſuerit ibidem 93.
Quid vbi ſecundum examen fuit factum poſt publicatum proceſſum primi examinis ibidem 94.
Ac quando teſtis ſecundo loco non erat examinandus ibidem 95.
Teſtium plurium contrariorum primum dictum attenditur potiùs, quam ſecundum ibidem 96.

Te-

Teſtis primum dictum attenditur potiùs, quàm ſecundum etiam in diuerſis Iudicijs, & inter diuerſas perſonas ibidem 97.

Multo magis inter eaſdem perſonas ibidem 98.

Teſtis primum dictum eò facilius præfertur ſecundo, quando eſt geminatum, & ratificatum ibidem 99.

Teſtis ſecunda depoſitio emanata cum animo corrigendi primam præfertur primæ, quando aliàs licita erat illius correctio ibidem 100.

Quid ſi prima depoſitio emanauit per iocum, vel calore iracundiæ ibidem 101.

Vel conſtat de falſitate primæ depoſitionis ibidem 102.

Ac quando ſecunda depoſitio eſt iurata, & prima abſque iuramento ibidem 103.

Quid ſi pro prima depoſitione non iurata concurrerent coniecturæ ibidem 104.

Teſtis ſecunda depoſitio ratione concludenti munita præfertur primę ratione carenti, vel illam habenti non adeò efficacem ibidem 105.

Quid ſi ſecunda depoſitio ſit magis veriſimilis, ibidem 106.

Teſtis ſecunda depoſitio in iudicio plenario pręfertur primæ contrariæ in Iudicio ſummario ibidem 107.

Sed vbi in hoc caſu agatur de ferenda ſententia neutri credendum eſt ibidem 108.

Teſtis ſecũda depoſitio in Iudicio valido præfertur primæ in iudicio inualido ibid. 109.

Quid in cauſa hæreſis ibidem 110.

Quid ſi ſecunda depoſitio eſt indicijs adminiculata, & non ſuſpecta ibidem 111. 175.

Ac quando in ſecunda depoſitione apparet verum dixiſſe ibidem 112.

Et an in cauſa hæreſis ſtandum ſit Secundæ depoſitioni teſtis, quando in illa negat hæreſim, quam in prima fatebatur ibidem 113.

Teſtis vilis, periuri, vel ſuſpecti an, & quando primo, vel ſecundo dicto ſtandum potiùs ſit in cauſa hæreſis ibidem 117.

Teſtis periurus, & ſibi contrarius in cauſa hæreſis torquendus eſt ad videndum, in quo dicto perſiſtat ibidem 118.

Teſtẽ periurum torquendi maior eſt ratio, quàm de alijs teſtibus inhabilibus ibidem 119.

Teſtis periurus reuocans ſuum dictum zelo fidei in cauſa hæreſis an, & quando torquendus ſit ibidem 121.

Teſtes aliàs inhabiles in cauſa hæreſis an admittantur ſine tortura ibidem 122.

Teſtis ſecunda depoſitio in tortura præfertur primæ extrà torturam ibidem 123.

Siue incontinenti, ſiue ex interuallo ſecundum dictum in tortura emanauerit, ibid. 124. 176.

Quid non citata parte, ibid. 25.

Et an hoc procedat tam in Iudicio ciuili, quàm in criminali, ibid. 126.

Teſtis ſecunda depoſitio in tortura debilitatur à prima extra torturam, ibid. 127.

Quod ſi pluries fuerit illata tortura ob multiplicem teſtis varietatem an, & quando attendendum ſit dictum emanatum in vltima tortura. ibid. 128.

Quid vbi primum dictum fuit extraiudiciale, & ſine iuramento, ibid. 129.

Teſtis depoſitio in tortura non præfertur primæ extra torturam, quando tortura non fuit illata præcedentibus legitimis indicijs, ibid. 130.

Quid vbi prima videtur magis rationabilis, ſeù veriſimilis, ibid. 131.

Teſtis ſecunda depoſitio in tortura, quando præferatur primæ, ibid. 133.

Quid vbi quis torquetur vti principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, ibid. 133.

Teſtis primum dictum emanatum extrà torturam in articulo mortis præfertur, ſecundo emanato in tortura, ibid. 134. & ſeq.

Teſtis nõ ſolũ contrarij, ſed & alias inhabilis ſecũdũ dictũ in tortura non attenditur, ibid. 136.

Teſtis ſecundum dictum in tortura non præfertur primo, quando emanauit poſt publicationem primi dicti, & poſtquam cum parte fuit allocutus, ibid. 137.

Teſtis depoſitio emiſſa in tortura quando præferatur remiſſiuè, ibid. 138.

Teſtis depoſitio in Iudicio præfertur depoſitioni extraiudiciali, ibid. 139.

Quid vbi primum dictum extraiudiciale emanaſſet parte præſente, ibid. 140.

Vel vbi primum dictum iuratum ſit, ibid. 141.

Quid vbi primũ dictũ extraiudiciale eſt magis veriſimile, vel coniecturis adminiculatũ, ibid. 142.

Teſtis primum dictum extraiudiciale confirmatum per ſcripturam, quando præferatur ſecundo iudiciali, ibid. 143.

Teſtis ſecundũ dictũ iudiciale debilitatur à primo extraiudiciali ibidem 144.

Teſtis primum dictum iudiciale attenditur potiùs quàm ſecundum extraiudiciale, ibid. 146.

Quid ſi teſtis profiteretur, ſe falſum in Iudicio depoſuiſſe, ibid. 147. 177.

Vel ſi ſecundum emanauerit in articulo mortis, vel in actu confeſſionis ſacramentalis, ibid. 148.

Teſtis in articulo mortis declarans ſe falſum depoſuiſſe non attenditur in præiudicium tertij, ibid. 149.

Quid re integra, ibid. 150.

Quid in criminalibus, ibid. 151.

Teſtis etiam principalis quoad ſe declarans in articulo mortis falſum depoſuiſſe præiudicat fiſco ita vt ex illius depoſitione torqueri nequeat inculpatus, ibid. 152. & 154.

Quid vbi primum dictum, & inculpatio adminiculis muniretur, ibid. 153.

Teſtis, vel rei depoſitio tertio non pręiudicans in ciuili, vel criminali cauſa, adhuc pręiudicat ipſi teſti, vel reo, ibid. 155.

Teſtis dictum poſterius extraiudiciale, an, & quando tollat primum, vel illi præiudicet non dum lata ſententia, ibid. 156.

Et quando præferri debeat iudiciali, ibid. 157.

Teſtis varius de iure non præſumitur, ibid. 159.

Teſtibus pro reducendis ad concordiam, verba ne dum improprié, ſed improprijſſimè ſumi permiſſum eſt, ibid. 160.

Imo admittitur interpretatio ſuppletiua, & per intellectus ſubauditos, ibid. 161.

Te-

Teſtium conciliatio,& concordia fieri non poteſt, quando contrarietas, & varietas eſt manifeſta, ibid,162.

Teſtis varius ad concordiam redactus an ſolummodo euitet pœnam falſi, vel etiam probet,ibidem 163.

Quid in cauſa criminali,ibid.164.

Teſtis deponens factum affirmatiuè in prima depoſitione,& in ſecunda dicens non recordari an poſſit excuſari à contrarietate , & an probet, ibid.166, 178.

Teſtis dicens priùs ſe non recordari , & deinde dicens ſe recordari, non exinde eſt inconſtans, ibid.168.& ſeq.

Teſtis, qui dixerat non recordari deponens deinde ſe recordari poſtquam fuerat locutus cum parte, preſumitur ſubornatus , & non probat , ibid.170.

Quid ſi teſtis nouæ memoriæ cauſam non allegat ibid.171.

Teſtis, qui primo loco depoſuerat dubitatiuè, deponens deinde aſſertiuè an dicatur varius , ibidem 172.

Probat non in eodem examine , ſed in diuerſis examinibus,ibid.173.

Teſtis, qui in primo examine depoſuerat , ſe credere, quatenus in ſecundo deponat ſcire an , & quando fidem mereatur, & probet,ibid.174.& 176.

Quid de teſte,qui primo dixit ſibi videri, & deinde ſe ſcire,ibid.177.

Teſtis, qui primo dixit ſe ſcire, ac deinde ſe credere an cenſeatur varius, vel potiùs probet, & quando ibid.178.

Teſtis, qui primò dixit neſcire, & deinde dixit ſe credere an ſit varius,ibid.180.

Teſtis varius an dicatur qui priùs dixit credere, & deinde non credere, ibid.181. & ſeq.

Quid ſi non alleget cauſam nouæ credulitatis, ibidem 183.

Teſtis varius non dicitur , qui primo depoſuit ſe ſcire, & poſtea ſe audiuiſſe, & an probet , ibidem 181.

Teſtis, qui primo dixit ſcire,& deinde neſcire an, & quomodo poſſit concordari, ibid.186.

Teſtis varius an dicatur, qui primò depoſuit ſe eſſe fratrem producentis ; & deinde non eſſe eius attinentem, ibid.187.

Teſtis, qui priùs dixerat neſcire , & poſtea ſcire an dici poſſit contrarius,ibid.188.& ſeq.

Teſtis, qui prius dixerat neſcire, quatenùs poſtea ſcire deponat, an præſumatur ſubornatus , ſi reperiatur ad Inſtantiam partis , vel ſe corrigat ex interuallo,ibid.190.

Quid ſi non alleget probabilem cauſam ſcientiæ, ibid.191. 179.

Teſtis alegans ſe fuiſſe præſentem actui, ſed illum neſcire an dicatur ſibi varius,& contrarius ibid. 192.

Teſtis, qui primo dixit hoc tantum ſcire , & hoc tantum verum eſſe, quatenus deinde addat aliquid aliud, dicitur ſibi contrarius,ibid.193.

Teſtis varius an dicatur, qui examinatus in Palatio Poteſtatis dixit aliquid actum fuiſſe in Palatio Epiſcopi, & deinde ſubdit illud idem geſtum fuiſſe in hoc Palatio, ibid.194.

Teſtis varius an dicatur , qui deponit maleficium fuiſſe commiſſum præſentibus Titio, & Seio, & deinde depoſuit fuiſſe commiſſum nullo præſente, ibid.195.

Teſtis varius an dicatur, qui dixit ſe vidiſſe poſſidere Titium per certum tempus, & deinde aſſerit Titium aliquando fuiſſe abſentem , & quomodo, & quando poſſit concordari, ibid. 196.

Teſtis varius an dicatur , qui dixit aliquid non fuiſſe factum, quia ipſe vidiſſet, ſi deinde ſubiungat illud idem factum fuiſſe,ibid.197.

Teſtis varius an dicatur, qui deponit Martinum eſſe debitorem Sempronij in ſcutis 100. & pro cauſa ſcientiæ aſſerit Martinum vna die promiſiſſe 50. & alia die 100. ibid.198.

Quid ſi deponat clauſulam codicillarem fuiſſe expreſſam à teſtatore, & deinde à Notario : ibidem 199.

Teſtis varius an dicatur , qui primò deponit aliquem non fuiſſe habitum pro filio legitimo, & deinde patrem illum tractaſſe tamquam filium ibid.200.

Teſtis varius an dicatur, qui primò depoſuit ſe vidiſſe deſignare ædificium , & deinde ſe reſpexiſſe ædificium, ibid.201.

Quid ſi primo depoſuit pecunias fuiſſe ſolutas Procuratori ſuo, & deinde fuiſſe ſolutas ſibi , ibid.202.

Teſtis an dicatur varius, qui primo depoſuit ſe fuiſſe monitum à Titio , antequam appropinquaret ad feneſtram, vt aduerteret ad ea , quæ dici debebant, & deinde depoſuit,quod Titius cæpit ipſum per manum, & duxit ad feneſtram ibid.203.

Teſtis varius, & ſibi contrarius dicitur, qui primo depoſuit defeciſſe quędam in molundinis , & deinde dixit ſe gubernaſſe molendinum, in quo erant omnia, ibid 204.

Teſtis varius an dicatur, qui de venditione deponens primo loco dixit ſe non cognouiſſe emptorem, & deinde, quod venditio fuerit facta Titio, ibid.205. 180.

Teſtis varius an dicatur, qui primo loco depoſuit prædium fuiſſe venditum ſcut 100. & deinde ſcut.150. ibid.206.

Teſtes teſtamentarij an, & quando deponere poſſint ſe non interfuiſſe teſtamento 35.1. 181.

Teſtes contra inducentem plenè probant , ibidem 6. 182.

Teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt ſchedulæ teſtamenti, ſi deinde cum iuramento contrarium deponant præſumuntur ſubornati, & non ſunt attendendi ibid.9.

Teſtes in teſtamento ſubſcripti , ſi aſſerant ſe ad ſubſcribendum deceptos an fidem mereantur, ibid.11.

Teſtis quando , & quomodo poſſit declarare ſuam atteſtationem,ibid.15.

Teſtes contra teſtamentum , qui non admittantur ibid. 19. 184.

Teſtes familiares, & domeſtici fidem non merentur, ibid,20.

Teſtes affectatè deponentes non probant, ibid. 21.

Teſtes quomodò debeant deponere de negatiua contra teſtamentum, ibid. 26. 185.

Teſtis varius plenè probat contra inducentem, ibid. 29.

Teſtes quando ſe ſubſcripſerunt, & fuerunt præſentes in teſtamento ſtandum eſt priori ſubſcriptioni, & non poſteriori, ibid. 34. 186.

Teſtibus, & Notario deponentibus pro teſtamento in concurſu teſtium contrariorum multum deferri debet, ibid. 35.

Teſtes in codicillis admittuntur etiam non rogati, & quid ſi non ſe ſubſcripſerunt, ibidem 37. 187.

Teſtes deponentes dubitatiuè non probant, ibidem 55. 189.

Teſtes vel ſint ſubſcripti, vel non, ſi fuerint præſentes inſtrumento non eſt opus alia eorum depoſitione, ibid. 57. 190.

Teſtes adhibiti à Notario in conſignatione ſchedulæ, ſi ſe ſubſcripſerunt in dorſo illius, non poſſunt aliam declarationem facere, nec eorum dictum retractare, & proinde fides eſt præſtanda teſtamenti inſtrumento, ibid 61. 191.

Teſtes ſunt de forma, & ſolemnitate ſubſtanciali teſtamenti, ibid. 62.

Teſtis prima depoſitio, quando ſecundę ſit præferenda, ibid 65. 193.

Teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt ſchedulæ teſtamenti ſi contradicunt veritati illius ſunt nulli, & ſuſpecti de falſitate, ibid. 68.

Teſtium contrarietas, & affectatio quomodò excludatur, ibid. 69. 194.

Teſtes Teſtamentarij dum deponunt contra propriam ſubſcriptionem, etiam ſi iſta depoſitio poſterior ſit iurata, tamen depoſitio eorum non eſt attendenda, ibid. 70.

Teſtis ſecunda depoſitio, quando primæ ſit præferenda, ibid. 73.

Teſtes quinque requiruntur in codicillis, ac in omni alia vltima voluntate, ibid. 81. 198.

Teſtes inducens non poteſt eorum perſonas reprobare 36. 1. 200

Quid in diuerſo Iudicio, ibid. 2.

Vel ſi aliàs ijdem teſtes ſint inhabiles, & de iure non admiſſibiles, ibid. 3.

Et an id procedat tam in Iudicio ciuili, quàm criminali, ibid. 4.

Et non ſolum in eadem cauſa, ſed etiam in diuerſa ibid. 6.

Teſtem inducens in Iudicio ſummario poteſt illius perſonam reprobare in iudicio plenario ibid. 7.

Teſtes, quos quis induxit reprobare non poteſt quando in diuerſa cauſa inducuntur à diuerſa perſona, ibid. 8.

Teſtibus minus idoneis contra ſe productis nihil opponens, non poteſt eorum perſonas amplius reprobare, ibid. 12.

uid vbi agitur de cauſa diuerſa, ibid. 13. 201.

Teſtis intereſſatus in cauſa non dicitur teſtis, ſed pars, ibid. 24.

Teſtis inductus reprobatus à parte poteſt reprobari etiam per inducentem, ibid. 25.

Quid ſi inducens non acquieuit reprobationi partis, ſed adhuc vti voluit eodem teſte, ibid. 26.

Teſtis inductus, & à parte reprobatus poteſt per inducentem reprobari, quando oppoſitio partis fuit ſpecialis, non autem generalis, ibid. 28.

Quid ſi oppoſitio partis fuerit contra perſonam, non contrà dicta, ibidem 29.

Teſtium ſubornationis timor viget etiam in cauſa ſummaria 33. 90. 159.

Tituli probatio ad iuſtificandam poſſeſſionem in quibus caſibus requiratur, ibid. 43. 72.

Titulus duplex, puta iuris communis, & priuilegij, & præſcriptionis poteſt à reo pro ſua defenſione allegari 18. 5. 81.

Maximè in beneficialibus, ibid. 6.

Titulorum multiplicatio etiam à diuerſis Collatoribus prouenientium in beneficialibus admittitur, ibid. 7. 82.

Titulus inualidus ſi producatur à Reo non poteſt conuolare ad titulum validum, ibid. 8.

Tituli inualidi productio facit ceſſare præſumptionem melioris, ibid. 9.

Tranſactio vnius non pręiudicat alteri habenti intereſſe principale 20. 49. 95

Tranſactio nulla an impediat accuſatori, quin poſſit accuſationem repetere, ibid. 50.

Tranſactio etiam nulla in crimine adulterij, impedit viro accuſatori ne valeat ad accuſationem redire, ibid. 51.

Tranſactio, ſeù pactum in crimine adulterij an valeat, ibid, 52.

Tranſactio, & remiſſio ceſſare faciunt animi rancorem, ibid. 63. 95.

Tranſactio, & remiſſio in his, quæ reſpiciunt intereſſe particulare impediunt proceſſum, ibid. 64.

Tranſactio in delictis quando, & quibus caſibus licita ſit, ibid. 75.

Tranſuerſalibus non competit quęrela contra teſtamentum 13. 81. 57.

Trebellianica an prohiberi poſſit filijs primi gradus 37. 449. 235.

Quid in ſtatu Eccleſiaſtico, ibid. 450.

Turpiliani pęna quæ ſit in crimine publico, 20. 31. 94.

Quæ in priuato, ibid. 32.

Turpiliani pæna irrogat infamiam, ibid. 67. 96.

Tutor malè, & nulliter alienando bona pupilli an & quando transferat poſſeſſionem, ita vt pupillo competere poſſint remedia poſſeſſoria 17. 48. 80.

Tutor non ſibi poſſidet, ſed pupillo, ibid. 49.

Tutor per actum fictum, prout ſunt aſpectus, vel conſtitutum non transfert poſſeſſionem bonorum pupilli, ibid. 50.

Intellige pupillo impugnante contractum, ſecus illo tacente, ibid. 51.

Tutor per actum verum, prout eſt traditio, transfert poſſeſſionem bonorum pupilli, ibid. 52.

Tutor quando dicatur ſpoliare pupillum, ibid. 53.

Tutor adminiſtrans tamquam tutor habetur loco domini, ibid. 54. 81.

Tutor, cui cum tutela non fuit decreta adminiſtratio bonorum, poſſeſſionem non transfert, ibidem 55.

Tu-

Tutori, vel adminiſtratori petita redditione rationis de certis effectibus, puta de frumento, non poteſt poſt litem conteſtatam ſuperaddi alia ſpecies in eodem libello 19.58. 88.

V

VAriare, & vacillare in reſponſis turpe eſt in præf. 37. 11.
In executiuis donec ſequatur ſatisfactio, poteſt creditor variare Iudicem, Iudicium, & executionem, & de ratione, 14.3. 60.
Variari poteſt executio de vna re ad aliam, vbi agitur vigore obligationis Cameralis, ibid. 14.
Variare non poteſt creditor capto vno pignore in cauſam iudicati eoque dimiſſo ad aliud ſe conuertere, ibid. 15.
Variare ſepiùs in vna cauſa dedecori proximum eſt, 19.16. 85.
Variatio in inſtrumento falſitatis ſuſpicionem inducit in præfat. 35. 11.
Variatio in multis caſibus permittitur, ibid. 41.
Variatio an, & quando, & quoties competat miſerabilibus perſonis 4.25. cum ſeqq. 12.
Variatio tamquam odioſa, & legibus exoſa vitanda eſt, ibid. 35.
Variatio non competit Actori priuilegiato quando reus pariter eſt priuilegiatus, ibid. 36.
Variatio an, & quando permittatur in Iudicio exequutiuo, ibid. 44.
Admittitur de vno Iudice ad alium quando Actor coram primo non poteſt conſequi iuſtitiam, ibid. 45. 14.
Quid ſi primus Iudex non poteſt ſe ingerere in cauſa principali, ibid. 46.
Vel citatio facta coram illo eſt nulla. ibid. 47.
Vel præiudicaretur Iuriſdictioni alterius, ibid. 48.
Variatio non eſt laudabilis præſertim in perſonis grauibus 11.26. 34.
Plura inconuenientia parit in litibus, ibid. 27.
Variandi ius habens an, & quando plus quam ſemel variare poſſit, ibid. 43. & 45. 35.
Variatio nec ſemel licita eſt, quando per illam tollitur ius parti quæſitum, ibid. 44.
Variatio circa vnam, & eandem ſcripturam non permittitur 13.67. 57.
Variatio de cauſa teſtati ad cauſam inteſtati datur tantummodò tractanti de damno vitando, ibid. 85. 58.
Non datur quando Iudici clarè conſtat quod competit actio ex teſtamento, ibid. 89.
Variatio in executiuis eſt licita, & quomodò 14.1. 60.
De principali ad fideiuſſorem, de vna re ad aliam de perſona ad rem, & è contra, etiam lite pendente, & quamuis vno modo facta ſit executio, ibid. 2.
Varietas teſtis ſi ſit modica, etiam in ſubſtantialibus illius fidem non adimit 34.35. 171.
Vendendam rem exponens, & non dicens, quod vendetur plus offerenti videtur potiùs velle explorare illius pretium, quã vendere 43.64. 267.
Vendere vni plus quam alteri, nemo cogitur de Iure 36.490 277.
Venditio facta licitatori infra terminum ſubhaſtationis habet in ſe tacitam conditionem, niſi alius accedat licitator, qui maius offerat pretium 43.66. 267.
Quid in venditione facta à priuato, ibid. 67.
Vel in ſubhaſtatione iudiciali, ibid. 68.
Venditor ante traditionem poteſt eandem rem alteri vendere, & illius dominium in alterum transferre 23.28. 111.
Venditor poſt perfectam venditionem, non poteſt ab ea recedere 43.71. 267.
Venditor, qui non ex neceſſitate, ſed per viam voluntatis bona ſubhaſtauit, poteſt ex capite læſionis ſubhaſtationem reſcindere, ibid. 99. 269.
Venia delictorum reſpicit præterita, non autem futura 20,72. 96.
Verba nolo amplius ad cauſam venire an, & quando importent renunciationem litis 19.87. 89.
Quando dicantur prolata deliberato animo, vel calore iracundiæ, ibid. 88.
Verba in veritate æquipollent iuramento 21.30. 100.
Verbum placuerit ſonat in arbitrium boni viri, 22.34. 106.
Verbum reſpondere duplicem habet ſignificationem, ibid. 42. 107.
Verbum reſpondere interpretatur pro ſoluere, ibidem 45.
Quid vbi fuit adiectum reſpondere de pecunijs, & agitur inter mercatores, ibid. 46.
Verba pro reducendis teſtibus ad concordiam, nedum impropriè, ſed & impropriſſimè ſumi permiſſum eſt 34.160. 177.
Verba Notarij de teſtamento rogati dicuntur verba teſtatoris 35.31. 186.
Verbum poſſit extenditur in futurum 37.185. 220
Verba dubia, & obſcura ſententiæ declarari poſſunt à Iudice, etiam contra diſpoſitionem, & regulas Iuris, non autem contra veram ipſorum verborum ſignificationem, ibid. 385. 231.
Verba ſententiæ ſunt taliter interpretanda, quod ab ea remoueatur abſurditas, & iniuſtitia. quamuis interpretatio fiat impropriè, & largo modo, ibid. 387.
Quid ſi immutetur natura ipſorum verborum, ibid. 388.
Verba vltima ſententiæ corrigunt prima, & debent attendi, ibid. 398. 231.
Verba remota contradictione, vel quærela, æquipollent clauſulæ appellatione remota, & impediunt appellationem 39.84. 252.
Veritas geſtorum errore vitiari non debet, 26.22. 133.
Ac præualere debet opinioni, & errori, ibid. 23.
Veritas dummodo habeatur, non refert quomodo habeatur 31.6. 147.
Via vna ex duabus, quę competebant electa, ea patere debet 7.5. 18.
Viam vnam eligens non poteſt variando illam mutare, ibid. 6.
Via ordinaria ſi cępit agere, qui via executiua agere poterat, non valet ad viam executiuam redire, ibid. 13. & 24. 19.
Via vna non eſt alteri præiudicialis vbi agitur vi-

gore obligationis Cameralis 8.12. 81.
Viæ vnius electio, quando non tollat alteram 15.4. 64.
Viæ executiuæ tacita renunciatio an ſuffragetur, ibid.7. 65
Via quam elegiſti tibi pareat, ibid.9.
Via ordinaria eſt contraria viæ executiuæ, ibidem 19.
Viam executiuam impedire non poteſt actio ordinaria intentata, ibid.21.
Via ordinaria præambula ad executiuam intentata ſine vlla proteſtatione non præiudicat regreſſum ad viam executiuam 35. 66.
Via ordinaria intentata non impedit iudicium executiuum ex diuerſa cauſa, ibid.46. 67.
Viator immediatè receſſurus ratione contractus non dicitur prorogare iuriſdictionem, 21. 54. 102.
Viator culpoſus non oſtendens ſe eſſe viatorem, dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus, ibid.57.
Quid vbi ageretur de contractu, qui deberet hinc inde adimpleri, puta tradendo rem, & recipiendo pecuniam, ibid.58.
Viator accedens ad locum ea intentione illic contrahendi, & forum ſortiendi dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus, ibid.59.
Viator contrahens in loco, in quo de iure communi poſſet conueniri, dicitur prorogare iuriſdictionem ratione contractus, quamuis aliàs ex priuilegio potuiſſet illum forum declinare, ibid.60.
Vicarius foraneus deputatus in vna parte Diœceſis poteſt ſubdelegare 37.77. 214.
Et an cauſarum vniuerſitatem ſubdelegare poſſit ibid.78.
Dicitur Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ibid.339. 228.
Vicarius reuocatus rectè procedit reuocatione ſibi non intimata 12 101. 48.
Etiam quoad collationem beneficij, ibid.104.
Vicario quando dicatur ſufficienter intimata reuocatio mandati, ibid.105.
Viri præſtantes in republica perpetuò manere debent in vna ſententia in præf.45. 11.
Viro bono non conuenit quod ſemel dixit reuocare, 24. 5. 121.
Virtus conſtantiæ, & fortitudinis exigitur in Iudicibus in præf.28. 11.
Voluntatis duratio eſt præſumenda 1.33. 3.
Voluntas non præſumitur mutata 9.24. 24
Voluntas mutari non poteſt in alterius præiudicium 10.33. 29.
Voluntas hominis non eſt ſemper eadem, 11. 35. 34.
Voluntas teſtandi, perfecta, & libera, ex quibus arguatur, vel excludatur 35.41. 187.
Voluntas teſtatoris probata ſatis remanet ex teſtamento, ibid.42.
Vtens teſtibus contra ſe productis non poteſt eorum perſonas reprobare 36.11. 200.
Ad vxorem adulteram dos non pertinet, 13. 39. 65.
Vxoris adulterium infert iniuriam marito, 20. 57. 96.
Vxorem in adulterio relabentem an poſſit maritus accuſare ſolum de illo nouo, vel reaccuſare etiam de illo per tranſactionem remiſſo, vel condonato, ibid.73.

F I N I S.

SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONES
Nullibi impreſſæ.

In quibus Iudiciorum, contractuum, teſtamentorum, aliarumque rerum in foro valdè vtilium materiæ explicantur.

R. P. D. PIROVANO

Meliten. Præheminentiarum.

Veneris 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Iudex habens iuriſdictionem præuentiuam cum alio Iudice nequit auocare ab illo cauſas, in quibus præuenit, niſi ipſe eſſet, qui alteri Iudici dictam Iuriſdictionem conceſſiſſet. Auocatio cauſarum non ita de facili facienda eſt à Iudicibus Ordinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Magiſter Hieroſolymitanus non habet iuriſdictionem abſolutam, & independentem, ſed vnitim cum Conuentu.*

2 *Statuta Religionis Hieroſolymitanæ per confirmationem Apoſtolicam ſunt ſtatuta Papalia.*

Magnus Magiſter ſolus, neque Conuentus ſolus, neque ambo inſimul poſſunt contrauenire ſtatutis Religionis.

3 *Iudex habens iuriſdictionem præuentiuam non poteſt auocare cauſas, in quibus iam alter præuenit.*

4 *Iuriſdictio data duobus nequit per vnum exerceri.*

5 *Iuriſdictio debet exerceri iuxta ſtatuta, quibus illa conceditur.*

6 *Iudex par nequit auocare cauſas ab alio Iudice pari.*

7 *Iudicium vbi cæptum eſt, ibi debet terminari.*

8 *Auocatio cauſarum non ita de facili fieri debet, etiam à Principe propter honorem inferioris Magiſtratus.*

9 *Iuriſdictio cumulatiuè conceſſa inferiori non intelligitur taliter conceſſa, quin maior remanſerit Superiori.*

Intellige id procedere, vbi cumulatiua prouenit ab ipſo Superiore transferente, ſecùs cum prouenit aliundè num. 11. & 12.

10 *Princeps attenta qualitate cauſarum poteſt illas auocare à Magiſtratibus Ordinarijs, & alijs delegare.*

11 *Iuriſdictio omnis deſcendit à Principe, tanquam à fonte.*

13 *Auocatio de iure non conceditur à Iudice habente iuriſdictionem Ordinariam.*

14 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*

DECISIO I.

REſoluto prius in hac cauſa coram bo. me. Vbaldo 9. Iunij 1625. dandum eſſe mandatum de manutenendo tàm Magno Magiſtro quàm Mareſciallo linguæ Aneruiæ cumulatiuè ſuper cognitione cauſarum vertentium in prima inſtantia inter Milites, & Featres Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, in caſibus tamen in deciſione expeimendis, ſucceſſiuè die 30. Martij 1626. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo fuit firmatum in caſibus, in quibus Mareſciallus habet cumulatiuam, & ſic præuentiuam, poſſe Magnum Magiſtrum auocare cauſas præuentas à Mareſciallo; hodie cauſa ſuper eiſdem repropoſita dictum fuit, Magnum Magiſtrum ſine conuentu non poſſe auocare cauſas à Mareſciallo præuentas, & in hoc recedendum à deciſis.

Nam ſuprema poteſtas, quæ prætenditur in Magiſtro illa non eſt abſoluta, & independens,
1 ſed vnita cum conuentu, & quidquid habet Magiſter in Ordine non habet per viam tranſlatæ poteſtatis in ipſum, & ablatæ à Conuentu, ſed per viam nudi miniſterij, & ſimplicis commiſſionis iure penès Conuentum remanente *Oldrad. conſ.* 128. per totum, qui ponderatis ſtabilimentis eiuſdem Religionis ex pluribus argumentis, & rationibus hanc dependentiam à Conuentu confirmat; Eridem videtur reſolutum per R*otam deciſ.* 101. *num.* 1. *par.* 3. *diuerſ. Caputaq. deciſ.* 215. *par.* 1. & ex Conſtitutione Pij IV. in ordine 9. in nouo Bullario apparet ſancitum, Magiſtrum non poſſe eius ſuperioritatem exercere, niſi cum Conuentu, & cum ſtabilimenta eiuſdem Religionis ſiut à Conuentu, & Magiſtris pro tempore condita, &
2 per Sedem Apoſtolicam confirmata cum decreto irritanti, ſequitur quòd neque Magiſter ſolus, neque Conuentus ſolus, neque inſimul Magiſter, & Conuentus poſſint illis contrauenire, ex quo per confirmationem Apoſtolicam ſunt effecta ſtatuta Papalia *Abb. per il,*

lum

lum textum in cap.dilecto num.14.de præben. Felin.in cap.eum acceſſiſſent num. 4. & 7. in tertia
declaratione vbi *Dec.num.* 10. *de conſtit. Gabr.*
concl.3.de clauſ.num. 20. ex quibus ſequitur, ſi
Mareſciallus ratione ſuæ dignitatis. ex ſtabili-
mentis Religionis in caſibus in eiſdem expreſ-
ſis habeat præuentiuam in concurſu cum Magi-
ſtro non poſſit ille, poſtquam iuriſdictio per
Mareſciallum eſt præuenta, auocare cauſas
præuentas ab eo, & hoc defectu abſolutæ po-
teſtatis, quæ tanquã communicata cũ Conuen-
3 tu caret exercitio voluntario, & independenti
Bero conſ.117.num.4 lib.3, Couarruu.pract.quæſt.
cap.9.num.primo Rebuff.ad leges Regias in tract.
de euocat.quæſt.5.num 47.Lancell.de Attent.par.
2.cap. 10. num. 38. propterea dum Magiſter
non docet de maiori poteſtate, & iuriſdictio-
4 ne tranſlata in ipſum, ſtandum erit ſimulta-
neę repræſentatę ex Magiſtro, & Conuentu *l.*
Magiſtratus l. imperator ff. ad municip. & exer-
cendæ iuxta ſtabilimenta, & cauſas in eiſdem
5 expreſſas *l. cum magiſtratus C. quando prouoc.*
non eſt neceſſe Vant. tit. de defectu Iuriſd. ordin.
num. 175. neque hæc ipſa auocatio de iure
prætendi poteſt ex vi ſolius communicatæ po-
teſtatis, & ſuperioritatis, quia vltra quod ſta-
bilimenta in deſtinatione cognitionis cauſa-
rum magis paritatem, quàm ſuperioritatem
6 attenderunt, in qua de iure non eſt locus exer-
citio ſuperioritatis reſpectu auocationis cau-
ſarum *Gail.obſeru.41.num.9.lib.* 1. repugnat
etiam diſpoſitioni iuris cauſas iam cœptas
auocare, vbi enim cæptum eſt iudicium, ibi
7 de iure debet terminari *l.vbi cæptum de Iudic.*
& per auocationem cauſarum infertur iniuria
primo iudici; itaut nec etiam Principes ſupe-
8 riorem non recognoſcentes non ita de facili
moueri debeant ad cauſas auocandas propter
honorem inferioris Magiſtratus *Gamba.de offic.*
leg.lib.8.num.177. Ant. Sola in conſtit.Saband.
de ſent.exequuta in decret.gloſſa prima par.1. nu
3.Lancell.de attent.par.2.cap.10.num.39.

Et ex prædictis patet reſolutio ad funda-
menta deciſionis, quę reuidetur, & alijs pro
Magiſtro de nouo adductis.

Non enim obſtat fundamentum ſuperiori-
9 tatis Magiſtri, & quod Fratres Equites ſint il-
lius obedientiarij, vt inde inferatur Magiſtra-
tibus iuriſdictionem cumulatiuam non fuiſſe
conceſſam ita priuatiuè ad Magiſtrum quin
illi maior remanſerit *l.vltima C. de iuriſd. omn.*
Iud.vbi Bald.num.4.cap.dudum §. nos igitur de
præben.in 6.Roman.conſ.393.num.1.Seraph.deciſ.
1188.num.1.Menoch.præſum.18.num.2.lib.2. &
proptereà licere Principibus attenta qualitate
10 cauſarum illas auocare à Magiſtratibus ordi-
narijs, & alijs delegare *Afflict.deciſ.361.num.*
18. *Auendan.de execut.mand.Reg.cap.19. par. 1.*
Franc.à Ponte de poteſt. proreg. tit. 2. §.primo
num.24.

Quia fuit reſponſum, quod Aut verſamur in
iuriſdictione tranſlata, & dependenti ab ipſo
Superiore transferente, prout eſt illa, quæ po-
teſt conſiderari in Vicarijs, & Locumtenenti-
bus, ac etiam in Magiſtratibus ſubordinatis
ab eodem Principe ſuperiore, & in his termi-
11 nis procedunt ſuperiùs allegata: quia omnis
iuriſdictio deſcendit à Principe tanquam à
fonte *l.prima ff.de conſtit.princ.Menoch.præſumpt.*
14.num.2.lib.2.Maſtrill.de Magiſtr.lib.5. cap.5.
num.primo, & cap.6.num. 140. vt propterea in
eodem Principe Maior ſemper remaneat; ſed
hic non eſt caſus noſter; Aut verſamur in iu-
riſdictione aliundè proueniente, vel non à ſo-
12 lo Principe, prout eſt præſens, quæ Magiſtra-
tibus fuit communicata per Conuentum, &
per leges municipales, nempè ſtabilimenta per
Papam confirmata, & tunc ſicuti fons iuriſdi-
ctionis non eſt in Magiſtro ſolo, ſed in Con-
uentu per ſupradicta, ita apud eum non dicitur
remanſiſſe, quod nunquam fuit.

Non obſtat, quòd ſtabilimenta non prohi-
beant auocationem cauſarum, quia eo ipſo
quòd Tribunitiæ dignitati repræſentatæ per
Mareſciallum vigore ſtatutorum data eſt iuriſ-
dictio ordinaria quoad vniuerſitatem cauſa-
rum *Bart.in l.more maiorum num.9.ff. de iuriſd.*
omn.iud.Menoch.præſum.16.num.38.lib.2. de iu-
13 re auocatio non conceditur per *l. vbi cæptum*
eſt iudicium.C.de Iud.& ſtabilimenta ex eadem
iuris diſpoſitione paſſiuam recipiunt interpræ-
14 tationem *Bart.in Auth.quas actiones num.7. C.*
de ſacroſ.Eccleſ.Rot.deciſ.196.num. 5. par.2. di-
uerſorum.

Similiter neque releuat, quod in *deciſ.9. Iu-*
nij 1625. in hac cauſa facta, fuerit firmatum
Magiſtrum habere vniuerſalem iuriſdictionem
in dicta Religione, tàm ex ſtabilimentis, quàm
vigore Conſtitutionis Pij IV.9.in Bullario no-
uo: quia non controuertitur iuriſdictio, & ſu-
perioritas Magiſtri in caſibus per ſtabilimen-
ta, & conſtitutiones expreſſis; ſed dicitur, quòd
eodem modo ab eodem impugnari non po-
teſt iuriſdictio ex eiſdem ſtabilimentis digni-
tati Mareſcialli conceſſa.

Demùm non obſtat, quod ſi Magiſter cum
Conuentu poſſunt auocare cauſas, inde ceſſa-
re omnem difficultatem, ex quo Conuentus
non repugnat exercitio iuriſdictionis Magiſtri,
nec delegationibus ab eo factis, aut faciendis,
vt fuit pręſuppoſitum in *deciſ.9. Iunij 1625. co-*
ram bo.me.Vbaldo.

Quia huiuſmodi conſenſus non probatur
quoad vniuerſalem cauſarum auocationem à
tribunalibus, & Magiſtratibus ordinarijs, &
quatenus probaretur, Mareſciallus acquieſce-
re teneretur; quia ageretur de ſuprema pote-
ſtate inhęrente Conuentui, & Magiſtro, cum
qua non deficit iuriſdictio auocandi cauſas per
ſupradicta.

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO,

Ciuitatis Caſtelli Fideicommiſſi.

Lunæ 27. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

In mandato cum facultate faciendi ea, quę Dominus facere poterat, & cum expreſſione caſuum ſpeciale mandatum requirentium, includuntur omnes alij caſus ſpeciale mandatum requirentes, & ſignanter ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis ad conficiendum inuentarium. Actus fauore pupilli geri valet abſque mandato. In confectione inuentarij, ac in reſtitutione in integrum aduerſus lapſum temporis ad illud conficiendum, creditores certi, & præſentes ſunt citandi ſpecialiter, incerti, & abſentes per proclama. Omiſſio non doloſa non vitiat inuentarium, nec defectus ſubſcriptionis hæredis, cum illud fuit confectum à Notario.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſuffragatur, concurrentibus illius requiſitis.*

2 *Reſtitutio in integrum debet peti à Procuratore habente ſpeciale mandatum.*

3 *Sufficit tamen mandatum continens facultates ad faciendum ea, quæ Dominus facere poterat, cum expreſſi ſunt caſus ſpeciale mandatum requirentes.*

4 *Actus fauore pupilli ſubſtinetur, quamuis geſtus à perſona carente mandato.*

5 *Reſtitutio in integrum nulliter conceditur, non probata læſione.*

6 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad conficiendum Inuentarium conceditur ex ſola poſſibilitate læſionis.*

7 *Inuentarium ſubſtinetur, citatis ſpecialiter creditoribus certis; & præſentibus, abſentibus verò, & incertis per proclama.*

8 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad conficiendum Inuentarium valet, citatis ſpecialiter creditoribus certis, & præſentibus, abſentibus verò, & incertis per proclama.*

9 *Formæ omiſſio reddit actum nullum.*

10 *Præſentia Iudicis non eſt neceſſaria in confectione Inuentarij.*

11 *Decretum Iudicis, hæredem poſſe gaudere beneficio Inuentarij, eſt neceſſarium ſiue in principio, ſiue in fine eiuſdem.*

12 *Inuentarium exigit pro validitate citationem per proclama contra abſentes.*

13 *Teſtes bonæ famæ, & conditionis adhibiti loco creditorum abſentium, ſupplent horum præſentiam.*

14 *Mobilia in inuentario deſcribenda ſunt per pondus numerum, & menſuram.*

15 *Limita, vbi omiſſio huius rigoroſæ deſcriptionis, imò omnimodæ deſcriptionis non fuit doloſa.*

16 *Inuentarium debet ſubſcribi ab hærede, vel eius tutore.*

17 *Iſtaque ſubſcriptio deſignat perfectionem actus.*

18 *Non requiritur, vbi inuentarium fuit ſtipulatum ex rogitu Notarij.*

DECISIO II.

IOannes Vincentius Vitellius ſuper Tenuta nuncupata *la Montagna* cenſum impoſuit in redditu ſc. 210. illumque vendidit Camillæ Cerrinæ vſque de anno 1585. menſe Iulij pretio ſc. 3000. cui acceſſerunt vti fideiuſſores Diomedes Marchio, & Fabius tunc Cameræ Apoſtolicæ Clericus fratres de Cornea; Ioanni Vincentio ſucceſſit modernus Marchio Vitellius nepos ex filio prædefuncto, fratribus autem prædictis ſucceſſit modernus Dux à Cornea, qui coactus per hæredes Cerrinæ ſoluere fructus dicti cenſus, vti hæres fideiuſſoris, ceſſionibus iurium reportatis direxit Iudicium contra Marchionem Ioannis Vincentij hæredem pro ſolutione eorumdem fructuum cenſus, & Dubio propoſito: An eſſet relaxandum mandatum, & contra quæ bona, in prima parte non inſiſtebant DD. quia D. Dux apertè fundat intentionem ſuam ex publicis Inſtrumentis in Actis exhibitis, ſed de ſecunda fuit hęſitatum, nam aduersùs eam tria per Marchionem excipiebantur, primò bona poſſeſſa per Io: Vincentium ex fideicommiſſo Pauli non potuiſſe vinculari ſub cenſu vendito, ſecundò in proprijs eiuſdem Io: Vincentij eſſe potiorem, & anteriorem creditorem vigore ceſſionum iurium à diuerſis creditoribus illius habitarum, tertiò bona propria ipſiuſmet non eſſe obligata, cum ſit hæres Io: Vincentij cum beneficio legis, & inuentarij, de cuius validitate cum ſtricta diſputatio eſſet ſuſcepta, reſponſum fuit; *Inuentarium ſuffragari March. Vitellio.*

1 Quia concurrunt ea, quæ ad conſtituendam Inuentarij validitatem deſiderantur in *l. fin. C. de iur. delib.* & ponunt *Roland. conſ. 73. num. 4. & ſeq. vol. 2. Bald. conſ. 383. num. 9. lib. 1. Iaſon. in ead. l. fin. in puncto num. 3. & 4. Dec. conſ. 633. Ægid. dec. 279. Rot. deciſ. 508. coram Card. Caualer.*

Non obſtant oppoſita contra idem Inuentarium, quia ſi agatur de inchoato per Sabellam Auiam, & tutricem Marchionis de menſe Iunij 1596. exceptiones non releuant, quia Marchio ſuper eo non inſiſtit, ſi verò tractatur de proſecuto, & perfecto de anno 1598. per Laurentium Cinum Actorem, & Procuratorem Sabellæ Auiæ, & Tutricis vtendo beneficio reſtitutionis in integrum per Card. Sabellum tunc Peruſiæ, & Vmbrię de Latere Legatum eidem Marchioni indulto, & ſimiliter nullitates excitatę quoad actum reſtitutionis, & formam in eadem gratia non ſeruatam, et defectum requiſitorum facile euitantur.

2 Primò namque non obſtat, quod reſtitutio fuerit petita ab Actore ad lites, et ab eodem proſecuta, et tamen requirebatur mandatum ſpeciale ad petendam reſtitutionem in integrum

grum, *Gloſs.in l.Suſcitata in verb. Poſtulauit de reſtit.in integrum Caſſad.deciſ.1.num.3.de procur. Mant.dec.11.num.1.Ioſeph Ludou.dec. 30.verſ. Secundò requiritur*,

Quia cum mandatum contineat facultates ad faciendum ea, quæ Dominus facere pote-
3 rat, et expreſſi ſint caſus mandatum ſpeciale requirentes, ſemper includitur ſufficiens mandatum ad petendam reſtitutionem in integrum *l.qui ad agendum de procur.in 6.Couar.var.lib. 1. cap.6.num.2.verſ. quartò manifeſta*, et idem firmauit Rot.*in Praeneſtina Bonorum 21. Februarij 1614.coram bo.me.Card.Sacrat. & in Firmana Hæreditatis 15. Martij 1624.coram me*, et eo magis ſuffragabitur mandatum ad proſequendum Iudicium Inuentarij, quia actus fa-
4 uore pupilli geſti ſuſtinentur, quamuis emanauerint à perſona mandato carente, *l. non eò minus C. de procur.l.ſi Tutor. C.in quib. cauſ. reſtit.non ſit neceſſaria*, Surd.*conſ.9.num.8.* Rota *deciſ.574.num.3.& 4.cor.Sanctiſ.Gregor XV.*
5 Similiter non releuat, quod reſtitutio nulliter conceſſa fuerit non probata læſione, *Guidop.deciſ.141.in princ.& 371.num.2.Odd. de reſtit.in integr.quæſt.84.art.6.num. 58.*

Quia ad hunc effectum non eſt neceſſaria
6 excuſſio debitorum, et creditorum hæreditatis, ſed ſufficit poſſibilitas læſionis, quæ detegitur ex debitis, et litibus, quibus hæreditas implicata reperitur, *Bald.in l.1.in fin.C.ſi minor ſe ab hæred.abſtin.*

Nec destruit actum reſtitutionis, quod Certina Cenſuaria non fuerit ſpecificè citata in conceſſione reſtitutionis à Card. Legato facta.
7 Quia ſicuti ſubſtinetur Iudicium Inuentarij citatis ſpecialiter creditoribus certis, et præſentibus, abſentibus verò, et incertis per proclama, *Bart. in Auth Si omnes num. 1. C.ſi minor ſe ab hæred.abſt.& in Extrau.ad reprimen. in verſ. Per edictum Seraph. deciſ. 371. num. 4.* et idem fuit firmatum in *Carpentoraten. Bonorum 18.Decembris 1617.coram Card.Pamphil.* eodem modo ſubſtineri debet Iudicium reſtitutionis
8 in integrum aduerſus lapſum temporis citatis eiſdem certis, et præſentibus *Odd.de reſtit. in integr.quæſt.34.art.8.num.42.* ideo niſi Certina, et nunc habentes cauſam ab ea, docuerint fuiſſe veram creditricem, et præſentem, non poterit dare de nullitate Iudicij defectu citationis.

Secundò principaliter non obſtat, quod non fuerit ſeruata forma Decreti per Legatum præſcripta, Inuentarium ſcilicet conficiendi, et perficiendi coram Geminiano Locumtenente Legati, cui Cauſam commiſerat vſque ad ſententiam excluſiuè, et tamen omnia geſta leguntur in Proceſſu, Locumtenente minimè requi-
9 ſito, eoque abſente, cuius formæ omiſſio ſemper nullitatem actus indicat *cap.cum dilecta de reſcript.Rot.deciſ.72.num.34.par.2.diuerſ.*

Quia verba Decreti duo continent, primò reſtitutionem aduerſus lapſum temporis ibi *ad conficiendum Inuentarium, & perficiendum iam cœptum, & in actis productum faciendum* Secundò executionem Cauſæ reſtitutionis cum ſuis incidentibus, ac emergentibus ibi *coram Geminiano noſtro Locumtenente, & Auditore* cui Cauſam dicti Inuentarij commiſit exequendam cum omnibus ſuis emergentibus, & dependentibus; primo caſu non eſt præſcripta forma de præſentia Iudicis, & de Iure non eſt
10 neceſſaria in confectione Inuentarij, quia ipſe actus conficiendi Inuentarium non eſt Iudicialis, *Bald.in l.fin.§.cum igitur num.12. C. de iur. delib. Achil.dec.3.de teſtam. Phanuc. de inuent. par.3.num.7.& 9.Simoncel.de decr.lib. 2. tit. 6. inſp.6.in princ.* Secundus vero caſus non pertinet ad perfectionem, ſed ad executionem, quæ eſt Iudicis interlocutio. hæredem poſſe gaudere beneficio legis præſeruantis bona hæredum ab obligatione contracta per aditionem, quod Decretum reperitur in eodem Proceſſu *fol.623.* & eſſe neceſſarium, ſiue in principio, ſiue in
11 fine Inuentarij firmauit Rot. ſecundùm veriorem in *Romana Legati de Vrſinis 17. Decembris 1629.coram me*.

Tertiò denique non obſtat, quod requiſita omnia per *l.fin.C. de iur. delib.* non interuenerint.

Nam quod excipitur de defectu citationis per proclama contra abſentes (quæ pro validi-
12 tate Inuentarij aſſeritur omnino neceſſaria, *Salic.in l.fin.§.Sin autem dubius verſ. Sed tunc quæro num.9.C.de iur.delib.Rolan. de inuent.par. 3.§ Fiet quæ num.3.*) tollitur ex facto, quia reperitur in Proceſſu *fol. 625.* prout eodem Proceſſu *fol.630.& ſeq.* reperiuntur adhibiti
13 Teſtes loco creditorum abſentium bonæ conditionis, & famæ, qui ſupplerent eorum præſentiam, *Auth.de hæred.& falcid §. Hinc nobis verſ.Si verò abſunt Bald.conſ.147. num.1.vol. 4. Rot.dec.72.num.6.par.2.diuerſ.*

Neque vis eſt facienda in eo, quod mobilia non fuerint deſcripta per pondus, numerum,
14 & menſuram, prout fore deſcribenda de Iure dixerunt, *Rolan.conſ.73.num.48.lib.2. Natt. conſ.574.num.1.& ſeq.Rot.dec.250.par.1.rec.*

Quia vltra quod ex Proceſſu *fol.533.& ſeqq* deſcriptio reperitur facta cum ſuis circumſtantijs, hæc rigoroſa deſcriptio, & quod magis eſt
15 omiſſio deſcriptionis eorumdem, modò non fuerit doloſa, non ſuffragatur ad tollendam Inuentarij validitatem ſecundùm veriorem, quam ſeruat *Rot.* vt in *dec.169.num.3. cor. Sanctiſs.Greg.XV.num.4.par.2. rec.* et alijs relatis in *d.Romana Legati de Vrſinis cor.me.*
16 Et eo minùs viſum fuit obſtare omiſſio ſubſcriptionis Marchionis, vel Tutricis, quam eſſe neceſſariam voluerunt, *Dec.conſ.633.nu. 13. Natt.conſ.214.num.12.Rot.diuerſ.dec. 72.nu. 7. par.2.* cum alijs allegatis.
17 Quia ſi ſubſcriptio eſt apponenda ab hærede, vt cognoſcatur perfectio, et conſummatio actus Inuentarij, vt dicit *Bald.conſ.147.num.2. vol.4.* ex rogitu Notarij, dum apud Acta fuit
18 ſtipulatum, magis certificatur perfectio, quam ex priuata hæredis ſubſcriptione, *Rot.dec.195.*

num.

Digitized by Google

num.3.par.4. diuerſ. in Romana Domus de Carcnaſchinis 22.Iunij 1609. coram bo.mem. Pœnia. Romana *Legatorum 308. coram bon.mem. Card. Caual.& in d. Roman.Legati de Vrſinis coram me.*

Ex quibus omnibus patet ceſſare exceptiones, & Inuentarium ſubſtineri, & Marchioni ſuffragari,& ita vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO

Ciuitatis Caſtelli Fideicommiſſi,

Ven. 16. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Omnes caſus ſpeciale mandatum requirentes includuntur in mandato cum facultate faciendi ea,quæ Dominus facere poterat, & habente expreſſos aliquos caſus ſpeciale mandatum requirentes. Fauore pupilli actus expleri poteſt abſque mandato. Clauſula *ad lites* in mandato expreſſa continet multos caſus ſpeciale mandatum requirentes.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad faciendum ea, quæ Dominus facere poterat cum expreſſione caſuum ſpeciale mandatum requirentium includit mandatũ ad petendam reſtitutionem in integrum.*

2 *Actus fauore pupilli ſubſtinetur, etiamſi emanauerit à perſona mandato carente.*

3 *Mandatum generale non comprehendit ea, quæ exigunt mandatum ſpeciale.*

4 *Clauſula* ad lites *in mandato procura inſerta includit multos caſus mandatum ſpeciale requirentes.*

5 *Et habet dicta clauſula vim ſpecialis expreſſionis.*

6 *Mandatum, vt dicatur continere facultatem petendi reſtitutionem in integrum ſufficiunt verba apta in ſui generalitate illam comprehendere.*

7 *Verbum* agere *importat quamcunque actionem agere,ſiuè in rem,ſiue in perſonam, ſiue directam,ſiue vtilem,ſiue officium Iudicis.*

8 *Mandatum Iudicis imploratur pro obtinenda reſtitutione in integrum.*

9 *Mandatum præſumitur ex impenſa, & labore procuratoris.*

10 *Tutor non poteſt procuratorem conſtituere ante confectum Inuentarium.*

11 *Poteſt tamen procuratorem conſtituere ad inuentarium validè conficiendum.*

12 *Inuentarium exigit interloqutionem Iudicis, ſiuè in principio, ſiue in fine.*

DECISIO III.

1 DOMINI perſtiterunt in deciſis 25.Februarij 1630. quia inuentarium poſt gratiam reſtitutionis in integrum obtentam, ſiue ex integro perfectum,ſiue iam inchoatum, & ad ſinem proſequutum tamquam intra tempus, & Iuris ſolemnitatibus roboratum ſemper validum venit pronunciandum.

Neque obſtant replicata contra requiſita *l.fin.C.de Iur.deliberan.* quaſi adhuc ſufficienter probata non fuerint, quia ſi mandatum Laurentij Cini Procuratoris ſubſtinetur,& probata ſit forma perLegatum præſcripta in conficiendo Inuentarium, cætera viſa ſunt ex replicationibus non ſubmoueri, nec egere alia reſponſione.

Mandatum autem Laurentij validum eſſe ad effectum, de quo agitur, deciſio firmat ex eo,quod contineat facultatem ad faciendum ea, quæ Dominus facere poterat, & expreſſi ſint caſus mandatum ſpeciale requirentes, ex quibus includitur ſufficiens mandatum ad petendam reſtitutionem in integrum *cap. ad agendum de Procur.in 6.Couar.Variar.reſol.lib.1. cap.6.num.2.in fine Put.deciſ.100. num.1.lib.2.* & eo magis, quia fauore Pupilli actus ſubſtinetur,quamuis emanauerit à Perſona Mandato
Carente *l.non eo minus C. de Procur. l. ſi Tutor*
2 *C.in quibus cauſ. reſtit.non ſit neceſſaria Surd. conſ.9.num.8.*

Non obſtat,quod diſpoſitio *cap. ad agendum* requirat expreſſionem caſuum mandatum ſpeciale requirentium ante clauſulam generalem, vt ex eis poſſit inferri ad voluntatem cõſtituentium ſub generalitate clauſulæ contentam,quæ expreſſio dicebatur non legi in mandato, neque ante,neque poſt clauſulam generalem,vt propterea inhęrendum ſit regulæ, quod
3 in mandato generali non veniant,quæ exigunt
mandatum ſpeciale *Cardin.Mantic. de tacit. lib. 7.tit.16.num.20.& ſequent.*

Quia aduertendum eſt ad tenorem mandati,in quo ponuntur facultates ad agendum, cauſandum,& defendendum cum omnibus, &
4 ſingulis, quæ in clauſula ad lites comprehenduntur,ſed in clauſula extenſa per practicos,& ſignantèr per *Gabellium in titulo de Inſtrumento Procurationis*, inſeruntur multi caſus mandatum ſpeciale requirentes,prout ad dandum poſitiones, & poſitionibus reſpondendũ, ad ſuſpectos allegandum Iudices, & remouere faciendum,ad opponendum crimina, & defectus,ad appellandum ab exequutione, ad proſequendum appellationem, ad iurandum de Calumnia, ad iurandum in Animam conſtituentis, quæ omnia, & alia in extenſione dictæ clauſulæ ad lites ponuntur, & ſpeciale mandatum requiri latiſſimè comprobat *Ioſeph.Lud. concl.30. per tot.* in qua recenſet nonaginta tres caſus ſpeciale mandatum requirentes,& quamuis non expreſsè, ſed per relationem ad clau-
5 ſulam *ad lites* exprimantur, non ideò minus
prædicta dicuntur expreſſa quam ſi in ſpecie fuiſſent enunciata *ad text. in l.qui liberis §.& verba in fine ff.de vulg.ſubſtit. Alex. in l.vlt.num.50.C.de hæred.Inſtit,Ruin.conſ.29.num.4.lib.1. Menoch.conſ.287.num.29.& ſeq.lib.3.*

Præterea poſt dictam clauſulam ſequuntur alia verba apta comprehendere in ſui genera-li-

litate, facultatem petendi reſtitutionem in
6 integrum quod ſufficere viſum fuit *Caſſad. dec.*
1.num.1.de Procur.Couar.var.lib.1.cap.6.num.2.
verſ.3-in eamdem Roland. conſ.29.num.7. lib.2.
Ioſeph.Ludouic.eadem concl. 3. verſ.1. requiritur
ampl.3.Odd.de reſtit.1.quæſt.1.num.71. Videlicet,
& ſubagere,& cauſare notorie compræhendun-
7 tur,cuius verbi *agere* ſenſus eſt quamcumque
actionem agere,ſiue in rem, ſiue in perſonam,
ſiue directam, ſiue vtilem, ſiue per officium Iu-
dicis actione deficiente *Iaſ. in l.1. num.1. Cod.*
8 *de eden. Alex.conſ.102 num. 3.lib.6.Natta conſ.*
474. num.25. ad quod Iudicis officium recur-
ritur pro obtinenda reſtitutione in integrum
Abb.in cap.2.num.1.de offic. Iudic. Odd. de reſtit.
ead.quæſt.1.art.7.num.68. Roland.conſ.38. num.
17.lib.2. ita vt ſub nomine agendi ſemper ve-
nit facultas implorandi officium Iudicis pro
obtinenda reſtitutione in integrum.

Quibus omnibus accedit quatenus aliqua
ambiguitas ſubeſſet, declaratio, quæ oritur ex
actu Procuratoris petentis reſtitutionem, & li-
tem proſequentis cum impenſa, & labore, quæ
9 ſine D.Sabellæ Tutricis ſcientia fieri, aut facta
non præſumuntur, cum Dominus, qui tenetur
Procuratori nõ iactet de facili, nec Procurator,
qui ad expenſas tenetur perdere velit, *Rot.dec.*
23.de Procur. in nouis Caſad.ead.dec.1.n.2.eod.
tit. Intempeſtiuè autem Procuratorium, nec
etiam poteſt dici factum ex eo, quod Tutrix
10 vſque tunc non confecerat Inuentarium ſecun-
dum rationes *Gabriel.conſ.25. num.6.lib.2. Ca-*
putaq.deciſ.387.par.2. quia Procurator non eſt
vſus mandato ad lites conteſtandas, ſed ad In-
uentarium validè conficiendum, pro quo non
11 prohibetur Tutrix Procuratorem conſtituere,
cum concernat vtilitatem Pupilli, & dilatio-
nem non recipiat *Bart. in l.Tutor, qui reperto-*
rium num. 7.ff.de adminiſt.Tutor Put. deciſ.199.
in correct. lib.2. cum alijs Gratian. diſcept. 542.
num.7.& 8. Rot.deciſ.530. num.4. coram Papa
Gregorio XV.

Secundò principaliter firmatur in deciſione
ſeruatam fuiſſe in conficiendo Inuentario for-
mam per Legatum præſcriptam ex eo, quod
contineat duas partes, reſtitutionis aduerſus
lapſum temporis, & exequutionem, aut proſe-
quutionem cum ſuis incidentibus, & emergen-
tibus, & prima pars non recipiat aliquam for-
mam; quia fuit expedita per Card. Legatum
per verbum gratioſum *reſtituit* abſque alia cõ-
ditione præſentiæ Iudicis; Secunda verò pars
pertinet ad exequutionem Inuentarij, quæ eſt
Iudicis interloquutio, ſiuè in principio, ſiuè in
12 fine conſummationis actus ſecundũ veriorem
firmatam in *Romana Legati de Vrſinis 17. De-*
cembris 1629.coram me. Non obſtat, quod Car-
dinalis Legatus poſt reſtitutionem factam per
verbum *reſtituit*, ſubiunxerit, Inuentarium fa-
ciendum coram D.Geminiano, itaut intellexe-
rit de præſentia adhibenda in confectione,
qua circumſcripta Inuentarium ſemper peccat
in forma.

Quia tenor Decreti diei 4.Septembris 1598 non ſe reſtringit ad faciendum in præſentia D.Geminiani Locumtenentis, ſed vlterius progreditur *Cui cauſam d. Inuentarij commiſit exequendam cum omnibus ſuis emergentibus, & connexis*, quæ omnia cum reſpiciant formam iuris, intelligenda ſunt de præſentia in decernendo, hæredem poſſe gaudere beneficio legis ſecundum concluſiones firmatas in ſupradicta Deciſione *Romana Legati coram me*.

Et ita fuit reſolutum &c.

REVERENDISSIMO P. D.

ALBERGATO DECANO.

Romana Laudemiorum.

Lunæ 22. Iunij 1671.

ARGVMENTVM.

Laudemium debetur Domino directo, non primo emphyteutæ, vbi res alienatur à ſecundo emphyteuta.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* ſubemphyteuticare *intelligitur ante iuris translationem, non autem poſt.*
2 *Vaſſallus ſecundus inſeruit primo Vaſſallo, non Domino ſupremo.*
3 *Vaſſallus ſubinfeudat ſine conſenſu Domini.*
4 *Emphyteuta verò non ſubemphyteuticat abſq; tali conſenſu.*
5 *Secundus emphyteuta dicitur habere cauſam à Domino directo.*
6 *Subemphyteuticatio intelligitur ſecundum naturam contractus emphyteutici, vt ius Laudemij, & realis ſuperioritas maneat penes concedentem. Contrarium num.7.*
8 *Primus emphyteuta habet rei vindicationem, vel actionem præſcriptis verbis contra ſecundum non ſoluentem canones.*
9 Gloſ. §. Adeò verb. proprium Inſtit. locat. *explicatur.*
10 *Emphyteuta permiſſione domini directi poteſt perſequi ſubconductorem pro ſolutione penſionis.*
11 *Laudemium debetur domino directo, non primo emphyteutæ, & num. 19. Et talis eſt communis obſeruantia num.20.& 21.*
12 *Laudemium, iniectio manus, & commiſſum æquiparantur.*
13 *Conſenſus domini directi, non primi emphyteutæ requiritur, cum ſecundus emphyteuta vult alienare, & num.17.*
14 *Laudemium debetur ei, qui præſtat aſſenſum.*
15 *Appellatio interponitur ad Delegantem, vbi grauamen illatum fuerit à ſubdelegato.*
16 *Iuriſdictionis fons reſidet in Delegante.*
18 *Proprietarius præfertur vſufructuario in re, quæ cecidit in commiſſum.*

DE-

DECISIO IV.

ALTA non minus,quam celebris fuit quæſtio, quam duo inſignes Iuriſconſulti. & Luſitani Senatores excitarunt, nunquid ſcilicet per alienationem ſecundi emphyteutæ debeatur laudemium primo,an potius Domino directo; Etenim *Valaſc.quæſt.13. de iur.emphyt.ex num. 11. verſ. Verùm cum ſeqq.* latè diſtinguendo tuetur primum, quatenus tamen non tranſtulerit omne ius in ſecundum,ſed ſibi quid certum reſeruauerit,quam diſtinctionem reprobat *Caldas* pariter *quæſt.13.de emphyt. renouat ex num. 41.vſque in fin.*reſpondendo quatuor fundamẽtis per illum expoſitis,primò ſcilicet,quod implicet Emphyteutam ſubemphyteuticare,& nihil iuris apud eum remanere, quando illud verbum *ſubemphyteuticare* expenditur à DD.
1 in prioritate temporis,ſcilicet ante iuris tranſlationem, non autem poſt, vt benè explicat *Caldas ſub dicto num.41.*

Secundò ex materia feudali deſumpto, qua
2 ſecundus Vaſſallus reſpicit primum, eique inſeruit,non autem Domino ſupremo, rectè ſatiſfacit idem *Caldas ſub num.42.* ex diuerſitate principiorum; cum quibus in vna,vel altera materia proceditur; In feudis enim Vaſſallus
3 ſubinfeudat ſine Domini conſenſu *cap. 1.§.1. qualiter poſ. feud. alien. in vſibus feudorum*; quod non permittitur Emphyteutæ *l.fin. C. de*
4 *iur. emphyt.* mirum ergò non eſt ſi ſecundus Vaſſallus reputat primum,quod dumodo Dominum, cum illum ſui Vaſſallagij authorem ſimpliciter agnoſcat,cuius contrarium obtinet in emphyteuſi,in qua ſolus Dominus directus inueſtiuit,& ſecundo Emphyteutæ poſſeſſionem tribuit;Vndè ab eo cauſã habere dicitur *l.1. §.*
5 *1.ff.de Religioſ.& ſump.fun. l.1. §.1.ff.ad Senat. Conſult. Sylan. auth. ſed iam Cauſam C. depoſiti.*

Tertio argumento, quod *Valaſcus* deduxit ex *Fab. ad §.Adeo Inſtit tit.locat. ſub num.1.* vt nimirum conceſſa emphyteutæ ſubemphyteuticatione id intelligitur ſecundum naturam emphyteutici contractus, & conſequenter, vt
6 ius laudemij,& realis illa ſuperioritas maneat penès concedentem,occurrit idemmet *Caldas*, negando conſequentiam,ſtat enim ſimùl,quod Dominus vtilis rem ſubconcedere valeat, & nihilominùs vbi hæc à Conceſſionario tra-
7 hitur, non ipſe, ſed Dominus directus,vtpotè verum ius in re tenens, ſit requirendus, imò euidens eſt argumenti fallacia, quia in tantum de natura Emphyteuſis eſt, vt aliquod ius, & ſuperioritas remaneat apud Dominum directum, in quantum ipſe liberè, & ſine alterius aſſenſu concedit,eademque ratione id permittitur in ſubfeudis, quod in ſubemphyteuſi nõ procedit,cuius conceſſio, ſiuè immediata, ſiuè ſubalterna àDomino ſupremo,eiuſque conſenſu dependet.

Quartò demùm ex *Gloſſa* deſumpto in dicto
8 *§. Adeò verb.proprium*, concedente primo emphyteutę rei vindicationem aduerſus ſecundũ qui canones non ſoluit, vel ſaltem actionem præſcriptis verbis, vndè infert *Valaſcus*, eam negare non potuiſſe ius aliquod in ſublocante remanere,dupliciter reſpondet *Caldas*, primò eam gloſſam non neceſſariò ſupponere con-
9 tractum ſubemphyteuticum, ſed potiùs quem dam innominatum,do, vt des, ex quo naſcitur dicta actio præſcriptis verbis, Secundò non rectè inferri, aliquod ius manet apud primum emphyteutam,ergò eſt ius Dominij,aut ius in re,quia ſtat ſimul, quod Dominus ſibi retineat iura dominicalia, & tamen emphyteuta ex
10 eius permiſſione habeat ius perſequendi proprium conductorem pro ſolutione penſionis, tanquam eo ipſo, quod fuit de eius conſenſu reſeruata,cenſeantur quoque ſalua omnia iura ad illam perſequendam, ad quod expendit *Bald.in cap.1.§.illud de prohibit.feud. alien. per Federic.ſub.5.*

Aſſiſtit autem ſententiæ *Caldas* triplex, imò
11 quadruplex fundamentum. Primum deſumptum ex *Text.in l.penult.ff.de Seruis exportandis.* quo loci vendito Seruo ea lege, ne Romę moraretur, alias liceret venditori in illum manus injcere, ſi emptor eadem lege alteri eum vendiderit,& fugiens ſeruus Romę moretur,reſpondit Iuriſconſultus manuum iniectionem permiſſam eſſe primo Venditori, non autem ſecundo, ſic igitur in hoc caſu lege bonis impoſita, ne ſinè conſenſu Domini vendantur,ſi fuerint à ſubemphyteuta alienata, laudemium debebitur primo, ac ſupremo Domino,non autem ſubalterno,cum laudemium, iniectio manus, & commiſſum æquiparentur,&
12 omnia efferantur in ſignum, & recognitionem dominij *Alex. in l.ſi finita §.ſi de vectigal. ff.de damn.infect.num.38.circa fin.Soccin.ſen.conſ.96. num.2.& 4.lib.3.Paris de Put. de reintegr. feud, cap. 141.an quando num.3.& priùs cap.90. pone num.1.& ſeqq.*

Secundum ſuggerit *Gloſſ.in dicta l.fin. verbo alijs vendere verſ.Item ſi primus C.de iur.emph.* præcisè hunc caſum figurans ibi -- *Si primus emphyteuta vendiderit, & ſecundus velit rem vendere, cuius exquiretur conſenſus Domini, vel emphyteutæ primi? Quidam dicunt emphyteutę primi, quia ab eo cauſam habet. Dic Domini,*
13 *quia hæc lex dicit,Domini conſenſum requiri, & primus emphyteuta deſinit eſſe Dominus alienando,nec poſſidet ciuilitèr,nec naturalitèr. Vndè eius*
14 *non eſt quærenda voluntas*. Clarum eſt autem apud eum,qui præſtat aſſenſum, manere etiam ius exigendi laudemium, vt aduertit *Muta ad conſuetud.Panormit.cap.26.num.137.Io. Saiſon ad conſuetud. Turonenſes de pręd.de Ires, & de de Peſaig.art.5.col.3.verſ. hinc eſt Niger. de laudem.quæſt.10.art.2.num.85.*

Deducitur tertium ex his, quæ paſſim in
15 appellationibus dicuntur interponendis ad Principem Delegantem, vbi grauamen illatum fuit à ſubdelegato *cap.porrò §. ſuper de offic.deleg. Maranta in praxi par.4.diſt.5.princ.nu. 28. verſ. Quod autem*, tanquam in ipſo Dele-

gante

gante reſideat fons, ac radix Iuriſdictionis ad
Text.in l.eum filius §.cum hæres, vbi gloſ.in ver-
bo veritatis ff.de legat.2.Angel. in l. more maio-
16 *rum num.1. de iuriſd.omn. Iudic.* Vndè pari ra-
tione dicendum ſit recurſum in caſu aliena-
17 tionis eſſe faciendum ad Dominum directum,
tanquam ad primam cauſam,& fontem pote-
ſtatis pro auctoritate ſui contractus, vt arguit
pręcæteris *Niger dicta quęſt.10.num.64. & 66.*
& veluti ad cauſam nobiliorem, ac potiorem
l.1.§.qui in perpetuum ff.ſi ager vectigal.vel em-
phyt.pet.l.ſi hęres inſtitutus, vbi gloſ. verbo dire-
ctæ ff.ad Trebellian.Rot.diuerſ.deciſ.168. num.6.
par.2.& in qua propriè reſidet dominium *l.1,*
§.1.ff.de Religioſ.& ſumpt.funer. Qua ratione,
18 ſi res cadat in commiſſum, vſufructuario præ-
ferri proprietarium reſpondit *Oldrad. conſ.*
240.& ſequutus eſt *Surd.conſ.57.nu.23. lib.1.* &
latè exornat *Tiraquell.de retract. lignag. in fine*
num.109 & 110.

Quartum denique reſultat ex pluribus ab-
ſurdis,& inconuenientibus, quæ ſequerentur,
vbi ſubemphyteuta in alienatione aſſenſum
Domini non exigeret; Vltra enim pręiudicia
19 laudemiorum, & prælationis, poſſent bona
deuenire in manus mortuas, & in perſonas
prohibitas,atque odioſas Eccleſiæ,immò prop-
ter mutationem perſonarum,& confinium ſpes
deuolutionis cum identitate confundi, vt pon-
derat *Moliu.de contract.tract.2.diſput.471. num.*
8.Cald.dicta quaſt.13.num.18. & ſeqq. Amic.de
de iur.emphy. quęſt.83. num.10. verſ. nam alias,
vbi inſuper addit communem obſeruantiam,
& praxim eſſe vbicunque iſte contractus cele-
20 bratur, vt ſemper fiat cum conſenſu Domini
directi, eique ſoluto laudemio, vt *dicto nu.* 10.
refutans diſtinctionem Valaſc. & approbans
*Caldas ibi,et per totam quæſtionem,*quem ſequu-
ti ſunt ſupra quinquaginta *DD.*relatè *per Ni-*
gr.dicta quæſt.10.art.2.ex num.83.verſ.propterea
vſque ad num.86.

Meritò igitur in præſenti hypotheſi inter
Capitulum S.Petri Dominum directum, &
Puellas diſperſas emphyteuticarias reſpondit
hodie Rota ad fauorem Capituli in confir-
mationem *deciſ.40.par.7.rec.*contra quã Nigri
ſcripta *in d.quæſt.10.à num.* 100.nil potuerunt,
vt ipſe teſtatur in ſine quæſtionis, nec mirum
cum ibi à communi receſſerit, quam vltra
per eum allegatos firmauit *Ricc. collect. 1537.*
21 *ampliat.1. par.5. Filiuc.quæſt. moral. tract.36.*
cap.8.num.157. Barboſ. in cap.potuit de locat. &
conduct.num.3. verſ.vendita Merenda contr. iur.
num.19.cap.49. num.1. Antonell. de temp. legal.
lib.2.cap.88.num.8.& lib.3.cap. num.27. & cæ-
teris adductis probauit hoc Sac.Tribunal in
deciſ. 1. de locat. verſ. de prima quæſt.in antiquis
deciſ.168.num.6.par.2.diuerſ.& deciſ.494.num.
4.& ſeqq.par.9.rec.

Et ita prædictis Puellis, & alijs ſubemphi-
teutis quampluries citatis, & informare re
cuſantibus &c.

R.P.D. BOVRLEMONT

Romana Pecuniaria.

Lunę 1. Decembris 1670.

ARGVMENTVM.

Debitor tenetur cauere de ſtando iuri, & iudi-
catum ſoluendo; dummodò non ſit Clericus,
aduerſus quem nec poteſt relaxari mandatum
ſuſpectionis fugæ.

SVMMARIVM.

1 *Laicus reus tenetur de iure ciuili cauere iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluere.*
2 *Si tamen cautionem non inueniat, ſufficit cautio iuratoria.*
3 *Clericus reus de iure ciuili non tenetur pręſtare fideiuſſores, ſed ſolum promiſſionem ſine iureiurando cum hypotheca ſuorum bonorum.*
4 *Iure vero Canonico admittitur ad cautionem iuratoriam, nec tenetur ad illam præſtandam cum hypotheca bonorum num.10.*
5 *Mandatum ſuſpicionis fugę relaxatur ex Statuto Vrbis cont.a debitorem immobilia non poſſidentem, & à creditore iuratum ſuſpectum de fuga.*
6 *Et illud euitatur per cautionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.*
7 *Clericus debitor non poteſt allegari ſuſpectus.*
8 *Niſi deprehenderetur in actus fugę.*
9 *Clericus regulariter non poteſt carcerari pro debito ciuili.*

DECISIO IV.

CVM in ſententia lata fauore Franciſci Ver-
gardi, qua Petrus Ongaus condemnatus
eſt ad ipſi reddendam rationem, reſeruata fue-
rit inſtantia ſuper cautione præſtanda de ſtan-
do Iuri, & iudicatum ſoluendo, Hodiè in
gradu appellationis ſuper negotio principali
ad me delatæ,Cauſa ſuper hoc articulo quoq;
propoſitæ, DD.conſiderabant tale Iuris reme-
dium multifariam ad praxim reduci iuxtà
gradum,& qualitatem Perſonarum.

1 Nàm de Iure Ciuili, quando ſimilis con-
trouerſia moueretur contra Laicos, ipſi tene-
rentur idoneam pręſtare cautionem ex Cauſa
ſiſtendi Iudicio,& iudicatum ſoluendi, vt toto
titulo *ff.in ius vocati vt eant, aut ſatis, vel cau-*
tum dent, toto titulo ff. qui ſatis dare cogant, ſi-
cut & alio titulo *ff.Iudic.ſol.*

Quod tamen intelligendum eſt, quatenus
ad ſatiſdandum pulſati cautionem idoneam
2 poſſent adinuenire,alias enim ſufficit, quod iu-
ratoriam exponant cautionem per *Text.in leg.*
de die 8.§.iubetur Iurari ff.qui ſatis cog. & leg.
nepos Paruulo ff.de verbor: ſignific. authent. gene-
raliter C.de Epiſc. & Cleric. & l.1.§. Omnes C.
de aſſ.tollen.

I Quan-

3 Quando verò ex mero Iure Ciuili ageretur
contra Clericos ob priuilegium perſonis Ec-
cleſiaſticis impertitum, ipſi adſtringi non de-
berent ad præſtandos fideiuſſores, ſed ſolum
cautionem, ſeù promiſſionem ſine iureiurando
cum hypotheca ſuarum rerum ab ijs exponen-
dam eſſe ſancitum habetur *in auth. de ſanctiſ.
Epiſc.§.Si quis contra verſ. ſi quis autem pro pe-
cuniariis*, vbi *gloſs. in verb.fideiuſſorem* aduertit
l.cum Clericis C.de Epiſc. & Cleric. per illam
Conſtitutionem fuiſſe correctam.
4 De iure autem Canonico Clerici pro debi-
tis interpellati ſi idoneam cautionem præſtare
nequeant iuratoriæ quoque cautioni commit-
tuntur ex *gloſs.in cap.Odoardus verb.idoneu de
ſolut. cum concordan.ibi adductis*.
5 Et de Iure municipali, ſeù ſtatutario Vrbis
contra debitorem bona immobilia non poſſi-
dentem, & de fuga ſuſpectum, ſuper his credi-
toris iuramento permittitur relaxari manda-
6 tum ſuſpicionis fugę, cuius executio declinari
poteſt per cautionem de ſtando iuri, & iudica-
tum ſoluendo, vt apud *Fenzon. ad ſtatut. Vrb.
cap. 98. cum ibi notatis, & Ridolphin. in prax.
par.1.cap.14.num.46.*
7 Verùm characteris Eccleſiaſtici reuerentia
non patitur, vt fama Clerici maculetur eum
ob ſuſpicionem fugę trudendo in carceres per
ea, quæ tradit *Scannarol. de viſit. Carcer. lib. 3.
cap.2.num.75.cum tribus ſeqq. per allegat.gloſs.
in l.miles ff. de re iudic. à Germon. de Immunit.*
8 *tom.1.lib.3.cap. num.86. & 87.* niſi in actu
fugæ Clericus depræhenderetur, vt proſequi-
tur ibidem *Scannarol.ſub num.77. ex Dec.in l.1.*
9 *num. 12. ff. de Ser.fugit. & Gen. in prax. Neap.
cap.3.num.17.* ſicuti etiam ex eadem Clericorũ
fauorabili prærogatiua perrarò Clericis in
vinculis detineri poſſunt pro debitis ciuilibus,
niſi concurrant limitationes relatæ apud *Go-
mes in compend.vtriuſque ſignat.col.fin. & apud
Farin.in pract.crimin.par.2.quæſt.27.num.70.*
Vndè cum Petrus Ongaus ſit Clericus, &
10 conſequenter in eo locum non habet ſuſpicio
fugæ, propter quam ex ſtatuto Vrbis relaxatur
mandatum de capiendo, & de retinendo in
carceribus, donec cautum ſit de ſtando iuri,
& iudicatum ſoluendo, DD. reſponderunt,
etiam non teneri præſtare cautionem iurato-
riam cum hypotheca bonorum, prout iam
præſcriptum fuit in deciſione edita ſuper nego-
cio criminali *coram R.P.D.meo Calataiu 4.Iulij
præteriti* §.*fin.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT,

Narnien. Iuris offerendi.

Lunæ 7.Februarij 1678.

ARGVMENTVM,

Ius offerendi amittitur à creditore, qui citatus in iudicio deliberationis neglexit illud allegare; Et illud intentans debet offerre omnia credita anteriora, expenſas, melioramenta, & incrementum. Scientia vera ex quibus inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi amittitur à creditore, qui citatus in iudicio deliberationis offerre non curauit.*
2 *Etiamſi fuerit citatus ad domum, non autem perſonaliter.*
3 *Citationes in Tribunali A.C. in cauſis executiuis fiunt domi dimiſſa copia,*
4 *Rota non redarguit acta in alijs Tribunalibus iuxta ſtylum eorumdem.*
5 *Citatio introducta fuit ad ſcientiam inducendam.*
6 *Citatio ad domum cum ſcientiam præbet citato, ſufficit, vt perſonalis.*
7 *Citatio domi dimiſſa copia æquipollet perſonali, dum perſonalis pro forma non requiritur.*
8 *Citationis ſcientia probatur ex comparitione citati.*
9 *Scientia vera dicitur etiam illa, quæ deducitur ex præſumptionibus, & coniecturis.*
10 *Scientia vera inducitur ex pluribus citationibus ad domum.*
11 *Ius offerendi eſt indiuiſibiliter acceſſorium ad hypothecam, tanquam effectus ad ſuam cauſam, & num.15.*
12 *Hypotheca præſcribitur curſu plurium annorum.*
13 *Ius offerendi non præſcribitur minori ſpatio 30. annorum.*
14 *Quod tamen intelligitur, quatenus durat hypotheca, non autem ſi illa extincta ſit.*
16 *Sententia, à qua non fuit appellatum, tranſit in rem iudicatam, & num.20.*
17 *Ius offerendi intentans debet offerre omnia credita anteriora vſque ad vltimum quadrantem.*
18 *At etiam incrementum, quod intermedio tempore bonis contigit.*
19 *Et omnes expenſas deliberationis, vſuras, & melioramenta.*
21 *Sententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum, non poteſt in dubium reuocari.*
22 *Deliberatio habet præſumptionem validitatis pro ſe, donec ex iiſdem actis nullitas non fuerit concludentiſſimè probata.*
23 *Exceptio de iure tertij non admittitur,*
24 *Præſertim cum illam opponens non eſt, in poſſeſſione.*
25 *Debitor defuncti cogi poteſt ab vno tantum herede ad totum debitum ſoluendum, præſtita cautione de reſtituendo partem cohæredibus non agentibus, ac ſeruando debitorem indemnem.*

DECISIO VI.

SVper iure offerendi, quod prætendebat D. Marchio Montorius poſterior creditor Caroli Vitutij ad bona eiuſdem deliberata Hieronymo Dato maiori oblatori de anno 1655. ad inſtantiam filiorum dicti Caroli pro anteriori credito dotali materno eiſdem reſtituendo, & à d. Deliberatario poſtea vendita

ciſ-

eiſdem filljs pro eodem pretio, reportauit
Montorius anno 1673. & ſic poſt decem, &
octo annos ſententiam fauorabilem ab A. C,
& coram me in gradu appellationis deciſio-
nem firmantem 25. Iunij 1677. illius rem iu-
dicatam. Verùm hodiè repropoſita cauſa ſu-
per deciſis, ab illis receſſum fuit iuxta lauda-
bilem ſtylum, & Iuſtitiæ zelum huius Supremi
Tribunalis, quotieſcumque eidem meliùs di-
geſta in facto, & in iure demonſtrantur, vt ſi-
ue iuſtitia, ſiue iniuſtitia cauſæ appareat, vt
teſtatur *Lotther. de re benef. in appar. lib.* 1. præſer-
tim *num.* 90. *& ſeqq.* 179. *& ſeqq*, qui eiuſdem
incomparabilis ingenuitatis exemplum deſu-
mit ex *dec.* 299. *num.* 12. *verſ. vltimo non obſtat
bo. me. Seraphini*.

Ratio autem reſolutionis fuit, quia ſine
iniuſtitiæ nota admitti non potuit Marchio,
ſecundus creditor ad offerendum contra Vitu-
tios anteriores creditores, poſtquam licet ci-
tatus in dicto Iudicio offerre non curauit,
1 *Summar.* Vitutiorum *num.* 1. & ſic ius offerendi
amiſerat per *Text. in l. ſi eo tempore* 6. *Cod. de
pign. Salgad. in Labyr. cred. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 11.
Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 66. *num.* 38. *&* 73. benè
Groſſus contr. 43. *num.* 29. *Rota coram Mantic. dec.*
126. *num.* 1. *& ſeqq. & Bich. deciſ.* 95. *num.* 6. li-
2 cet citatio fuerit ad domum, non autem per-
ſonalis, vt neceſſarium eſſe reperiebant infor-
mantes pro eo ex allegatis in deciſione, quæ
reuidetur *§. Minùs vrget*.

Quia vltrà quod de ſtylo A. C. in cuius Tri-
bunali conſumpta fuit deliberatio, in huiuſmo-
di cauſis executiuis vigore obligationis Came-
3 ralis indiſtinctè fiunt citationes Domi dimiſſa
copia, de quo vltrà eius notorietatem teſta-
tur *Saluſt. Tyber. in prax. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 1. *Ri-
dolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. *Gratian. diſc.
for. cap.* 946. *num.* 17. qui ampliùs reflectit ad
reformationem Tribunalium ſa. me. Pauli V.
tit. de Curſor. §. inſuper iurent, *Rot. deciſ.* 276. *nu.*
8. *& ſeqq. par.* 15. *& deciſ.* 390. *num.* 2. *& ſeqq.
par.* 16. *rec.* quamuis iſta loquatur de ſtylo Con-
gregationis Baronum, dum militat eadem ra-
tio in ſtylo A. C. Vndè ſatis fuit citationem
exequi facere iuxtà ſtylum Tribunalis A. C.
in quo fuit actitatum, vt tradit *Baron. de citat.
4 quæſt.* 11. *num.* 17. *tom.* 1. & admittit Rota noſtra,
dùm nunquam redarguit ea, quæ facta ſunt in
alijs Tribunalibus iuxtà ſtylum eorumdem,
vt in *deciſ.* 416. *num.* 7. *par.* 16. *rec.*

Ceſſare funditùs viſum eſt tale obiectum,
attento fine, propter quem introductæ ſunt ci-
5 tationes, ad hoc ſcilicet, vt illis mediantibus
citatus notitiam, & ſcientiam conſequatur
prætenſionis Actoris, vt dicit *Bich. deciſ.* 491.
num. 7. Quamobrem ſi finis iſte obtinetur per
6 citationem ad domum, vt in præſenti, huiuſmo-
di citatio afficit eodem modo, ac ſi perſona-
liter exequuta fuiſſet, vt tradit *Ridolph. in prax.
par.* 1. *cap.* 14. *num.* 24. *Rota apud Poſth. de manut.
deciſ.* 389. *num.* 3. *Coccin. deciſ.* 10. *num.* 3. *Bich.
deciſ.* 446. *num.* 4. *& deciſ.* 491. *num.* 7. *& deciſ.*
514. *num.* 6. *verſ. negari non poteſt*, *& num.* 7.
Eminentiſs. Ottobon. deciſ. 269. *num.* 4. *& ſeqq.
7 per tot.* dum maximè probatum non fuit,
quod perſonalis in hoc caſu pro forma requi-
reretur, nam extrà hunc caſum domi dimiſſa
copia exequuta ſine dubio æquipollet perſona-
li, vt dixit *Rota coram bo. me. Celſ. deciſ.* 152.
num. 7.

Notitia autem, & ſcientia citationis ad do-
mum exequuta plenè iuſtificata fuit, nam ci-
tatus D. Marchio coram A. C. producta ſub-
haſtatione per acta Chriſoſtomi, *Summar. num.*
1. cauſam trahere procurauit ad acta Paſquet-
ti alterius Notarij, vndè Vitutij, eo iterùm ci-
tato pro reaſſumptione cauſæ in vim penden-
tiæ litis per acta d. Chriſoſtomi, fauorabile
decretum reportarunt, *Summar. num.* 2. ac rur-
sùs poſtea, tàm Marchio, quàm reliqui Credi-
tores continuè citati per eadẽ acta Chriſoſto-
mi vſque ad conſummationem deliberationis
confeſſi fuerunt mediantibus eorum Procura-
toribus in eiſdem actis ſcientiam ſubhaſtatio-
nis faciendæ, adeout inſteterint, & obtinuerint
à Iudice, quod bona vnico contextu delibera-
rentur, ſed diuiſim pluribus oblatoribus, *Sum-
8 mar. num.* 3. *&* 4. ex quibus probari certam, &
indubitatam ſcientiam citationis, & ſubbaſta-
tionis dixit *Rota coram Celſ. deciſ.* 152. *num.* 3. *&*
4. *Bich. deciſ.* 446. *num.* 5. *&* 6. *&* 7. *& dec.* 514.
num. 6. *verſ. negari, & num.* 7. Eminentiſs. *Ottobon.
deciſ.* 269. *num.* 9. *& ſeqq.*

Et licèt præfata ſint claræ demonſtrationes
dictę ſcientiæ, adeout dubitari non poſſit, quin
vera ſcientia adfuerit, dum talis etiam dicitur,
9 quæ ex præſumptionibus, & coniecturis deſu-
mitur, vt ad contradiſtinctionem ſcientiæ ſim-
pliciter præſumptæ dixit *bo. me. Celſ. deciſ.* 152.
num. 5. *&* 6. nihilominus illam vlteriùs fulcie-
bant Domini in facto, ex quo contra Marchio-
nem plures citationes in d. Iudicio fuerunt
exequutę vſque ad numerum duo de viginti à
10 menſe Ianuarij 1655. quo ceptum fuit Iudi-
cium vſque ad menſem Octobris, in quo con-
ſummata fuit deliberatio *Summ. num.* 5. quam-
uis duę, vel tres tantum citationes domi exe-
quutæ æquipolleant perſonali, & certam ſcien-
tiam inducant etiam in pænalibus, & valdè
præiudicialibus, vt dixit Rota *deciſ.* 276. *num.*
13. *&* 14. *par.* 15. *& deciſ.* 390. *num.* 3. *& ſeqq.
par.* 16. *recent.*

Augebatur iniuſtitia admiſſionis D. Mar-
11 chionis ad offerendum, ex quo ſuper iſtis bo-
nis carebat hypotheca, ad quam eſt indiuiſi-
biliter acceſſorium ius offerendi, tanquam
effectus ad ſuam cauſam per *Text. in l. cum
ſibi* 10. *C. qui potior. in pign. l. nulla* 5. *Cod. de ſo-
lut.* egregiè *Bald. conſ.* 50. *num.* 2. *lib.* 1. *Groſs.
contr.* 43. *num.* 3. vbi concordantes *Theſaur. de-
ciſ.* 157. *num.* 4. *&* 5. *Mantic. deciſ.* 136. *num.* 5. *&*
6. nam quamuis ex præfatis ſciuiſſet, ſubha-
ſtationem fieri, & iterum de anno 1657. me-
diante inhibitione contrà eumdem perſonali-
ter exequuta, quod vigore ſententiæ controuer-
ſa bona poſſidebantur à Vitutijs anterioribus
creditoribus, & in qua erat inhibitum ſuper il-

Digitized by Google

li moleſtias inferre , ac impoſitum perpetuum
ſilentium , *Summar. num. 6. & 7.* nihilominus
12 abindè citra tacuit , nec ius offerendi priùs de-
duxit, quam de anno 1673. vndè tot annorum
curſu præſcripta remanſit hypotheca , vt dicit
Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 54. num. 24.

Quamuis dictum fuerit in deciſione, quæ re-
13 uidetur §. *finali* , Ius offerendi non præſcribi
minori ſpatio 30. annorum , hoc numquam
14 procedit, quando durat hypotheca ; non au-
tem, quandò prout hic illa ex præfatis eſt ex-
15 tincta, & præſcripta , cum ius offerendi ſit effe-
ctus ab hac cauſa producibilis, vt declarat *Ce-
phal. conſ. 298. num. 16. Theſaur. deciſ. 157. num. 4.
& 5. Mantic. deciſ. 126. num. 5. & 6.* & facilius,
quia hypotheca ſublata fuit, vt diximus etiam
per d. ſententiam, *Summar. num. 7.* à qua quam-
16 uis Montorio, vt diximus notificata perſona-
liter, non appellauit , vndè ex eiuſdem conſen-
ſu ſibi obſtat res iudicata , vt in termi-
nis ſimilis ſententiæ firmat *Bald. conſ. 50. num. 1.
& 7. circà med. verſ. quapropter abſolutoria in
fin. lib. 1. Mantic. deciſ. 126. num. 5. & 6.*

Rurſus nec potuiſſet Marchioni decerni ius
offerendi , quatenus competijſſet pro ſolis ſc.
2500. pro quibus conſummata fuit deliberatio,
dum Vitutij controuerſa bona detinebant etiã
pro alijs creditis anterioribus excedentibus
alia ſc. 2000. & pro quibus ante ſubhaſtatio-
nem productis coram A. C. ab eodem fuerant,
citata parte, ad cauſam admiſſi , *Summar. num.*
8. vltra alia credita anteriora poſt ſubhaſtatio-
nem producta in Rota *d. Summar. num.* 10. cum
17 obtinere volens in iure offerendi omnia cre-
dita anteriora vſque ad vltimum quadrantem,
pro quibus bona detinentur offerre , & ſoluere
teneatur benè *Groſ. d. contrau. 43. num. 30. &
31.* Rot. *deciſ. 135. num. 8. & ſeq. par. 6. rec.* Imò
18 etiam incrementum, quod intermedio tempo-
re, aut ex eius beneficio, aut ex alia cauſa bo-
nis iſtis potuit accidere *Mantica d. deciſ. 126.
num. 4.* & denique omnes etiam expenſas in Iu-
dicio ſubhaſtationis , & deliberationis factas,
19 vſuras, & melioramenta, vt notat *Merlin. de
pignor. lib. 4. quæſt. 83. num. 80. & ſeqq.*

Immorandum non eſſe. denique cenſuerunt
in aſſerta ſubhaſtationis nullitate, dum eius va-
liditas canonizata fuit per ſententiã A. C. Mar-
20 chioni perſonaliter intimatam , *Summar. num.
6. & 7.* quæ veluti non ſuſpenſa per appella-
tionem infra decendium non interpoſitam
tranſitum fecit in iudicatum *Auth. hodiè C. de
appell. Bich. deciſ. 472. num. 3. deciſ. 527. num. 3.
& deciſ. 544. num. 1.* Nec poteſt ampliùs in du-
21 bium reuocari *l. res indicata ff. de reg. iur. ba. me.
Celſ. deciſ. 240. num. 8. et deciſ. 283. num. 6. & de-
ciſ. 313. num.* 2. Potiſſimum , quia ſubhaſtatio,
22 & deliberatio habent præſumptionem validi-
tatis pro ſe , quouſque ex actis in hoc Tribu-
nali per opponentem nullitatem tranſportan-
dis nullitas fuerit concludentiſſimè demonſtra-
ta, vt in terminis Rot. *deciſ. 388. n. 6. & 7. par. 14.
rec. & in* Romana *reintegrationis 13. Maij 1676.
& 30. Aprilis 1677. vtrobique §. 1. & ſeqq. co-
ram me.*

Quæ tamen nullitatis demonſtratio impro-
babilis viſa eſt, tanquam fundata in aſſ. exceſ-
ſu, ex quo non omnes filij Caroli Vitutij com-
munis debitoris egerint pro reſtitutione dotis
maternæ, cuius cauſa ad hanc ſubhaſtationem,
& deliberationem proceſſum fuit , & nihilomi-
nus pro integra dote conſummata fuit; Quia
vltra aliàs reſponſiones in facto ponderatas ab
Informantibus pro Vitutijs , recognouerunt
23 Domini in iure, hanc eſſe exceptionem de Iu-
re tertij non permittendam Marchioni , deſti-
tuto potiſſimum poſſeſſione controuerſorum
24 bonorum ad quam tuendam regulariter in-
dulgetur, ſed tantùm dd. filijs, qui non compa-
ruerunt, vt in fortioribus de debitore renuente,
ex quo non agunt omnes hæredes creditoris,
25 quod cogi poſſit ab vno tantùm ex dd. hære-
dibus ad totum præſtita cautione , quatenus
petatur de reſtituendo partem cohæredibus
non agentibus, ac ſeruando indemnem debito-
rem cum hac cauthela reſpondit Rota *in* Ro-
*mana Iuris redimendi 6. Martij 1673. §. & in am-
nem euentum, & 4. Iunij 1674. §. non enim obſtare
coram* Reuerendiſs. *D. meo Albergato Decano* .

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO DECANO .

Romana, ſeù Ciuitatis Caſtelli Dotis .

Luna 17. *Maij* 1681.

ARGVMENTVM.

Vidua facit ſuos fructus bonorum mariti, quæ
tenet iure pignoris , præſertim ſi tales fructus
non excedant metam alimentorum, vel ſi teſta-
tor mandauerit fructus non imputari. Ex-
ceptio redditionis rationis non retardat reſti-
tutionem dotis liquidæ .

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio obtenta cum clauſula* dummodò ſit
vacans , & ſine præiudicio habentium
meliora, & potiora iura , *facit interim le-
gitimum poſſeſſorem* ,
2 *Via executiua in obligatione iurata perpetuatur
vſque ad 40. annos* .
3 *Præſcriptio non currit contra non valentem agere*
4 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam
contra debitorem , illiuſque bona , & hæ-
redes* .
5 *Vidua poſſidens iure pignoris , donec ſibi dos re-
ſtituatur, bona viri, facit ex Statuto Vrbis
fructus ſuos* .
6 *Etſi nulla præceſſerit interpellatio* .
7 *Idemque procedit etiam de iure communi* .
8 *Præſertim cum fructus non excedant metam ali-
mentorum* .
9 *Et prætendens talem exceſſum tenetur probare* .
10 *Iſtaque alimenta debent taxari iuxtà quantita-
tem dotis, & qualitatem mulieris* .

11 *Ha-*

11 *Hæres beneficiatus facit fructus ſuos.*
12 *Fructus non imputantur in creditum dotale, præſertim cum teſtator mandauit non imputari.*
13 *Vidua hæres mariti non imputat fructus in cauſam dotis.*
14 *Etiamſi habeat cohæredem cum onere ſoluendi debita hæreditaria pro virili.*
15 *Teſtator non præſumitur, quod ſe in inſtanti correxerit.*
16 *Dotis liquida reſtitutio non retardatur per exceptionem redditionis rationis.*
17 *Præſertim cũ excipiens de redditione rationis nõ probat, detractis expenſis tot bona ad mulierem deueniſſe, ex quibus potuerit ſatisfieri.*
18 *Liberatus à redditione rationis, niſi conſtet de poſitiuo dolo, nequit cogi ad illam reddendam.*
19 *Mobilia lapſo longi temporis præſumuntur conſumpta.*
20 *Nec de illis eſt habenda ratio.*

DECISIO VII.

NVpſit Marchioni Vitellio Marchioniſſa Hieronyma Bandina cum dote ſc. 20. mil. quam Vir vna cum lucro dotali ad formam Statutorum Vrbis in caſu diſſolutionis matrimonij reſtituere promiſit, deindè ſine filijs decedens Teſtamento mandauit, quod Vxor detrahere poſſet dotem ſuper quibuslibet ſuis bonis, eamque inſimul cum matre hæredem æqualiter inſtituit ſubſtituens poſt earum obitum DD. Camillam Elephantutiam, & Angelam Vitelliam, contra quas Marchioniſſa Caſſandra Bandina, & Comitiſſa Nicolina hæredes Hieronymę egerunt pro reſtitutione dotis, & ſolutione quarti dotalis per prædeceſſum Chiappini ſine filijs ſuperlucrati ad formam Statuti Vrbis, & mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria reportarunt, quod hodie in gradu appellationis tanquã validũ, & iuſtum Rota exequendum eſſe cenſuit.

Validitas in dubium reuocari non poteſt cum ex actorum reuolutione appareat fuiſſe relaxatum ſeruatis ſeruandis iuxta vulgarem *deciſ. Caputaquen. 260. par. 2.* non obſtantibus duabus nullitatibus, quæ modo opponebantur, nam prima defectus legitimationis perſonarum agentium non ſubſiſtit, quia illas eſſe coniunctas cum Hieronyma in gradu conſanguinitatis ſucceſſibili probant Teſtes examinati Florentię, in quorum depoſitionibus ad Curiam delatis A.C. fundatas relaxauit mandatum de immittendo, quod licet haberet in
venere clauſulam, *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio habentium meliora, & potiora*
1 *Iura*, tamen poſſidens illius vigore donec compareat alter, qui de ſua poſſeſſione, ſeù melioribus Iuribus doceat, interim dicitur perſona legitima vti habens titulum poſſidendi à Iudice iuxta *Text. in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſ. Poſtb. de manut. obſeru. 30. num. 8. Rot. deciſ. 322. num. 6. cor. Gregor.*

Altera nullitas fundata in præſcriptione
viæ exequutiuæ propter ſilentium triginta, & vltra annorum Creditricis à die obitus Chiappini debitoris corruit, quia agitur de dote, cuius reſtitutio promiſſa fuit ſub obligatione
2 Camerali, & iuramento, ideoque remedium exequutiuum perpetuatur vſque ad quadraginta annos Rota *deciſ. 67. num. 1. & 2. par. 17. recentior.* & vlterius cum Hieronyma mortuo Viro ad poſſeſſionem bonorum eiuſdem fuerit aſſociata, illamque vſque ad obitum continuauerit, non potuit contra ſe ipſam poſſidentem agere, ideoque non cucurrit pręſcriptio, quæ
3 contra agere non valentem ſilet *l. 1. C. de annal. except. Rota deciſ. 330. num. 17. par. 17. rec.*

Iuſtitia mandati reſultat ex publico Inſtrumento, in quo Chiappinus ſe obligauit reſtituere dotem, & ſoluere quartum Hieronymæ, idrò iuſtè fuit relaxatum vigore dicti Inſtrumenti continentis obligationem Cameralem,
4 quæ habet viam exequutiuam, & paratam exequutionem contra debitorem, illiuſque bona, & heredes Rota *deciſ. 90. num. 4. & 5. par. 13. rec. & deciſ. 387. par. 17. & in Sutrina dotis 26. Iunij 1658. §. de validitate coram bo. me. Beuilacqua.*

Nec releuat, quod creditum dotale, vel fuerit extinctum, vel ſaltem diminutum, & illiquidum euaſerit ex fructibus bonorum hæreditariorum Viri, quos illo defuncto Hieronyma poſſidens percepit; quia cum poſſideret
5 iure pignoris, donec ſibi dos reſtitueretur, illos fecit ſuos, nec in ſortem imputare tenebatur, tùm ex Statuto Vrbis, quod in *cap. 137. lib. 1.* loco alimentorum defert Viduæ fructus ſic perceptos, abſque eo quod illos in ſortem imputare teneatur, vt latè tradunt ibi *Gloſſatores Galganettus, & Fenzonius*, Rota *poſt iſtum deciſ. 87. §. & quia, & coram Penia deciſ. 1237.*
6 *num. 15.* vbi etiamſi nulla pręceſſerit interpellatio, *& in Romana Saluiani 4. Februarij 1661. §. poſt obitum coram Eminentiſſ. D. meo Card. Cerro.*
7 Tùm etiam ex æquitate in hac materia per *Rot. & DD.* amplexa, pręſertim quando fructus
8 congruam alimentorum metam non excedunt *Bald. Nouell. de dote par. 8. priuil. 22. in princ. Leotard. de vſur. cap. 30. num. 49. Ferrer. ad Conſtit. Catal. fol. 389. num. 27. & ſeq. Leo deciſ. Valent. 62. num. 15. & ſeq.* Reuerendiſſ. *de Luca de dot. diſc. 50. num. 5. & diſc. 161. num. 68. Poſtb. reſol. ciuil. 106. num. 74. Rot. coram Seraph. deciſ. 1406. num. 6.* & diſtinguendo inter Viduam, & extraneum *Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 9. num. 61. Rota deciſ. 120. num. 33. par. 9. rec.* & qui præ-
9 tendit quod fructus alimenta exceſſerint, probare tenetur concludenter, quia exceſſus non pręſumitur, imò in præſenti prorsùs excluditur cum bona hęreditaria non redderent niſi annua ſcuta 500. quę profectò dici non poſſunt exceſſiua, ſiuè attendatur quantitas dotis, ſiuè
10 qualitas Mulieris debentis habere alimenta iuxta *Text. in l. 2. C. de alim. pupill. præſtan. & in l. cum plures §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* Rot. *deciſ. 156. num. 22. par. 12. & deciſ. 397. n. 4. par. 17. rec.*

Præ-

Pręterea ex alio titulo Marchioniſſa lucrata
fuit fructus; ipſa enim erat hęres beneficiata
11 Viri, ideoque fructus quos percepit ſuos fecit
*Rot.deciſ.47.num.5.& ſeqq. coram ſa. me. Alex.
VIII.* & in ſpecie quod fructus non imputentur in creditum dotale, præſertim quando adeſt
12 præceptum Teſtatoris non imputandi *Gabr.
conſ.124.num.7.lib.1. Alciat.conſ. 171. per tot.
lib.9.* quem ſequitur *Rota deciſ.680.num. 2. &
13 3.par.1.diu.* vbi quod quando inſtitutio non
eſt facta ex cauſa dotis;,fructus ſunt hæredis, &
non imputantur in creditum dotis , *& deciſ.
1406.num.6.coram Seruph.* vbi de Vxore, vt hic
inſtituta in ſemiſſe hæreditatis in *d. Romana Salviani §. & quamuis coram Eminentiſſ.* Cerro.

Nec aduerſatur præceptum Teſtatoris, quod
14 hæredes tenerentur -- *per egual portione ſoſtenere, e pagare li miei peſi, e debiti dell' eredità* --
etenim inde non poteſt inferri, quod Teſtator
voluerit Vxorem ſatisfieri ex fructibus, vt aduertit *Rota deciſ.910.num. 14. coram Dunozz.*
cui maximè cum præcedenter facultatem dediſſet detrahendi dotem ex quibuſuis bonis ad
15 placitum ipſius, aliàs enim ſequeretur, quod
ſe in inſtanti correxiſſet, quod non præſumitur
ad *Text. in l. vbi repugnantia ff. de reg. iur.* quodque titulus hæreditarius potius redundaſſet in
detrimentum, quam beneficium Vxoris, ſi minutatim crediti dotalis ſatisfactionem conſebui debuiſſet *Rot.deciſ.551.num.3.par.14.rec.*

Tandem non obſtat exceptio redditionis ra-
16 tionis de bonis hæreditarijs, quia per illam
vtpotè turbidam, & illiquidam non retardatur
reſtitutio liquidæ dotis iuxta *Text. in l. vnica §.
exactio & §. taceat C. de rei vxor. actione*, & reprobata ſententia *Soccin.ſen.conſ. 126. & 180.
lib.2.* ſequendo illam *Neguſan.* tenent *Carona
reſol.135.per tot. Amat. Panorm. reſol. 49. num.
103. Rota coram Bichio deciſ.173. num. 7. & 13.
cum ſeqq. & deciſ.376.num.30.par.14.rec. & poſt
Merlin. de pignor. deciſ.53.num. 8. & in Romana
Pecuniaria 28. Ianuarij 1661. §. Demum coram
Eminentiſſ.* Cerro, pręſertim quando ab exci-
17 piente de redditione rationis non probatur
concludentèr quod penès Mulierem detractis
expenſis, alijſque ſpectatis facti circumſtantijs
tot bona obuenerint, ex quibus ſupputatis omnibus potuerit ſibi commodè ſatisfieri *Rot.deciſ.157.num.31. & ſeqq.par.11. rec.* Reuerendiſſ.
*de Luca de dote deciſ. 94. num.5. & in Bonon.
dotis 23. Maij 1661. §. fin. cor. bo. me. Veroſpio, &
deciſ.116.num.9. poſt Contr.*

Sed remouetur omnis difficultas tùm ex eo
18 quod Teſtator illam pleniſſimè liberauit à redditione rationis, vnde niſi conſtet de poſitiuo
dolo non poteſt ad redditionem rationis compelli *l. quidam decedens ibique Gloſſ. ff. de adminiſtr. tutor. l. Aurelio §. Caius ff. de liberatione legata Cyriac. contr.73.num.28. Caten. reſol.186.
num.1. Rota deciſ.112.num.15. & 16.par.14. rec.*
Tum etiam quia poſitiuè conſtat fuiſſe rationem plenè redditam de omnibus, nam ſtabilia exiſtunt, iocalia, & gemmæ reperiuntur in
Depoſitaria Vrbana, Argenta fuerunt Vxori
liberè prælegata, reliqua mobilia ſolidioris
materię fuerunt vendita de mandato A. C. &
pretium depoſitatum in Monte Pietatis, alia
19 verò debilioris materię ex lapſu tot annorum
præſumuntur conſumpta, cum decennium ad
hunc effectum ſufficiat, *Rot. deciſ. 304. nu. 22.
par. 5. rec. & deciſ. 510. num. 21. coram Bichio*,
20 ideoque de eis non poteſt haberi ratio maximè cum non doceatur fuiſſe vendita *Merl in. de
legitima lib.2.tit.2.quæſt.6.num. 1.* Rot. deciſ.
423. num. 5. par.13. rec. in Anconitana fideicommiſſi 13. Maij 1678. §. mobilia coram. bo. me. Vbago, & prius *in Bonon. fideicommiſſi de Maluetijs
13. Maij 1681. coram* R. P. D. *meo Tayx.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CACCIA.
Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 27. Nouembris 1684.

ARGVMENTVM.

In conficiendo Inuentario ſtylus Curiæ ſeruari debet, etſi iuri aduerſetur. Omiſſio aliquorum bonorum non illud ſemper vitiat. Apochæ crediti non præſumuntur in hæreditate decocti.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium validum eſt, impletis ſolemnibus.*

2 *Factum per relationem ad aliquam præcedentem deſcriptionem, ſine exhibitione bonorum, eſt nullum. Contrarium n.5. & 7.*

3 *Talis exhibitio præſumitur ex pręſentia, & decreto Iudicis.*

4 *Clauſula* viſis videndis, cauſa cognita &c. *facit præſumere realem productionem omnium iurium.*

6 *Relatum cenſetur de verbo ad verbum translatum in referente.*

8 *Stylus Curiæ attendi debet, & ſi iuri contrarietur, & num. 11.*

9 *Stylus Curiæ probatur per atteſtationes Notariorũ collegialiter factu ſuper diuturnitate temporis, actuum frequentia, & iudiciali approbatione.*

10 *Ac ex quantitate ſimilium actuum,*

12 *Stylus non citandi creditores in confectione Inuentarij attendi debet.*

14 *Stylus euadit notorius ob innumera inſtrumenta publica, quæ cadunt ſuper illo.*

15 *Stylus ſeruari debet, cuius euerſio litibus Vrbem impleret.*

16 Gratian. diſcept. 767. *declaratur.*

17 Rot. coram Dunoz. ſen. dec. 161. *exponitur.*

18 *Stylus difformis non dicitur, cum res pluribus modis fieri valet.*

19 *Citatio ad inchoandum, & faciendum inuentarium importat principium, & perfectionem.*

20 *Omiſſionis ſuſpicio in inuentario ceſſat ex notapau-*

Digitized by Google

paupertate defuncti.
21 *Ac ex legalitate perſona hæredis.*
22 *Et potius ſubtractio præſumitur facta à famulis.*
23 *Defectus deſcriptionis bonorum ceſſat, cum nunquam fuit oppoſitus à creditoribus, qui non ſiluiſſent tempore habili, & proximo.*
24 *Inuentarium probat negatiuam aliorum bonorum, donec concludenter probetur contrarium.*
25 *Inuentarium non vitiatur ex omni omiſſione.*
26 *Præſertim ſtante clauſula* addendi, & minuendi.
27 *Inuentarium præſeruat in omnibus illæſa iura hæredis, tam agendo, quam excipiendo.*
28 Gregor.deciſ.473.num.2.& ſeq. *explicatur.*
29 *Apothæ crediti, vel litteræ cambij nequeunt præſumi in hæreditate decocti.*
30 *Præſertim poſt diuturnam creditorum acquieſcentiam.*
31 *Mulier adiens hæreditatem ſine debitis ſolemnitatibus præſeruatur à damno.*

DECISIO VIII.

DEfuncto Simone Capiſucco Nobili Romano die 23. Nouembris 1629. bo. me. Duciſſa Cynthia de Comitibus eius filia, & hæres ex Teſtamento conſtituit Procuratorem ad capiendam poſſeſſionem hæreditatis, qui deſcripſit omnia bona hæreditaria coram Notario, & Teſtibus per Inſtrumentum publicum, animo tamen adeundi hæreditatem prædictam cum beneficio legis, & inuentarij; ſicuti deinde die 10. Ianuarij ſequentis coram Iudice Capitolino pro Tribunali ſedente dictam hæreditatem adijt, & confecit inuentarium cum ſolemnitatibus intrà dicendis.

Poſt plures lites cum Creditoribus, à quibus dictum inuentarium nunquam fuit impugnatum, dicta Duciſſa coram A. C. obtinuit deputari Peritum pro redditione rationis; eaque interim defuncta, Domina Lucretia eius filia, & hæres nupta Domino Mariano Vecchiarellio ſententiam fauorabilem ſuper ſufficienti redditione rationis reportauit. A qua commiſſa mihi appellationis Cauſa ad inſtantiam Excellentiſſimi Principis Burgheſij, dedi dubium -- *An conſtet de legitimo Inuentario, & ſufficienti redditione rationis* -- Et Cauſa pluries propoſita videntibus omnibus Dominis, tandem hodiè fuit affirmatiuè reſoluta.

Quo enim ad legitimum inuentarium, Domina Lucretia de eo docuit per publicum inſtrumentum, in quo fuerunt citati Creditores, adhibiti ſex Tabelliones loco Teſtium, Hæredum, & Creditorum, præmiſſum venerabile ſignum Crucis; & facta proteſtatio, quod omnia agebantur ſincera fide, & ſine vllo dolo, vel fraude; confectum Inuentarium per relationem alias præcedentis bonorum deſcriptionis, rogatæ per acta eiuſdem Notarij; &
1 interpoſitum Iudicis decretum. Ex quo omnia videbantur adimpleta omnia ſolemnia, de quibus *Bald.conſ.147.lib.4.Canaler.deciſ.* 503. *nu.*
1.& dec.584.Pen.dec.1447.nu.1.Duran.dec.387.
la prima pariter num.1.& alibi ſæpè.

Difficultas igitur fuit in ſoluendis obiectis. Primò enim dicebatur de nullitate, quia non fuerunt ſubiecta oculis Iudicis, vel ſaltèm Teſtium, & Notarij bona hæreditaria; Immò neque exhibita notula bonorum, ſed tantum
2 proceſſum per relationem ad dictam deſcriptionem præcedenter factam, & ideò nulliter, *Natt.conſ. 214. num. 14. Gratian. diſcept. 767. num. 19. & ſeq. Dunoz. Sen. deciſ. 161. num. 6.* ſed Domini reſpondebant dupliciter; Et primo quod, quatenus actualis exhibitio notulæ bonorum foret neceſſaria, ea præſumenda eſſet ex præſentia, & decreto Iudicis, ex quibus præſumuntur omnia ritè, & rectè adimpleta,
3 *Bald.d.conſ.147.num.2.Mantic.deciſ. 256. num. 4.Peutinger.deciſ.165.num.13.* Eoque magis ex clauſula -- *Viſis videndis Cauſa cognita, & maturè diſcuſſa &c.* appoſita in decreto, per quam
4 præſumitur facta realis productio omnium iurium, *Adden.ad Ludouiſ.deciſ.59.num.14. Eminentiſs.Ottbobon.deciſ.58.num.12.*

Qua ſtante reali productione ceſſabat diffi-
5 cultas, quidquid enim dixerit *Natt. in d. conſ. 214.num.14.& alij relati apud Tomaſ.tractat.7. de Inuent.num.62.* non videbatur iure cautum, quod Teſtes, & Notarius debeant oculariter inſpicere bona in inuentario deſcribenda, vel ſaltem non ſeruatur in praxi, vt teſtatur *Cagnol.in l.ſi quis maior. num.210. C. de tranſact. Tomaſ.vbi ſupra num.63.* & ſentit *Gratian. diſcept.998.num.17.Modern.Cortonen.in praxi par. 1. cap. 9.num.24.* & de praxi Curię Capitolinæ, iuxta vnum ex tribus modis conficiendi Inuentaria ibi conſuetis, probatur ex ſtylo illius Curiæ mox recenſendo.

Sed dato etiam, quod non fuiſſet facta realis productio notulæ, ſed tantùm per relationem ad certam, & publicam pręcedentem deſcriptionem exiſtentem in actis eiuſdem Notarij, adhuc (vltra quod id modicum DD. videbatur differre, cum ea ſit relationis virtus, vt æquipolleat indiuiduæ expreſſioni, perindè
6 ac ſi de verbo ad verbum tranſlata eſſet in ſcriptura referente, vt eſt vulgaris concluſio, quam in his terminis expendit *Rota coram Peuting.deciſ.485.num. 11.*) Reſpondebat ſecundò non eſſe nouum, quod Inuentarium per
7 relationem ad aliam ſcripturam publicam validum ſit; vt in præciſis terminis *Ripa in l. ait Prætor §.ſi Iudex num.1.in fine ff.de re iudicata, Bero conſ.129.num.81.& ſeqq.lib.2. Rota deciſ. 5.de Teſtament. in antiquis Mantic. deciſ. 256. num.5.Coccin.deciſ.151.num.9.Pen. deciſ. 1447. num.8.Peuting.d.deciſ.485.num. 11.* Præſertim
8 ex ſtylo Curiæ, qui eſt attendendus, etiã ſi iuri contrarietur *Bald.d.conſ.147.lib.4.Gratian.cum ibi plenè allegat.diſceptat.998. num. 18. & ſeqq. Honded.conſ.53.num.10.Rota Ianuen.deciſ. 31. num.1.Canaler.deciſ.584.num.4. Seraphin. deciſ. 915.num.4.Duran.deciſ.387.num.2. Peuting. deciſ. 165.num.3. Eminentiſs.Cerr.deciſ.882.num. 3.& ſeqq.*

Sty-

Stylus autem Curię cum diuturnitate tem-
9 poris, actuum frequentia, & iudiciali appro-
batione plenè probatus fuit, tum ex atteſtatio-
ne facta ab omnibus Notarijs Capitolinis col-
legialiter congregatis, *Bero conſ. 129. num. 8.*
volum. 2. Gratian. diſcept. 998. num. 18. *Caualer.*
deciſ. 584. num. 4. Eminentiſs. Cerr. dec. 882. num.
8. tum etiam quia data fuerunt innumera in-
10 uentaria per huiuſmodi relationem iudiciali-
ter confectu. *Hoaded. conſ. 53. num.* 8. *&* 9: *&*
cęteris relatis Duran. d. deciſ. 387. ſub num. 2.

Non obſtat, quod huiuſmodi ſtylus videa-
tur contra ius, & ideò non attendendus; nam
vltra quod non ſatis conſtare videbatur, an
materialis ſubiectio bonorum oculis Teſtium
eſſet de iure cauta, dictum fuit in hac materia
11 ſtylum Curiæ derogare iuri communi, vt pro-
baut *DD. allegati in §. praecedenti*; & in fortiori-
bus terminis ſtyli non citandi Creditores in
confectione Inuentarij, qui certè eſt magis
12 præiudicialis, tenuit *Rota deciſ. 629. per totam*
par. 5. diu. vbi etiam, quod ſufficit decennalis,
Rurſus non obſtat, quod hic ſtylus ſit fraudi-
bus, & deceptioni magis obnoxius; Quia vl-
tra quod non videbatur magis ſuſpectus, quàm
exhibitio notulæ, (quam validè fieri poſſe, ad-
mittebant Informantes pro D. Principe) cum
vtroque caſu æque poſſint Creditores deſcrip-
13 tionem bonorum conſiderare, dictum fuit ſa-
tis eſſe conſultum Creditoribus citatis, per fa-
cultatem probandi occultationem, & agendi
ad pœnas legales, vt aliàs reſpondit in furio-
ribus terminis *Rota d. deciſ. 629. in fine par. 1.*
diuerſ. Surd. deciſ. 222. num. 10. *& ſeqq.* eoque
14 fortiùs, quia agitur de ſtylo adeò inueterato,
quem vſus centenarius, & vltra probauit, &
quem innumera inſtrumenta publica faciunt
notorium, *Bartol. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper.*
nunciat. Bald. in l. 1. num. 12. ad Senat. Conſult. Vel-
lian. & cuius euerſio impleret Vrbem litibus, à
15 quo populorum incommodo ęquitas noſtri
Tribunalis abhorret, vt in ſimili dictum fuit
in deciſ. 729. num. 15. & ſeqq. par. 18.

Ad *Gratian. diſcept. 767.* reſponſum fuit, in
15 eo caſu ſupponi nullam factam deſcriptionis
productionem, niſi verbaliter; eamque non
extitiſſe in rerum natura; rurſus eius opinio-
nem non fuiſſe receptam in Rota, quæ illam
Cauſam, licèt pluries propoſitam, non reſoluit,
vt ibi teſtatur *num. 15.* Et quatenus dicit ſty-
lum Curiæ non eſſe attendendum, loqui contra
communem ex ſupradictis, *Deciſio verò Dunoz.*
Sen. 161. vltra plures alios defectus ibi enume-
17 ratos, qui non militant in hoc caſu, ſupponit
ſtylum non fuiſſe probatum; qua probatione
poſtea facta, Rota ab ea deciſione receſſit *co-*
ram Peutinger. dec. 165. n. 22. & 23.

Non obſtat, quod ſtylus ſit difformis, quia
18 probationes Dominæ Lucretiæ non tendunt
ad vnicum modum conficiendi inuentarium,
ſed quod alterutro ex tribus modis receuſitis
validè fieri poſſunt, vt huic obiecto, reſpondet
Rota dec. 584. coram Caualer.

Minus refragatur, quod ſtylus non probetur
in caſu præciſo, de quo agitur; in quo Credi-
tores, qui fuerunt citati ad videndum inchoa-
ri, & fieri ſolemne Inuentarium, potuerunt de-
cipi, credendo quod deſcriptio bonorum fa-
cienda eſſet poſt decretum Iudicis ipſis denuò
citatis; Quia, cum citatio non fuerit ſolùm ad
inchoandum, ſed etiam ad faciendum, impor-
rat principium, & perfectionem, itaut vnica
19 ſufficiat, *Duran. d. deciſ. 387. num. 9.* eo magis
ſtantibus ijs verbis, quæ ſubduntur in citatio-
ne, ibi -- *E ad allegare la Cauſa, per la quale*
non poſſa pigliare detta heredità col beneficio di
legge, e inuentario, e detto inuentario non ſi deb-
ba fare, altrimente ſi procederà all'aditione di det-
ta heredità, e confettione de detto inuentario, non
oſtante la loro contumacia.

Secunda nullitas opponebatur ex minus ſin-
cera deſcriptione mobilium, quæ doli ſuſpe-
ctiſſima videbatur, ex quo fuerit deſcripta tàm
curta ſuppellex, vt non ſolum Viro Nobili pa-
tritij ordinis, qualis erat Simon, ſed nec cuili-
20 bet mediocris conditionis hominis conueni-
ret. Verum hæc ſuſpicio elidebatur primò ex
nota paupertate Simonis, qui, nimia largita-
te patrimonium diſſipando, ad eas anguſtias
rei familiaris deuenerat, vt etiam apparta-
mentum domus, quam inhabitabat, & ſtabu-
lum vili precio vendiderit, imò & pallium mo-
dici valoris oppignorauerit. Secundò ex lega-
litate perſonę hæredis Nobiliſſimæ Matronæ,
21 quam ad excludendum dolum ponderant DD.
relati per *Surd. deciſ. 222. in fin. Duran. d. dec. 387.*
num. 19. adeout potiùs præſumendum ſit, ar-
22 genta, vel alia mobilia, ſi quæ non deſcripta
extitiſſent, amota, & ſubtracta fuiſſe à famu-
lis, vel alijs perſonis, *Duran. ibidem num. 24.*
Præcipuè quia modica, & exigui momenti
poterant eſſe in hæreditate Simonis ad tantam
paupertatem redacti. Et tertiò ex quo defectus
integræ deſcriptionis nunquam fuit oppoſitus
24 à tot tantiſque Creditoribus, qui veriſimili-
ter non ſiluiſſent tempore habili, & proximo,
quo probationes haberi poterant, & defenſio-
nes hinc inde; quo argumento vtitur *Rota dec.*
327. num. 9. & 10. par. 19. Quibus ſtantibus non
videbatur DD. ex argumentis, & ſuſpicioni-
bus ambiguis euertendum Inuentarium, quod
tamdiù ſtetit; militat enim legalis præſump-
24 tio pro validitate actus, & Inuentarium pro-
bat negatiuam aliorum bonorum; donec con-
cludenter probetur contrarium, *Gloſſ. in l. cum*
de leg. ff. de probat. Bartol. in l. final. §. licentia C.
de iur. deliber. Seraph. deciſ. 504. num. 6. Pen. deciſ.
274. num. 7. Duran. deciſ. 1. num. 16. & deciſ. 387.
num. 23. & 24. & alibi ſæpè.

Nec obſtat quod fuerint omiſſæ aliquæ par-
titę Crediti in notabili quantitate prouenien-
tis ex Caſali vendito Monialis Turris ſpeculo-
rum. Nam præter quod ſatis videbantur ex-
25 preſſæ ex ... reditu d. Caſale deſcripto
in Inuentario cum relatione ad Inſtrumentum,
in quo omnia diſtinctè aduotabantur; Dictum
26 fuit non omnem omiſſionem vitiare Inuenta-
rium, præſertim ſtante clauſula *addendi, & mi-*
nuen-

nuendi, quæ adeſt in hoc Inuentario, & non concurrente dolo. Dolus autem non ſolùm non probatur, ſed excluditur ex relatione facta in Inuentario ad inſtrumentum venditionis, in quo conſtabat de dicto credito; Rurſùs pecunia occultari non poterat, quia erat ex conuentione in manibus Monialium ad effectum ſoluendi Creditoribus, reportata ceſſione iurium; Et ceſſat quælibet mala præſumptio cum longè ante oppoſitionem fuerit de omnibus reddita ratio, *Duran. vbi ſupra num. 24.*

Tertiò dicebatur Inuentarium hoc modo ſuſpectum ſuffragari ad ſummum poſſe ad effectum excipiendi, nè ſcilicet D. Lucretia teneatur ad ſoluendum Creditoribus vltrà vires, ſecùs ad effectum agendi. Verum id viſum fuit contra verba *Text. in l. fin. C. de iur. deliberan.* ibi -- *Si verò ipſe (ideſt hæres) aliquas contrà defunctum habeat actiones, non hæ confunduntur, ſed ſimilem cum alijs Creditoribus pro*
27 *omnia habeat fortunam*. Ex quibus deſumitur communis concluſio, & potiſſimus effectus Inuentarij, ſcilicet vt præſeruet in omnibus il-
28 læſa iura hæredis, tàm agendo, quàm excipiendo. Nec videbantur applicari *deciſio ſa. mem. Gregorij 473. num. 2. & 3. & aliæ allegatæ pro D. Principe,* quia procedunt in diuerſis terminis; quando, ſcilicet probata exiſtentia aliorum bonorum vltrà deſcripta in Inuentario, vel per confeſſionem hæredis, vel aliàs concludenter, hęres vult dare de errore, vel elidere probationes ex ſola pręſumptione, quæ oritur ab Inuentario; prout omnibus ſingillatim reſpondebant Informantes, & plenè diſtinguit *Cardin. de Luca de hæred. & hæredit. diſc. 20. num. 18. & ſeqq.*

Ad quartam demùm oppoſitionem ex confuſa deſcriptione ſcripturarum, earumque non reddita ratione, ad quam reſtricta fuit difficultas in penultima propoſitione, dictum fuit, quamplures ſcripturas ad hæreditatẽ ſpectantes fuiſſe in actis exhibitas occaſione plurium litium cum Creditoribus, citato inter alios Creditores clar. me. Principe Marco Antonio Burgheſio. Cæterum in hęreditate decocti,
29 de qua agitur, non poſſe præſumi apocas crediti, aut litteras cambij, vel aliàs ſcripturas patrimonium impinguantes, quæ occultari potuerint, vt alias huic obiecto reſpondit *Rota coram Seraph. dec. 371. & coram Coccin. deciſ. 151. num. 8. & deciſ. 199. num. 2. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. & dec. 256. num. 8. par. 19.* non obſtantibus *dec. 80. num. 18. coram Arguel. & deciſ. 382. num. 10. par. 19.* quia procederent, ſi nulla ratio ſcripturarum reddita foret, vel præexiſtentia ſcripturarum releuantium probaretur; ſecùs in hoc caſu, in quo plures ſcripturæ
30 productæ fuerunt, neque probantur, imò in hæreditate decocta pręſumi non poſſunt aliæ ſcripturæ, quæ eam adaugeant, maximè poſt tàm diuturnam Creditorum taciturnitatem, & acquieſcentiam.

Denique dicebant aliqui ex DD. inanem eſſe conatum Scribentium pro D. Principe ad euertendum hoc Inuentarium ad effectum, de quo agitur. Nam data etiam eius nullitate, cum bo. me. Duciſſa adiuerit ſine debitis ſolemnitatibus, præſeruanda eſſet à damno, &
31 reputari, ac ſi non adiuiſſet, *Pic. ad Stat. gloſ. 7. num. 108. cum alijs coram Celſ. deciſ. 129. nu. 4. & in Senogallien. fideicommiſſi 30. Aprilis 1677. coram Reuerendiſs. Burdegalen.* eoque magis, cum ei nulla imputari poſſit culpa, dum fecit Inuentarium per Procuratorem, & iuxtà ſtylum Curię Capitolinę.

Et ita concluſum conſtare de ſufficienti redditione rationis, & legitimo Inuentario, omnibus DD. videntibus vtraque &c.

R. P. D. CACCIA.
Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Caſalium.

Veneris 15. Iunij 1685.

ARGVMENTVM.

Interrogationes non poſſunt fieri ſuper deciſorijs, & concernentibus negocium principale, ſed ſolum ſuper præparatorijs ad fundandum, ſeu certificandum Iudicium: & in concernentibus negocium principale ſolum fieri poſſunt per viam poſitionum.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio inficitur ipſo iure ob non interuentum pecuniæ.*
2 *Negocium principale dicitur, cum tangitur finis præcipuus controuerſiæ.*
3 *Interrogationibus deciſorijs, & concernentibus merita cauſæ non tenetur quis reſpondere, ſed tantum præparatorijs ad fundandum, ſeu certificandum iudicium, & num. 15. 17. & 28.*
4 *Interrogationes præparatoriæ dantur, ne actor fruſtra agat ob incertitudinem iuris, ſeu conditionis eius, cum quo vult agere.*
5 *Non autem pro fundanda intentione in negocio principali.*
6 *Actionum formulæ, & impetrationes ſunt ſublatæ.*
7 *Interrogationes ex officio Iudicis quandocunque admittuntur.*
8 *Æquitas non ſcripta in iure, & ex alia parte iniquitatem redolens non attenditur.*
9 *Inſtrumenti fides non eſt adeo faciliter cum ſimplici interrogatione euertenda.*
10 *Remedium extraordinarium non eſt adhibendum, cum ſuppetit ordinarium.*
11 *Interrogationes fieri ſolent in limine Iudicij ad litem præparandam.*
12 *Interrogationes ſuadente æquitate admittuntur etiam poſt litem conteſtatam, & poſt concluſum in cauſa.*
13 *Sed tamen ſemper circa præparatoria, non verò deciſoria.*

14 *Interrogationes nunquam verſantur circa negocium principalę.*

15 *Interrogationes in concernentibus deciſoria non dantur, niſi per modum poſitionum, & num.29.*

16 *Quia æquum eſt, actorem, & reum ponendo, & reſpondendo pariformiter confiteri.*

18 *Interrogationes teſtium, ſiue partium in cauſa ſummaria admittuntur indiſtinctè, ſiuè ex officio, ſiue ad inſtantiam partis.*

19 *Intellige, id procedere per viam poſitionum, aut per viam interrogationis in præparatorijs.*

20 *In cauſis ſummarijs interrogationes poſſunt fieri poſt concluſum in cauſa.*

21 *Declara, id procedere in cauſis commiſſis ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*

Non in alijs cauſis ſummarijs, in quibus proceditur ſecundum ordinem Iuris num.25.

22 *Cauſa ſummaria eſt cum agitur de remedio poſſeſſorio.*

23 *Commiſſio cauſæ cum clauſula --* audiat, & Iuſtitiam faciat *arctat Iudicem ad ſeruandum ordinem iuris.*

24 *Ordo iuris, & plena probatio requiritur, cum agitur de cauſa, in qua ſententia tribuit ius finale, ac parit præiudicium non reparabile, niſi per appellationem.*

25 *Interrogationes fieri quandocumque debent à Iudice ad clarificandam dubitationem actus præcedentis.*

27 *Verba* per altrettanti *intelliguntur de ſolutis, non de ſoluendis.*

28 Coccin.dec. 1081.) Priol.deciſ. 178.) *declarantur*
Neuizan.conſ.5.) Natt. conſ. 45.) reijciuntur

30 *Interrogationibus continentibus propriam turpitudinem nemo tenetur reſpondere.*

31 *Nec illis, quæ faciant incurrere periurium.*

32 *Interrogationes, ſeù poſitiones non dantur, vbi pars habet intentionem fundatam in publico Inſtrumento.*

DECISIO IX.

AD magis comproban. nullitatem deliberationis quarumdam portionum Caſalium Turricellæ, & della Donna iam canonizaram per Sententiam Reuerendiſs. D.mei Damaſceni petijt D. Victoria interrogari Deliberatarium, Campſorem, Curſorem, ac Teſtes, an effectiuè pecunia interuenerit, & numerata fuerit Curſori in actu celebratæ deliberationis, prout in eius Inſtrumento narratur. Renuentibus autem Partibus reſpondere, dedi de more dubium, *An ſit reſpondendum dd. Interrogationibus*, quod hodie per Dominos reſolutum fuit negatiuè.

Præmittebant enim, quod interrogationes prædictæ feriunt ſubſtantiam negotij principalis, & concernunt deciſoria Cauſæ, nam tendunt ad probandum non interuentum pecuniæ
1 in deliberatione, ex quo ſubhaſtatio inficitur ipſo Iure *l.à diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iudic. Lud. deciſ. 23. num. 1. & per tot. & alibi.* Cum autem præſens quæſtio vnicè verſatur ſuper validitate, vel inualiditate ſubhaſtationis, vt latè colligitur *ex deciſione edita coram* Reuerendiſs. *Matthaio ſub die 4. Februarij* 1684. vtri-
2 que in dd. Interrogationibus includi, & agitari dicitur negocium principale, quia tangitur finis, ad quem præcipuè controuerſia dirigitur *Bartol.in l.ambitioſa num.19.ff.de decret. ab ordin.fac.Bald.in l.vnic.§.fin.num.37. C. de non.Cod.fac.Neuizan.conſ.5.num.8.& ſeqq.*

Hoc poſito; non ſunt cogendæ partes ad reſpondendum, quia interrogationibus deci-
3 ſorijs, & concernentibus merita Cauſæ non tenetur quis reſpondere, ſed tantum præparatorijs, ac tendentibus ad fundandum, ſeu certificandum Iudicium, vt communiter diſtinguunt *Bald.conſ.325.num. 1. tom. 2. Adden. ad pract.Papien.tit.1.gloſs. 5. litt. D. Maranta in Specul.par.6.membr.7.num.6.Franc. Marc. deciſ. 789.num.2.par.2.latè Menoch.de arbitr.caſ. 51. ex num.1.cum pluribus ſeqq. cent.1.lib.2.* Ridolphin.*in prax.par.2.cap.2.num.1.Rot.deciſ.3. ſub num.1.de ſequeſtr.poſſeſſ.In nou.Coccin.dec.1081, num.13.& 14.Priol. deciſ.178. num. 4.* Dantur
4 enim ne Actor præ incertitudine Iuris, ſeu conditionis eius, cum quo acturus eſt fruſtra experiatur *l.qui petitorio in princ.ff.de rei vend. l.cogi ff.de petit.hæred.l.1.ibiq.Bart.in princ.ff.de Interrogat.action.Bald.conſ.326.ſub n. 2.lib.2.Faber.in ration.d.l.prim. in princ.ff.de interrog.action. Donell.Enucleat lib.20.cap.3.litt.P.in annotat. Neuizan.d.conſ.5.num.17.& 30.Menoch. d. caſ.51. num.2.& ſeqq.* Non autem, vt ex reſponſione
5 rei ſibi actio paretur pro fundanda intentione in negotio principali, quia in hac parte interrogatoriæ actiones exoleuerunt, *vt in d. l. prima* ibi -- *Interrogatorijs actionibus hodie non vtimur*, ibique *Faber* loco citato *Butr. cap. cum Cauſam num.16.de iuram.calumn.Speculat. lib.2. par.1.tit.de interrogat. §. Sciendum num.5.* & ibi *Addiſionator litt. P.Spada conſ.254.num. 2. lib. 3. Menoch. dicto caſ. 51. num. 5. & ſeqq. latè Vveſembec.in Paratit.lib.11.de Interrogat.act.n.3*
6 *& 4.* ſicuti fuerunt ſublatę cæterę formulæ, & impetrationes actionum, de quibus *in l.prima, & ſecunda C. de form. & impetr. action.ſublat.*

Nec obſtat, quod cum D. Victoria non poſſit interponere Sacramentum veritatis ſuper hoc facto, cui nec interfuit, nec intereſſe potuit morte filij tunc temporis funeſtata, omnis æquitas ſuggerat, vt Iudex pro elicienda veritate partes interroget, & vrgente æqui-
7 tate Interrogationes ex Iudicis Officio quandocumque admittantur *l. vbicumque ff. de interrogat.action.can. Indicantem 30. quæſt. 5. vbi gloſſ.verb.remaneat gloſſ.in l.prima verb.damni ff. de interrog.action.* cum alijs per Informantes.

Obiectum enim tollitur duplici reſponſione Primo quia non eſt attendenda illa æquitas, quæ nec in Iure ſcripta reperitur, & magnam
8 ex alia parte redolet iniquitatem *Bald. d. conſ. 325.ſub num.1.lib.2.Roman.conſ. 249.num. 1. verſ.*

verſ.ſecundo Decian. conſ. 36. num. 43. & ſeqq. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 17. num. 16. & ſeqq. Merlin. deciſ. 567. num. 56. & ſeqq. Iniquum
autem eſſet, ac exemplo perniciosſum cum ſim-
9 plici Interrogatione publici Inſtrumenti fi-
dem euertere, Ius ex eo quæſitum parti tol-
lere, haſtæque publicę ſolemnitatem tanta
facilitate conuellere *Fab. in Cod. lib. 7. tit. de bon. auctor. Iud. poſſiden. defin. 14. num. 1. Quæſad. contr. forenſ. cap. 19. num. 12.* Prȩſertim cum D.
10 Victoriæ ſatis conſultum remaneat ex conſue-
to, & ordinario remedio Inductionis, ac exa-
minis Teſtium, adeoquè non ſit recurrendum
ad extraordinarium, & æquitatiuum interro-
gationis *l. quædam in princ. ff. de æden. l. in Cauſæ 17. ff. de minor.*

Secundo quia Interrogationes de ſui natura
11 fieri ſolent in limine Iudicij ad litem præpa-
randam antequam formetur petitio, *vt in l. prima* ibi -- *nedum ignoret actor, qua ex parte Aduerſarius defuncti hæres extiterit interdum plus petendo aliquid damni ſentiat ff. de Interrogat. action.* ibique *Fab. in lib. 11. C. Papien. in prax. form. interrogat fiend. §. quatenus num. 2. Neuizan. conſ. 5. num. 15. Marant. de ordine Iudic. par. 6. membr. 7. num. 1. Menoch. d. caſ. 51. num. 2. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 29. num. 1. & ſeqq. Coccin. d. deciſ. 1081. num. 2.* qui enim petit interrogari
non dicitur agere, ſed ſe præparare ad agen-
dum *Aſin. in prax. §. 14. cap. 3. num. 14. Cyriac. contr. 306. ſub num. 9.*

Licet autem ſuadente æquitate admittantur
12 interrogationes etiam poſt litem conteſtatam,
& aliquando etiam poſt concluſum in Cauſa
iuxta Caſus relatos per *Menoch. d. caſ. 51. num. 18. & ſeqq. Ridolphin. in prax. d. par. 2. cap. 2. nu. 47. & ſeqq Scacc. de Iudic. lib. 7. num. 470.* Ta-
13 men id omne accipiendum venit extenſiuè ad
tempus, non autem ad caſus, & materias di-
uerſas, nempè vt interrogationes admittan-
tur quandocumque circa præparatoria, non
verò deciſoria, vt ex DD. in obiecto allegatis
declarant *Bartol. d. l. prima num. 5. ff. de interrogat. action. Rip. caſ. 1. ſub num. 21.* ibi -- *Circa ordinaria Iudicij de iudic. Menoch. dicto caſ. 51. num. 9. & 10. & ſeqq.* vbi quod interrogatio-
14 nes nunquam verſantur circa negocium prin-
cipale *Ridolphin. d. cap. 2. ſub num. 30. verſ. tertius & ſub num. 46. verſ. dummodo Coccin. d. dec. 1081. num. 13. cum alijs ſupra §. Hoc poſito.* In his enim,
15 quæ concernunt deciſoria, & negocium prin-
cipale Interrogationes non dantur, niſi per
modum poſitionum, alioquin partes non te-
nentur reſpondere *Bald. in l. data opera num. 37. C. de ijs qui accuſ. poſſ. Caſtren. in l. Iudices num. 7. & 8. C. de Iudic. ibique Iaſon. num. 6. Abb. in cap. cum cauſam num. 27. de Iuram. calumn. addiction. ad pract. Papien. in form. Interrog. §. cum iure ſub litt. N. Curt. de poſition. breuiloq. 4. ſub num. 5. Franch. cap. Statuimus num. 5. verſ. Item voluerunt de confeſſ. in 6. Geminian. ibidem verſ. fin. Purpurat. in tract. de aſſeſſ. num. 99. Spada conſ. 254. num. 7. lib. 2. Marant. in Specul. par. 6. membr. 7. num. 6. Ridolph. in prax. d. cap. 2. ſub nu. 30. verſ. tertius & ſub num. 45. verſ. dummodo Rota deciſ. 3. num. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. In nou. Verall. deciſ. 327. num. 1. par. 2. Coccin. d. deciſ. 1081. num. 14.*

Ratio eſt quia ſicuti Actor per Interroga-
16 tionem vult releuari ex reſponſione Rei, ita
æquum eſt, vt Reus releuetur ex confeſſione, &
aſſertione Actoris reſultante ex poſitionibus,
alias ſub prætextu æquitatis Iudicium claudi-
caret, & fieret iniquum, vt obſeruant *Caſtrenſ. Franch. Pagnan. Iaſon. Marant. & Rota in nou. locis allegatis*; Et propterea concludit *Bartol. in l. prima num. 3. ff. de interrog. action.* quod quę con-
17 cernunt prȩparatoria Iudicij pertinent ad ti-
tulum de Interrogatorijs actionibus, quæ verò
deciſoria ad titulum de confeſſis, & notat
etiam *Abb. in d. cap. cum cauſam num. 16. Bald. conſ. 325. ſub num. 1. verſ. reſpondeo lib. 2.*

Minus aduerſatur, quod in Cauſa Summa-
18 ria, in qua ſumus, Iudex indiſtinctè, & poſt-
poſita quacumque formalitate Iuris Ciuilis, in-
terroget vſque ad prolationem Sententiæ Te-
ſtes, ac partes ſiue ad earum inſtantiam, ſiue
ex Officio, vt citius veritatem aſſequatur *per Text. in Clement. ſæpè* ibique *gloſ. in verb. interrogabit de verb. ſignif.*

Tum quia recurrit eadem reſponſio, vt ſcili-
19 cet Iudex interroget per modum poſitionum
in deciſorijs, & per viam ſimplicis interroga-
tionis in præparatorijs, vt diſtinguit *Vitalin. ſuper d. Clem. ſæpè num. 28. & 29.* nam in Cau-
20 ſis Summarijs nil aliud eſt ſpeciale, niſi quod
Interrogationes fieri poſſunt ad petitionem
partis etiam poſt concluſum in Cauſa, vt in-
quit *gloſſ.* ibi *verb. Interrogabit*, & de cætero
vſus poſitionum, & articulorum non ſolum
prȩſeruatur, ſed etiam præcipitur *in d. Clem.* ibi -- *Nos vſum huiuſmodi obſeruari volentes Statuimus &c.*

Tum quia Text. prædictus procedit in Cau-
21 ſa commiſſa Summariè de plano ſine ſtrepitu,
& figura Iudicij, in qua non ſeruatur ordo
Iuris, ſed tantum ratio, & æquitas naturalis, vt
notant ibi omnes Gloſſatores. & præſertim
Ancharan. num. 36. Vitalin. num. 78. Natt. §. non ſic tamen num. 29. & aduertunt etiam *Bartol. in extrauag. ad reprimend. verſ. figura num. 4. & 5. Marant. d. par. 4. diſtinct. 9. num. 8. & ſeq. Mart. de clauſ. clauſula 180. num. 8. par. 2.* Præſens au-
tem Cauſa licet nuncupetur ſummaria, cum
22 agatur de remedio poſſeſſorio *l. momentaneæ*, & ibi *Bartol. C. vnde vi*; tamen eſt commiſſa
23 cum ſolitis verbis -- *audiat &c. & Iuſtitiam faciat*, quæ arctant Iudicem ad ſeruandum or-
dinem Iuris *Angel. in §. exhæredatos auth. de hæred. & falcid. Natt. loc. cit. num. 127. Marant. vbi ſupra num. 5. Rota deciſ. 10. num. 1. de reſcript. in antiq.* & vlterius inuoluit prȩcipuam cognitio-
24 nem validitatis, & inualiditatis deliberatio-
nis, à qua petita manutentio vnicè pendet, &
ſic Sententia tribuit Ius finale, ac parit præiu-
dicium non reparabile niſi per appellationem,
quo caſu requiritur Iuris ordo, & plena pro-
batio *Bart. in dicta extrauag. ad reprimendum*

verb.Summariè num.18.Abb.in cap.Conſultatio-
nibus §.circa de offic.deleg.Ancharan.d. Clam ſæ-
pè num.17 & ſeqq.Marant.vbi ſupra num.43.&
46.Mart.de clauſ. lococit. num. 10. Vnde quid-
quid ſit in Cauſis Summarijs extra ordinem
cognoſcendis, de quibus loquitur *Text. in d.*
Clem.ſæpè, certum eſt quod in alijs, in quibus
25 proceditur ſecundum ordinem Iuris, Interro-
gationes non dantur, niſi per modum poſitio-
num vbi concernant deciſoria Cauſæ, vt di-
ſtinguunt *Lanfranch. de Orian. in d. Clem. ſæpè*
ſub num.8.Bald.conſ.398.vol.5.Vitalin loco cit.
num.29.

Pariter non ſubſiſtit, quod aſſertiua inſtru-
menti ſuper actuali numeratione pecuniæ red-
26 datur dubia ex partita Montis Pietatis, ex
qua apparet, quod eadem ſumma ſoluta fue-
rit Curſori biduò, vel triduò poſt ſtipulatam
deliberationem, adeoque ad clarificandum
hanc dubitationem exortam ſuper retro acti-
tatis Iudex debeat quandocumque interroga-
re partes, ac Teſtes etiam circa merita Cauſę
quamuis id tendat ad vtilitatem priuatam per
Text.in cap.cum Ioannes de fid.Inſtr.ibique gloſſ.
verb.poſtquam Innocent.num.9. Anchæran. num.
10.verſ.& collige Abb.num. 8. Felin. num. 21.
Gonzal.num.9.cum alijs per Menoch. d. caſ. 51.
num.18.& 38. Scacc.de Iudic.cap. 7. num. 470.
lib. 2.

Omiſſis enim pluribus interpretationis, quę
fiunt perſcribentes ſuper *d. cap. cum Ioannes;*
reſponſum fuit nullam in præſenti concurrere
dubitationem, quia partita Montis importat
ſolutionem *per altretanti*, ideoque optimè con-
ciliatur cum Inſtrumento, nam oſtendit pecu-
niam verè, & realiter fuiſſe in deliberatione
numeratam, & poſteà per Curſorem dimiſſam
in manibus Campſoris, & rehabitam mediante
ordine Montis non prò pretio deliberationis,
ſed pro ſatisfactione mutui, vel depoſiti, vt
27 indicant illa verba *per altretanti*, quæ intelli-
guntur de ſolutis, non de ſoluendis *Rota deciſ.*
175.num.4.par.17.& deciſ.344.num.4.par.18.

Non obſtant *deciſiones* 1081. *Coccin.& 178.*
28 *Priol.* quia tranſeunt cum eadem diſtinctione
inter præparatoria, & deciſoria; Imò ratio de-
ciſionis Coccini conſiſtit in eo, quod Interro-
gationes non tangerent negocium principale,
vt ibi *num.6.& num.13.& 14.* & latius colligi-
tur *ex conſ.254.Spad.lib.2. qui ſcripſit in dicta*
cauſa. In præparatorijs quoque loquitur *Ne-*
nizan.conſ.5.vt ſe explicat ſub num. 14. & ſeqq.
& ſub num.38.verſ.3.reſpondetur, & licet *num.*
25. & 29. & ſeqq. firmet quod Iudex poſſit
cogere partes ad reſpondendum etiam Inter-
rogationibus tangentibus negocium principa-
le, quamuis non dentur per modum poſitio-
num, idemque ſentiat *Natt.conſ.45. per tot.* ta-
men in hac propoſitione non ſunt attendendi,
quia loquuntur contra communem opinionem,
& contra ſtylum Rotæ, vt expreſsè fatetur ipſe
Nenizan.d.conſ.5.num.38.verſ. non obſtat circa
med. de quo ſtylo teſtatur etiam *Butr. in cap.*
cum Cauſam ſub num.23.de iuram. calumn.

Demum non obſtant cæteræ auctoritates
ſimpliciter, ac indiſtinctè firmantes, quod Iu-
dex poſt litis conteſtationem poſſit ex Officio
interrogare ad fundandam intentionem partis
etiam poſt concluſum in Cauſa, vt ſunt *Butr.*
cap.1.num.13. de iudic. & in cap. cum Cauſam
ſub num.15.de iuram calumn.Alex.in l.dies cau-
tionis §.hoc autem num.18.ff.de damn.infect.Abb
in cap.cum Ioannes num.8.vbi Adden.litt.E.de
fid.inſtrum.Marant. in Specul.d. par.4. diſtinct. 9.
29 *num.28.* Quia veniunt intelligendi cum præ-
dicta diſtinctione, nempè quod Iudex inter-
roget per viam poſitionum in deciſorijs, &
per modum ſimplicis Interrogationis in præ-
paratorijs, vt ſe explicat *Butr.d. cap.Cum Cau-*
ſam ſub num.14.verſ.Hæc vera Abbas in d. cap.
cum Cauſam num.16.& ſeqq.& num.22. Specul.
par.6.membr.7.num.6. Vtrumque enim fieri di-
citur iuſſo, & officio Iudicis *cap.2. vbi Gemin.*
num.6.Franch.num.2.de confeſs.in 6.Abb. d.cap.
cum Cauſam num.19. & 20. Butr. *ibidem num.*
23.verſ.nam interrogatio; Et in vtroque fundatur
intentio Partis, quia etiam in præparatorijs ſi
quis ex gratia interrogetur, an poſſideat, &
reſpondeat affirmatiuè, fundat intentionem
actoris in rei vindicatione, vt inquit *Cephal.*
conſ.260.num.25. & alia exempla tradit *Neni-*
zan.d.conſ.5.num.30. Et licet vtantur ſimplici
verbo Interrogationis, tamen Interrogatio, &
poſitio poſt litem conteſtatam dicuntur Syno-
nima, & accipiuntur in idem *Curt. de poſition.*
num.3.

Et in hanc ſententiam facilius Domini iue-
runt ex triplici circumſtantia. Primo quia
Campſor, & Curſor, qui iuxta requiſita haſtæ
publicæ apparent numeraſſe, & reſpectiuè exe-
giſſe pecunias in actu celebrationis Inſtrumen-
ti conuincerentur mendaces, & in ſuo munere
30 defectuoſi, ſi reuera pecunia numerata non
eſſet, quo caſu nemo tenetur reſpondere Inter-
rogationibus, quæ continent proprium turpi-
tudinem *Franc.Marc. deciſ. 789. num. 3. par. 2.*
Marant.d.par.6.membr.7.num.7.Ridolphin. dict.
cap.2.ſub num.3.verſ.quartus Secundo quia di-
31 ctum Inſtrumentum eſt iuratum, vnde non
ſunt admittendæ Interrogationes, quę faciant
incurrere periurium *Marant. ibidem num. 10.*
Oſaſcb.deciſ.10.num.7.& 8.Rota deciſ.334.num.
15.par.11. Tertio demum, quia Interrogatio-
32 nes, ſeu poſitiones non dantur, vbi Pars ha-
bet intentionem fundatam in publico Inſtru-
mento faciente rem claram, & manifeſtam
Curt.de poſit. num. 40. Oſaſcb. dicta deciſ. 10.
num.7.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. CAPRARA.

Anconitana Legitimæ,

Lunæ 10. Iunij 1687.

ARGVMENTVM.

Donatio immenſa facta vni ex liberis reuocatur vſque ad legitimam fauore aliorum. Cum dos ſuccedit loco legitimæ, fæminæ faciunt numerum, & partem ad augendam legitimam maſculorum. Dos quando dicatur ſuccedere loco legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio immenſa vni ex liberis facta, per alios reuocatur vſque ad legitimam.*
2 *Legitima eſt ſemis, cum filij ſunt vltra quatuor.*
3 *Fæminæ excluſæ à Statuto, quarum dotes ſuccedunt loco legitimæ, licet non admittantur ad partem legitimæ, faciunt tamen numerum & partem ad impinguandam legitimam maſculorum.*
4 *Dos præſumitur ſuccedere loco legitimæ.*
5 *Dos ſuccedit loco legitimæ, cum Statutum incipit non ab excluſione, ſed à dotatione.*
6 Statutum Anconæ excluſiuum fœminarum explicatur *& num.8.*
7 *Dos an ſuccedat loco legitimæ ex coniecturis deducitur.*
8 *Dos ſuccedit loco legitimæ cum Statutum mandat, illam eſſe competentem.*
9 *Dos competens eſt illa, quæ regulatur ſecundum legitimam.*
10 *Dos ſuccedit loco legitimæ, cum onus dotationis iniungitur per verba modificatiua ſucceſſionis fratrum.*
11 *Dictio* Tamen *modificat præcedentia ad terminos ſubſequentes.*
12 *Succedit loco legitimæ, cum eſt taxanda à Iudice, vel arbitrio boni viri.*
13 *Dos à Iudice, vel ab arbitro nequit iudicari minor legitima.*
14 *Succedit loco legitimæ, cum Statutum mandat, fæminas nihil petere poſſe vltra dotem datam, vel relictam.*
15 *Præſertim, cum mandat, nihil peti poſſe etiam ratione legitimæ.*
16 *Dos ſuccedit loco legitimæ, cum fit mentio legitimæ.*
17 *Legitima eſt debitum iuris naturæ.*
18 *Nigrum declaratur à Rubrica.*
19 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quotieſcumque fæminæ excluduntur non ſimpliciter propter maſculos, ſed propter dotem.*
20 *Dotis, quæ per ſtatutum legitimæ naturam aſſumit, non repugnat, ſolutionem differri ad tempus matrimonij.*
21 *Fæminæ faciunt numerum, cum earum dos ſuccedit loca legitimæ, non attento diſſenſu vnius ex maſculis.*
22 *Et faciunt numerum, & partem etiam in legitima hæreditatis maternæ, a qua ſunt excluſæ.*
23 *Immiſſio datur pro indiuiſo legitimarijs, ac hæredi.*

DECISIO X.

Defuncta Eliſabet nullo condito teſtamento, facta tamen prius donatione omnium bonorum ad fauorem Marchionis Ioannis Antonij eius Filij natu maioris, etiam de ſcutis quingentis ſibi in eadem donatione ad effectum teſtandi reſeruatis, quatenus de illis ipſa non diſponeret, fuit dubitatum coram me ad Inſtantiam Co: Franciſci alterius ex Filijs excluſi, an ipſi deberetur legitima, & pro qua quantitate, & an pro illa eſſet danda immiſſio, & DD. vnanimiter cenſuerunt, legitimam deberi in tribus vncijs, & dandam immiſſionem pro indiuiſo.

Quod enim legitima deberetur ſuper bonis alteri ex Filijs donatis, fuit apud Patres in
1 controuerſum, vtpote expreſsè ſancitum in *Auth. Vndè ſi parens C.de inoffic.teſtam.* & communiter *Soccin.ſen.conſ.148.num.7.lib.1. Surd. conſ.332.ſub num.13. in fine, & ſeq. Gabr. conſ. 137.num.20.lib.2.Pereg.de fideicom.art.36. num. 35.Rot.dec.86.per totam poſt Merlin.de legit. & deciſ.347.lib.6.& 7.par.13.& deciſ.47 num.11. par. 17. recen.* & ſola difficultas redigeretur ad determinationem quantitatis, quam DD. declararunt in prædictis tribus vncijs, ex quo Eliſabeth obierit relictis quinque filijs, videlicet duobus maſculis, & tribus fæminis, vndè
2 efficiebatur ſemis iuxta *Text. in Auth. nouiſſima C.de inoff. teſtam. & in §.1.de triente, & ſemiſſe,* qui venit diuidendus inter ipſos maſcu-
3 los, ſtante quod in præſenti concurrat Statutum Anconæ excluſiuum fæminarum, quarum dotes loco legitimæ ſuccedunt, quæ quidem fæminæ ſic excluſæ licet non admittantur ad partem, faciunt tamen numerum, & partem fauore maſculorum ad impinguandam eorum legitimam, illamque augendam de triente ad ſemiſſem ad plenè tradita per *Bellon.de iur. accreſc. cap.6. quæſt.15. num.9. circa finem Verſ. hinc frequentius, & num.10.11.& 12.Clar. in §. legitima n.4.verſ.aut verò Statutum Brun.ad ſtatut.excluſ.fœmin.art.13.quæſt.3. num. 45. 46. Theſaur.dec.159.ſubnum.11.Torr.de pact.fut.ſuc. lib. 2. cap.46.num.41.Rot.dec.137.num.9. par. 6.& deciſ.10. num. 13. par. 12. & coram Priolo dec.134.n.18.* & in terminis præſentis Statuti dixit Rota in *Anconitana Legitimæ coram Penia deciſ.1248.num.3.*

Nec dubitarunt DD. dotes vigore Statuti
4 Anconæ induere naturam legitimæ, nedum quia ita ſe habet iuris præſumptio, *Iaſ.in auth. nouiſſima num.60.C.de inoff. teſtam. Rip. in l. 1. num.64.ff.ſolut.matrim. Alciat. de præſumpt. regul.1.præſumpt.29.num.4. Rota coram Gregor.deciſ.565.num.3.* verum etiam, quia perſpecta eiuſdem Statuti diſpoſitione conſtitit, illud incipere non ab excluſione, ſed a dotatione, dum

tx-

fęminas non ſimpliciter excludit à ſucceſſio-
ne, ſed cum qualitate dotationis, ſi nempè do-
tatæ fuerint, vel dotandæ, quo caſu indubita-
tum eſt, apud omnes dotem haberi loco legi-
5 timæ iuxta Magiſtralem diſtinctionem *Caſtren.*
in l. Titio centum ſeptuaginta §. Titio genero num.
8. verſ. Ego plurics conſultus ff. de condit. & de-
monſtration. Ciarlin. contr. 35. *num.* 33. *Adden. ad*
Greg. deciſ. 565. *num.* 11. *Rota coram Buratt. dec.*
215. *& ibi adden. num.* 10. 11. *& in recen. deciſ.*
208. *num.* 23. *par.* 8. *& dec.* 10. *num.* 12. *& deciſ.*
156. *num.* 4. *& ſequen. par.* 15. *recen.*

Nec obſtare viſum fuit, quod idem Statutum
6 obeuntibus Parentibus, ſeu Fratre, vel Auo ab
inteſtato, ſuperſtite filia, vel nepte nondum
maritata, ſeu dotata diſponat ibi -- *Quod ma-*
ſculi ſuccedant in tota hæreditate, teneantur tamen
ipſam Filiam, Sororem, vel Neptem indotatam
maritare, & dotare, & ſic videantur prius ex-
cludere fæminas, & deindè earum dotationem
decernere, ac intret proindè prima pars diſtin-
ctionis *Caſtren.* excludentis legitimæ quatita-
tem in dote. Quoniam pro remotione iſtius
7 obiecti ponderantes DD. integram Statuti di-
ſpoſitionem, prout fieri debere ad inſequen-
dam ſtatuentium voluntatem etiam ex conie-
cturis in hac facti ſpecie aduertit *Rot. dec.* 208.
num. 10. *par.* 8. *& deciſ.* 156. *num.* 11. *par.* 15. *rec.*
pro comperto habuerunt illam reſultare ex
pluribus.

Et primo ex ipſis verbis immediatè appo-
8 ſitis ibi -- *teneantur tamen ipſam Filiam, Soro-*
rem, vel Neptem indotatam maritare, & dotare
competenter viribus hæreditatis, & conditione
perſonarum attentis, ex quibus reſultat, ipſam
9 dotem fuiſſe reſeruatam loco legitimæ, dum
dos competens eſt illa, quæ ſecundum legiti-
mam regulatur, vt ad hunc effectum dixit
Mangil. de imput. quaſt. 57. *num.* 27. 28. *Rot. co-*
ram Bichio deciſ. 88. *num.* 9. *& ſeq. & in recen.*
d. deciſ. 208. *num.* 16. *par.* 8. *& deciſ.* 156. *num.* 12.
par. 15. Perpenſo præſertim, quod onus dota-
10 tionis fuit iniunctum per verba modificatiua
ſucceſſionis fratrum ibi -- *teneatur tamen do-*
tare, quaſi ab illo ſperando dotem, & in par-
tem ſucceſſionis ſui in legitimam tradendo fę-
minis, cum hæc ſit propria virtus d. dictionis
11 *tamen*, vt modificet præcedentia ad terminos
ſubſequentes *l. ita tamen ad Trebell. l. vbi adhuc*
§. ita tamen C. de iur. dot. Rot. coram Bichio deciſ.
538. *num.* 17. 18.

Supradictæ ponderationi additur altera,
12 quæ illam magis corroborat, & in eo conſi-
ſtit, quod in caſu, quo fratres competenter
dotare reluctarent; demandarunt ſtatuentes
declarationem quantitatis dotis fieri debere
per Poteſtatem, & Iudicem cum conſenſu qua-
tuor affinium eiuſdem mulieris, vel quatuor
bonorum virorum, ex qua etiam circumſtantia
inſurgit enixior voluntas ſubrogandi dotem
ipſi legitimæ, quia tam Iudex, quam bonus
13 vir non debent iudicare, & arbitrare dotem
minorem legitima *Eug. conſ.* 3. *ſub num.* 43.
verſ. bonus autem vir Bec. conſ. 112. *nu.* 8. *Mantic.*
dec. 329. *n.* 5. *Rot. in ſæpe allegata deciſ.* 136. *num.*
15. *par.* 15. *recent.*

Et clarior eadem voluntas apparet ob-
14 ſeruando, fuiſſe ſuperadditum præceptum,
quod nempè fæminæ debeant eſſe contentæ
dote data, vel relicta, & nihil plus petere, ex
qua prohibitione, & pręcepto reſultat, quod
cum fæminæ nil aliud petere valeant, quam
legitimam in bonis parentum, dum Statuen-
tes mandant, eas debere eſſe contentas dote,
oſtendunt illam præſeruaſſe loco legitimæ, dum
prohibendo plus petere, nil aliud videntur
prohibere, quam legitimæ ſupplementum, ſi
ea dos minor fuiſſet, vt notat *Boſ. de dot. cap.* 7.
num. 81. *in fine verſ. quia ſtatutum, quem ſequitur*
Card. de Luca eodem tract. diſc. 13. *ſub num.* 9.
poſt prin. verſ. 4. vbi hanc coniecturam fortem
appellat *Simon. de Pret. de interpret. vltim. vo-*
lunt. lib. 3. *ſolut.* 4. *nu.* 18. *Mangil. de imput. quæſt.*
57. *ſub num.* 26. *Rota coram Bichio deciſ.* 88. *num.*
12. & hoc tanto fortiùs, quia qualificarunt di-
15 ctam prohibitionem cum additamento, quod
non plus peterent in bonis Patris, Matris, vel
16 Aui ratione debiti iuris naturæ, quotieſcum-
que enim fit mentio legitimæ, quæ idem eſt,
17 ac debitum iuris naturæ erga filios, omni du-
bio procul dos dicitur ſuffecta in illius locum,
& fæminas cenſeri in ſuas, vt ſubdit *Card. de*
Luca d. diſc. 13. *ſub d. n.* 9. *verſ. quarta coniectura*
plenè *Boſ. eod. tract. d. cap.* 7. *num.* 78. 81. *Honded.*
conſ. 53. *num.* 10. *lib.* 2. & concludunt ſupra al-
legatæ deciſiones 208. *num.* 17. 18. 19. *par.* 8. *&*
deciſ. 88. *num.* 14. 15. *coram Bichio, & deciſ.* 136.
ſub num. 12. 13. *par.* 15. *recen.*

Additur demum, quod ponderata integra
Statuti diſpoſitione in omni ſui parte, & in
ipſa rubrica deprehenditur, fæminas non ſim-
pliciter propter maſculos, ſed propter dotem
eſſe excluſas, in ipſa enim Rubrica nihil de fi-
lijs, ſed tantum de fæminis dotatis agitur ibi --
Quod mulier dotata ſit contenta dote, etenim Ru-
18 brica ipſa ſufficiens eſt pro deciſione cauſa-
rum, cum ab ipſa Nigrum recipiat declaratio-
nem *Rot. deciſ.* 548. *num.* 1. *in fine par.* 1. *& deciſ.*
31. *num.* 1. *pariter in fine par.* 2. *recen. & coram*
Royas deciſ. 359. *ſub num.* 14. *verſ. itaque cum ſe-*
quen. etc. Nihil etiam de filijs, vel agnatione
agitur in Nigro eiuſdem Statuti, cum ibi ſem-
per anteponatur dotatio fæminarum excluſio-
ni, ſiuè dotatę ſint, ſiuè dotandę, vt in exor-
dio ibi -- *Si aliqua mulier fuerit dotata, vel do-*
tanda etc. iſta talis mulier non poſſit aliquid pe-
tere, ſed ſit, et eſſe debeat contenta dote iſta, et
eius filij, et hæredes intantum, vt talis mulier non
admittatur ad hæreditatem, & ita legitur etiam
in proceſſu, vbi numquam fit mentio excluſio-
nis fæminarum propter maſculos, vel agna-
tionem, quotieſcumque enim fæminarum ex-
19 cluſio non fit ſimpliciter propter maſculos,
ſed propter dotem, dos legitimæ locum ſu-
bintrat, & illius naturam induit, quia ipſa
dos eſt cauſa proxima excluſionis, & in illa
fundatur doctrina *Caſtren. in alleg. l. Titio cen-*
tum, ac Doctorum eam ſequentium de Luc. de dot.
diſc.

diſc.13.ſub num.4.verſ.verba igitur in fine Rota decif.208.num.2.par.8.recen.

Hinc non obſtat ponderatio in contrarium deducta, quod nempè ſtatuentes vtendo verbis *maritare, et dotare* videantur differre ſolutionem dotis ad tempus matrimonij, & ſic excludere qualitatem legitimæ, quę ſtatim debetur, nullatenus expectato tempore nuptiarum, quia quidquid ſit de importantia dd. verborum,
10 ſatis ſufficiens viſa fuit in pręſenti reſponſio, quod non repugnet naturæ legitimæ in dotem per Statutum commutatę, & quæ legitimæ naturam retinet, quod eius ſolutio differatur ad tempus matrimonij iuxta deducta à *Cardin. de Luca de dote diſc.13.num.10.* & benè diſtinguit *Rot. deciſ. 538.num.4.et 5.par.1.diuerſ.*

Cætera obiecta, quorum alterum conſiſtit in eo, quod concurrente diſſenſu vnius maſculi, vt hic, fæminę non admittuntur ad augendam legitimam maſculòrum, & alterum quod ipſæ tanquam dotatæ à Patre non poſſinc numerari pro augenda legitima maſculorum in hæreditate materna, à qua cum ſint excluſę à dicto Statuto, habeantur proindè pro extraneis, vnica reſponſione tolluntur nempè quod
11 quotieſcumque dos legitimæ locum obtinet, vt in pręſenti non attenditur diſſenſus alterius ex maſculis, ſed eo non obſtante fęminæ numerantur iuxta ęquiorem opinionem *Rota coram Coccino deciſ.* 1285. *num. 9.* repetita poſt *Merlin.de legitim.deciſ.106.et* Rot.*deciſ.128.nu. 11.par.13.recene.* & fęminę faciunt numerum,
12 & partem etiam in augenda legitima detrahenda ab hęreditate materna, à qua ſunt excluſę, vt reiecta contraria opinione fuit deciſum apud Rot.*deciſ.137.num.15.et deciſ.106.nu. 14.par.6.et d.deciſ.128.par.13.rec.*

Quoad alteram partem dubij concernen-
13 tem immiſſionem DD. tranſierunt abſque difficultate in concedendo illam pro indiuiſo, nulla habita ratione debitorum hæreditariorum, quorum ſeparatio erit facienda in Iudicio liquidationis iuxta deducta per *Rot. deciſ. 301.num.9.par.13.rec.*

Et ita vtraque parte informante fuit deciſum &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX
S. ROTÆ DECANO.

CACCIA, ALBANO, ET BONCOMPAGNO
Nunc S. R. E. Cardinalibus,

Et de Aſte nunc Archiepiſcopo Athenarum.

Votum deciſiuum à R. P. D. Emerix.

In Cauſa

Ferrarien. Fideicommiſſi de Turchis.

Martis 19. Auguſti 1687.

ARGVMENTVM.

Heres non poteſt grauari in bonis proprijs, aut aliàs ſibi debitis per viam fideicommiſſi vniuerſalis, niſi quatenùs teſtator illi præbeat æquiualens, computatis fructibus medio tempore perceptis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator loquens de ſuis bonis non videtur velle diſponere de alienis.*

2 *Acceptatio hæredis non inducitur ſine ſcientia.*

3 *Teſtator declarans diſponere de ſuis bonis non videtur velle diſponere de bonis fideicommiſſarijs, etſi illa deſcribat in teſtamento.*

4 *Et talis deſcriptio poteſt operari ſolum quoad fructus dd. bonorum fideicommiſſariorum.*

5 *Scientia grauaminis in re ſibi debita non requiritur in hærede, ſed ſufficit ſimplex aditio hæreditatis.*

6 *Limita in hærede infante, & vbi grauamen eſt in bonis debitis hæredi appoſitum per viam fideicommiſſi vniuerſalis.*
Secus verò in fideicommiſſo particulari n.8.

7 *Fideicommiſſum vniuerſale cum ſpecificatione, & nominatione bonorum hæredis æquiparatur fideicommiſſo particulari.*

9 *Inuentarij vices ſupplet deſcriptio exacta bonorum facta à teſtatore.*

10 *Et diligens inuentarium tutelare.*

11 *Atque exinde excluditur præſumptio ſubtractionis bonorum.*

12 *Aditio hæreditatis inconſultò facta à tutrice abſque Inuentario nequit operari, pupillum hæredem remanſiſſe grauatum in bonis proprijs vltra emolumentum hæreditatis.*

13 *Producens nequit impugnare iura producta.*

14 *Inuentarium nequit redargui nullitatis propter defectum deſcriptionis paucorum mobilium pro vſu coloni, cum impenſa deſcriptionis eſſet maior illorum valore.*

15 *Nec ex defectu deſcriptionis librorum introitus, exitus, cum is ſuppletur ex alijs ſcripturis.*

16 *Inuentarium nequit redargui, cum perſonæ magis informatæ, & tempore magis proximo, nihil contra illud deduxerunt.*

17 *Teſtator valet diſponere vniuerſaliter de bonis hæredis, vel illi debitis, quatenùs iſte conſequatur à teſtatore æquiualens emolumentum, computatis fructibus medio tempore perceptis.*
Cæterum non valet, etſi hęres grauatus per viam fideicommiſſi vniuerſalis in bonis proprijs adeat hæreditatem nullo confecto inuentario num.19.

18 Nec *valebat teſtator in particularibus diſponere vltra vires iure digeſtorum, ſed iure authenticorum hodiè poteſt.*

20 *Ius nouum Codicis, & Authenticorum non corrigit ius antiquum quoad fideicommiſſarios vniuerſales, ſed ſolum quoad particulares, & n.22. 28. 20. & 31.*
Et d. nouum ius non comprehendit fideicommiſſa vniuerſalia pro inducenda pęna amiſſionis Trebellianicæ propter omiſſionem Inuentarij num.27.

21 Bel-

Digitized by Google

21 Beltram. ad Gregor. Deciſ.421.num.15.*re-*
probatur 30.& 41.
23 *Hærede non conficiente Inuentarium,oritur præ-*
ſumptio ſubtractionis bonorum.
24 Auth.de hęred.& falcid.§.hinc nobis *expli-*
catur.
25 Peregr.de fideic.art.3.num.76.*exponitur.*
26 *Argumentum à contrario ſenſu non valet ex*
verbis Doctorum.
29 *Ius prohibendi falcidiam trahitur ad facultatem prohibendi quoque Trebellianicam.*
32 *Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt cogere hæredem ad conficiendum Inuentarium.*
33 *Non autem legatarius particularis.*
34 *Falcidia ex Fideicommiſſis particularibus detrahitur ſolum in ſubſidium.*
35 *Pæna non extenditur ex identitate rationis.*
36 *Hæres ſimpliciter adiens facit ſuam voluntatem teſtatoris circa ea, quæ lege permittente teſtator diſponit, non circa ea, quæ à iure fieri prohibentur.*

DECISIO XI.

DOmini, in hac tertia diſcuſſione cauſę, fue-
runt in Voto pro confirmatione ſententia-
rum latarum in Curia denegantium Comiti-
bus de Flaſchis Actoribus immiſſionem in bo-
nis, de quibus agitur, quia Partes conueniunt
nos verſari in fideicommiſſo vniuerſali, &
quod Bona poſſeſſa per Marchionem Alphon-
ſum Teſtatorem, ſuper quibus petunt immiſſio-
nem, eſſent debita Marchioni Cæſari hæredi ex
fideicommiſſis auitis, quodque iſte nihil con-
ſequutus fuerit ex hæreditate Teſtatoris, quod
adæquare, vel compenſare poſſit valorem bo-
1 norum ei debitorum ex præfatis fideicommiſ-
ſis, ideoque de plano viſa fuit deneganda im-
miſſio, deficientibus tàm expreſſa voluntate
Teſtatoris diſponendi de bonis hæredi debi-
tis, quàm etiam, & ſpecifica acceptatione hæ-
redis.

Deficit expreſſa voluntas Teſtatoris, & ſpe-
cifica acceptatio hæredis, quia neque in inſti-
tutione, neque in ſubſtitutione, & toto pro-
2 greſſu Teſtamenti vllum legitur verbum ex-
preſſum comprehenſiuum bonorum hæredis,
ſed Teſtator ſemper loquutus fuit de ſuis bo-
nis, & relatiuè ad illa diſpoſuit; Vndè exclu-
ditur non ſolum in Teſtatore voluntas diſpo-
nendi de bonis debitis hęredi ex antiquiori-
bus fideicommiſſis ad tradita per *Pariſ. conſ.*
98.num.14.lib.2.Cephal.conſ.516. num.13.lib.4.
Fuſar.de ſubſtitut. quæſt.648.num.2., & melius
quæſt.649.num.6.Peregrin.de fideicommiſ.art.6.
num.12. verſ.Tertio conſiderabam Andreol. contr.
*220.num.9.*cum alijs concordantibus adductis
per Rotam *coram Priolo deciſ. 378. num.5. &*
ſeqq. ſed etiam acceptatio hæredis, quæ ſine
3 ſcientia noo inducitur *iuxta Text.in l.ad proba-*
tionem, ibique gloſſa Cod.de locato,& conducto.

Non obſtat, quod Teſtator mandauerit no-
minatim deſcribi io calce Teſtamenti etiam
bona debita hęredi ex antiquioribus fidei-
commiſſis, ſuperaddita ratione -- *affinche non*
ſi poſſi dubitare, quali ſiano li beni immobili re-
ſtati nella ſua eredità, e ſottopoſti al fideicom-
miſſo, ne occorra alli ſudetti ſuoi Deſcendenti, ò
altri chiamati, come di ſopra, in occaſione di proua-
re la loro identità, e che foſſero da eſſo Sig. Teſta-
tore tenuti, poſſeduti, e reſtati della ſua credità, hà
riſoluto, & ordinato, che ſiano deſcritti con le loro
qualità, quantità, e confini nel fine del preſente Te-
ſtamento-- adeoque dubitandum noo videatur,
quin voluerit de illis diſponere *per Text.in l.*
ſequens quæſtio 70.ff. de legat.ſecundo. Tum quia
antecedens declaratio ſe velle diſponere de bo-
nis ſuis, operatur quod ſubſequens præceptum,
& ratio nominatim deſcribendi bona, importet
ſolam voluntatem diſponendi de bonis hære-
dis, præſuppoſitiuè, quod eſſent ſua libera, non
autem vti de ſuppoſitis antiquioribus fideicó-
miſſis, & debitis hæredi iure propriæ vocatio-
nis, vt de ſimili deſcriptione Bonorum fideicó-
miſſariorum facta per teſtatorem, quod cenſea-
tur facta ad abundantiorem cauthelam, & co-
hærenter ad illius voluntatem antecedenter ex-
preſſam tradit *Gratian.diſcept.404.num.5. & 6.*

Tum etiam quia, quatenùs per modum ſup-
poſiti admitteretur præceptum deſcribendi ca-
4 dem Bona importare iuxtà ſenſum Partis ali-
quam voluntatem diſponendi de illis, etiam
vti debitis hęredi, exindè dumtaxat ſequeretur,
quod voluiſſet diſponere iuxtà terminos Iuris,
& imputationem fructuum ei permiſſam, ad hoc
vt ad limites hæreditatis, & ad ratam emolu-
menti habiti per hæredem, ſuſtineretur gra-
uamen impoſitum ſuper bonis ei debitis, non
autem quod voluerit de illis diſponere etiam
vltra vires hæreditatis, & emolumentum, quod
hęres eſſet conſequuturus, dum id vlterius non
expreſſit, vt in ſpecie notant *Angel.de Peruſ. in*
l.filius familias 17.§.apud Marcellum propè finem
verſ. quia non eſt veriſimile de legat. primo Gabr.
conſ.102.num.8.& 11.lib.2.

Prout nec releuat, quod ſpecifica accepta-
tio, & ſcientia grauaminis in re ſibi debita non
5 requiratur in hęrede, ſed ſufficiat ſimplex adi-
tio hæreditatis abſque beneficio legis, & in-
uentarij. Quia contrarium procedit, quando
hæres de tempore delatæ hæreditatis eſt (prout
6 in præſenti erat) Infans, & Teſtator diſpoſuit
de bonis debitis hæredi vti ſuis, & per viam
fideicommiſſi vniuerſalis, vt diſtinguendo in-
ter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare
formiter diſcuſſo articulo firmauit *in celebri*
Viterbien. Caſtrorum coram Cocin. deciſ.1303.
num.2.& 3.& deciſ.1622.num.7.& 8.

Minus facit, quod ſicuti in fideicommiſſo
particulari ſufficit pro acceptatione grauami-
nis ſimplex aditio hęreditatis, ità etiam in fi-
7 deicommiſſo vniuerſali ordinato cum ſpecifi-
catione, & nominatione bonorum hæredis,
quod æquiparatur fideicommiſſo particulari
iuxta ratiocinium *Beltramin.in addit.ad Gregor.*
deciſ.421.ſub num.15. quia in tantum ignoran-
tia grauaminis in re propria, vel alias ei debi-
ta, non excuſat hæredem adeuntem, quando

agitur

agitur de fideicommiſſo particulari, in quan-
tum ſcit, vel ſcire debet, quod non conficiendo
Inuentarium incurrit pænam ſatisfaciendi de
proprio legatarijs, & fideicommiſſarijs parti-
cularibus, vt poſt *Pariſ. conſ. 2. num. 29. & ſeq.
lib. 3.* ponderat *Rota coram Coccin. dicta deciſ.
1623. num.* 15. Quod cum in præſenti caſu non
poſſit imputari, ſeu exprobari Marchioni Cæ-
ſari, licet grauato fideicommiſſo vniuerſali
cum ſpecifica nominatione bonorum ſibi de-
bitorum ex fideicommiſſis Auitis, ex quo tàm
ipſe, quàm illius Tutrix probabiliter credidit,
ſeù credere potuerit, vel quod non poſſet gra-
uari in bonis ſibi debitis vltrà emolumentum,
iuxta diſpoſitionem *Textos in l. Imperator 72.
§. ſi centum, & §. cum quidam ff. de legat. ſecundo*,
& opinionem *Bartoli*, aliorumque veterum
Iuris interpretum, de quibus infra; maximè
quia de eo tempore adhuc non prodierat in lu-
cem diſtinctio excogitata per *Beltramin.* inter
fideicommiſſum vniuerſale cum ſpecificatione.
Vel quod bona, de quibus Teſtator aſſeruit
diſponere tanquàm ſuis, eſſent ipſius libera,
quodque eorum ſpecificatio fuerit de-
mandata ad abundantiorem cauthelam,
adhoc, vt in futurum hæredes non grauaren-
tur onere probandi illorum identitatem, vt in
ſpecie tradit *Gratian. d. diſcept. 404. num. 5. & 6.*
non militat contra ipſum eadem ratio, quæ
militaret contra hæredem grauatum legatis, &
fideicommiſſis particularibus.

Tantò minùs, quia vices Inuentarij ſupple-
9 rè poſſunt exacta deſcriptio bonorum facta
de ordine Teſtatoris in fine Teſtamenti ex fir-
matis *per Rot. deciſ. 519. num. 1. part. 4. diuerſ.* &
10 diligens Inuentarium tutelare confectum à
Marchioniſſa Liuia matre, diſtinctumque com-
putum pecuniarum hæreditariarum, & pupil-
larium retentum in eadem ratione Bancaria,
qua vtebatur Teſtator; ex quibus, ſicuti con-
ſtat certitudinaliter de ſtatu hæreditario, &
excluditur præſumptio ſubtractionis Bonorum,
11 ita etiam ſuccurri debet indemnitati Infantis,
ne per aditionem inconſultò factam à Tutrice
abſque confectione Inuentarij legalis, remane-
12 at grauatus in bonis proprijs vltra emolumē-
tum hęreditatis, vt in fortioribus terminis do-
cet *Caſtrenſ. in l. ita tamen §. ſi ex Trebelliano nu.
2.* & ibi *Alexan. num. 3. ff. ad Trebell. Mantic. de
Coniectur. lib. 7. tit. 8. num. 1. Cancer. var. reſol.
part. 3. cap. 2. num. 131. &* Rota *coram Coccin. de-
ciſ. 1886. à num. 10. vſque ad 23. & in recent. de-
ciſ. 16. num. 1. & ſeqq.* cum alijs concordantibus
adductis per *Rotam in Senogallien. fideicommiſſi
30. Aprilis 1677. §. In omnem caſum, & 21. A-
prilis 1679. §. ſed amplius coram Reuerendiſſimo
Bourlemont. & in Romana hæreditatis de Vellis
10. Decembris 1681. & 1. Iunij 1682. coram Rev.
P. D. Vrſino.*

Nullatenùs ſubſiſtente, quod non appareat
de cuius mandato, & ad quem finem fuerit cō-
fectum iſtud Inuentarium, quod vlterius impu-
gnatur tanquam defectuoſum, ex quo in eo nō
leguntur diſtinctè deſcripta ſuppellectilia man-
ſionum nobilium Palatij Ferrariæ, nec mobilia
Palatij Ariani, & Colognæ, neque libri Introi-
tus, & exitus aliæque plures ſcripturę hæredi-
tariæ tàm Marchionis Alphonſi Teſtatoris, quā
Marchionis Hippolyti Aui, quia Inuentarium
fuiſſe confectum de mandato Marchioniſſę Li-
uię matris prò indemnitate Pupilli, conſtat ex
partita ſolutionis mercedis Notarij factę, me-
diante ratione Bancaria *Auenti*; & ad allega-
tos defectus Inuentarij, licet ſatis eſſet reſpon-
dere, quod iſtud olim fuit productum à Comi-
tibus de Flaſchis pro fundamento illorum in-
tentionis, adeoque hodie amplius ab eis im-
13 pugnari non poſſit *ex traditis per Gratian. di-
ſcept. 577. num. 11. & firmatis per* Rotam *deciſ.
431. num. 7. & 8. par. 13. & deciſ. 174. num. 14. &
ſeqq. pag. 17. recent.* præſertim poſt lapſum 40.
annorum, quo diſtulerunt hanc exceptionem
opponere; nihilominus Domini eos ſingillatim
examinando, exiſtimabant omiſſionem deſcri-
ptionis ſuppellectilium manſionum nobilium
Palatij Ferrariæ benè remoueri ex eo, quod
paulò poſt obitum Teſtatoris illarum parietes
fuerant, iuxta morem Regionis denudatæ Peri-
ſtromatibus, alijſque ſericis mobilibus, quæ fue-
rant aſportata in veſtiarium, & leguntur de-
ſcripta inter alias res in eo repoſitas. Defe-
ctum verò deſcriptionis mobilium Palatij A-
riani, & Colognæ nō eſſe habendū in conſide-
ratione ad eam enormiter grauandum hære-
dem, dum ex accurata ipſorum deſcriptione
facta in Inuentario confecto poſt obitum
Marchionis Cæſaris, citatis etiam Comitibus
14 de Flaſchis, conſtat, illa conſiſtere in paucis
mobilibus pro vſu Coloni, itaut vt ferè maior
fuiſſet impenſa in tranſmittendo Notario ad
illa deſcribendum, quam illorum valor, vt in
ſpecie pro excuſando defectu Inuentarij pon-
derat *Phanuccius inter tractatus diuerſorum de
15 Inuentario quæſt. 244. num. 271.* Defectum au-
tem librorum introitus, & exitus, aliarumque
ſcripturarum concernentium ſtatum hæredi-
tarium, ſuppleri ex partitis rationis Bancha-
riæ *Auenti*, per quam fuerunt factæ omnes ſo-
lutiones de mandato Teſtatoris, etiam conſi-
ſtentes in modica ſumma paucarum librarum
vt benè oſtendebant Informantes.

Ac vlteriùs ponderabant, quod ab anno
16 1623. quo fuit mota lis, & per Marchiones de
Bentiuolis, & Beuilacquis reos conuentos op-
poſitum de inſufficientia hæreditatis, nihil
fuit deductum contra huiuſmodi Inuentarium,
& Statum hæreditarium ab Authoribus Com. de
Flaſchis, qui tamquàm filia, & Gener Teſtato-
ris præſumuntur magis Informati de illius
Statu; Immò nec ab ipſis Comitibus de Flaſ-
chis Actoribus vſque adhùc adinuentum ali-
quid, quod dici poſſit dolo Marchionis Cæſa-
ris ſubtractum, vel alienatum, non obſtantibus
pluribus diligentijs per eos factis in Archiuio,
& apud Tabelliones Ferrarię.

Hæc ſufficere videbantur pro confirmatio-
ne præcedentium ſententiarum, etiam omiſſa
diſcuſſione articuli pòteſtatis diſponendi de

Digitized by Google

bonis proprijs,vel debitis hæredi, quæ exclu-
ſa voluntate Teſtatoris remauet inefficax; Ve-
rùm ad plenè ſatisfaciendum omnibus addu-
ctis à ſcribentibus pro Comitibus de Flaſchis,
hanc quoque deficere Domini reſpondebant
17 *ex Textu in l.Imperator 72.§. ſi centum, & §.
Cum quidam,& in l.cum Pater 79. §. Titio Fra-
tri ff.de legat.*2.in quibus Papinianus reſpondit
eatenus ſuſtineri grauamen impoſitum à Te-
ſtatore ſuper bonis proprijs, vel debitis hære-
di,quatenùs iſte æquiualens emolumentum cō-
ſequatur ex hæreditate Teſtatoris, computa-
tis acceſſionibus, ſeu fructibus medio tempore
perceptis, vt benè explicat *Bartol.in d.l.Impe.
rator num. 1. & 4.ibique etiam Imola numer. 3.
Bald.in dicta l.cum Pater §.Titio in princ. ff.de
legat.2.Benedict.in cap.Rannutius verſ.ſi abſque
liberis il 2.num.25.ad medium,& num.60.tit.de
fideicommiſſ. conſtitut. Socein. Iun.conſ.57. num.
19.lib.3.Gabriel conſil. 202. num.8. cum duobus
ſeqq. & num. 20. lib.*2. cum alijs adductis in
præcedenti diſcurſu §.*E.contra*, quos malè in-
terpretantur ſcribentes exaduerſo,loqui de Iu-
re *Digeſtorum* non conſiderato iure nouiſſimo
Authenticorum, quoniam, cum diſtinguendo
dicant,quod Teſtator in particularibus poteſt,
in vniuerſalibus non poteſt diſponere vltra vi-
res hæreditarias, pernecesſè habuerunt reſpe-
18 ctum ad ius *Authentic.* quo circumſcripto nec
in particularibus quis poſſet diſponere vltra
vires ſecundum *Text.in l.1.§.ſi is qui quadrin-
genta ff.ad Trebell.& in l.ſi vniuerſæ C. de legat.*
& tradita *per Peregrin.artic.3.num.78. & Bellon.
conſil.99.num.25.alioſque concordantes*.

19 Idque procedere etiamſi hæres grauatus per
viam fideicommiſſi vniuerſalis in bonis pro-
20 prijs adeat hæreditatem nullo confecto Inuen-
tario, cum ius nouum *Codicis in l.final. de Iur.
deliberan.* & nouiſſimum *Authen.in §. Hine no-
nobis de hæreditat. & faleid.* non corrigant Ius
antiquum *Digeſtorum* niſi quoad Legatarios, &
fideicommiſſarios particulares, non autem
quoad vniuerſales, vt ex profeſſo examinando
materiam tradunt *Caſtren.in d l.cum Pater §.
Titio Fratri ſub num.1. poſt med. & in l.ab omni-
bus 107.§.final.num.2.ff de legat.2. Bellon. Iun.
conſ.99.num. 38. verſic. Nec obſtat cum pluribus
ſeqq.Phanuecius de Inuent.par.7.num.11.Mantic.
de coniectur.lib.7.tit.8.num.15. Facbin.controuer.
Iur.lib.4. cap.38. §.ſeptimum Argumentum cum
§§.ſeqq.& per tot.Peregrin.de fideicommiſſ.artic.
3.num.73.& 74.& artic.33.num.48. Merlin. de
de pignor.lib.2.tit.1.quæſt.16. num.51, & ſeqq.
Chriſtin. decis. Belgic.317.per tot.lib.1. Rota.dec.
519.par.4.diuerſ. & coram Cocein deciſ. 1507.
num.6.& ſeq. & in recent.deciſ.19.num.4.& 5.
& deciſ.31.num.4.cum ſeqq.par.5.& in Romana
fideicommiſſi de Pinis 17.Maij 1680. §. Nec ap-
plicabilis coram* R.P.D.*meo Rondinino*.

Nec placuit limitatio in contrarium addu-
21 cta per *Beltramin.in addit.ad Gregor.deciſ.421.
ſub num.15.verſic.prædicta tamen opinio*, quod
etiam reſpectu fideicommiſſariorum vniuerſa-
lium procedat correctio iuris antiqui, quando
Teſtator per viam fideicommiſſi vniuerſalis
ſpecificè diſpoſuit de bonis hæredis, fundata
in ratione, quod in tantum in fideicommiſſis
vniuerſalibus,in quibus nulla fuit facta ſpecifi-
catio Corporum,eſt permiſſum hæredi,etiam
in caſu non confecti Inuentarij, detrahere
bona,& credita propria,non obſtante Iure no-
uó, in quantum grauamen ſuper tali fideicom-
miſſo non poteſt tranſcendere id quod eſt in
hæreditate,vt docet *Caſtrenſ.in l. Ita tamen 27.
§.ſi ex Trebelliano num. 2. ff. ad Trebellianum*,
adeòque heres deducendo bona, vel Credita
ſua non contrauenit voluntati Teſtatoris, quæ
ratio non militat quando in fideicommiſſo
vniuerſali fuit facta ſpecificatio bonorum hæ-
redis, cum in hoc caſu grauamen ex ſpecifica
voluntate Teſtatoris tranſcendat vires hæredi-
tarias,& conſequenter heres per detractionem
propriorum bonorum ex fideicommiſſo vni-
uerſali contraueniat eius voluntati, perindè ac
ſi fuiſſet grauatus Legatis, & fideicommiſſis
particularibus, quem ſequitur *Cenſal. ad Pere-
grin.de fideicommiſſ. artic. 35. fol. mihi 225. §.
Quarto obſeruo verſ.quamuis,Poſth. reſolut. ciuil.
24.num. 26.* Quia hæc opinio nititur erroneo
ſuppoſito, quod ratio incorrectionis Iuris ve-
22 teris reſpectu fideicommiſſorum vniuerſalium
ſit vnicè illa, quam conſiderat, & ponit *Ca-
ſtrenſ.*in impoſſibilitate tranſcenſus emolumen-
ti ex defectu voluntatis Teſtatoris; Quodque
ex ceſſatione huiuſmodi rationis ceſſet quoque
ratio incorrectionis, Verùm cum vltra hanc ra-
tionem concurrant etiam aliæ plures inferius
recenſende,& ſignanter illa,quæ reſultat ex de-
fectu poteſtatis veteri iure ſublatæ, quæque non
reperitur reſtituta à Iure nouo,neque à nouiſſi-
mo,vt egregiè probant *Bellon.Iun conſ.99.à nu.
15.vſque ad fin. & ſignanter num. 26. Peregrin.de
fideicommiſſ.artic.3. num.78.* vbi clariſſimis ver-
bis dicit iura antiqua non fuiſſe immutata per
ius nouiſſimum in hoc noſtro caſu, & ità ſæpiſ-
ſimè vidiſſe practicatum, ac rurſus *art.33. num.*
48.vbi ſic ait -- *Et procedit etiam iure nouo non
facto Inuentario,quia Inuentarij omiſſio non grauat
hæredem adeuntem Iure nouo vltra diſpoſitionem
iuris antiqui,niſi quoad Legata, & fideicommiſſa
particularia*, & Paulo poſt -- *Item in his, in qui-
bus à lege moderata reperitur poteſtas,omiſſio In-
uentarij non nocet hæredi -- Phanuec.de Inuent.
part.7.num.41.& 46.cum ſeq.*Rota *deciſ.31.n.7.
& 8.par.5.recent.*Illatio facta per *Beltraminum*,
qui non conſiderauit defectum poteſtatis, red-
ditur valdè periculoſa, & non eſt amplectenda
contra veriorem, & vſque ad ipſum communi-
ter receptam ſententiam.

Minus replicatio, quod obligatio hæredis
vltra vires hæreditarias ex iure nouo totaliter
dependeat à voluntate Teſtatoris, quæ ſicuti in
fideicommiſſis particularibus per aditionem
hæreditatis efficitur voluntas propria hæredis,
ita etiam in vniuerſalibus, vt ex pluribus ratio-
nibus alias adductis per modernum Epiſcopū
Iſclanum in ſuo reſponſo Iuris edito in hac
cauſa,& nouiſſimè impreſſo *inter eius diſputa-*

tiones

Digitized by Google

tiones Iur. ſelect. cap. 11. comprobare conabantur ſcribentes pro Comitibus de Flaſchis in hodierna diſcuſſione Cauſæ, quia obligatio ſoluendi integra Legata, & fideicommiſſa particularia, etiam vltra vires hæreditarias prouenit non ex eo, quod in iure nouo adſit lex aliqua tribuens Teſtatori liberam facultatem diſponendi de bonis hæredis, etiam vltra emo-
23 lumentum ei relictum, ſed ex quo Ius nouum in l.fin.C.de Iure deliberandi,& Auth.de hæredit. & falcid. §. hinc nobis &c. inducit contra hæredem præſumptionem Iuris, & de Iure ſufficientiæ patrimonij defuncti,& malignæ occultationis bonorum in pœnam omiſſi Inuentarij, quæ non militat in fideicommiſſis vniuerſalibus, prout luculenter comprobatur examinando rationes in contrarium adductas, quæ tantum abeſt, quod probent aſſumptum, vt mirificè in contrarium retorqueantur.

Et quidem non prima, & ſecunda fundatæ in eo quod Imperator in prohemio eiuſdem Authenticæ voluerit prouidere, vt voluntas De-
24 functorum omnimodè adimpleretur, vt deſumunt ex verbis ſequentibus -- *vna eſt legis intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus adimpleantur* -- & etiamſi agatur de fideicommiſſis vniuerſalibus in §. *His igitur à nobis præordinatis, ſancimus eos, qui ab aliquibus ſcripti ſunt hæredes, aut meruerunt fideicommiſſa per vniuerſitatem forſan, aut per ſpeciem, aut per legatum, neceſſitatem habere quæcumque Teſtator, aut honorans eos diſpoſuerit omnimodo ea complere* -- Exinde inferendo, quod ſi in eo non comprehenderentur etiam hæredes grauati fideicommiſſo vniuerſali vltra emolumentum, non remaneret conſultum, vt in quocumque caſu, & modo adimpleantur voluntates defunctorum; Siquidem mens, & intentio Imperatoris fuit prouidere ijs dumtaxat caſibus, in quibus diſpoſitiones Teſtantium non repugnant legibus, vt liquet ex prohæmio eiuſdem *Authenticæ* ibi -- *Competentes deficientium diſpoſitiones, quæcumque non repugnant legibus omnibus modis adimpleri* -- & in dicto §. *His igitur.* ibi -- *Si id, quod præcipitur legitimum ſit, aut ſi non illud aliqua lex prohibeat* -- vnde iſta ratio retorquetur, quia ſi ipſe noluit prouidere caſibus, in quibus fuerat diſpoſitum contra prohibitionem legis, & in §. *Hinc nobis* non fuit loquutus de fideicommiſſarijs per vniuerſitatem bonorum, ſicut loquutus fuit tàm in §. *His igitur*, quàm etiam in §. Immediatè antecedenti *ſi quis autem &c.* ſequitur, quod ex hoc diſcretiuo modo loquendi arguatur diuerſa voluntas Imperatoris reſpectu fideicommiſſorum vniuerſalium, & particularium, quodque illa noluit comprehẽdere in §. *Hinc nobis*, ſicuti iſta, vt præciſè aduertit *Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 76. & Rota cor. Caſſador. d. deciſ. 3. num. 7. verſic. præterea vbique de teſtam.* Immò nec in legatis, & fideicommiſſis particularibus eſt verum quod Imperator in ſæpè dicta Authentica voluerit, vt omnimodè adimplerentur voluntates Teſtantium, cum per admiſſionem ad beneficiũ Inuentarij mandet illos teneri, etiam vltra vires hæreditarias, ob præſumptam ſubtractionem bonorum, ſed vnica ipſius intentio in condendo nouo Iure fuit obuiare malignitati hæredum, ne ſubtraherent bona hæreditaria, non autem quod omnimodè adimplerent voluntates Defunctorum, etiam contra ſanctiones legum antiquarum.

Prout nec tertia fundata in dicto *Peregrini*
25 *in tract. de fideicom. art. 3. num. 76.* vbi quod in tantum in §. *Si quis autem &c.* in quo agitur de hæredibus qui moniti à Iudice negligunt intra annum adimplere voluntatem Teſtatoris, Imperator meminit de hæredibus grauatis fideicommiſſo vniuerſali, & in §. *Hinc nobis*, in quo agit de hæredibus non conficientibus Inuentariũ, quod in pœnã illius omiſſionis teneantur adimplere legata, & fideicommiſſa, etiã tranſcendant menſuram ſubſtantiæ morientis, non meminit de grauatis fideicommiſſo vniuerſali, in quantum in iſto non poteſt dari trãſcenſus vltra menſuram ſubſtantiæ morientis, & ſic deficit voluntas Teſtatoris, quæ ſi concurrer, arguebatur à contrario ſenſu ex verbis *Peregrini*, quod etiam *in dicto §. Hinc nobis* poſſent comprehendi hæredes grauati fideicommiſſo vniuerſali. Tum quia ex verbis Do-
26 ctorum non licet arguere à contrario ſenſu, ſicuti fit ex verbis legis, ſed attenditur tantum id, quod ipſi firmant verbis claris, & apertis, vt monet *Rota deciſ. 600. num. 32. par. 5. tom. 2.* Tũ etiam quia *Peregrinus* ideò conſiderat ſolam rationem impoſſibilitatis tranſcenſus grauaminis vltra vires hæreditarias, quia ibi agit de quæſtione, an per omiſſionem Inuentarij hæres amittat Trebellianicam? quæ eſt diuerſa ab ea de qua hic agitur, & pro cuius reſolutione ſat eſt ratio ab illo ibi adducta. At quando in eodem *tract. artic. 33. num. 48.* tractat præſentem quæſtionem, an hæres ex iure nouo poſſit grauari in Bonis proprijs vltra emolumentum, & ad illud teneatur propter omiſſionem Inuẽtarij, non repetit hanc ſolam rationem, ſed ſubnectit aliam ex defectu poteſtatis prouenientem ex Iure antiquo, quod vt ipſe ait, non fuit immutatum per ius nouum, Et idem priùs firmauit *art. 3. num. 78.* qui venit ad explicationem *num. 76. eiuſdem art.* in contrarium allegati.

Minùs quarta deſumpta ex authoritate Doctorum, qui ferè omnes, excepto *Ioanne de Anania in conſ. 67. lib. 4. inter conſ. Alexandri* admittunt *Auth. de hæred. & falcid.* comprehendere etiam fideicommiſſa vniuerſalia, vt aduertit modernus Epiſcopus Iſclanus in prællegato ſuo reſponſo *num. 10. cum ſeqq. & num. 20.* Quia Domini ad tollenda æquiuoca diſtinguebant plures caſus. Aut enim agitur ad effectum inducendi permiſſionem prohibitionis Trebellianicæ ex Iudicio Teſtatoris, ſicuti permittitur prohibitio falcidiæ, & in hoc caſu benè procedit animaduerſio Epiſcopi Iſclani; Aut verò
27 agitur ad effectum inducendi pænam amiſſionis Trebellianicæ propter omiſſionem Inuen-

tarij, & illius animaduetſio non procedit, cum
iuxta communem opinionem Doctorum diſ-
poſitio *Authen.* non compræhendat fideicom-
miſſa vniuerſalia, vt diſtinguendo docet *Bart.*
in l. Marcellus ſub num. 9. verſ. quando igitur ceſ-
ſat ff. ad Trebell. Fachin. contr. Iur. lib. 4. dicto cap.
38. in reſponſione ad ſecundum argumentum Man-
gil. de imput. quæſt. 114. à num. 9. vſque ad 13. &
ſignanter num. 11. & 12. Aut demum agitur ad
effectum ſubſtinendi grauamen fideicommiſſi
28 vniuerſalis in Bonis proprijs hæredis vltra
emolumentum, & adhunc effectum non fuiſſe
correctum ius antiquum tradunt *Caſtrenſ. Bel-*
lon. Peregrin. Phanuc. alijque ſuper allegat. in §. id-
que procedit.

Nec iuuat replicatio, quod ſicuti diſpoſitio
noſtrę *Authentica in §. Si verò expreſſim* tribuens
Teſtatori facultatem prohibendi falcidiam,
29 trahitur etiam ad facultatem prohibendi Tre-
bellianicam, quamuis Textus tàm in rubrica,
quàm in Nigto, loquatur ſolùm de falcidia, vt
tradit *Iaſon. in l. Marcellus num. 40. ff. ad Trebel.*
Gomez. var. reſolut. tom. 1. cap. 3. num. 11. & ſeqq.
Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 62. & 63. per tot.
Bruneman. in Cod. lib. 6. tit. 50. in Authen. ſed cum
Teſtator fol. 398. verſ. ſed hanc Trebellianicam.
Mangil. de imput. quæſt. 114. num. 18. & 19. Ità
etiam diſpoſitio eiuſdem *Authentica in §. Hinc*
nobis, in quo Sancitur, hæredem omittentem
confectionem Inuentarij non poſſe detrahere
falcidiam, ſed teneri ſoluere legata, & fidei-
commiſſa, etiam vltra vires hæreditarias, exten-
di debeat ad amiſſionem Trebellianicæ, &
grauamen fideicommiſſi vniuerſalis, etiam in
Bonis proprijs hæredis, quia in primo agitur
30 de ſuſtinenda voluntate Teſtatoris in re ſua,
quod eſt fauorabile; In ſecundo verò de ex-
tendenda pœna omiſſionis Inuentarij, & gra-
uando hæredem in re propria vltra emolumen-
tum, & vires hæreditarias, quod cum ſit odio-
ſum, non debet trahi vltra litteram *Textus*, vt
in ſpecie notat *Bald. in contrarium allegat. in Au-*
then. ſed cum Teſtator *ſub num. 3. Cod. ad l. falcid.*
ibi -- *nam quando Teſtator prohibet, & videtur*
idem in Trebellianica, & falcidia fauore Teſtato-
ris, ſed vbi non facit Inuentarium hic non verſſa-
tur fauor Teſtatoris, ſed mera pœna, quæ non repe-
ritur expreſſa in Trebellianica, & hanc differen-
tiam facit etiam Bartol. ſunt verba *Baldi*.

Demùm neque quinta conſiſtens in eo, quod
nulla ſit aſſignabilis ratio differentiæ, quare
hæres grauatus Legatis, & fideicommiſſis par-
ticularibus per omiſſionem Inuentarij de-
beat remanere obligatus adimplere voluntatē
Defuncti etiam vltra vires hæreditarias, non
autem grauatus fideicommiſſo vniuerſali, quia
vltrà defectum poteſtatis, & rationes relatas
per *Rotam coram Caſſador. deciſ. 3. de Teſtamen.*
à num. 3. vſque ad fin. plures aſſignari poſſunt
rationes differentiæ, & Primò quidem, quod in
31 fideicommiſſis vniuerſalibus non militat prę-
ſumptio Iuris, & de Iure pro Teſtatore, quod
diſpoſuerit de rebus ſuis intra vires propriæ
ſubſtantię, & hęres per malignitatem ſubtra-
xerit Bona, ex quibus potuiſſet ſolui relictum,
ſicuti militat in Legatis, & fideicommiſſis par-
ticularibus, vt pulchrè tradit *Anton. Perez. in*
explicat. tit. Codicis de Iur. deliberan. num. 13. Se-
cundo, quod fideicommiſſarius vniuerſalis po-
teſt cogere hęredem ad conficiendum Inuenta-
32 rium, iuxtà *Text. in l. cum Artemidoram Cod.*
vt in poſſeſ. legat. Peregrin. de fideicommiſ. dicto
artic. 3. num. 79. Ac proindè ſicuti negligentia
confectionis Inuentarij eſt promiſcua inter he-
redem, & fideicommiſſarium, ſic etiam mutua
culpa, ſeu negligentia compenſari debet, itaut
potior ſit conditio rei, & poſſeſſoris, quod non
poteſt dici de Legatarijs particularibus, qui
non valent cogere hæredem ad conficiendum
33 Inuentarium, vt aſſignando hanc rationem
differentię poſt *Bald. conſ. 403. in fine lib. 2,*
ponderat *Rota dicta deciſ. 519. num. 4. par. 4. di-*
uerſ. Tertio quia ex Legatis, & fideicommiſſis
particularibus falcidia detrahitur ſolum in
ſubſidium, adeòque vrget maior ſuſpicio ſub-
34 tractionis Bonorum in hęrede, quàm in fidei-
commiſſis vniuerſalibus, ex quibus hęres ab
initio ſcit, ſe poſſe detrahere Trebellianicam,
& bona propria, vt benè pręueniendo occurrit
Text. in noſtra Authent. §. hinc nobis verſic. ſanci-
mus, in verbis -- & *non per ea, quæ fortè ſubri-*
piunt, aut malignantur introducere pertentent
falcidiam, cum vtique ſi nihil malignati eſſent, for-
tè non competeret, & ponderat *Fachin. controu.*
Iur. lib. 4. cap. 38. in reſponſ. ad prim. argumen.
Et quarto denique quia fideicommiſſarij par-
ticulares conſequuntur minora emolumenta,
quam vniuerſales, ac proindè eis erat magis
conſulendum, ne per malignitatem hæredum
prout ſępè contingit, cogerentur pro conſe-
quenda re particulari, etiam exigui valoris,
aſſumere quæſtionem ſuper integro Statu hæ-
reditario, & grauarentur maiore onere pro-
bationum, quàm res petita meretur.

Et in omnem caſum quatenus etiam mili-
taret eadem ratio tam in fideicommiſſario
vniuerſali, quàm particulari, adhuc non proce-
35 deret illatio, cum agatur de corrigendo Iure
antiquo fauorabili, & extendenda pœna inſti-
cta à Iure nouo, quod fieri non debet etiam
concurrente Identitate rationis *ad Text. in leg.*
præcipimus in fine C. de appellat. & tradita in no-
ſtris terminis *per Peregrin. de fideicommiſ. artic.*
2. num. 76. Rota coram Caſſador. dict. dec. 3. num.
8. de Teſtam. & dicta deciſ. 519. num. 3. par. 4.
diuerſ.

Tandem non obſtat, quod hęrede ſimplici-
ter adeunte, voluntas Teſtatoris efficiatur pro-
36 pria heredis, qui remanet obligatus ex quaſi
contractu, quia hoc bene procedit circa ea, quæ
Lege permittente, diſpoſita ſunt à Teſtatore,
non autem quoad ea, quæ à Iure irritantur, vel
fieri prohibentur, vt pluribus exemplis com-
probat *Crauet. conſ. 200. num. 5. & 6. Phanucc.*
inter tract. diuerſ. de inuent. quæſt. 144. num. 112.
Caſtill. controu. Iur. lib. 5. cap. 107. ſub num. 75.
verſ. Tertius eſt caſus & in noſtris terminis reſ-
pondit *Bellon. in ſæpè dicto conſ 99. num. 38.* §

Et

Et ita omiſsis alijs inſinuatis in præcedenti diſcurſu, ad quę D D. approbatiue ſe retulerunt, reſolutum fuit &c.

R. P. D. HERVAVLT.
Nunc Archiepiſcopo Turonen.
ASCVLANA IVRIS OFFERENDI.

Die Lunæ 22. Martij 1688.

ARGVMENTVM.

Deciditur fauore ſecundi creditoris locum eſſe iuri offerendi aduerſus primum poſſidentem rem vtrique hypothecatā virtute ſubhaſtationis, certius quando hic in ſubhaſtatione tantum pretij expoſuit quantum erat eius creditum, vt etiam quando ſecundus creditor non fuit citatus in deliberatione, vel demum de illius validitate dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi ſecundo creditori non datur aduerſus primum, cui res vtrique hypothecata à Iudice in publica ſubhaſtatione addicta fuit, vti tertio licitatori plus offerenti.*

2 *Contraria opinio verior, & num. ſeqq.*

3 *Primus creditor licitando pignoris ſui conſeruandi cauſa pecuniam dediſſe cenſetur.*

4 *Ideo reuocabiliter in ipſum dominium transfertur.*

5 *Quod certius procedit quando in licitatione tantum pretij obtulit, quantum erat ſuum creditum, & ſecundo creditori hoc caſu competit ius offerendi aduerſus primum num.6.*

7 *Aduerſus extraneum licitatorem non competit ſecundo creditori ius offerendi.*

8 *Secundo creditori non citato in deliberatione cenſetur præſeruatum ius offerendi aduerſus primum*

9 *Limita in deliberatione nulla, aut læſiua. Similiter datur ſi deliberatio nulla ſit aut læſiua, & ſufficit, quod nullitas, aut læſio ſit dubia num.12.*

10 *Subhaſtatio facta coram Iudice laico nulla eſt ſi inter reos adſit Clericus.*

11 *Nulla pariter eſt ſi in edictis non fuerint ſpecificata quantitas, qualitas, & confinia bonorum, & ſumma pro quibus deliberantur.*

13 *Verbalis oblatio vim habet realis, quando per creditorem interpellatum ſtetit quominus ſuum creditum non fuerit conſequutus.*

DECISIO XII.

Domini cenſuerunt Franciſco Antonio competere ius offerendi aduerſus Conſtantiam primam Creditricem, nam licet olim teſte *Rota coram Duran.deciſ. 445. num. 86.* valde anceps, dubiaque fuerit quæſtio, an huiuſmodi ius ſupereſſet ſecundo Creditori, quando primum rem communis debitores ceteris hypotecatam poſſidebat tamquam licitator, cui per publicā
ſubhaſtationē à Iudice fuerat addicta, & ne
gatiuam ſententiam poſt antiquiores ſecuti fue
1 rint *Fælician.de cenſ.lib.2. cap.2. ſub num.13.to-*
mo 2.Poſth.de ſubhaſt.inſpect.66.ſub num. 37. &
in eamdem inclinauerit *Rota d.deciſ.445. num.*
86.eamque firmam, & in Curia iam receptam
dixerit clar. mem. *Card. de Luca in tract. de*
credito, & debito diſc.165.num.4.in ſupplemento,
& diſc.31. num.de empt. & vendit. quaſi mini-
mè par eſſe videretur creditorem exiſtere
deterioris conditionis quolibet extraneo
licitatore cui pecunia offerri nequit ab alijs
Creditoribus.

Attamen contraria opinio communiori
2 Doctorum calculo hodie probatur, vt patet
ex Morotto de *Iur. offerend. num.12. de Marinis*
var.reſol.lib.1.cap.219.n.8.Mangil.de ſubh.q.82.
n.12. Menoch.de præſumpt. præſ.121.lib.3. ali-
iſque quamplurimis cumulatis à Scribentibus
pro Franciſco Antonio, atque tamquam ma-
gis æqua meliorique fulcita ratione inualuit
apud Tribunalia, ita enim apud Luſitanos Iu-
dicatū reperitur in *dec.79.Pereræ*, & ſic etiam
cenſuit Senatus Pedemontanus teſte *Theſaur.*
*deciſ.57.*Idemque pluries, tàm in Sicilia, *vt in*
deciſ.Maſtrill.201.& Pilaia deciſ 9. num.91.li-
*bro 2.*quàm in Conſilio Neapolitano firmatum
fuit, *vt ex deciſ.69.Vincent.de Franchis, & Gra-*
matici deciſ.51. num.5 & maturè demùm diſcuſ-
ſo articulo definiuit *Rota coram Bichio deciſ.95.*
per tot. in qua confirmatur duę aliæ deciſiones
in eadem Cauſa prius æditæ coram *Pirouano*
impreſſ.apud.Poſth.de ſubhaſt.deciſ.68.& 76. &
in rec.deciſ.243.num.16. par.11. deciſ.186. num.
9.& 10.& deciſ.289.num.16. par.13. deciſ.364.
num.3.par.15.in Piſauren. Iuris offerendi 26. Iu-
nij 1671.coram Calatain.& in Narnien. Iuris of-
ferendi 25.Iunij 1677. §. Validitas coram Reue-
rendiſſimo de Bourlemont.

Præcipuum huius opinionis fundamentum
poſitum eſt in præſumptione, quod primus
Creditor licitando non tam acquirendi domi-
nij, quàm ſeruandi pignoris ſui cauſa pecuniā
dediſſe intelligatur argum. *Text. in l. Cum ſe-*
3 *cundus 5.§.final. & ſeq. ff. de diſtract. pignorum.*
Vndè in ipſum reuocabilitèr translatum dici-
4 tur dominium pignoris affecti hypotheca ſe-
cundi Creditoris, & per conſequens onere Iu-
ris offerendi, vt ibidem notat Iuris Conſultus,
nec idcirco illius conditio redditur deterior,
dum totum ſuum Creditum conſequitur, &
ſumma cum æquitate conſulitur etiam ſecundo
Creditori, qui ſuum conſeruat, ſi pignus ven-
ditum plus valeat, vt præter alios notat *Ma-*
ſtrill.d.deciſ.201.num.1. & ſeqq. Morott.de Iur.
offerend.num.12.in fine Caroc.de obl.par.2.quæſt.
11.num.6.

Quæ præſūptio magis vrgere viſa eſt in noſtra hypoteſi, quia cum primus Creditor in licitatione tantum pretij obtulerit quantum erat ſuum Creditum *Summario num. 7.* magis eluceſcit ipſum emiſſe non animo conſequendi dominium, ſed conſeruandi pignoris, *vt poſt Franch.d.deciſ.69. num.5. & ſeqq.* tradit *Cruſin.*
de

de Iur. offerendi cap. 15. num. 13. & 14. Bich. dict.
5 *deciſ. 95. num. 19. & ſeq. apud Poſth. de ſubhaſt. de-*
ciſ. 76. num. 23. & Zacch. de oblig. Camer. deciſ.
217. *num.* 13. & concludunt etiam Doctores
6 pro contraria opinione ſub initium deciſio-
nis relati *Fœlician. nempè de Cenſibus cit. cap.*
num. 14 ſub verſ. tertia eſt Poſth. d. Inſp. 66. nu. 37.
agnoſcentes propterea hoc caſu ſecundo De-
bitori competere ius offerendi.

Ex quibus patet non applicari argumentū
ab eiſdem Doctoribus ductum à paritate ex-
tranei Emptoris, quia in hunc virtute validæ
ſubhaſtationis transfertur plenum dominium
pignoris ab omnibus hypothecis liberati,
ideoque nil mirum ſi aduerſus eumdem ius
nullum ſupereſt Creditoribus poſterioribus,
7 quorum hypotheca iam reſoluta eſt *Duran. d.*
deciſ. 445. num. 5. & pluribus ſeqq. & num. 70.
& ſeqq.

Hęc autem omnia facilius procedunt in ca-
ſu noſtro, Tum quia Franciſco Antonio non
citato in ſubhaſtatione præſeruatum cenſeri
debet ius iſtud, ex quo ipſi imputari non poteſt
cur in auctione non obtulerit *Poſth. d. inſpe-*
8 *ct. 66. num. 38. & 40. Bich. deciſ. 95. num. 6. deciſ.*
32. num. 7. par. 17.

Tum etiam, quia deliberatio fuit nulla, &
læſiua, quo caſu explorati Iuris eſt ſecundo
Creditori huiuſmodi Ius competere, etiam ſi
9 ageretur contra tertium Emptorem *Poſth. d.*
inſpect. 66. num. 41. Bich. deciſ. 95. num. 23. &
ſeqq & deciſ. 142. num. 2.

Nullitas duplici ex fonte emergit, Primò
ex defectu Iuriſdictionis Iudicis de partibus,
qui vtpotè Laicus procedere nequibat in caſu,
in qua inter reos conuentos aderant Clerici
10 Iuxta vulgata iura relata *per Rotam deciſ.* 308.
num. 12. par. 9. Secundo ex eo quod in ſubhaſta-
tione non fuerit expreſſa quantitas, & qualitas
& qualitas bonorum ſubhaſtatorum cum deſi-
gnatione Confinium, & ſummæ pro qua poſita
11 erant ſubhaſta, vt requiri tradit *Poſth. de*
ſubhaſt. inſpect. 29 num. 81. & 86. Rota deciſ. 371.
num. 12. par. 17. recent.

Læſio verò clara videtur, quia bona, de
quibus agitur, adiudicata fuere Conſtantiæ
primæ Creditrici pro florenis 2950. tantum, &
tamen olim occaſione firmandi ſtatum hære-
ditatis Ioannis Franciſci eius Patris æſtimata
fuerunt floren. 8028. *Summario num. 16,* &
& nuperrimè floren. 7000. *Summario num. 17.*

Et quamuis à ſcribentibus pro eadem multa
afferantur ad diluendas oppoſitas nullitates,
læſioniſque ſuſpicionem remouendam, attamē
ſufficere videbatur, quod dubitari ſaltem poſ-
ſet de validitate ſubhaſtationis, vt ea dubia
reddita Iudices proniores eſſent ad ample-
ctendam prouiſionem plenam æquitatis, qua
primi æque, ac ſecundi Creditoris indem-
12 nitati conſulitur, iuxta ſupremorum Tribu-
nalium ſtylum, & prææallegata Iura.

Iam verò conſtito ex his omnibus, quod
Franciſco Antonio competat ius offerendi, il-
lius exercitium impediri nequit ex eo, quod
Conſtantia cum credito, pro quo ſibi adiudica-
ri obtinuit controuerſa bona cumulare poſſit
creditū etiā ſuarum dotium ad effectum illa
retinendi, donec totum, & integrum creditum
offeratur, quia iuxtà quamdam ſententiam
Gubernatoris Aſculi ab ipſa acceptatam cum
eius dos non eſſet ſoluenda in pecunia, ſed
tradenda in tot ſtabilibus arbitrio boni Viri
æſtimandis, inter illa proculdubio compræ-
hendi nequeunt bona, de quibus agitur tem-
pore latæ ſententię iam diſtracta: Quinimò
cum Fratres Conſtantiæ ad normam dictæ Sē-
tentiæ non ſemel dotem in bonis eidem obtu-
lerint, atque interpellauerint pro Peritorum
electione, ipſaque Peritos, & bona eligere
renuerit, huiuſmodi oblatio, quamuis verbalis
vim quodammodo habuit actualis depoſiti,
ſeu ſeparationis dotis, ex quo per ipſam ſte-
tit quo minus illā non fuerit conſecuta *Rota*
13 *deciſ. 70. num. 5. poſt Merlin. de pignor. deciſ.*
258. num. 11. par. 13. rec. Vndè bona in alios
alienata pro eius libito eligere non poteſt, ſed
boni Viri arbitrium expectare tenetur.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MANVEL
Nunc Epiſcopo Zamorenſi,

Fauentina Fideicommiſſi,

Lunæ 10. Martij 1688.

ARGVMENTVM.

Coniecturæ deducuntur pro inducenda compræ-
henſione poſterorum, & deſcendentium ſub
nomine filiorum. Iudex ad interponenda de-
creta nequit ſubrogari niſi Doctor legum, &
in Iure peritus, & debet conſtare de ſubroga-
tione.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio* ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *da-*
tur etiam pro fideicommiſſo ordinato in con-
tractu.
2 *Sine ex interdicto vtilis Saluiani.*
3 *Filiorum nomine concurrentibus coniecturis ve-*
niunt poſteri, & deſcendentes.
4 *Et coniectura eſt ratio conſeruandi perpetuò bona*
in familia.
5 *Præſertim cum non reſtringitur ad certas perſo-*
nas, ſed de per ſe eſt generaliter appoſita.
6 Dec. conſ. 636. *exponitur.*
7 *Ratio agnationis continens virtualiter perſonas*
diuerſas à prænominatis, non debet ſolum-
modò illis famulari.
8 *Dictio* perpetuò *deſignat tractum ſucceſſiuum*
plurium perſonarum.
9 *Potiſſimum iuncta cum voto conſeruandi bona*
in familia.
10 *Facultas alienandi data in certo caſu cum lege vt*
alia bona ſubrogentur pro fideicommiſſo de-
ſignat continuationem fideicommiſſi in de-
ſcendentes.

11 *Ac*

11 *Ac etiam id deſignat prabibitlo alienationis directa in bona, & eum ratione illa conſeruandi in agnatione.*
12 *Et pariter vocatio directa fauore legitimorum, & naturalium cum pluribus ſubſtitutionibus ad excluſionem fiſci eſt coniectura pro comprehenſione deſcendentium.*
13 *Alienatio debet probari facta in caſu permiſſo ab illam allegante.*
14 *Clauſula* non alias *demonſtrat præciſam mentem diſponentis.*
15 *Et annullat contractum aliter factum.*
16 *Minores inualidè contrahunt abſque ſolemnitatibus.*
17 *Aſſerens ſe ſubrogatum à Gubernatare loci pro interueniendo contractibus minorum, non conſtito de delegatione, nequit talis dici.*
18 *Negatiua probatur ex diligentijs Actuarij.*
19 *In iudicem ad interponenda decreta nequit ſubrogari is qui non eſt legum Doctor, & in iure peritus.*
20 *Inſinuatio requiritur ab Ægidiana in contractibus minorum.*
21 *Nec præſumitur, niſi ex lapſu 30. annorum.*
22 *Contractus pupillo damnoſus non ſubſtinetur.*
23 *Ratificatio præſumitur per lapſum longi temporis abſque vlla contradictione.*
24 *Succeſſor nequit impugnare factum Authoris.*
25 *Filius ergo heres non procedit reſpectu matris.*
26 *Hæres ſine beneficio legis confundit ſua credita.*

DECISIO XII.

INſpecto fideicommiſſo ordinato à Marcello, Menno, & Leonardo fratribus de Paduanis in donatione quorumdarum bonorum ab eis facta Dominico ex fratre nepori, eiuſque filijs, Rota cenſuit, dandam eſſe im-
1 miſſionem Marcello Iuniori, & fratribus pariter de Paduanis nepotibus dicti Dominici ſuper domo, de qua agitur, eidem fideicommiſſo ſubiecta; Ex quo concurrere viſa ſunt extrema in hoc Iudicio neceſſaria, quo caſu im-
2 miſſio etiam vigore fideicommiſſi iniuncti in contractu non denegatur, ſiue ex remedio *legis fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ſiue ex interdi-
3 cto vtilis Saluiani, vt de inconcuſſa opinione huius Tribunalis teſtatur deciſio *in Narnien. fideicommiſſi de Capitonibus 29. Maij 1685. in principio coram R. P. D. meo Vrſino.*

Non obſtat, quod præfatum fideicommiſſum videatur expiraſſe in filijs Dominici, vocatis quidem, ſed non grauatis ergà deſcendentes, adeo vt validè controuerſa domus vendi potuerit à Carolo Antonio filio eiuſdem Dominici fauore Io: Caroli poſſeſſoris, & Rei conuenti.

Contrarium quippè ſuadent argumenta, & coniecturæ elicitæ ex integro contextu donationis, per quas ſatis clara dignoſcitur voluntas donantium perpetuandi fideicommiſſum nedum ad vitam Dominici, & filiorum expreſsè nominatorum, verùm etiam ad alios eorum poſteros, & deſcendentes maſculos, quos con-
3 currentibus, vt præfertur, coniecturis nomen filiorum aptum eſt comprehendere ex late cumulatis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 1. & plur. ſeqq. Rota deciſ. 6. num. 12. & dec. 21. nu. 5. & ſeq. par. 5. recent.*

Id enim principaliter inſinuat ratio, & cauſa motiua totius diſpoſitionis ſæpiùs in inſtrumento repetita, nimirum ad effectum, vt bona donata perpetuò conſeruentur in familia, &
4 agnatione donatariorum, quæ quidem ratio, ſicuti de per ſe ampliare valet fideicommiſſum ad omnes deſcendentes Dominici, & filiorum *Soccin. in l. qui Romæ §. Cohæredes num. 18. ff. de verbor. oblig. Surd. conſ. 443. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 277. num. 6. Rot. dec. 10. num. 1. par. 1. deciſ. 142. num. 44. & ſeqq. par. 10. & deciſ. 89. num. 4. & 5. par. 19. rec. & coram* Eminentiſs. *Otthobon. deciſ. 113. num. 18. & 19.* ſic etiam magis efficaciter vrget in caſu noſtro, in quo hæc
5 ratio ita expreſſa non limitatur, nec reſtringitur in perſonis, vt ſupra nominatis, in quibus terminis procedit *conſ. Decij 636.* paſſim à Ro-
6 ta receptum, & ſignanter *in deciſ. 231. num. 23. & ſeqq. & deciſ. 368. à num. 7. ad 14. coram Eminentiſſimo* Cerro, ſed eas contradiſtinctè egreditur, ibi -- *Ad hoc vt bona, & iura vt ſupra donata habeant perpetuò permanere, & conſeruari pro d. Dominico, & eius filijs maſculis legitimis, & naturalibus, et in agnatione, et familia eorum* -- Ex quibus poſtremis verbis patet, aliquid plus donantes diſponere voluiſſe, præter conſeruationem bonorum in Dominico, & eius filijs maſculis, & conſequenter cum diuer-
7 ſæ perſonæ à prænominatis virtualitèr contineantur in diſpoſitione expreſſa, agnationis cõtemplatio famulari non debet tantummodo illis, quę propria, & expreſſa vocatione vocatæ fuerunt, *Rot. deciſ. 129. num. 6. & ſeqq. coram Bichio.*

8 Creſcitque pariter efficacia argumenti, tùm ex vi dictionis *perpetuò* denotante neceſſarium, & optatum tractum ſucceſſiuum plurium vocatorum, vt in propoſito obſeruant *Peregrin. conſ. 53. num. 5. lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 277. num. 2. Barboſ. dict. 25. num. 4. & 6. Craſſ. de ſucceſ. §. fideicommiſſum quæſt. 4. num. 17.* Rot. *deciſ. 81. num. 6. & ſeq. par. 16. rec. & in Tuſculana fideicommiſſi 20. Iunij 1685. §. fideicommiſſum coram bo. me. Paulutio,* maximè quando, prout hic,
9 iuncta eſt cum dicto voto conſeruandi bona in familia, quod adimpleri non poteſt ex ſola ſucceſſione filiorum, niſi admittantur etiam nepotes *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 320. num. 18. Rota deciſ. 47. per tot. par. 1. d. deciſ. 142. nu. 4. & ſeqq. par. 10. & deciſ. 20. num. 2. & ſeq. par. 19. rec.* & admittunt *dd. deciſiones 231. & 368. coram D. Cardinali* Cerro in contrarium allegatæ; Tum
10 & fortius attenta facultate à donantibus conceſſa Dominico, & filijs alienandi bona fideicõmiſſa quoties occaſio indicaret vtiliùs inueſtimentum, ità tamen, vt bona acquirenda loco venditorum ſubiacerent fideicommiſſo, ſignum euidens, quod fideicommiſſum in filijs Dominici non expirabat, dum aliàs liberè alienare

po-

potuiſſent abſque reincidentia bonorum ac-
quiſitorum in fideicommiſſum, in quo iuxta
ſenſum Io: Caroli Rei conuenti, non alius,
quam ipſi met filij Dominici ſuccedere de-
beant, niſi dicamus eos ſibi met ipſis fuiſſe
ſubſtitutos, quod eſt abſurdum.

Rurſus in hunc ipſum intellectum coincidit
expreſſa prohibitio alienationis, vt præfertur
iniuncta, tàm ipſi Dominico donatario, quàm
eius filijs cum ſupradicta ratione conſeruandi
11 bona in agnatione cum verbis directis in rem,
nimirum in bona, & iura donata, non autem
præcisè in perſonas nominatas, vt ad effectum,
de quo loquimur, notat *Bartol. in l. peto 71. §.*
frater num. 3. ff de legat. 2. Rot. deciſ. 168. num. 7.
par. 14. rec. & in Eugubina fideicommiſſi 2. Iunij
1681. §. Certiùs verò coram cla. me. Cardinali Mat-
thaio.

. Et denique in idem conſeruant aliæ circum-
12 ſtantię vocationis directæ fauore legitimorum
& naturalium cũ pluribus ſubſtitutionibus fa-
ctis in caſu delicti, tàm ipſius Dominici, quàm
eius filiorum ad excluſionem Fiſci, adiecta
ſemper, & repetita ratione conſeruandi bona
in agnatis, *Cyriac. contr. 346. num. 19. Pere-*
grin. de fideic. art. 14. num. 13. Rot. deciſ. 360. num.
10. & ſeq. par. 17. & deciſ. 113. num. 17. coram
Eminentiſs. Ottobon.

Præſuppoſita autem ex his exiſtentia, &
purificatione fideicommiſſi fauore Actorum,
fruſtra ſubſtineri prætenditur alienatio domus
controuerſæ ex facultate, & permiſſione alie-
nandi in donatione conceſſa, hæc enim non
fuit libera, ſed conditionata, & reſtricta ad
13 caſum, quo prompta ſe offerret occaſio melio-
ris, & opportunioris inueſtimenti, quod acci-
diſſe non probat Io: Carolus, prout tanquam
fundamentum ſuæ intentionis probare tenere-
tur *Gabr. conſ. 118. num. 6. lib. 1. Peregrin. de fideic.*
art. 40. num. 22. Ludouic. concl. 14. illat. 4. & ma-
gis præciſè ad caſum noſtrum *Gratian. diſcept.*
45. num. 27. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap.
4. num. 23. potiſſimè attenta clauſula *non aliàs*
adiecta prædictæ permiſſioni, quæ demonſtrat
14 præciſam mentem diſponentis, *l. non aliter ff. de*
legat. 3. l. qui hæredi §. fin. ff. de condit. & demon-
15 *ſtrat*, & annullat contractum aliter initum,
Barboſ. clauſ. 81. num. 8. cum ibi cumulatis.

Vndè etiam eliditur prætenſio ſubſtinendi
hanc alienationem, ex quo contineat meram
permutationem domus fideicommiſſarię cum
alia eidem fideicommiſſo ſubrogata, quia ne-
que hoc ſubſiſtit in facto, neque exindè tolli-
tur vis præcepti donantium, qui iuxtà præmiſ-
ſa non aliter alienationem, ſeu permutationem
permiſerunt, quàm conſtito de meliori inueſti-
mento, de quo tantum nedum non docetur, vt
oporteret ex ſuperiùs allegatis, ſed contrarium
expreſsè legitur in inſtrumento, in quo partes
aſſeruerunt, pretium dictæ domus fideicom-
miſſariæ excedere illud alterius domus permu-
tatæ in ſcutis 429. quæ intra certum terminum
Io: Carolus promiſit ſoluere Carolo Antonio
liberè abſque vllo onere inueſtiendi fauore

fideicommiſſi, cui tantùm abeſt, quod acqui-
rere voluerint, vt potiùs rotundis verbis de-
clarauerint, & viciſſim promiſerint, domos
permutatas eſſe liberas, & nulli prorſus ſubie-
ctas fideicommiſſo.

Nec releuat, quod huiuſmodi permutatio
16 fuerit ab Actoribus ratificata, quia cum iſti de
eo tempore eſſent pupilli, & minores, non niſi
interuenientibus ſolemnitatibus à iure, & à ſta-
tuto Briſighellæ requiſitis obligari poterant,
eas autem defeciſſe probatur, quia non in-
terfuit decretum Gubernatoris loci, vt requi-
rit dictum ſtatutum, licet enim ille, qui con-
17 tractui interuenerit, aſſeruerit, ſe fuiſſe à Gu-
bernatore delegatum, de delegatione tamen
18 non conſtat; immò ex diligentijs factis ab
Actuario, cui credendum eſt, *Rot. deciſ. 309.*
num. 7. par. 18. recent. probatur negatiua, vltra
quod neque in ipſo inſtrumento d. aſſ. delega-
19 tus enunciatur legum Doctor, & in Iure
peritus, neque aliundè talis probatur, quo ca-
ſu non potuit in Iudicem ſubrogari, *Natt. conſ.*
244. num. 3. Capic. Galeott. contr. 12. num. 37. lib.
2. Card. de Luca de iudic. diſc. 4. num. 5. & fuit
dictum *in Firmana Cenſus 21. Iunij 1681. coram*
R. P. D. meo Vrſino. Deficit etiam inſinuatio
20 omninò neceſſaria in iſtis contractibus mino-
rum ex Conſtitutione Ægidiana lib. 5. cap. 25.
De Luca de contract. diſc. 35. num. 9. Rota coram
Priolo deciſ. 88. num. 3. dec. 36. num. 1. deciſ. 289.
num. 7. & 8. par. 14. rec. & dec. 352. num. 15. par.
21 *17. rec.* maximè quia ob lapſum modici tem-
poris ea præſumi non poteſt, cum ad hunc ef-
fectum requirantur 30. anni *Felin. in cap. ſicut*
num. 42. de re iudic. Gratian. diſcept. 869. num. 4.
Rota deciſ. 716. num. 10. coram Eminentiſs. Cerro,
& demũm tam Iudex, quàm præfati pupilli, &
minores circumuenti dignoſcuntur ex falſo
ſuppoſito, quod Domus eſſet libera ab omni
22 vinculo fideicommiſſi, vt Iudici fuit expreſſum
vndè contractus, vel vti doloſus, vel vti pupil-
lis damnoſus non ſubſiſtit *Rota dec. 479.*
num. 6. & ſeq. par. 13. & deciſ. 352. num. 23. & 24.
par. 17. rec.

Ea verò, quæ obijciebantur circa pretenſam
retentionem, ſiuè ex iuribus Leonardi vnius
ex dicti donatoribus, in cuius portione non
probatur donatio ratificata, ſicuti pro eo tunc
abſente promiſerunt alij duo fratres, ſiuè ex
alijs iuribus Æneæ Paduani, tanquam nomina-
ti in prima acquiſitione huius domus, ſiue
etiam ex iuribus dotalibus Antoniæ matris Ca-
roli Antonij alienantis conuere viſa ſunt ex
deductis à ſcribentibus pro Paduanis Actori-
bus.

Nam quoad ratificationem Leonardi ſatiſ-
23 facit reſponſio, quod vel eſt præſumenda per
lapſum 70. annorum abſque vlla contradictio-
ne *Cyriac. contr. 79. num. 15. & 16. Rot. coram Ca-*
ualer. deciſ. 100. num. 6. Bich. dec. 6. nu. 1. & ſeqq.
& in rec. deciſ. 194. num. 9. par. 6. vel ſtante ac-
24 ceptatione donationis facta à Dominico hæ-
rede omnium donantium, à quo mediante
Carolo Antonio pariter hærede cauſam habet

Io:

Io: Carolus Reus conuentus, eam iſte impu-
gnare non poteſt vulgata *l. cum à matre C. de rei vendicat.*

Loquendo autem de iuribus dicti Æneæ,
prçterquam quod hæc reſtringerentur ad ſo-
lam octauam partem dictæ domus, vt proba-
tur in facto, ceſſat etiam hoc minimum ius in
Io: Carolo, quia non probat, Carolum Anto-
nium ſuum auctorem habere cauſam ab ipſo
Ænea, ità vt illius iuribus vti poſſit, quin po-
tiùs è conuerſo ex prædictis conſtat, præfatum
eius auctorem accepraſſe donationem dictæ in-
tegræ domus, & proinde etiam fideicommiſ-
ſum in ea inſtitutum.

Ac poſtremò transeundo ad creditum dota-
le dictç Antoniæ, inanis videtur exceptio re-
tentionis, niſi proberur à Io: Carolo, dictum
25 ſuum auctorem fuiſſe hæredem matris, reſpe-
ctu cuius non militat regula filius ergo hçres,
*Cyriac. contr. 244. num. 45. Rot. deciſ. 191. num. 4.
& ſeq. par. 4. tom. 2. & coram Merlin. dec. 897.
num. 10.* & hoc etiam probato, adhuc illi ob-
26 ſtaret, quod Carolus Antonius venditor do-
mus fuit hæres Dominici patris debitoris eiuſ-
dem dotis abſque beneficio inuentarij, quo ca-
ſu ob confuſionem actionum ineſſicax reddi-
tur actio pro conſecutione creditorum *l. debi-
tor C. de pactis*, certiùs etiam in præſenti, vbi
ageretur de detrahenda dote ex fideicommiſ-
ſo tranſuerſali, & particulari contra omnia
iuris principia.

Sic pariter corruit prætenſio retentionis pro
melioramentis, quæ neque in genere, neque
in ſpecie probantur facta in præfata domo.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. HERVAVLT
Nunc Archiepiſcopo Turonen,

Aſculana iuris offerendi.

Veneris 4. Martij 1689.

ARGVMENTVM.

Secundo creditori competit ius offerendi aduer-
ſus primum rem communis debitoris poſſiden-
tem tanquam extraneum licitatorem; nec illius
exercitium impediri valet exceptione retentio-
nis pro credito inſubſiſtenti. Verbalis oblatio
vim habet realis, quando ob contumaciam
creditoris executioni demandari non va-
luit, etiamſi facta fuerit cum reſeruatione iu-
rium offerenti competentium.

SVMMARIVM.

1 *Secundo creditori competit ius offerendi aduerſus creditorem anteriorem, cui tanquam extraneo licitatori per ſubhaſtationem addicta fuerunt bona communis debitoris.*

2 *Certius ſi ſubhaſtatio vitio aliquo nullitatis laboret.*

3 *Mulier cui per rem iudicatam aſſignata fuerunt in cauſam dotis bona arbitrio boni viri eſtimanda retinere nequit bona ante dictam rem iudicatam in alios translata, ſed inſtare debet pro executione rei indicatæ.*

4 *Maxime ſine conſenſu viri, cui data fuerunt in dotē iura dotalia cōſiſtentia in d. aſſignatione.*

5 *Oblatio verbalis ſufficit, quando ob contumaciam creditoris non demandatur executioni.*

6 *Etiam ſi huiuſmodi oblatio facta fuerit cum clauſula ſine præiudicio, & reſeruatione iurium offerenti competentium.*

7 *Iurium reſeruatio nil de nouo tribuit.*

8 *Et intelligitur de iuribus aliunde quam ex facto quod adimpletur competentibus.*

9 *Aditio hereditatis tanquam quid facti non præſumitur, ſed concludenter eſt probanda.*

DECISIO XIII.

IN hodierna audientia non fuit dubitatum,
nec inter partes ipſas ampliùs controuer-
ſum Franciſco Antonio ſecundo creditori com-
petere ius offerendi aduerſus Conſtantiam cre-
ditricem anteriorem, cui tamquam extraneo
1 licitatori per publicam ſubhaſtationem addicta
fuerunt quædam bona communis debitoris
iuxtà latè firmata in deciſione edita 22. Mar-
tij anni præteriti, in qua notatum inſuper fuit
hoc remedium ſumma æquitate primi çque, ac
ſecundi creditoris indemnitati conſulens po-
tiori iure procedere in noſtra facti ſpecie ob
plures nullitates, & defectus dubiam ſaltem
2 reddentes validitatem d. ſubhaſtationis, ſed
præcipua controuerſia redacta fuit ad reten-
tionem eorumdem bonorum ex alijs creditis à
Conſtantia prætenſam, quam tamen non com-
petere DD. exiſtimantes ſteterunt in deciſis.

Ex deductis enim in §. finali d. deciſionis inal-
legabilis viſa eſt retentio pro eius iuribus do-
talibus; quia cùm pro eorumdem conſecutio-
ne, iam dudùm ipſa egerit coram Iudice de
partibus, & per ſententiam in iudicatum tran-
ſactam obtinuerit condemnari Dominicum
fratrem ad aſſignanda in eam cauſam tot præ-
dia arbitrio boni viri æſtimanda retinere pro-
inde nequit bona controuerſa, quæ tempore
3 latç ſententiç à communi debitore iam fuerant
in alios diſtracta, ſed inſtare debet pro aſſi-
tione bonorum à Iudice, per rem Iudicatam
decreta.

A qua ex duplici potiſſimum ratione rece-
dere non licet, primo quia Conſtantia dedit
viro in dotem iura dotalia conſiſtentia in d. aſ-
ſignatione, vt ſuprà facienda: Vndè abſque
4 conſenſu mariti excipere non poſſe videtur de
iure retentionis ſuper prædio, de quo agitur.

Secundo quia fratres Conſtantiæ ad for-
mam rei iudicatæ pluries obtulerunt dotem
in ſtabilibus inſtando pro electione Peritorum
qui illa æſtimarent, & ſolum per ipſam ſtetit
quominùs oblatio executioni demandata fue-
rit: Ideoque quamuis fuerit verbalis, aduerſus
partem contumacem vim habuit actualis de-
5 poſiti, ſeù ſeparationis bonorum *per Rotam
deciſ. 70. num. 4. poſt Merlin. de pignor. & deciſ.
258. num. 11. par. 13. rec.*

Google

Neque harum oblationum ſæpius reiteratarum efficacia eludi valet ſub colore, quod fuerint conditionales, & intricatæ, vtpotè factę cum clauſula ſine præiudicio, & reſeruatio-
6 ne iurium fratribus competentium ratione legitimæ prætenſæ ex bonis matris quæ ex aſſe heredem fecit Conſtantiam.

Quia nemini denegari valet propriorum Iurium præſeruatio tanquam nihil de nouo tribuens, ſed tantummodo præſeruans Ius,
7 quod antea inerat *Rota deciſ.70.num.14.par.14. in rec.deciſ.103.num.34.coram Arguel.* & ſolum referibilis ad Iura alio ex capite, non autem
8 ex facto, quod adimpletur competentia *Thomat. deciſ.12.num. 25. & 26. Arguel.deciſ.66. num.16.& ſeq.Royas deciſ. 321. num. 9. Dunoz. Ina.deciſ. 640. num. 28. & in recent. deciſ. 38. num.9.par.14.*

Minùs denique obſtat retentio pro iuribus hæreditarijs Ioannis Vincentij, quia præter quam quod huiuſmodi Iura ſunt illiquida, Conſtantia non docet de hæreditatis aditione,
9 quæ tamquam quid facti non præſumitur, ſed concludenter probari debet *Royas deciſ. 312. num.7.*

Et ita omiſſis alijs leuioribus obiectis latiùs in præterita deciſione, & ab informantibus hodie ſublatis reſponſum fuit vtraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Cambiorum.

Veneris 10. Martij 1690.

ARGVMENTVM.

Cambia creata ex credito mercium ſunt valida, ſi illę venditę fuerunt bona fide, & iuſto, ac rationabili pretio, secùs ſi mala fide, & pretio exceſſiuo, Et adducuntur plures coniecturæ, & præſumptiones malæ fidei.

SVMMARIVM.

1 *Cambia creata ex præterito contractu mercium ſunt valida, cum illæ fuerunt præcedenter venditæ iuſto, ac rationabili pretio.*
2 *Secùs, cum concurrit mala fides, & exceſſiuitas pretij.*
3 *Quo caſu tranſeunt in ſpeciem contractus à Statuto probibiti, quod dicitur* Ciauanze, e ſtocchi.
4 *Et mala fides ad hunc effectum deſumitur ex ipſa rei geſtæ ſerie.*
5 *Ac ex qualitate perſonarum, tam dantis, quam recipientis.*
6 *Coniectura fraudis eſt aſſertia in contractu facta, cambia creata fuiſſe in pecunia, cum reuera pecunia fuit ſolum demonſtrata, & eius vice traditæ merces.*
7 *Item locus celebrati contractus, nempè ſi ſit in abſcondito.*
8 *Ac publica vox, & fama de inſubſiſtentia talium cambiorum.*
9 *Atque confeſſio extraiudicialis creditoris.*
10 *Teſti mediatori venit credendum.*
11 *Prout etiam qualitas creditoris conſueti ſimiles contractus palliatos facere.*
12 *Ac nimia facilitas credendi conſiderabilem ſummam Iuueni incauto abſque vlla ſecuritate.*
13 *Ac ætas iuuenilis recipientis, qui ſub adminiſtratione degit.*
14 *Et denique nulla indigentia mercium reſpectu recipientis.*
15 *Fraus arguitur ex læſione enormiſſima.*
16 *Læſio concurrentibus alijs coniecturis ad effectum probandi contractum palliatum ſufficit in tertia, vel quarta, arbitrio Iudicis.*
17 *Simulatio eſt difficilis probationis.*
18 *Et ad illam probandam admittuntur teſtes minus idonei.*
19 *Et ſingulares.*
20 *Præſertim concurrentibus alijs præſumptionibus.*
21 *Et cum agitur ad effectum ciuilem, non criminalem.*
22 *Obligatio facta ab exiſtente in poſſe Curiæ eſt nulla.*

DECISIO XIV.

SVffectus in locum bo.me. Rondinini propoſui dubium. An eſſet ſtandum, vel recedendum à decisis coram ipſo ſub die 11. Maij 1682. cui DD. affirmatiue reſponderunt quoad nullitatem cambiorum, & in reliquis coadiuuari probationes.

Placuit enim diſtinctio, quam affert præfata deciſio ad dignoſcendum, An cambia ex præterito contractu mercium creata ſint vali-
1 da nec ne? quod ſcilicet, aut contractus initi bona fide habent relationem ad merces præcedenter venditas, & iuſto ac rationabili pretiò eſtimatas, & tunc cambia ex mercibus creata dicuntur valida, & licita, aut vero in eorum
2 celebratione concurrit mala fides contrahentium, & exceſſiuitas pretij, & tali caſu cambia ex mercibus creata illicita, & inualida reputantur *Valeazuel.conſ.62.num. 4. & ſeqq. Leotard.de vſur.quæſt.24.num.21.& ſeqq. Gait.de credit.cap.2.tit.7. quæſt. 6. num. 2211. Roderic. de ann.reddit.lib.1.quæſt.13.num.9. & ſeqq.* &
3 tranſire dicuntur in aliam ſpeciem contractus *à Statuto* prohibiti, & nuncupati Ciauantię, & Stocchi *cap.153.cum ibi notatis per Fenzon.*

Mala fides contrahentium in præſenti euidens apparet ex pluribus facti circumſtantijs,
4 & vrgentibus coniecturis, quas DD. deſumebant, ne dum ex ipſa rei geſtę ſerie, quam ad hunc effectum attendendam voluit *Iaſon. in l. Prætor §.ſi initium num.3.ff.de eden. & Rota coram* Coccin.*deciſ.*408.*num.3.& deciſ.254.num. 1.poſt conſ.Farinac.vol.2.* ſed etiam ex qualita-
5 te perſonarum, tam dantis, quam recipientis, vt obſeruari monet *Bald.conſ.311.num.12.lib. 5.*& ex eo *Magon.deciſ.Lucen.25.num.5.& Rot. deciſ*208.*nu.22.verſ. & facit poſt Zacch. de obligat.Cameral.*

Ex

Ex rei namque ſerie primam coniecturam
eliciebant ab ipſis inſtrumento, & apocha con-
tractuum, vbi cambia aſſeruntur creari in
contanti, & pecunia realiter ibi numerata
& tamen ex depoſitione teſtium, qui facti ſe-
riem recenſent, conſtat, pecuniam non fuiſſe re
vera ſolutam, ſed tantum demonſtratam, &
eius vice datas quaſdam merces, ſeu mobilia,
quod pro maximo argumento ſimulationis
conſiderat in his terminis Decian. conſ. 104. nu.
17. verſ. 4. eſt cunectura cum tribus ſeqq. lib. 2.
quem ſequitur Ioſeph Ludonic. concluſ. 51. verſ.
decima octaua coniectura Ancaran. conſ. 9. ſub nu.
2. verſ. Preterea Noguerol. alleg. 10. num. 20.

Secundam coniecturam deſumebant à loco,
vbi ijdem contractus fuerunt celebrati, nempè
7 in manſiuncula poſita ſuper apotheca eiuſdem
creditoris, & ſic quaſi in abſcondito. Vnde
reſultare fraudis, & ſimulationis ſuſpicionem
tradiderunt Honded. conſ. 46. num. 19. & ſeqq.
Menoch. præſumpt. 122. n. 95. lib. 3. modern. Epi-
ſcopus Iſclanus diſput. iur. c. 46. n. 14. & 15. tom. 1

Tertia erat coniectura oriens ex publica voce,
8 & fama, quæ ſuper inſubſiſtentia horũ cambio-
rum poſt modum irrepſit apud perſonas de il-
lis informatas, quæ vox plurimum pollet ad
comprobandam fraudem, & ſimulationem,
vt notat Bald. d. conſ. 311. num. 12. lib. 5. Burſat.
conſ. 320. num. 17. lib. 3. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 446. num. 14. Noguerol. alleg. 10. num. 62. &
Rota deciſ. 11. num. 12. par. 7. rec.

Quartam coniecturam in idem colligebant,
9 ex quo creditor non ſolum id pluries faſſus
fuit coram ſupradictis teſtibus, quorum alter
de iſtorum contractuum prauitate ipſum re-
darguebat (cum confeſſiones etiam extraiudi-
liter, & abſente parte emiſſę ſimulationem
probent Caſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 10.
§. 14. num. 16. Ciriac. contr. 672. num. 6. Rot. co-
ram Buratt. deciſ. 901. num. 10. & ſeqq.) verum
etiam quia eãdem inſubſiſtentiam facto com-
probauit, dum inſtetit pluries apud debito-
10 rem pro aliqua concordia contentus etiam
modica ſumma ſc. 200. in ſatisfactionem in-
tegri crediti. vt deponit Teſtis mediator, cui
venit deferendum Capataq. deciſ. 3. num. 1. par.
3. & Rot. coram Bich. dec. 664. num. 3.

Ex qualitate autem dantis vrgentiſſimam
11 quoque fraudis coniecturam concipiebant,
ex quo eſſet callidus negociator, & ſolitus ſi-
miles contractus palliatos facere, vt in pro-
poſito ad eliciendam ſimulationem aduertunt
Text. in cap. 4. §. verum in fine de pignor. Maſcard
de probat. concl. 445. n. 5. & ſeqq. Cepol. de ſimul.
contr. n. 149. & 155. Capyc. latr. conſult. 7. n. 13. &
ſeq. Renden. deciſ. Piſana 7. num. 44.

Cui coniecturæ addebatur etiam altera re-
12 fulcans à nimia facilitate ſagacis contrahentis
credentis conſiderabilem ſummam incauto, &
inexperto iuueni abſque vlla ſecuritate, & cau-
tione, quod tamquam inuoluens maximam
inuèriſimilitudinem ſatis validum præſtat ſi-
mulationis argumentum iuxta ea quæ in ſimi-
libus terminis ponderat Rot. dec. 283. d num. 3.
ad 12. par. 5. rec. & coram Dunoz. Iun. deciſ. 703.
num. 12.

Ex perſona denique recipientis, ſimulatio-
13 nis, & fraudis coniecturam arguebant, cum
eſſet in ętate iuuenili, & ſub cura, & admini-
ſtratione matris ex præcepto Paterno degeret,
iuuenes enim dolis haud difficulter capiun-
tur, vt inquit Currad. Brun. de Sedit. cap. 15. num. 6.
& in proximis terminis Rota deciſ. 30. num. 4.
poſt conſ. Farin. tom. 1.

Hiſque accedit quod huiuſmodi mobilia
14 ab eodem iuuene non acquirebantur ad pro-
priæ domus vſum, cum eis non indigeret, vt
notum erat creditori, ſed ſolum, vt ea illico re-
peribili pretio venderet, & inde pecuniam vni-
cè deſideratam conſequeretur, quod ad ar-
guendam malam fidem contrahentium, & ex-
cludendum ſinceritatem contractus conſiderat
Card. de Luca de vſur. diſc. 2. ſub num. 8. verſ. ſecus
autem, & n. 9. iuxta fin. Capic. Latr. conſult. 76. n.
5. Roderic. de ann. redd. lib. 1. qu. 13. n. 10. & 26.

Quod verò attinet ad exceſſiuitatem pretij, ea
ſufficienter probari viſa fuit ex depoſitione
trium teſtium, quorum vnus deponit de ſcut.
200. Alij duo de ſc. 120. circiter præterito Sum-
mar. num. 10. & 11. & tamen eadem mobilia
15 in exactione cambiorum fuerunt appretiata
ſc. 1000. quæ ænormiſſima lęſio, ex qua ar-
16 guitur etiã fraus, nec requireretur in pręſenti,
vbi de contractuum ſimulatione, & fraude con-
ſtat ex tot coniecturis, & ſiniſtris pręſumptioni-
bus ſupra ponderatis, quo caſu lęſio etiam mo-
dica ſufficit in tertia, vel quarta parte arbitrio
Iudicis, vt diſtinguit Cagnol. in l. 2. nu. 65. verſ.
vel concurrerent alię ſiniſtræ ſuſpiciones C. de
pact. inter emptor. & vendit. Gabr. conſ. 74. num.
2. lib. 1. Ioſeph Ludon. concluſ. 41. verſ. ſed quando
fol. mihi 116. à tom. 1. col. 1. in fine vbi etiam ſi
nulla concurreret læſio Maſcard. de probat. con-
cluſ. 447. num. 14. & Mart. Medic. dec. Sen. exam.
20. num. 38. §. Et licet verſ. qui enim dicunt.

Non obſtat, quod aliquæ ex prædictis co-
niecturis inferentes ſimulationem probantur
per teſtes, contra quos congeruntur plures ex-
17 ceptiones tam contra perſonas, quam contra
dicta, quia cum ſimulatio ſit de ijs, quę ſunt
difficilis probationis, vt per Menoch. de arbitr.
conſ. 116. num. 8. Magon. dec. Lucen. 25. num. 6. ad
18 eam probandum admittuntur Teſtes minus
idonei Corn. conſ. 63. num. 3. in fin. & num. 4. lib. 1
Honded. conſ. 46. num. 12. Rota deciſ. 63. num. 32.
19 par. 8. rec. & etiam ſingulares Farinac. conſ. 40.
num. 7. lib. 1. Honded. conſ. 33. nu. 1. lib. 2. Rot. Ia-
nuen. dec. 184. n. 6. & noſtra dec. 11. n. 13. par. 7. rec.
20 Præſertim concurrentibus alijs adminiculis,
& coniecturis, vt in caſu præſenti Capic. latr. de-
ciſ. 70. num. 25. & ſeqq. Pitell. expedit. 87. nu. 21.
Mantic. deciſ. 325. num. 4. & deciſ. 32. num. 11. &
13. & in fine poſt Merlin. de pignor. & dec. 703.
& coram ſan. mem. Alexand. VIII. dec. 191. nu.
15. & deciſ. 268. num. 10. & in rec. d. deciſ. 11. nu.
14. par. 7. & plenius in præterita dec. cor. bo. me.
Rondinino 6. Parum releuantibus.

Non attento quod ad declarandum contra-

M 2 ctum

21 ctum ſimulatum, & illicitum Teſtes debent eſ-
ſe omni exceptione maiores, & probatio con-
cludens, quia quidquid ſit ad effectum crimi-
nalem pro irroganda pęna, certum eſt quod
ad effectum ciuilem pro annullatione contra-
ctus, vti ſimulati, ſufficiunt coniecturæ, & præ-
ſumptiones deſumptæ etiam ex teſtibus ſingu-
laribus, vt declarat *Burſat.conſ.321.num.48.& 79.lib.3.Cephal.conſ.287.num.7.Honded. d.conſ. 53.num.55.lib.2.Noguerol.alleg.10,num.71. Capic.latr.conſult.70.Honded.d.conſ.33.*

Minus aduerſantur prætenſa ratificatio cam-
22 biorum, & ſobſequuta ſolutio ſcutorum cen-
tum, & præſtatio fideiuſſoris pro reſiduo, nam
cum ea omnia emanauerint, dum ſoluens erat
in poſſe Curiæ, & ne conduceretur ad carce-
res, vt ex fide Teſtium data *Summar.additionali num.vnico* nullam inducunt validam ratifica-
tionem iuxta *Text.in l. qui in carcere ff. de eo quod metus cauſa Afflict.contr.iur. cap. 3. num. 45.Mart.dec.Piſan.120.nu.15.& 16. Marc. Anton.Sabell.var.reſol.cap.70.num.7.& ſeqq.*

Et his ſequitur etiam, vt cum valor mobilium non remaneat probatus niſi in ſumma ſc. 200. & allatę probationes maiorem concludant, mandarunt proinde DD. eas coadiuuari pro reſolutione ſecundæ partis dubij ex rationibus deductis *in deciſione bo. me. Rondinini 5. his igitur.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D.

EMERIX DECANO,

Romana Pecuniaria,

Ven. 26. Aprilis 1690.

ARGVMENTVM.

Ceſſionem Iurium reportatam à creditore Cenſus impoſiti pro ſatisfaciendis fructibus alterius cenſus, operari ſolum quoad ſortem cenſus impoſiti, non quoad fructus exindè ortos deciditur. Bulla Baronum parit hypothecabilitatem à die editionis, non à die executionis,

SVMMARIVM.

1 *FRuctus gaudent anterioritate ſortis.*
2 *Creditor cum aſſenſu Principis ſuper bonis alienari prohibitis præfertur cuicunque creditori carenti huiuſmodi aſſenſu, licet anteriori.*
3 *Ceſſio iurium reportata in emptione cenſus impoſiti pro ſatisfactione fructuum alterius cenſus operatur ſolum quoad ſortem, non autem pro fructibus poſtea decurſis.*
4 *Et ſolum operatur etiam pro ſorte, cum pecunia ſolutæ fuiſſent in ſatisfactionem ſortis fructiferæ.*
5 *Bulla Baronum non obſtantibus quibuſcumque fideicommiſſis ſupponit bona obligationibus, & hypothecis fauore creditorum.*
6 *Bulla Baronum operatur effectum derogationis dumtaxat à die executionis, non à die promulgationis.*
7 *Contrarium, videlicet, quod operatur hypothecabilitatem à die promulgationis.*
8 *Creditores ius ſuum metientes ab eodem tempore venire debent in contributum.*
9 *Bulla Baronum ſuffragatur etiam creditoribus poſt eius editionem exiſtentibus à die ipſius ordinationis.*
10 *Bulla Baronum explicatur.*
11 *Bulla Baronum derogat fideicommiſſis fauore creditorum, non fauore Baronum.*
12 *Limitata in cauſa limitatu producit effectum.*

DECISIO XV.

IN hodierna Cauſæ repropoſitione ſuper de-
ciſis coram me 22. Martij 1688. Scribentes pro
Fratribus de Touaglis duo potiſſimum conté-
debant; Primum nempè quod Cenſus per Ma-
rium eorum Auctorem acquiſitus ſuper Bonis
Ducis Sfortiæ debitoris cum ceſſione iurium
Alexandri Pallauicini Creditoris alterius cen-
ſus, creati vſque de anno 1624. ſit anterior
creditis Hęredum de Vecchis contractis de
anno 1626. & 1631. non tantum pro ſorte, ve-
rum etiam pro fructibus ab ipſa productis, ex
1 regula, quod iſti gaudent eadem anterioritate,
qua gaudet ipſa ſors ad *Text. in l. Lucius ff. qui potior. in pign. hab.* & tradita per *Anton. de Amat. reſol. 7. num. 29. de Mariu. reſol 75. lib. 1. Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. quæſt. 1. num. 32.* Et ſecun-
dum, quod idemmet eorum cenſus ſit potior
præfatis creditis, tanquam contractus ſuper
Bonis fideicommiſſarijs cum licentia Papæ
derogante quibuſcumque vinculis fideicom-
miſſorum, ex alia regula, quod creditor cum
2 aſſenſu Principis ſuper bonis alienari prohibi-
tis pręfertur cuicunque creditori carenti huiuſ-
modi aſſenſu, quantumuis alias anteriori, de
qua *Bardellon. conſ. 100. num. 1. lib. 1, Guit. de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1852. & ſequent. Salgad. in labyr. Credit. par. 2. cap. 4, num. 40. & ſeq. Rota deciſ. 16. num. 2. & per totum coram Dunozet. Iun.* Sed neutrum viſum fuit Dominis ap-
plicabile circumſtantijs hodiernæ diſputatio-
nis, & ideò reſcriptum pro confirmatione pręfatæ reſolutionis.

Non enim ſubſiſtit anterioritas eorumdem
fratrum pro fructibus, quia pecuniæ cenſuales
ſolutæ fuerunt in ſatisfactionem fructuum cen-
3 ſus Alexandri Pallauicini, ac proindè cum
fructus de ſui natura ſint ſteriles, ceſſio iurium
deſuper reportata ſuffragatur ceſſionario dum-
taxat pro ſorte, non autem pro fructibus, vt
firmauit *Rota deciſ. 302. num. 15. coram Card. Celſo, & deciſ. 699. num. 3. par. 18. recent.* quicquid alias dicendum foret quando pecuniæ
ſolutæ fuiſſent in ſatisfactionem ſortis fructife-
ræ, in quibus terminis ſolet quandoque ſors po-
4 ſterior cenſeri ſubrogata in locum anterioris,
& fructus per viam cuiuſdam legalis infitionis
ab ipſamet anteriori radice producti, vt diſtin-

di∫

Digitized by Google

guendo dictum fuit in *deciſ.350.num.5.coram Priolo & in Romana Saluani 3. Iunij anni proximi præteriti coram R. P. D. meo Caprara.*

Nec ſimiliter porioritas, quia per Conſtitutionem *ſan.mem.Clementis VIII.* vulgo Bullam Baronum nuncupatam, pleniſſimè derogatum fuit, quibuscunque vinculis fideicommiſſorum pro diſſolutione æris alieni per Barones contracti; ac proindè ſtante huiuſmodi generali derogatione nullam præbere valet potioritatẽ particularis licentia, ſeu derogatio per eoſdem fratres à Papa obtenta; ſiquidem poſt præfatam
5 Bullam bona per Barones poſſeſſa non obſtantibus quibuſcunque fideicommiſſis remanent affecta obligationibus, & hypothecis fauore Creditorum, perindè acſi eſſent omninò libera, vt ſepius firmauit *Rota, & ſignanter deciſ.401.n.2. & deciſ.482. in princ. coram. Buratt. deciſ.914. num.8. coram Dunoz. Iun. deciſ.399. num.10. coram Peutinger. deciſ.818. num.1. & deciſ.852.n.2. coram Card. Cerro deciſ. 331. num.5. & 8. par. 14. rec. in Veliterna Soluiani 13. Ianuarij 1678. §. Prætereà coram Eminentiſſimo Domino meo Card. Vicecomite, Romana fideicommiſſi de Maximis 12. Decembris 1681. §. Præſertim coram bon. mem. Card. Mattheio, & in Romana Cenſus 26. Iunij 1684. §. Cumque Impoſitores coram me.*

Nec ad tollendam vim huiuſmodi reſpon-
6 ſionis allegari valet, quod Bulla operetur dũtaxat effectum derogationis à die ipſius executionis, non autem à die promulgationis, & ideò cum hypotheca creditorum roboretur ſolum à die, quo per Congregationem deſuper deputatam fit executio, ſemper licentia, ſeu derogatio Papæ tribuat potioritatem, ſeu prælationem.
7 Perpenſo ſiquidem toto tenore Bullæ verius viſum fuit Dominis, ipſam operari hypothecabilitatem bonorum fauore Creditorum à die ipſius promulgationis, vt patet tum ex eo quod Papa in actu derogationis vſus fuit verbis præſentis temporis ibi -- *pleniſſimè, & latiſſimè derogamus* -- tum etiam quia mandauit pretium inter creditores diſtribui ſecundũ anterioritatem, & potioritatem ipſorum hypothecarum, quod planè fieri non fuiſſet, durantibus vinculis fideicommiſſorum, vſque ad diem executionis, nam tum omnes creditores, ſiue anteriores, ſiue poſteriores deſumerent hypothecam ab vnico inſtanti, quo per Congregationem bona capiuntur pro ipſorum ſatisfa-
8 ctione, & ſic venire debuiſſent in contributum, vt pluribus adductis tradit *Salgad. in labyr. Credit. par.2. cap.21. num.60. & ſeqq.*

Non obſtat, quod Papa in proemio Bullæ declarauerit cauſam eius motiuam fuiſſe querelas plurium Creditorum ibi -- *Cum igitur multorum querelis iamdiù ad nos perlatum ſit, &c. nonnullos Barones &c. contracto varijs de cauſis ære alieno; nullam prorſus inire rationem illud diſſoluendi, ipſoſque ideò creditores dum eorum credita à dd. Baronibus exigere &c. conantur, magnos ſumptus facere &c. nos hiſce malis pro officij noſtri munere occurrere, & debitæ ſupraſcriptorum creditorum, inter quos plerique pauperes &c. ſunt, ſatisfactioni prouidere volentes motu proprio &c.* quaſi quod deinceps in actu derogationis adhibuerit verba præſentis temporis magis ad effectum ſubueniendi creditoribus, tunc conquerentibus, quam ad effectum ordinandi generalem derogationem pro alijs qui-
9 buſcumque creditoribus futuris: quia cum Bulla generaliter proſpexerit quibuſcumque creditoribus etiam (vt docuit ſucceſſiua praxis) illis, qui poſt eius editionem contraxerunt, nec horum reſpectu legatur vlla peculiaris derogatio, ſeu facultas derogandi à Papa conceſſa, vtique illa, de qua ſupra, verbis præſentis temporis exarata pariſormiter fauet omnibus nedum tunc exiſtentibus, verum etiam poſtmodum exituris ab eodem die ipſius ordinationis.

Minùs releuat quod in §. 11. Papa decreue-
10 rit ſecuta venditione ſubrogari bona libera Baronum in locum bonorum fidei commiſſorũ ibi -- *ſecuta venditione &c.* & alibi -- *ſubijcimus, & ſubrogamus in locum bonorum venditorum &c.* & in §.12. bona tranſire in Emptores libera, & immunia ab omni vinculo fideicommiſſorum ibi -- *declarantes nihilominus Ciuitates, Caſtra &c. & bona ſicut ſupra vendita, & aſſignata, ſuper, & quocunque tempore penes illorum Emptores, & Cameram ab omnibus fideicommiſſis &c. libera, & exempta remanere &c.* Et demùm in §.13. reſiduum ſolutis debitis ſuperexiſtens inueſtiri, & multiplicari in alijs bonis ibi -- *quæ pariter omnia fideicommiſſo, prohibitioni, oneri, & vinculo huiuſmodi in omnibus, & per omnia prout bona vendita huiuſmodi antea erant ſubiecta exiſtant &c.* Ex quibus omnibus tanquam relatis ad actum executionis videatur ab hoc tantùm die derogatum fideicommiſſis. Quoniam hæc reſpiciunt ſolum materialem bonorum ſeparationem, & modum per Congregationẽ ſeruandum in illius conſummatione, nec in aliquo deſtruunt derogationem fideicommiſſorum à die Conſtitutionis.

Denique nihil ſtringit, quod ſoluto aliunde ære alieno per Barones, fideicommiſſa reintegrentur, ſeu reuiuiſcant, & tamen de iure bona ſemel à fideicommiſſi vinculo auulſa, amplius in illud non reincidant, quoniam fidei-
11 commiſſa fuerunt à Papa ſublata fauore creditorum, non autem fauore Baronum, & ideo poſſunt quidem creditores liberè perſequi bona à Baronibus poſſeſſa non obſtantibus fideicommiſſis, ſed non viceuerſa Barones illa ad proprium commodum retinere tanquam libera, nam limitata Cauſa limitatum producit ef-
12 fectum ad *Text. in leg. in agris ff. de acquir. rer. Domin.*

Et ita ſuffragantibus omnibus Dominis concluſum fuit vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. VRSINO

Bononien. litterarum Cambij.

Lunæ 19. Iunij 1690.

ARGVMENTVM.

Pro litteris cambij proteſtatis, & non ſolutis datur regreſſus tàm mandatario, quàm eius ceſſionario contra ſcribentem. Decoctio contra tertium debet concludenter probari.

SVMMARIVM.

1 *Litteris cambij proteſtatis, & non ſolutis mandatario, ſiue ceſſionario competit regreſſus contra ſcribentem.*

2 *Et contra fideiuſſorem.*

3 *Fideiuſſio reſtricta ad certas perſonas nequit extendi ad alias.*

4 *Nec ad creditum futurum, nec ex poſt acquiſitum.*

5 *Creditum dicitur iure proprio, & à principio ſpectare ad eum, in cuius fauorem facta fuit recognitio bonæ fidei.*

6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competit ſcribenti litteras cambij tàm contra mandatarium, quàm contra alios ab ipſo quomodocunque cauſam habentes.*

7 *Verba in litteris càmbij* all'ordine, e ſenza procura *quid importent.*

8 *Litterę cambij continere poſſunt plura mandata.*

9 *Mandatum adimpletum eſt irreuocabile.*

10 *Giratarius, ſeu ceſſionarius litterarum cambij non ſequitur fidem mandatarij in proprio, ſed vti procuratoris ſcribentium.*

11 *Contrahens cum adiecto, alio mandante, non dicitur negocium feciſſe cum adiecto, ſed cum mandante.*

12 *Reuocatio mandati facta à ſcribente litteras cambij non operatur re non integra, & poſt quæſitum ius a giratarijs contra ſcribentem.*

13 *Mercatorum iudicium Sac. Rota ſequitur in materia litterarum cambij, & rationis Bancariæ.*

14 *Mandatum in litteris cambij ipſo iure cenſetur reuocatum ſtatim incæpta decoctione mandatarij.*

15 *Decoctio contra tertium non probatur ex mandatis ſuſpicionis fuga, & litteris proteſtatis, quæ cuicunque Mercatori etiam ſine decoctione poſſunt contingere.*

16 *Sed probanda eſt, vel per confugium ad Eccleſiam, ſequeſtrationem effectuum, & clauſuram Tabernæ.*

17 *Vel per formalem ceſſionem bonorum, & fori.*

18 *Vel per ſententiam Iudicis.*

19 *Decoctio non poteſt ex poſt allegari ab eo, qui illam non allegauit de tempore, quo illam euenisse prætendit.*

20 *Decoctionis latentis ſuſpicio eſt ſolum allegabilis, intra terminum decem, vel quindecim dierum.*

DECISIO XVI.

Literę Cambij ſcutorum 500. auri marcharum, quas hæredes Iulij Caroli Guidetti Mercatores Mediolanen. ſub die 19. Septembris 1685. direxerant Io: Baptiſtæ Germano Mercatori Veneto ſoluendas in nundinis Sanctorum in Platea Nonij ,, *all'ordine, e ſenza procura di Marco Studendoli* ,, Ab iſto cum ceſſione, ſiuè girata in albo ſub die 20. Octobris ſubſequentis tranſmiſſæ, atque aſſignatæ fuerunt Iacobo Mariæ, & Io: Baptiſtæ de Zagnonis Mercatoribus Bononiæ *per ricapito*, vt vulgò dicitur inter Mercatores, & in locum ſolutionis duplarum 250. ad fauorem Franciſci Anichini demandatæ, & deindè à Zagnonis venditæ Io: Franciſco Dauiæ, præſentatę tandem ab iſto fuerunt in nundinis Nouij d. Io: Baptiſtæ Germano, cui erant directæ. Verum quia hic dictas literas ſoluere recuſauit ſub eo prætextu, quod per Studendolum nunquam ſoluta fuerat *in valuta Zagnoni*, reſtituto pretio Dauiæ, ac reportata ab eo quatenùs opus ſit ceſſione iurium vigore ordinis ab ipſo Dauia proteſtati, intentarunt regreſſum contra Guidettos ſcribentes, atq; à Iudicibus Mercatorum Bononiæ obtinuerunt ſequeſtrum ſuper nonnullis mercibus; eoque relaxato per fideiuſſionem, ſeu cautionem Io: Stephani de Fortibus, & deindè aſſumpta diſputatione cauſæ, eaque ab incidenti, per appellationem deuoluta ad R. P. D. meum Cauallerinum tunc A.C. Locumtenentem nunc autem meritiſſimum ſac. huius Auditorij collegam reportarunt ab iſto mandatum executiuum tam contra Guidettos principales debitores, quàm etiam contra Io: Stephanum de Fortibus fideiuſſorem, à quo cum interiecta fuerit appellatio, illiuſque cauſa per Signaturam Iuſtitiæ mihi delegata cum clauſula ſuſpenſiua executionis, iuxta præſcriptum dictæ commiſſionis hodiè dubitaui an mandatum A. C. eſſet exequen., & Rota in ſententiam inclinauit affirmatiuam.

De validitate namque mandati non fuit dubitatum. De iuſtitia autem clarè conſtitit ex vulgata iuris concluſione, quod vbi, prout hic, literæ cambij redeunt à nundinis proteſtatæ, &
1 non ſolutæ, mandatario, ſiuè illius ceſſionario competit regreſſus nedū aduerſus ſcribentes ex traditis communitèr *per Card. de Luc. de cāb. diſc. 22. n. 2. & 3. & de iudic. diſc. 42. n. 27. & per Rotam Ianuen. deciſ. 8. nu. 18. & 19. & deciſ. 50. nu. 1. Bich. deciſ. 481. nu. 17. & ſeq. & in rec. deciſ. 334. nu. 1. & 2. par. 5. & deciſ. 118. nu. 5. & ſeqq. coram SS. D. N.*

2 Sed etiam contrà Io: Stephanum in fideiuſſorem aſſumptum, in quem pertranſijt omnis obligatio hæredum Guidetti perindè, ac ſi à principio fuiſſet cum ipſo contractum ad *Textum in l. prima & tot. tit. C. de fideiuſſ. & dicit Rota in deciſ. 366. nu. 40. par. 18. rec. vbi plures concordantes.*

Nec

Digitized by Google

Nec ſolutionem debiti effugere poteſt Io:
Stephanus fideiuſſor ſub eo fundamento, quod
ipſe cautionem præſtiterit de ſtando iuri, & iu-
dicatum ſolnendo ad fauorem illorum de Za-
gnonis die prima Decembris 1685. de quo tem-
pore cum creditum ſc. 500. eſſet proprium Io:
3 Franciſci Dauiæ, qui ſoluto pretio ordinem,
ſeu literas cambij emerat, & ab iſto deindè
ceſſum fuerit dd. Zagnonis de anno 1686. lon-
gè poſt fideiuſſionem, Hæc tanquam reſtricta
ad perſonas eorumdem de Zagnonis, & ad il-
lorum creditum præſens extendi non valeat ad
perſonam diuerſam Dauiæ, quam per dictam
ceſſionem repręſentant ad tradita per *Menoch.
conſil. 119. nu. 6. & ſeq. Henriquez de fideiuſſ.
cap. 20. num. 44. & ſeq. Gratian. diſcept. 3.
ſub numer. 26. verſ. vltimo. Cornaz decis.*
4 *28. nu. 3.* Nec minus ad creditum futurum, &
ex poſt acquiſitum *Auna allegat. 145. nu. 2. cum
alijs pluribus relatis per Cyriac. contr. 285. n. 5. &
ſeq. Palma conſult. 41. n. 18. & ſeq. & Salgad.
in labyr. cred. p. 2. cap. 6. nu. 36. & ſeq.*

Nàm cùm literæ cambij à Zagnonis ceſſæ,
ſiuè giratæ Dauiæ non fuerint in nundinis ſolu-
tæ à Germano, cui erant per Guidettos directæ,
& exindè Dauia fuerit à dd. Zagnonis reinte-
gratus de pretio ſoluto, ſubſequuta ceſſio per
ipſum facta fauore eorumdem de Zagnonis
5 non operatur tranſlationem noui iuris, ſed re-
reſoluitur in meram recognitionem bonę fidei;
Cumque emanauerit per viam declarationis,
& facta deſuper fuerit ad meram cautelam, &
quatenus opus ſit, vt conſtat ex lectura dicti
actus dati *in Summario Actorum num. 7.* ſatis
oſtendit, quod creditum vſque à ſui initio, & ſic
antè huiuſmodi fideiuſſionem pertinebat ad di
ctos de Zagnonis iure proprio ex firmatis per
*Rotam in dec. 577. num. 4. coram Merlin. & decis.
392. antè num. 1. verſ. Quamuis enim coram
Dunozzett. iunior. & decis. 323. num. 3. coram
Celſo.*

Multò quę minùs ab executione dicti man-
dati ſe eximere valent hæredes Guidetti ex eo
quod Marcus Studendolus, de cuius ordine
6 dictę literæ cambij fuerunt giratæ, nunquam
ſoluerit illarum valorem, adeoque re integra,
& antè aduentum nundinarum, potuerint ipſi
ſcribentes mandatum reuocare, atque ſe mo-
do tueri exceptione non numeratæ pecuniæ,
quæ ſcribenti etiam competit, nedum contra
Studendulum mandatarium, ſed etiam contra
Dauiam, Zagnonos ipſius giratarios, ſeu ceſ-
ſionarios, alioſque cauſam ab eo habentes ex
quocumque titulo, & cauſa ſiuè lucratiua, ſiuè
etiam oneroſa iuxta ea, quæ traduntur per
*Cancer. var. lib. 2. cap. 6. à nu. 78. cum duobus
ſeq. Olea de ceſſ. iur. tit. 6. quæſt. 11. nu. 3. &
ſeq. Rocc. reſp. 3. nu. 2. & 12. lib. 1. & Mantic.
dec. 77. nu. 1. & 2.*

Etenim obiectum vrgeret quoties literæ eſ-
ſent ſcriptæ ad fauorem Studendoli, & ab iſto
alijs giratæ; Tunc enim omnes exceptiones,
quæ contra ipſum opponi poſſent, compete-
rent etiam aduerſus ceſſionarios, ſiuè giratarios
qui illius fidem ſequuti fuerunt, in quibus ter-
minis procedunt auctoritates ſuperiùs rełatæ.
7 At non ità in caſu pręſenti, in quo dictę literę
diuerſo modo conceptę leguntur, & per hęc ver-
ba præciſa: *Pagate per queſta prima di cambio all'
ordine ſenza procura di Marco Studendoli ſcudi
500. marche contici*: cum enim literę cambij,
8 quæ plura poſſunt continere mandata, vt eſt
notum in praxi, & teſtatur *Turr. de camb. diſp. 5.
quæſt. 5. nu. 8. & ſeq. & nu. 36. & 37.* ſub hac
forma conceptę duplex inuoluant mandatum,
primum ſcilicet ipſi Studendolo, vt poſſet or-
dinare, cui vellet fieri ſolutionem, & ſecun-
dum Io: Baptiſtę Germano, vt ſolueret ei, cui
ordinaſſet dictus Studendolus, & iſte vtendo
hac facultate ſibi in ſui gratiam conceſſa ex
cauſa onéroſa deuenerit ad nominationem il-
lorum de Zagnonis ordinando ſolutionem ad
fauorem eorumdem, Duo exinde neceſſariò ſe-
quuntur. Alterum ſcilicet, quod per dictam
ordinationem, & girationem ordinis manda-
tum in priori parte Studendolo attributum
fuerit conſumptum, & adimpletum, & ex-
9 indè in totum effectum fuerit irreuocabile ad
tradita per *Pereg. de fid. art. 44. n. 37. et Rotam
decis. 15. nu. 11. par. 16. rec.* Alterum autem,
quod dicti Zagnoni ſoluendo valorem litera-
10 rum Studendolo ſequuti non fuerint fidem il-
lius in proprio, ſed vti Procuratoris, & Man-
datarij hęredum de Guidettis ſcribentium, qui
poteſtatem contractandi dictas literas, & de
eis diſponendi ad fauorem alterius eidem
Studendolo conceſſerunt ad *Text. in l. litteras
C. Mandati*, quem in terminis mandati per lite-
ras refert, & ſequitur *Peregrin. conſ. 88. nu. 1.
lib. 6.* & citato *Bald. in l. Si vltra num. 1. C. de
fideiuſſ.* bene *Gob conſult. 90. nu. 2. & 3.*

Ex his ad ſtipulatur alia concluſio apprimè
11 congrua, quod contrahentes cum adiecto,
alio mandante non dicuntur, negocium fe-
ciſſe cum ipſo adiecto, ſed cum ſcriben-
te, ſiuè mandante per *Text. in l. Si quis 6.
§. Ex hoc edict. ff. de æden.* ibi: *Pertinere
autem videtur ad me ratio, ſi modo etiam tractaue-
ris me mandante*, quod & firmat *Turr. de camb.
diſput. 2. quæſt. 6. num. 10. 11. et 12.*

Hoc autèm poſito euidens fit, quod reuoca-
12 tio mandati, ſeù ordinis ex cauſa non ſoluti
valoris per Studendolum, nullum inferre po-
tuit præiudicium Zagnonis tamquam facta re
ampliùs non integra, & poſt quęſitum ipſis ius
contra ſcribentes, quorum fidem ſequuti ſunt,
vt firmat Rota *Ianuen. dec. 73. nu. 2.* & compro-
bat magis vniuerſale iudicium mercatorum in-
ſignium Platearum à R.P.D. meo Cauallerino
13 pro inſtructione animi in priori inſtantia ex-
quiſitum, & vniforme ſuperius firmatis, quod
in hac materia literarum cambiorum, & ra-
tionis Bancariæ ſequi Rota non dedignatur,
*vt in decis. 123. nu. 3. par. 13. & decis. 80. nu. 4.
par. 18. rec. & coram Priolo decis. 173. nu. 3. ac
nupèr in Romana Mercium 14. Martij 1689.
§. Quia obiectam in fine coram R. P. D. meo
Caccia.*

Mi-

Minuſque ſubſiſtit, quod Studendolus ordi-
14 nem, ſeu literas cambij traxerit dd. Zagnonis
poſt ſequutam eius decoctionem, atque ideò in-
validè, & ſine mandato, quod ipſo iure in-
telligitur reuocatum ſtatim incæpta decoctio-
ne, Etenim literæ à Guidettis ſcriptæ fuerunt
19. Septembris, iſtæ autem tractæ, ſeu ceſſæ
noſcuntur per Studendolum Zagnonis ſub die
20. Octobris immediatè ſequen. decoctio au-
tem eiuſdem Studendoli euenit 23. Decembris
ex decreto Senatus Veneti, vt patet *ex Sum-
mar. actor. nu.1.2. & 8.* ſicque ex conbinatione
temporum patet literas ceſſas fuiſſe de tempo-
re omninò habili, & non ſuſpecto.

Neque contrarium ſuadent præcedentia in-
ditia latentis decoctionis ex parte reorum ad-
ducta, & deſumpta ex mandatis ſuſpicionis
fugæ, & literis proteſtatis contra eumdem Stu-
dendolum ante diem 20. Octobris, qua ordo
Zagnonis fuit tractus, ſi quidem cum modo
15 agatur cum tertio, decoctio in illius præiudi-
cium non dicitur ſatis probari ex mandatis ſuſ-
picionis fugæ, vel ex literis proteſtatis, quæ
cuicumque publico Mercatori poſſunt abſque
decoctione contingere, vt mouet *Card. de Luca
de camb. diſc.25. nu.4. in fine, & nu.8. verſ. Si-
quidem, & num.13. Carolus Anton. de Luc. ad
Gratian diſcept. 559. ſub nu. 7. §. Ceterum verſ.
16 aliter*, ſed concludenter probanda eſt, vel per
confugium Mercatoris ad Eccleſiam, ſeque-
ſtrationem effectuum, & clauſuram Tabernę
irretractabiliter, vt dicit *Rota coram Coccin.
17 deciſ.2326. nu. 7. & ſeq. & deciſ. 76. nu. 6. &
deciſ.85. nu.18. par.15. recent.* vel per formalem
ceſſionem bonorum, & fori, vt per *Text. in §.
Item ſi quis inſtit. de ſociet.* probat *Rota in deciſ.
2041. nu. 3. & 4. coram Coccin. & deciſ. 229.
18 nu.8. & 6. & deciſ.455. nu.4. & 5. par.18. rec.*
Vel demum per ſententiam Iudicis, vt ſubdunt
*Stracc. de decoct. par. 2. num.1. & 4. & Ro-
ta deciſ. 188. num. 12. par. 10. & d. deciſ.
229. num. 10. & deciſ. 455. num. 5. par. 18.
recent.*

Tantum autem abeſt, quod ſub antedicta
die 20. Octobris pretenſa decoctio tertijs in-
notuerit per actus ſuperius relatos, vel alios
19 conſimiles; vt nec etiam probabiliter timeri,
aut ſuſpicari potuiſſe probetur ex longè poſt
ſubſequutam declarationem factam à Io: Ba-
ptiſta Germano, cui dictæ literæ erant dire-
ctæ, ille enim de mandato hæredum Guidetti
duobus fere menſibus poſt ceſſionem litera-
rum factam à Studendolo recuſauit ſoluere pe-
cunias in illis tractas; non quidem ex cauſa
decoctionis, vel probabilis timoris eiuſdem,
quam vtique allegaſſet, ſi vere Studendolus per
duos menſes ante, vt prætenditur decoxiſſet,
ſed ex minus releuanti cauſa non ſequutæ ſolu-
tionis valoris earumdem, quæ ex iam dictis ni-
hil ſcribentibus profuit: Exindè namque vali-
dum argumentum eruitur, quod in principio
menſis Decemb. adhuc tertij, non innoteſcebat
decoctio de proximo ſubſequuta nimirum ſub
die 22. eiuſdē menſis & ideò ſub hoc pretextu
irritari non poſſunt actus decocti per duos ferè
menſes præcedentes decoctionem, qui ad ſum-
20 mum de colluſione, vel fraude redduntur ſuſ-
pecti intra breue terminum decem, vel 15. die-
rum, vt aduertit *Rota coram Buratt. deciſ. 9. nu.
2. & dec.85. nu.14. & dec. 295. nu. 15. par.15.
recent.*

Et ità Partibus hinc indè Informantibus re-
ſolutum fuit, &c.

R. P. D. VRSINO

Ciuitatis Caſtellanæ Manutentionis.

Lunæ 3. Iulij 1690.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur poſſidenti eo modo, quo poſ-
ſediſſe probatur. Philoſophię Studium nu-
meratur inter ſtudia maiora.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur exiſtenti in quaſi poſſeſſione negatiua ſoluendi.*

2 *Manutentio datur eo modo, & tempore, quo quis poſſedit.*

3 *Poſſeſſio dicitur mutata, mutata qualitate adiecta actibus poſſeſſorijs.*

4 *Manutentio ſucceſſori non poteſt decerni niſi eo modo, quam habebat anteceſſor.*

5 *Manutentio non competit ceſſante cauſa, per quam quis poſſedit.*

6 *Philoſophiæ ſtudium numeratur inter ſtudia maiora.*

7 *Philoſophia eſt pars Medicinæ.*

8 *Philoſophia, & Medicina connectuntur, tanquam ſorores.*

9 *Philoſophia eſt omnium ſcientiarum Mater, & Princeps.*

10 *Ac eſt præparatio ad ſtudia maiora Legum, Medicinæ, & Theologiæ.*

11 *Philoſophia, & Medicina ſunt nomina ſynonima.*

12 *Diſcretiua explicat quodcumque dubium.*

13 *Obſeruantia anteceſſorum probat obligationem ſucceſſorum.*

14 *Et praualet cuicunque intellectui etiamſi de iure verior eſſet.*

DECISIO XVII.

SEBASTIANVS Mariottellus à Communitate Galleſij electus annis præteritis in vnum ex quatuor adoleſcentulis, quos ipſa Communitas, vti hæres quondam Theophili Gargani manutenere tenetur in Studijs Vrbis, Humanitatis, & Philoſophiæ Studia in Collegio Patrum Ieſuitarum intra quinquennium abſoluit; ac deindè Medicinæ Theoricæ per annum incubuit in Sapientia Romana, Cumque intenderet Studium Medicinæ practicæ per aliud triennium proſequi, & à Communitate manutene-

ri

Digitized by Google

ri cum eodem ſubſidio ſcutorum octuaginta
annuorum per Teſtatorem ad hunc effectum
præſcripto,& Communitas è contra contende-
ret,quod tempus à Teſtatore indultum ad ſtu-
dia maiora abſoluenda iam eſſet conſump-
tum,& propterea denegauerit vlteriorem legati
ſubminiſtrationem; hinc introductum fuit ad
inſtantiam Mariottelli Iudicium manutentio-
nis coram A.C. eoque à Signatura ad Rotam
remiſſo,attenta pendentia ſimilis litis *coram Re-
uerendiſſimo Domino meo Decano*, *& præuia de-
ciſione edita ſub die prima Iulij 1689. coram
eodem Domino meo Emerix*, conceſſum fuit illi
mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſio-
ne exigendi dictam annuam præſtationem
ſcutorum 80., & quatenùs opus ſit mandatum
de immittendo. A quibus cum prouocaſſet
Communitas ad Signaturā Iuſtitiæ,& ab ea ob-
tinuiſſet Cauſam mihi committi; Inquirendum
propoſui ſub diebus quinta, & 12. Iunij proxi-
mi præteriti,An,& cui danda eſſet manutentio,
& reſolutio dictis duabus vicibus ob varieta-
tem ſuffragiorum dilata,hodie Conſultis de
mandato Rotæ omnibus Dominis prodijt
Communitati fauorabilis.

Cum enim quæſtio reſtringatur in eo,an Com-
munitas Galleſij teneatur perſoluere Legatum
à Theophilo Gargano relictum vltra ſexenniū,
& Communitas concludenter doceat per plu-
res actus, ſolutiones, & fidem Officialis ad
id deputati datos *in Summario num.6. 7.& 11.*
exiſtere in libertate non ſoluendi vltra ſexen-
nium nedum Mariottello,qui poſt ſexennium
nec obulum exegit,ſed etiam reſpectu omnium
aliorum Iuuenum ab annò 1661. quo initium
deſumpſit præſtatio huiuſmodi Legatorum
vſque nunc electorum; de plano ſequitur, quod
1 eidem Communitati debeatur proculdubio
manutentio in hac negatiua quaſi poſſeſſione
non ſoluendi vltra ſexennium ad *Text.in §.reti-
nendæ inſtitut. de interdict.* & in ſpecie tradide-
runt *Fontanella de pact. Nuptial. clauſ.7. gloſ.3.
par.10.num.12.& 42.& Poſth.de manutentione
obſeruat.10.num.23.& 165.*

Nec concedi debet, aut poteſt ipſi Mariot-
tello, nam & ſi iſte probet ſe exiſtere in quaſi
poſſeſſione exigendi annuam præſtationem per
Teſtatorem ſtatutam ad Studia maiora com-
plenda,nihilominus,cum non oſtendat, nec va-
leat oſtendere poſt tranſactum ſexennium exe-
giſſe dictum Legatum, deficere dicitur in ſalu-
tari probatione ſuæ quaſi poſſeſſionis intra
tempus controuerſum, eaque deficiente non
competit manutentio,quæ regulariter datur eo
2 modo, & tempore quo quis poſſediſſe proba-
tur, ex traditis per *Poſth. de manutentione ob-
3 ſeruat.73.à num. 11.* & præcipuè *num.18.& ſeq.*
& mutata qualitate adiectā actibus poſſeſſorijs
mutata dicitur poſſeſſio, ita vt non ſit amplius
eadem vt prior, ſed altera,vt in ſpecie aduer-
tit *Rota deciſ.646.num.13.verſ.præter quod cum
duobus ſeqq. penes Poſth. de manutent. & deciſ.
257.num. 8.& ſequen.par.14.vbi concordan.*

Eoque magis,dum anteceſſores adoleſcentu-
li,& ille etiam,in cuius locum ſuccedit Mariot-
tellus per ſexennium dumtaxat, & non vltra
hanc obtinuerunt præſtationem annuam,atque
Communitatem generaliter quietarunt cum
verbis. *Per ſaldo,e final pagamento, vt in Sum-
mario num.11.* quinimò eorum vnus, qui præ-
tendidit vlteriorem ſubminiſtrationem poſt
completum ſexennium reiectus fuit per ſenten-
tiam R.P.D. mei Cauallerini, tunc A.C. Lo-
cumteneotis, *vt in Summario num. 3.* Vndè in
4 hoc poſſeſſorio remedio non poteſt Mariottel-
lus plus prætendere, ſeu obtinere, quàm obti-
nuerint illi,in quorum Iura, & locum fuit ſub-
rogatus ex plenè congeſtis per *Gratian.diſcept.
716.num.3.cum ſeqq. Poſth.de manutent. obſeru.
55.num.110.& Rota poſt eumdem deciſ.151.num.
9.& 10.& deciſ.654. num.8, ſequen. & ſignanter
num.11.& 12.par.18.recent.*

Hæc ſufficere Domini opinabantur ad defi-
niendam hodiernam quæſtionem in Iudicio
manutentionis exagitatam, ſed vlterius pro-
grediendo ponderarunt, quod vbi etiam Ma-
riottellus exiſteret in quaſi poſſeſſione exigen-
di controuerſam ſubuentionem,adhuc cum in-
tentatum remedium poſſeſſorium totaliter pē-
deat à petitorio, à Cauſa ſcilicet temporali
ſubminiſtrationis ſubſidij ad certum tempus à
Teſtatore deſignatum, eo vtique finito, & ceſ-
ſante eadem Cauſa obligatoria, vt mox infra
oſtendetur,ceſſauit etiam omnis poſſeſſio, quæ
5 per ipſum fuit acquiſita, & conſequenter ma-
nutentio incompetens etiam redditur, vt opti-
mè tradit *Gratian.diſcept.320.num.75.Zacchias
de Salario quæſt.95. num.3. & ſeq.* Rota apud
Poſth.de manutentione deciſ.181.num.9.& egre-
giè *in deciſ.683.num:3. & ſeq.coram bon. mem.
Cardin.Cerro.*

Ceſſauit quippe Cauſa obligatoria ſubmi-
niſtrationis annui Legati. Quia Teſtator
expreſsè mandauit Communitati eius hæredi,
vt ex fructibus hæreditatis ſubminiſtret qua-
tuor adoleſcentulis ex dicta Patria Oriundis,
& à Conſilio generali nominandis annua ſcu-
ta 80.pro quolibet, donec curſum Studiorum
minorum compleuerint; *eis autem expletis iuſ-
ſit,vt per aliud triennium tunc proximum cum ea-
dem ſubuentione manutenerentur in Vrbe ad hoc,
vt ibi maioribus Studijs aut legum,aut Medicinæ,
vel etiam Sac.Literarum,aut aliarum ſcientiarum
operam dare valeant*, vt ſunt verba præciſa Te-
ſtamenti. Vndè cum Mariottellus completis
Studijs minoribus, & gramaticalibus trien-
nium à Teſtatore indultū iam conſummauerit
partim in Studio Philoſophię partim Medici-
næ,& in vtraque lauream doctoratus ſuſcepe-
rit,expirauit vtique obligatio vlterioris ſub-
uentionis, cum Studium Medicinæ litteraliter
fuerit inter Studia maiora à Teſtatore conſi-
deratum;Studium autem Philoſophię in eadē
diſpoſitione ſatis comprehenſum dicatur, vel
6 ſub nomine Studiorum maiorum, inter quæ
Philoſophiam diſcretiuè à Studijs Grammati-
cæ,alijſque minoribus adſcribendam notarunt
Menoch. conſ.885. num.9. Zeninch. de Accadem.

*lib.8.tit.de Doctor. num.164. Carpzou. de Iuriſ-
prud.Eccleſiaſt.lib.2. definit.397. num.6. Theodo-
rus* Reiching.*de Regim.ſecul.clauſ.5.cap.11. num.
52.& ſequen.&* Georgius *Draudin.Scheda Regia*
7 *Aphoriſ.17.fol.759.§.fons huius*, vel ſub nomine
Medicinæ, cuius pars integralis eſt Philoſo-
phia, quæ plerumque cum ipſa Medicina con-
funditur, quemadmodum Teſtatur *Gloſſ.in leg.
vnica Cod.de Studijs liberal. Vrbis lib. 11. verbo
qui Philoſophia* , & luculenter demonſtrant *Ti-
raquel.de* Nobilit.*cap.31. num.287. &.ſequens.
& Zacch.quæſtion.Medico-Legal.lib.6. tit.3.qu.
2.num.12.fol.437.Pereira de Academ.lib.1.qu.
3.num.141.& num.143.& ſequens.* vbi ait Me-
8 dicina ipſa Philoſophia eſt , aut certè ita
connectitur, & cohæret , vt Plato , & Ariſto-
teles Sorores eſſe dixerint, & concordat *Petrus
Andreas Gama in* Tractatu *de Veritate , & Ex-
cellentia legalis ſcientiæ num. 45.* vel denique
ſub appellatione aliarum ſcientiarum , quas
ibidem Teſtator poſt Leges, Medicinam, & Sa-
cras Litteras generaliter expreſſit . Philoſo-
phia enim nedum eſt ſcientia , ſed omnium
9 ſcientiarum Mater , & Princeps ; vt monet
Marc. Mantua in Tractatu *de Concil. num.*102.
*& ſequent.*Roxas *de incompatibilitate* Regni *par.
1.cap.3.num.1. Caſſan.in Catalog. gloriæ Mundi
par.10.conſider.42. per totam,*

Indèque de facili eliditur argumentum in
contrarium adductum , & in præcedenti deci-
ſione huius Cauſæ approbatum , quod ſcilicet
cum Teſtator poſt abſoluta minora ſtudia aſſi-
gnauerit integrum triennium ad explenda ſtu-
dia maiora legum, aut Medicinæ, aliarumque
ſcientiarum, in neceſſarium antecedens ſuppo-
10 ſuerit inter minora ſtudia illud Philoſophiæ ,
quæ eſt clauis, & præparatio ad ſtudia maiora
Legum, Medicinæ, & Sacræ Theologiæ ; Nam
cum ex ſuperius firmatis conſtet, Philoſophiam
eſſe partem integralem Medicinę , ac cum ipſa
confundi, dicendum vtique eſt , quod Teſtator
nominando totum , comprehenderit partem
11 quoque eiuſdem totius , atque exprimendo
Medicinam expreſſerit quoque Philoſophiam,
cum hæc nomina ſint ſynonima, atque inuicem
confundantur, vt in ſpecie inquit *Gloſſ.in l.vni-
ca Cod.de ſtud.liberal.Vrbis lib.*11, in verbo *qui
Philoſophiæ*, vbi inquit *per Hos etiam Medicos
potes compræhendere* , & comprobant Authores
ſuperius laudati *in §. Proximè præcedenti* ,

Hęcque interprætatio quę propriæ verborũ
ſignificationi conſonat, viſa eſt fomentum reci-
pere vlterius à diſcretiuo, & diuerſo modo prę-
ſtationis legati , quem Teſtator indixit circa
ſtudia maiora, quemque idemmet Mariottellus
contradiſtinctè adunguem practicauit ; nam
quando Teſtator voluit adoleſcentes operam
dare debere ſtudijs inferioribus , ſolutionem
ſcutorum 80. faciendam eſſe iuſſit ipſius Colle-
gijs, Seminarijs , aut Dozzenis Almæ Vrbis ,
quando verò pro ſtudijs maioribus conceſſit
aliud triennium, eamdem ſolutionem facien-
dam eſſe demandauit in manibus eorumdem
iuuenum ; Mariottellus autem quouſque per
triennium operam nauauit ſtudijs grammati-
calibus, & humanitatis paſſus eſt iuxta legem
Teſtamentariam , vt ſolutio per Communita-
tem facta fuerit Dozzenę, vbi ipſe inhabitauit;
Pro reliquo vero tempore , ac per ſubſequens
aliud triennium, quo incubuit maioribus ſtu-
dijs Philoſophiæ , & Medicinæ ipſemet in ma-
nibus proprijs recepit annuam præſtationem ,
vt liquet ex ſolutionibus datis in *Summario nu.
1.& 6.litt.A.& B*, vndè ex hac diſcretiua ordi-
natione iuncta cum diſcretiua receptione pra-
12 cticata per Mariottellum ſatis diſtinctum re-
manet tempus, quo iſte ſtudijs maioribus ope-
ram dediſſe dicatur , & in dubia exindè emer-
git explicatio cuiuſcunque intellectus ambigui
ex traditis per *Spadam conſ. 143. num. 7. verſ.
Quin ſi multum lib.1. & Rota deciſ. 169. num.1.
& deciſ.255.num.4. & 5.par.1.recent. & deciſ.
105.num.19.coram Bichio, & deciſ.251. num.23.
par.19.recent ,*

Et his demum ſuperaccedit ſubſequuta ob-
ſeruantia vniformis ab anno 1661. vſque in
hodiernam diem pacificè practicata, iuxta
quam Communitas cæteris alijs Iuuenibus
Mariottelli anteceſſoribus diſcretiuè , & con-
tradiſtinctè pro ſtudiorum diuerſitate annuam
præſtationem perſoluit, atque terminato ſexen-
nio ſtatim ceſſauit à præfata ſubminiſtratione
13 legati , vt in *dicto Summario num.6. 7. & 11.*
Obſeruantia autem anteceſſorum actiuè , &
paſſiuè probat, ad quid teneantur ſucceſſores ,
atque ex ea reſultat optima interprætatio præ-
14 ualens cuicunque intellectui verborum , qui ex
littera Teſtamenti poſſet emergere, etiamſi eſſet
de iure verior iuxta firmata per *Rotam in dec.
5.num.17.& tribus ſeqq.& deciſ.6.num.7. par.
14.& deciſ.185.num.11.par.19.recent.*

Et ita non ſemel nec bis , ſed ter Cauſa pro-
poſita omnibus Dominis Suffragantibus reſo-
lutum fuit vtraque, &c.

R. P. D. VRSINO,

Romana Prælationis,

Veneris 19. Ianuarij 1691.

ARGVMENTVM,

Prælationis ius cenſus ceſſionario cõpetere ſuper
fundo cenſito, ex Bulla Piana ſolidè firmatur ,
& variæ inter retractum iure conſanguinitatis,
& vicinitatis, & illum debitum cenſuario tra-
duutur,

SVMMARIVM.

1 *Prælatio competit cenſuario in emptione fundi
cenſiti .*
2 *Prælationis ius non eſt perſonale, ſed ceſſibile .*
3 *Prælationis ius non amittitur à ceſſionario , ſi
cedens poſt ceſſionem cenſum extinguat .*
4 *Prælatio inſeparabiliter annectitur cenſui .*
5 *Cenſus non extinguitur ex diſdicta, neque ex de-
poſito .*

poſito, ſed adhuc remanet per bimeſtre à die diſdicta.
6 *Fructus bimeſtris poſt diſdictam cenſus debentur.*
7 *Prælationis ius in iudicio deductum, & à Iudice præſeruatum in retrouenditione cenſus non poteſt mutari per ſubſequentem cenſus extinctionem.*
8 *Retractus perſonalis deductus in iudicio conſeruatur etiam mortua perſona.*
9 *Prælationis ius in iudicio deductum licet remota cauſa non remouetur.*
10 *Prælatio peti nequit abſque ſpeciali mandato, Declara num.12.*
11 *Procurator, qui ſemper fuit citatus, cenſetur approbatus.*
13 *Retractus ius nequit colluſiuè cedi in præiudicium emptoris.*
14 *Colluſio excluditur à qualitate perſonarum.*
15 *Colluſio nequit inferri ex contractu ſeparato.*
16 *Induſtria principaliter tendens ad proprium commodum, licet in conſequentiam inuoluat præiudicium alterius, eſt laudabilis.*
17 *Imagines maiorum in Domo Gentilitia non videre, vel reuulſas videre ſatis lugubre eſt.*
18 *Ius retractus præſcribitur ſpatio triginta annorum, licet plures interceſſerint venditiones.*
19 Cenc. de cenſ. quæſt. 66. num. 13. *reprobatur.*
20 *Retractus iure cenſus differt à retractu iure ſanguinis, vel vicinitatis.*
21 *Conſanguineus, vel viſinus patientes fieri venditionem, excludantur à retractu in ſecunda, & tertia venditione, ſi hæc fieri contingat poſt ſpatium triginta annorum.*
22 *Ius retrahendi inhæret perſonæ conſanguinei, vel vicini.*
23 *Omnis actio præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
24 *Prælatio competens cenſuario fundatur in re cenſita, propter ius in re.*
25 *Prælationis petendæ actio cenſuario durat vſque ad triginta annos in quacumque venditione fundi cenſiti.*
26 Bulla Pij V. 79. *explicatur.*
27 *Ius retractus ex vicinitate, vel conſanguinitate cedi non poteſt.*
28 Bulla Gregorij XIII. ſuper prælatione *exponitur.*
29 *Apocha nullo teſte munita eſt ſuſpecta de antidata.*
30 *Venditio ineffectuata non attenditur ad effectum prælationis.*
31 *Prælatio ex Bulla Gregoriana ceſſat, vbi Palatium retrahendum eſt omnibus numeris abſolutum.*
32 *Retractus complecti valet omnes res emptas arbitrio emptoris.*

DECISIO XVIII.

CVM Adminiſtratores Ven. Hoſpitalium Sanctæ Mariæ de Vita, & Morte Ciuitatis Bonon. & hæredum bon. mem. Cardinalis Hieronymi Boncompagni *ſub die 2. Decembris* 1687. vendidiſſent D. Marchioni Vidoni Vaino Palatium magnum ſitum hic in Vrbe *in Platea Sora*, necnon Palatium illi contiguum vnà cum Apothecis, Stabulis, & Fenile, ac etiam Vineam extrà Portam Equitum leuis Armaturæ pretio ſcutorum 35. mil. non denunciatis Patribus Sancti Bernardi Vrbis ad Thermas Diocletianas habentibus ſuper dicto Palatio *Plateæ Soræ* Cenſum ſcutorum 2000. *vſque de anno* 1600. à Duce Iacobo Boncompagno impoſitum, Excellentiſſima D. Hyppolita Ludouiſia de Boncompagnis Vxor D. Ducis Soræ vigore ceſſionis translatiuæ, & non extinctiuæ præfati cenſus, omniumque eius iurium, quam à dictis Patribus *ſub die 21. Ianuarij* 1688. reportauit, iudicialiter petijt ſuper bonis vt ſupra venditis præferri D. Marchioni Vaino ex diſpoſitione notiſſimæ *Conſtitutionis Pianæ* ſuper forma creandi cenſus, atque à R. P. D. meo Cauallerino tunc A. C. Locum tenente, nunc autem inter Patres huiuſce Senatus digniſſimè cooptato, fauorabilem obtinuit ſententiam, à qua deuoluta cauſa appellationis, eaque mihi delegata, diſceptandum hodiè propoſui. *An eſſet locus Prælationi?* Et Domini affirmatiuè reſpondendum cenſuerunt.

Cum enim creditori cenſus in vim *Conſtitu-*
1 *tionis B. Pij Quinti* competat prælatio in emptione fundi cenſiti, & D. Ducíſſa Soræ mediante ampliſſima ceſſione Cenſus reportata à Patribus Sancti Bernardi Cenſuarijs in omnibus iuribus cedentium ſucceſſerit: fundatam vtique habere dignoſcitur intentionem pro obtinenda prelatione, ſiue retractu, cuius ius, cum non ſit perſonale, ſed alijs de ſui natura ceſſibile, tranſijt cum ceſſione prefati Cenſus pe-
2 nes ipſam ceſſionariam, ex traditis in ſpecie *per Ciarlin. contr. 121. num. 4. Pilaia deciſ. pontif. lib. 2. deciſ. 10. de cenſ. num. 21. in fine, Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 2. num. 19. & 20. Duard. de cenſ. §. 4. quæſt. 12. num. 1. Olea de ceſſ. iurium tit. 3. quæſt. 2. num. 31. Modern. Stiu. de Prælat. quæſt. 32. num. 40. Cenc. de Cenſ. quæſt. 66. num. 122. & ſeqq. &* Rota *poſt eum deciſ.* 307. *num. 2. &* 308. *num. 23. & coram Merlin. deciſ. 201. num. 1. & ſeq. & in rec. deciſ. 121. num. 2. & 3. par. 17. & deciſ. 286. num. 2. & ſeqq. par. 18. & deciſ. 120. num. 2. par. 19.*

Non negabant pro D. Marchione ſcribentes veritatem concluſionis, ſed eam ex quatuor limitationibus, ſiue exceptionibus declinare ſtudebant, quæ tamen tanquam inſubſiſtentes viſæ ſunt non ſuffragari ad euitandam prælationem.

Non quidem prima ex eo deducta, quod tempore, quo petita fuit prælatio, Cenſus iam fuerit extinctus mediante reſtitutione pecuniarum per viam depoſiti facta, ac præuia diſdicta legitimè exequuta contra Patres Sancti Bernardi ad formam *Conſtitutionis Pianæ*; Etenim quicquid ſit, an pretenſa Cenſus extinctio præiudicet Excellentiſſimæ D. Ducíſſæ

ceſſionarię, quæ ius ad petendam prelationem
nanciſcitur à die ceſſionis 21. *Ianuarij* 1688.
exercibile eo modo, quo erat apud Patres S.
3 Bernardi cedentes, & in eſſe deductum à die
ſequutę venditionis 2. *Decembris* 1687. tàm
ex diſpoſitione Iuris ſuperius comprobata,
quàm ex verbis Inſtrumenti ceſſionis cum om-
nibus iuribus vſque tunc competentibus ipſis
creditoribus, *Summar. D. Duciſſæ ſub num.* 3.
ibi — *Et ex cauſa, & titulo huius venditionis
ceſſerunt quoque eidem Excellentiſſimæ D. Hip-
politæ omnia, & ſingula iura &c. nullo iure &c.*
& propè finem, *omnia, & ſingula iura, actiones,
& priuilegia anterioritatis, & potioritatis, &
alia quæcumque ad ipſos quomodolibet ſpectan.*
Itaùt dum D. Duciſſa erat effecta vera Credi-
trix Cenſuaria mediante tàm ampla ceſſione,
& acquiſiuerat ius prælationis, ob extinctio-
nem Cenſus poſteà ſequutam nullum ei præiu-
dicium, re ampliùs non integra, generari po-
tuerit; iuxta tradita per *Cyriac. contr. 254. n. 46.
Thomat. deciſ. 40. num. 32. Card. de Luc. de cenſ.
diſc. 40. num. 9. & diſc. 41. num. 2. in Suplement.
Moder. Setin. de prælat. quęſt. 32. num. 14. & ſeqq.*
ſuper quo DD. nihil firmare voluerunt,

In pręſenti ex facto euitari videbatur quę-
ſtio Iuris, & repugnantia Authoritatum, quę
ex parte D. Marchionis in contrarium addu-
cebantur ad probandum, quod ſi licita eſt ex-
tinctio Cenſus in manibus cedentis veri Do-
4 mini, ceſſet quoque prelatio, quę inſeparabili-
ter annectitur eidem cenſui iuxtà tradita *per
Boccacc. de cenſ. quæſt. 2. num. 61*, Cenc. *de Cenſ.
quæſt. 65. num. 16. & ſeq. & quæſt. 66. ſub num.
1. & 2. Duard. eod. tract. §. 4. quæſt. 9. num. 2. &
quæſt. 13. in fin. Rot. coram Dunozzet. Sen. deciſ.
187. num. 1. & per tot. & in rec. par. 18. deciſ. 758.
num. 4. & ſeq. & par. 19. deciſ. 140. & deciſ. 143.
vtrobique num. 7.*

Siquidem quæſito ipſis Patribus Sancti Ber-
nardi creditoribus Cenſuarijs iure prælationis
à die venditionis ſequutæ *anno* 1687. quæ illis
denunciata non fuit, eoque transfuſo in D.
Duciſſam Ceſſionariam ex Inſtrumento ceſſio-
nis *die 21. Ianuarij* 1688. iſta habita notitia
diſdictæ Cenſus factæ per D. Marchionem *ſub
die 9. Februarij eiuſdem anni* 1688. ac depoſiti
ſortis, & fructuum die ſequenti ſequuti aduer-
sùs Patres Sancti Bernardi, *ſub die 19. eiuſdem
menſis* judicium inſtituit monitorio expedito
coram A. C. Thomato ſuper prælatione, &
deinde, nempè *ſub die 13. Aprilis* 1688. ſequuta
fuit formalis extinctio, ſeu retrouenditio dicti
Cenſus à Iudice decreta cum expreſſa præſer-
uatiua iurium partium, *vt in Summar. D. Duciſſæ
num. 8. litt. B. in fine*; Ex qua facti ſerie patet,
quod vigente adhuc cenſu, & nondum extin-
cto, judicium ſuper prælatione inſtructum fue-
rit, dum nec diſdicta, nec depoſitum extin-
5 guunt cenſum, qui adhuc viuit per duos men-
ſes decurrendos à die diſdictæ ex claris verbis
Conſtitutionis 79. B. Pij V. §. 6. *Bullar. tom.*
2. ibi — *Cum verò traditione pretij redditus ex-
tinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id de-
nunciari, cui pretium dandum erit*; Et tradunt
*Cenc. de cenſ. quęſt. 111. num. 46. verſ. nec videtur
vigere, & num. 47. in princip. & num. 63. Salgad.
in labyrinth. credit. par. 2. cap. 29. per tot. & ſignan-
ter num. 8. Rota poſt eumdem Cenc. de cenſ. deciſ.
82. num. 5*, vbi quod ideò ſoluendi ſunt fructus
6 illius bimeſtris, qui profectò percipi non poſ-
ſent citrà vſuram, niſi ex cenſu adhuc viuo.

Hoc autem poſito certum eſt in iure, & ad-
7 mittunt etiam ſcribentes pro D. Marchione,
ius prelationis in iudicio deductum, immò &
præſeruatum à Iudice in retrouenditione Cen-
ſus, perpetuari vſquequo durat tempus inſtan-
tiæ iudicialis, nec potuiſſe ampliùs mutari per
ſubſequutam Cenſus extinctionem; vt in for-
8 tioribus terminis retractus perſonalis, qui re-
gulariter extincta perſona euaneſcit, deductus
tamen in iudicio, etiam mortua perſona con-
ſeruatur, firmant *Peregrin. in deciſ. Pataum. 22.
num. 3. per tot. Olea de ceſſ. iur. quæſt. 2. num. 9.
Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 417. num. 379.*

Ius enim prælationis, licèt habeat cauſam
temporalem, producit tamen effectus, qui ceſ-
9 ſante cauſa non ceſſant, & vbi, prout hìc, per
petitionem judicialem ſuum habuit effectum
conſummatum, remota cauſa minimè remo-
uetur; ex ponderatis *per Tiraquell. in tract. ceſ-
ſante cauſa limit. 4. per totam*, Nouar. *quæſt. fo-
renſ. 67. num. 10. par. 1. Card. de Luc. de donat. diſc.
8. num. 14. in fine, & de legit. diſc. 5. num.* 7. Rota
*deciſ. 12. num. 11. in fine coram Buratt. & dec. 131.
num. 4. coram Mantic*, & ſępè in alijs.

10 Nec obtinuit replicatio, quod Bonauentu-
ra Martinellus, qui monitorium ſuper prela-
tione expediuit, non habuerit mandatum ſpe-
ciale Procurę, quale ad prelationem petendam
requiritur; Tum quia in omnibus actibus ſupe-
rius recenſitis pro parte D. Marchionis ſemper
citatus fuit Martinellus vti Procurator eiuſdem
11 D. Duciſſę; vndè vel omnia geſta eo citato
corruunt, ſicque diſdicta Cenſus, & pecunia-
rum depoſitum, alioquin aduersùs eumdem in-
timata nil operantur, vel verius illius perſona
dicitur in omnibus approbata, R*idolphin. in
prax. par. 1. cap. 2. num. 188. & ſeqq. Rot. coram
Seraphin. deciſ. 140. num. 1. & coram Gregor. deciſ.
180. num. 6. vbi Adden. num. 2. & coram Coccin.
deciſ. 61. num. 3.* & alibi paſſim.

Tum etiam, quia cum actus geſti à pręfato
Martinello, ac etiam interlocutoria Iudicis
tenderent ad conſeruandum ius exercendi
12 actionem retractus deducibilem, ac compe-
tentem D. Duciſſę ob diſtractionem fundi cen-
ſiti irrequiſito Cenſuario, ſpeciale mandatum,
quod de iure exigitur ad exercendum ius pre-
lationis ratione obligationis, quam exinde
Principalis, ſeu Dominus contrahit ad pretium
oblatum, viſum non fuit in hoc caſu adeò ne-
ceſſarium, cum ageretur de re merè fauorabi-
li, ac conſtituente D. Duciſſam Principalem
in facultate, & arbitrio vtendi, vel non vtendi
beneficio prelationis, ſed ſatis fuit mandatum
procurę à iure pręſumptum, vel verius, vt di-
ctum eſt, ab ipſomet D. Marchione Vaino pre-

ſup-

Digitized by Google

ſuppoſitum *ad text.in l.diligentia §. final.& l. ſi
quis pro eo in fine ff.mandat.& Rota dec.93. num.
14.& 15.par.10.rec.*

Ex facto pariter inſubſiſtens detegebatur
ſecunda limitatio deducta ex colluſione, ſeu
ſimulatione ceſſionis præfati Cenſus, quæ cum
obtenta fuerit *ſub die 31. Ianuarij* 1688. à D.
Duciſſa, ac per eamdem *ſub die 21. Martij ſub-
ſequentis*, non amotis pecunijs à Sac. Monte
Pietatis, impoſitus fuerit Cenſus ſimilis ſum-
mæ ad fauorem eorumdem PP. S. Bernardi;
13 præordinata dicitur ad palliandam mutatio-
nem actionis retractus, quę à Cenſuario fieri
prohibetur in præiudicium Emptoris. Etenim
hæc ceſſio exoluta pecunia facta probatur cum
omni bona fide vigore Decreti Emin. Card.
Vicarij, & præuia licentia Sac. Congr. Epiſco-
porum, & Regularium, quæ ſinceritatem, &
vtilitatem actus præcognouit *Summ. D.Duciſſæ*
14 *ſub num. 3.* Vndè nec opus eſt ſuperaddere
concluſionem, quod attenta qualitate Religio-
ſorum ex vna parte, & D. Duciſſæ eximiæ No-
bilitatis, & bonitatis Magnatitiæ ex altera,
exulet quæcumque colluſionis ſuſpicio; iuxta
tradita per *Menoch.de arbitr.caſ.* 156. *num.* 10.
*Rota recent. par.5.deciſ.596.num.31.& ſeqq. &
par.7.deciſ.253.num.63.& par.17.deciſ.107.nu.
16.& in Neapolitana Fabricæ 27. Iunij 1678, §.
1.in fine coram Reuerendiſs.D.meo Decano, & 30.
Ianuarij 1679.§.Verum etiam coram bo.me.*Ron-
dinino,

Cenſus autem ad fauorem eorumdem PP.S.
Bernardi impoſitus fuit à D. Duciſſa duobus
ferè menſibus poſt; Ideoque ex ſeparato pæni-
15 tus contractu nulla poteſt inferri nota colluſio-
nis, ſeù fraudis quoad ceſſionem habentem
cauſam diuerſam, & Authore Prætore antece-
denter obtentam, ſed ſiquæ vnqnam conſidera-
bilis extat correſpectiuitas intèr duos hoſce
contractus, hæc potiùs tribuenda eſt induſtriæ,
& diligentiæ D. Duciſſæ, quæ laudabilis vndi-
16 que apparet, nec videtur vlla ex parte damna-
bilis, cum principaliter tendat ad acquiren-
dum ius ad commodum proprium pro conſer-
uando tàm inſigni Palatio in nobili Familia
de Boncompagnis, à qua etiam Platea illi adia-
cens denominationem vſque ab initio deſump-
17 ſit *di Piazza di Sora*: dum in domo Gentili-
tia non videre, vel reuulſas videre Maiorum
imagines ſatis lugubre eſt, inquit *Conſtantinus
in l.ea, quæ Tutores C.de adminiſtrat.tutor.* licèt
in conſequentiam inuoluat præiudicium D.
Marchionis Emptoris, iuxtà regulam *Text. in
l.1.ff.de authorit.Tutor*, cum alijs *in deciſ.* 360.
num.25.par.18.rec. vbi concordantes.

Tertia limitatio deſumebatur ex eo, quod
venditio iſtius Palatij priùs facta fuit à D. Du-
ce Vgone bon. me. Cardinali Boncompagno
18 eius fratri *vſque de anno* 1651. acquieſcentibus
PP. Sancti Bernardi, nec prælationem petenti-
bus vigore Cenſus prædicti *Summar.D.Marchio-
nis num.1.& ſeqq.*, adeoque dum ab eo tempo-
re vſque ad annum 1687. quo fuit inſtructum
iudicium ſuper prælatione, interceſſerunt tri-
ginta quinque anni, ex hoc curſu trigenarij
temporis præſcriptum fuerit ius retractus, li-
cet plures interceſſerint venditiones, & Pala-
tium liberè tranſierit in ſecundum Emptorem
ex adductis per *Tiraquell. de retract. conſangui-
nit.§.1.gloſ.10.num.10.& 18.§.39.gloſſ.2.num.
36.Cenc.de Cenſ.quæſt.66.num.13.Duard.de Cenſ.
§.4.quæſt.16.num.8.& quæſt.66.num. 49. Gra-
tian.diſcept.742.num.12.& ſeqq. Antonell. de
tempor.legal.lib.3.cap.2.num. 9. Boer. deciſ. 76.
pariter num.9.Giurb.deciſ.75.num.7.verſ.non ob-
ſtante, Rota coram Sanctiſs. D. N. deciſ.* 268.
num.6,

19 Verum excepto *Cencio* cum circumſtantijs
ab hoc caſu diuerſis loquente, cuius doctrinam
minùs veram DD. mei iudicarunt, animaduer-
ſum fuit, ferè omnes Iuriſperitos mox addu-
ctos loqui in retractu iure conſanguinitatis,
aut vicinitatis, vel fundari in doctrina *Tira-
quelli*, & aliorum loquentium in his retracti-
bus iure ſanguinis, vel vicinitatis, inter quos
20 & retractum iure Cenſus maxima intercedit
differentia, quidquid dicat *Ciarlin.controu.*121.
*num.*23. in retractu enim iure ſanguinis, ſi con-
ſanguineus patitur fieri venditionem alteri, ſi-
cuti eſt etiam in retractu ex iure congrui com-
petente alicui tanquam Vicino, excluditur à re-
21 tractu in ſecunda, & tertia venditione, ſi hæc
fieri contingant poſt ſpatium triginta anno-
rum à die primę venditionis, à qua initium
22 temporis ad hunc effectum deſumitur, quia
iura hæc retrahendi inhęrent perſonæ conſan-
guinei, vel vicini, vt inquit *Tiraquell.de retract.
conſanguin.§.1.dicta gloſ.10 num.8.Napod. in
conſuet.Neapolit.tit.de iur. congr. in conſuet. ſi
quis emit verb.poſſidet, Capyc.latr. deciſ. 46. &
Carol.Anton.de Luc.ad Franc. in obſeruat. ad de-
ciſ.389.vbique num.2.*

Reſpectu cuius perſonę coniunguntur tem-
23 pora vtriuſque venditionis, & inſimul compu-
tantur ad complendum ſpatium trigenarium
quo temporis curſu omnis actio pręſcribitur,
licet perpetua, *ad text.in l.3.C.de præſcript. 30.
vel 40.annor.Menoch.conſ.143.num. 17. & 19.
Gratian.diſcept.2.num.15.Rota deciſ.63.num.10.
par.17.rec.*

Non ſit autem in retractu, qui Cenſuario
24 competit; cum enim illius actio fundetur in re
cenſita, propter ius in re, vt inquit *Rot.in deciſ.
156.num.6.poſt Cenc. de Cenſ.* quotieſcumque
25 hęc vendatur, ſemper oritur noua actio ad pe-
tendam Prælationem, eaque perpetuatur per
triginta annos, cumque rei adhæreat, rem ipſam
perſequitur aduerſus quemcumque poſſeſſorem
& in qualibet rei cenſitę alienatione reuiuiſcit
ius Creditoris Cenſuarij ad effectum retractus,
quæmadmodum elicitur ex verbis eiuſdem
26 Conſtitutionis 79. Pij V. §. 6. *Bullar. tom.* 2.
ibi -- *Vbi autem vendenda ſit res Cenſui ſuppoſi-
ta, volumus Dominum Cenſus alijs omnibus præ-
ferri, eique denunciari conditiones, quibus ven-
denda ſit, & per menſem expectari*, & clarè fir-
mat *Antonell.* ſe ipſum explicans *de tempor.le-
gal.lib.3.eodem cap.2.num.3.Duard.de Cenſ.§.4.*

num.

num. 17. per totam, qui paritèr ſe ipſum explicat, atque ex profeſſo reprobat *Cencium* contrarium tenentem, *Modern. Setin. de prælat. quæſt. 32. num. 28. & optimè* Rot. *in deciſ. 52. ſub num. 3. & ſeqq. coram Duran.*

Atque hinc ad diſtinctionem iuris prælationis ex Cenſu, quod veluti adhærens rei cedi poteſt; vt ab initio ſuperiùs probatum fuit, ius
27 retractus ex vicinitate, vel conſanguinitate, veluti adhærens perſonæ cedi non poteſt, vt alijs relatis diſtinguendo caſum à caſu *Cenc. de Cenſ. quæſt. 66. num. 18. & ſeqq. Ciarlin. contr. 121. num. 35. Ciroce. diſcept. 29. num. 70. Palm. Iun. allegat. 8. num. 35. tom. 1. Giurb. deciſ. 51. nu. 8.* cum alijs relatis per *Modern. Setin. caſum à caſu diſtinguentem de prælat. quæſt. 10. num. 7.*

Quarta denique obiecta limitatio deſumebatur ex eo, quod D. Marchioni debeatur po-
28 tior prælatio *ex notiſſima Conſtitutione Gregorij XIII.* tanquam poſſidenti Palatiolum, & quaſdam Domus vicinas controuerſo Palatio, & parato ad ampliandam illius fabricam pro maiori Vrbis ornatu; Verùm inapplicabilis viſa fuit diſpoſitio Bullę Gregorianę, non ſolum quia emptio præfatarum Domorum adiacentium, quibus hodiè paratum ſe exhibet D.
29 Marchio ad ampliandum Palatium, redditur ſuſpecta de antidata; tanquàm facta per ſimplicem Apocham, nullo Teſte ſubſcriptam, & carentem requiſitis à iure in *l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habean.* ſed etiam quia apparet ineffectuata, dum poſt emptionem prætenſam aſſignatę fuerunt ab ipſiſmet Hoſpitalibus hęredibus penſiones vnius ex dictis Domibus pro ſatisfactione creditorum hæreditatis Cardinalis Boncompagni, atque ſuper altera ex illis conſummata fuit executio ab altero Creditore hęreditario, *Summar. D. Duciſſæ num. 6. & ſequen.* ſicque conſtat huiuſmodi Domos non
30 exiuiſſe ab hęreditate Cardinalis Boncompagni mediante ſupradicta Apocha venditionis, quod concludenter conuincit eamdem Apocham, vel de antidata ſuſpectam, vel prorſus ineffectuatam, & propterea nihil in eſſe ponentem, prout in fortioribus terminis Inſtrumenti, quod illius exequutio requiratur ad effectum prælationis tradiderunt *Card. de Luc. de ſeruitut. diſc. 82. per tot. Rota coram Sanctiſs. D. N. deciſ. 40. num. 22. & ſeq. & in Bonon. Concurſus Creditorum 13. Iunij 1681. §. Inobſeruantia coram me, & in Carpen. Hæreditatis, ſeu fideicommiſſi 17. Maij 1686. §. Nec pro excluſione ad finem, & ſeqq. coram bon. mem. Albergato.*

Et vlterius ad eliminationem eiuſdem obiecti ponderabatur, quod cum Palatium ſit numeris omnibus abſolutum, & in qualibet ſui
31 parte perfectiſſimum, non eget vlla ampliatione, nec aliquo ornatu, adeoque cum non adſit modus adimplendi finem à *Conſtitutione Gregoriana* exoptatum, nempè maioris Vrbis ornatus, ceſſat prorſus diſpoſitio eiuſdem Conſtitutionis, iuxtà celebre conſilium *Petri Aldobrandini apud* Rub. *ſingular. par. 3. fol. 211. & 212. Card. de Luc. de ſeruitut. diſc. 76. num. 12. verſ. ſed quia Rota, & diſc. 79. num. 2. Modern. Setin. de Prælat. quæſt. 33. num. 35. & ſeq.* Rota *cor. Merlin. deciſ. 886. num. 42. & ſeqq. & deciſ. 437. num. 10. & ſeq. & num. 32. & ſeqq.*

Neque plus denique valuit oppoſitio aduerſus ſententiam R.P.D. mei Cauallerini, quod nempè ipſe non potuerit tribuere prælationem D. Duciſſæ Cenſus Creditrici ex ceſſione iam dicta, niſi quoad Palatium, quod ſtat pro fundo cenſito, non autem ſuper Palatiolo, & Nemore extra Portam Equitum leuis Armaturæ, in quibus cenſus non conſiſtit; ſiquidem placuit reſponſio, quod eatenus Iudex conceſſit prælationem in omnibus, quatenùs D. Marchio inſiſtebat non eſſe locum retractui niſi ſoluto vniuerſo pretio, & è conuerſo pro parte D. Duciſſæ inſtabatur pro retractu ſolius Palatij, vt patet ex *Summario. Reſponſionis facti eiuſdem D. Duciſſæ num. vnico*; Ceterùm facta declaratione in actis à D. Marchione DD. dixerunt, prout pro parte etiam D. Duciſſæ offerebatur,
32 quod ſi idem D. Marchio vult omnes res emptas complecti ſub retractu, ei refundatur integrum pretium, ſin minus ei refundatur rata congrua reſpectu Palatij fundi Cenſiti, iuxtà praxim, de quà *Tiraquell. de retract. conſanguinit. §. 23. gloſ. 2. num. 9. Duard. de Cenſ. §. 4. quæſt. 16. num. 13.* vbi concordan.

Et ita vtraque Parte acritèr informante &c.

R. P. D. CAVALLERINO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Prælationis.

Lunę 28. Ianuarij 1692.

A R G V M E N T V M.

Prælationis ius quando competat ceſſionario cenſus ad formam Bullę Pianę doctè, ac multipliciter explicatur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis de duabus obtinet, conſtito de conformitate, validitate, & iuſtitia ſententiarum.*
2 *Ciuilitas non amittitur ob fortuitum ortum in alio loco.*
3 *Mulier alibi nupta non perdit priuilegia originis.*
4 *Conformes ſententiæ ſunt, cum vna alteram confirmat.*
5 *Conformitas verificatur in ſumma minori.*
6 *Cenſuarius gaudet priuilegio prælationis.*
7 *Et tale ius cedi poteſt.*
8 *Prælatio non competit, cenſu extincto.*
9 *Cenſus ceſſione non intimata debitori, validè ille extinguitur cum cedente.*
10 *Cenſu ante venditionem fundi cenſiti extincto ceſſat ius prælationis, & num. 20.*

11 *Ceſ-*

11 *Ceſſio reportata per emptorem fundi extinguentem pretio cenſum ſuper eodem fundo exiſten, reſaluitur ſolum in hypothecā anteriorem ad effectum ſe tuendi contra poſteriores.*

12 *Prælationis ius non acquiritur ab eo, qui cenſum extinguit, non acquirit.*

13 *Prælationis ius competit ceſſionario cenſus, etiam ſi talis euaſerit poſt venditionem fundi cenſiti, factam non denunciato cenſuario, & num. 21.*

14 *Præcedens extinctio cenſus facta in fraudem ſuperuenientis retractus, non impedit ius prælationis & num. 15.*

16 *Prælationis ius valet extingui, cenſu adhuc vigente.*

17 *Cenſus poteſt ſemper redimi.*

18 *Prælationis ius non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum.*

19 *Prælationis ius, & extinctio cenſus inter ſe origine, & effectu differunt.*

21 *Prælatio competit ceſſionario cenſus, etſi poſt venditionem fundi cenſus fuerit prius extinctus, & num. 23. 24. & 25.*

22 *Cauſa temporali ceſſante, adhuc durat effectus.*

24 *Obediens non debet eſſe peioris conditionis, quam inobediens.*

26 *Retractus conſanguineo competens tranſit in hæredem, ſolum ſi fuerit à defuncto in iudicio deductum.*

27 *Prælationis ius cenſuario competens non eſt perſonale, ſed reale.*

28 Ciarlin. controu. 121. num. 23. *declaratur.*

29 *Ius prælationis non regulatur à bimeſtre diſdicta cenſus.*

30 *Clauſula* ſine præiudicio iurium partium *reſeruat omnia iura etiam minima.*

31 *Mandatum præſumptum ſufficit in actu fauorabili.*

42 *Mandatum præſumptum nequit impugnari à parte, quæ procuratorem approbauit.*

33 *Mandatum præſumitur ex magno ſumptu, & labore procuratoris.*

34 *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens.*

35 *Præſeruatiua contraria facta nihil operatur.*

36 *Ratificatio licet non valeat ad corroboranda antecedenter geſta, attamen operatur pro declaranda intentione à principio.*

37 *Mandatum præſumptum oritur ex pluribus ſimul iunctis.*

38 *Maiorum imagines contritas videre lugubre eſt.*

39 *Venditio apparet ſimulata ex inobſeruantia eiuſdem.*

40 *Prælatio competens vicino ex Bulla Gregoriana exigit vicinitatem tempore venditionis.*

41 *Legis caſu ceſſante, lex non applicatur.*

42 *Æmulationis anſa eſt amputanda.*

43 *Prælatio competit etiam ſuper membro fundi principalis.*

DECISIO XIX.

PRelationem ſuper Palatio, cæteriſque bonis venundatis D. Marchioni Guidoni Vaino ab Adminiſtratoribus Vener. Hoſpitalium Sanctæ Mariæ de Vita; & Morte Ciuitatis Bononiæ hæredum cl. mem. Cardinalis Hieronymi de Boncompagnis. in prima Inſtantia coram A.C. & in ſecunda coram R.P.D. meo Vrſino ab Excellentiſs. Dña Hippolyta Ludouiſia de Boncompagnis Duciſſa Soræ binis ſententijs felici marte expugnatam, in caſſum idem D. Marchio repetitis aggreſſibus laceſſiuit, mediante dubio à Signatura parato, *An ſit locus Statuto de duobus*, quod conſtito de conformitate, validitate, & iuſtitia inter ciues, & Incolas indubiam vindicat obſeruantiam ſpecialiter in Sacra Rota, *vt coram ſan. me. Alexando VIII. deciſ. 63. num. 1. & ſeq. Buratt. deciſ. 197. num. 1. coram cl. mem. Card. Celſo*
1 *deciſ. 233. num. 2. & ſequen.*

2 Ciuilitas verò nec ſubmouetur, ex quo Excellentiſs. Colligians ſortem naſcendi ſubiuerit in Inſula Sardiniæ, quam clariſſimus eius Genitor in obſequijs Catholicæ Maieſtatis impenſus Pro regis titulo regebat quippè hæc, ijſque ſimilia accidentalia ſpem non exuunt recolendi Penates, nihilque operantur, quo minùs Patria Ciuilitas conſeruetur, *Felin. in cap. Rodulphus num. 13. in fine, & ſeq. de reſcript. Bartol. in l. Aſſumptio §. Filius in principio ff. ad municip. Boer. deciſ. 13. à num. 49. & præciſè num. 52. Rota apud Fenzon. deciſ. 109. 5. Quia de hoc præſuppoſita, & in recens. deciſ. 312. num. 17. & 18. par. 9. deciſ. 188. nu. 4. & 21. & deciſ. 327. nu. 6. par. 17.*

Nec ex quo nupta Excellentiſs. Duci Soræ
3 ſortita fuerit domicilium viri, quia nihilominùs originis priuilegia peſſumdata non fuere *ad Text. in l. 1. & l. 4. C. municip. lib. 10. l. Ciues 7. C. de Incol. Bartol. in l. final. §. Item reſcripſerunt num. 4. ff. ad municip. Paſchal. de viribus patr. poteſt. par. 3. cap. 2. num. 31.*

Conformitatem ſententiarum lectura con-
4 uincit, per quam alterutra conſociatur *iuxta vulgat. Gloſſ. in Clement. 1. verb. Diutius ex eis, de ſentent. & re iudicat.* nec nocet palinodia ſcribentium pro D. Marchione, qui in prima Inſtantia fundati in vnicitate pretij, non ſolùm Palatium, ſed cætera bona empta ſub retractu complectenda fore inculcantes, deindè in ſecunda, quod ſemèl placuit, pro grauamine adducebant, quia ſubſtulit ambages ſententia
5 R.P.D. mei Vrſini committendo declarationi Marchionis, an malit in ſolo Palatio, ſiue in reliquis bonis pari retractum; vndè ſemper conformitas in Palatio verificabitur, imò & in cæteris bonis, vbi abſit inconſtantia, à qua difformitatem pendere non licet, ne quid in gratiā alterius conceſſum in proprium præiudicium retorqueatur, *argumento Text. in l. Quod fauore, C. de legibus*

Validitas reſultat ex reuolutione Proceſſus, in qua omnia deſiderata in *deciſ. 260. par. 2. coram. Verallo* adimpleta noſcuntur.

Iuſtitiæ fundamentum nititur Inſtrumento
6 cenſus impoſiti ſuper eodem Palatio à b. m. Duce Iacobo de Boncompagnis ad fauorem PP. S. Bernardi ad Thermas, & acquiſiti ab eadem

dem Dña Duciſſa die 31. Ianuarij 1688. cum
ceſſione tranſlatiua non extinctiua omnium
iurium; quæ proindè vti cenſuari gaudet priui-
legio prælationis ſibi attributo *in Conſtitutione
ſanc. mem. Pij Quinti. la 79. in ordine Bullar. tom.
2. Cenc. de cenſ. quæſt. 66. nu. 116. & poſt eundem
Rota deciſ. 308. num. 3. deciſ. 620. num. 1. par. 2.
recent. & coram ſan. mem. Alexandro Octauo
deciſ. 268. num. 1.*

Taleque priuilegium cedi poſſe; quotiès ipſe
7 cenſus cedatur, nulli remanet dubio locus, vt
vltra allegatos in deciſione R. P. D. mei Vrſini
19. *Ianuarij* 1691. §. *Cum enim*, tenent *Tiraquell.
de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. num. 39. Buratt.
deciſ. 677. num. 1. & ſeq. & deciſ. 504. num. 7.
poſt Cenc. de cenſ.*

Opponebatur, prælationem competere non
8 poſſe ea ratione, quia cum ex prędictis pręla-
tio ſit inſeparabilis à cenſu, & ab eo dependeat,
tanquam effectus à cauſa, per illius extinctio-
nem ſecutam 13. *Aprili* 1688. mediante valido
depoſito ad formam Bullę Pianæ in mãnibus
PP. S. Bernardi Creditorum, Ius quoque præ-
lationis conſequenter remanſerit extinctum
*Guglielm. Dunoz. deciſ. 187. per tot. cum reliquis
allegatis in reſtrictu Iuris §. Iniuſtitia.* Non
obſtante, quod Cenſus fuiſſet antecedenter
9 ceſſus Dominę Duciſſæ, quia cum talis ceſſio
non fuerit emptori intimata per exhibitionem
Inſtrumenti *Zarat. deciſ. 43. num. 10.* adhuc ad-
miſſa illius notitia, validè ſucceſſerit extinctio
cum Patribus cedentibus *Rota deciſ. 181. num. 2.
& ſeq. poſt Cenc. de Cenſ.* & indè Ius prelationis
præſcriptum.

Sed Domini in hac poſteriori Cauſę propo-
ſitione funditus attingentes articulum, quem in
antecedenti placuit ſolum obliquè perſtringere
ſubiectam materiam in plura membra tuta lan-
ce diſtinguebant.

Primum eſt quando cenſus extinguitur per
10 venditorem, ſiue per emptorem ante venditio-
nem fundi cenſiti, & tunc nunquam in eſſe de-
ducto privilegio prælationis naſcentis in ipſo
momento venditionis, mortuo extincto Cenſu
habitualiter continente prælationem, non ſo-
lum extinguitur, ſed numquam conceptus fuit
effectus prælationis à cenſualitate cauſatus, &
in his terminis loquuntur *Nimarr. in comment.
de Vſur. num. 127. Boterius de cenſib. par. 2. num.
Cenc. eodem tract. quæſt. 63. nu. 16. & 17. &
qu. 66. num. 1. & 2. Duard. eod. tract. §. 41 qu. 9.
num. 2.* quorum plerique tradunt pro cauthela
tollendi Ius prelationis, vt cenſus extinguatur
ante venditionem.

Secundum eſt quando, quando cenſus extin-
11 guitur ex pretio rei emptæ, vel in pretij lo-
cum accollatur, & tunc quia ſimul, & ſemel
oritur, & interimitur ius prælationis per con-
fuſionem actionis crediti, & debiti, res deue-
nit ad ſtatum, à quo incipere non potuit, ideò
ſubintratio in Iuribus Cenſuarij, immò formalis
quoque ceſſio tranſlatiua nullum operatur effe-
ctum, ſed reſoluitur in meram acquiſitionem
hypothecę anterioris ad effectum, ſed tuendi
contra poſteriores; & in hoc ſenſu procedunt
deciſa *in recent. par. 18 tom. 2. dec. 758. & deciſ.
120. par. 19.*

Tertium eſt, quando acquirens cenſum
12 etiam poſt venditionem fundi cenſiti, nullum
de tranſlatione Iurium verbum paciſcitur, ſed
tantum procedit per viam extinctionis, & tunc
dubio procul prælatione caret, quam nunquam
acquiſiuit, quia non entis nullæ ſunt qualitates
& de hoc loquitur *Rota in deciſ. 187. coram Du-
noxet Sen.*

Quartum deniq; conſideratur (& hic eſt ca-
13 ſus noſter) vbi Tertius (ſcilicet D. Duciſſa)
etiam poſt venditionem fundi cenſiti factam,
non denunciato Cenſuario, effectus eſt verus
Dominus cenſus cum ceſſione plenaria tranſla-
tiua omnium iurium relata *in deciſione D. mei
Vrſini §. Non quidem.* Et tunc etiam extincto
Cenſu non extinguitur Ius prælationis, in qua
opinione concordant *Thomat. deciſ. 40. num.
32. verſ. ſimiliter, & num. 33. & 35. Card. de
Luca de cenſ. in ſupplem. parte 2. diſc. 40. num. 6.
& diſc. 41. num. 3. Modern. Setin. de prælatione
quæſt. 32. num. 14. & 15. Cyriac. contr. 254.
num. 46.*

Hæcque diſparitas inter extinctionem ſecu-
14 tam ante, vel poſt venditionem fuit à Docto-
ribus exiſtimata adeò determinatiua Iuris præ-
lationis, vt non dubitauerint affirmare, quod
ſi præcedens extinctio appareat facta in frau-
dem ſuperuenientis retractus, habeatur ac ſi fa-
cta fuiſſet poſt venditionem, itaut remaneat
exercibile Ius prælationis, *Merend. contr. Iur.
lib. 22. cap. 40. num. 7. & 8. Moder. Setin. de
prælat. quæſt. 32. num. 15. & 16. Cyriac. d. contr.
254. num. 25. & ſeq.*

Ratio à priori ea videtur eſſe fatalis, quia
15 Ius prælationis, & extinctio Cenſus à diuerſis
deriuata principijs diuerſo Iure metiuntur.
Quippè primum ſuum eſſe deducit ex duplici
cauſa concomitante, nimirum habitualiter,
& in potentia à contractu cenſuali, cauſatiuè
verò, ſeu occaſionaliter à contractu venditio-
nis: ſecunda procedit ſimpliciter ex natura ſui
ipſius redimibili, *vt notant Doctores allegati in
§. Quartum denique.*

16 Rurſus ſtant ſimul, quod Cenſus vigeat, ni-
hilominùs Ius prælationis ſit penitus extin-
ctum, ponderando, quod Cenſuarius in bime-
ſtre diſdictæ remanet Dominus Cenſus *iuxta
relata in deciſ. R. P. D. mei Vrſini §. ſiquidem,* &
tamen ſi venditio fuerit eidem Cenſuario inti-
mata per lapſum vnius menſis expirat Ius præ-
lationis; immò ſi Cenſus poſt bimeſtre non
extinguatur, remanet in ſuo eſſe perpetuò, &
tamen Ius prælationis fuiſſet extinctum, *vt de
ſe patet.*

17 Indè oritur, quod Cenſus ſemper, & quan-
docunque redimi poſſit ex præſcripto Bullæ
Pianæ. Ius verò prælationis quotiès non ſit
18 facta denunciatio non minori temporis, quàm
30. annorum interuallo præſcribatur *Amoſcell.
de tempor. legat. lib. 3. cap. 2. num. 7. Duran.
deciſ. 52. num. 2. in fine, & coram ſa. mem. Ale-
xan-*

xandro VIII. deciſ.268. num.6.
Cum igitur iſta duo, nempe Ius prælationis
& extinctio Cenſus ſint inter ſe adeo diſparata
& diuerſa tàm in origine, quam in effectibus;
19 Itaut extinctio Cenſus dari poſſit abſque vllo
contractu venditionis productiuo prelationis.
Ius verò prelationis abſqueCēſu, & venditione
ſimul iunctis in aliquo momento dari nequeat;
ſequitur, quod vno ſublato, aliud non tollitur,
ea enim eſt diſciplina diuerſorum, *Rota deciſ.*
167. *num.* 18. *par.* 7. *recent.* & eſt Doctrina
Ariſtotelis in lib.7. Topicor. cap.1. ibi -- *ſi poteſt*
poteſt alterum ſine altero eſſe, non eſt idem.
Neque obſtat, quod ſi ex prædictis Ius prę-
20 lationis producitur ſimul, & ſemel ex vtroque
contractu cenſus, & venditionis, extincto cen-
ſu, ceſſet retractus. Quia ad confutationem
huius ſophiſmatis recurrit diſtinctio ſuperiùs
allata; aut agitur de extinctione ſequuta antè
venditionem, & tunc non dato à parte rei tem-
pore vnionis vtriuſque contractus cenſualis,
& venditionis, qui ſunt cauſę productiuæ prę-
lationis, meritò prelatio ceſſat: aut verò, prout
21 in prçſenti, extinctio Cenſus euenit poſt vendi-
tionem, & tunc ſemel producto Iure prelatio-
nis per vnionem vtriuſque Cauſę efficientis, Ius
prelationis perpetuatur ad 30. Annos, & ſi
Cenſus remaneat extinctus per actum retro-
ſimilem, vt melius colligi poteſt *ex deciſione*
22 *Thom.* 40. *& Cardin. de Luca ſupra allegat.* &
hic eſt effectus cauſę temporalis, qua ceſſante,
adhuc durat effectus, *vt præter allegatos in de-*
ciſione R. P. D. *mei Vrſini* §. *Ius enim* docet *D.*
Thom. par.1. quæſt. 104. *num.1. in corpore.*
Aliàs plura ſequerentur abſurda. Primò
23 quod eſſet aperta via fraudandi Bullam, dum
poſt ortum Ius prelationis ex venditione fundi
inſcio cenſuario, poſſet diſdici cenſus abſque
mentione venditionis, & terminato bimeſtre
extingui, quo peracto priuaretur Cenſuarius
commodo prelationis, *vt ponderat de Luca vbi*
ſupra diſc.41. num.2.
Secundo ſequeretur, quod eſſet melioris con-
24 ditionis, qui prçſcriptum Bullę non adimplet,
quàm obediens, nam adimplens ſubeſt incom-
modo prælationis, non adimplens poſſet illam
euadere *contrà reg. in Cap. Eum qui de præbend. in*
6. l. Seruius ff. quod vi Gonzal. ad regul. Cancell.
gloſſ. 9. §. 2. num. 292.
Tertiò, quia fruſtranea eſſet cauthela tra-
25 dita à DD. extinguendi cenſum antè vendi-
tionem abſque periculo retractus *ad Text. in*
Cap. Si Papa de priu. in6. & Cap. Legebatur de
maior. & obed.
Agnouere Verſatiſſimi ſcribentes pro D.
Marchione prędictorum efficaciam, ideò eam
declinare ſatagebant duplici reſponſione: Pri-
ma, quod non ſufficiat cenſum prę exiſtere
tempore venditionis, niſi quoque Ius prelatio-
nis fuerit in Iudicio deductum, exemplo retra-
26 ctus perſonalis competentis conſanguineo,
quem tranſire in hęredem, ſi fuerit per defunctū
in Iudicio deductum firmant. *Peregr. deciſ. Pa-*
tauin 22. num.3. Olea de ceſſ. Iur. lib.3. quæſt.2.
num.9. Carpan. ad Stat. Mediolanen. cap.417.
num.379. concludendo Ius prelationis compe-
tens *vigore Bullæ Pianæ* æquiparari retractui
perſonali *à Ciarlino in controu.* 121. *num.* 23.
tom.2.
Altera reſponſio fuit; quod Ius prelationis
deduci debet intrà bimeſtre diſdictę, quo vi-
get cenſus, aliàs ſibi imputare debet Cenſua-
rius, ſi eo elapſo vnà cum cenſu extinguatur
etiàm prelatio.
Verumtamèn neutra ſubſiſtit. Non prima,
27 quià Ius prelationis conceſſę *in Bulla Piana*
non eſt perſonale, ſed reale tranſiens cum ipſo
cenſu, vt firmat idem *Ciarlin. controu.*121. *num.*
37. *aliique allegati in principio* §. *Taleque*, &
ideò non eget, quod duducatur in Iudicio;
Tunc enim inſtantia non limitaretur ad 30.
annos, ſed de Iure Canonico eſſet perpetua
per text. in Cap. Venerabilis de iudic. nec contra-
28 dicit *Ciarlin.* qui ęquiparando Iura Cenſuarij,
vicini, & Conſanguinei, clare demonſtrat, non
applicari noſtris terminis, cum ſolùm ipſe lo-
quatur ad effectum, ne quis poſſit alteri cede-
re Ius prælationis diſtinctum ab ipſo cenſu,
ſeù acquirere prelationem pro altero, *vt ex le-*
ctura num.37.
Nec ſecunda, quia concluſio, & diſtinctio
ſupra firmata procedit cum ſuppoſito, quod
29 venditio non fuerit denunciata Cenſuario; Vn-
de non eſt adaptabilis ſenſus, quod Ius præla-
tionis proponi debeat intra bimeſtre, quando
Cenſuarius eſt ignarus venditionis, & vlteriùs
Ius prelationis non regulatur à bimeſtri, vt ſu-
pra oſtenſum fuit *in* §. *Rurſus*.
Quæ omnia ſi ità procedunt, vbi extinctio
cenſus facta fuit ſimpliciter, quantò fortiùs re-
cipienda erunt, quoties extinctio admiſſa fuit
30 per Iudicem cum clauſula *ſine præiuditio Iu-*
rium Partium, cuius virtus eſt reſeruare om-
nia Iura etiam minima *clar. mem.* Emin. *Cerrus*
deciſ.75. num.24. Seraphin. deciſ.164. num.6. Ar-
guell. deciſ.58. num.25. Quæ præſeruatio impu-
gnari nequit, vtpotè obtenta à Martinello non
habente mandatum ſpeciale; Tùm quia ex acti-
bus infrà dicendis ſufficiens viſum fuit adeſſe
mandatum; Tum quia in actu fauorabili, qua-
31 lis proculdubio eſt ſimplex facultas vtendi
prælatione, præſumptum, ſeu præſuppoſitum
ſatis foret, vt habetur *in deciſione* R. *P. D. mei*
Vrſini §. *Tum etiam*.
Hactenùs dicta conſiſtunt in Iure; atqui non
minus ceſſat amaritudo ex facto, quia realiter
prælatio petita fuit antè extinctionem à Marti-
nello vti Procuratore D. Duciſſę, de cuius
competenti mandato, vltra deducta *in deciſione*
R. *P. D. mei Vrſini* dubitari non valet.
Primò ſuperlatiuè concluditur ex eodem
32 motiuo colluſionis pro parte D. Marchionis
adducto, qui cum ſupponat acquiſitionem cen-
ſus ſimulatè expiſcatam à D. Duciſſa eo intui-
tu, vt mediante retractu vanum redderet vendi-
tionis effectum, neceſſariò admittere debet prę-
lationem petitam de mandato, & voluntate
eiuſdem per ea, quæ notat *Caſtrenſ. in l. ad rem*

mobilem ff. de Procurat. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 28. Riminald. Iun. conſil. 11. num. eodem in recent. decis. 202. num. 12. par. 12.

Secundò ex facti circumſtantijs, nam re-
33 uoluendo cathegoriam huius litigij à primo
ad vltimum patet, D. Ducisſam ſtatim, ac venditum fuit controuerſum Palatium conſtituiſſe Procuratorem Martinellum cum facultate acquirendi quemlibet Cenſum impoſitum ſuper eodem Palatio cum expreſſione, quod erat venditum D. Marchioni, & ſucceſſiuè mediante opera ipſius Martinelli factum depoſitum pro acquirendo Cenſu à PP. S. Bernardi, reportata licentia Eminentiſſimi Vicarij, quod ſine cura, ſtudio, & ſumptu impetrari non potuit, quę omnia quis non videt ad prælationem parata? quæque fuit prima in Intentione, vltima in executione, & qui vult finē, neceſſariò vult media ad finem conducentia iuxta vulgatum
34 Axioma; de quo in deciſione *Reuerendiſſimi Decani 349. num. 2. par. 14. rec.* & eſt Doctrina *Ariſt. lib. 5. metaphiſic. cap. 2. num. 50.*

Tertio idem Marchio recognouit Martinellum Procuratorem in pluribus actis, non obſtante, quod in pleriſque illum nominauerit aſſertum; quia cum eodem tempore expleuerit depoſitum, retrouenditionem petita Iurium ceſſione *primo Summario D. Duciſſę num. 11. & 12.* aliaque, quæ nonniſi cum vero Procuratore
35 compleri queunt, fruſtra adhibetur talis præſeruatiua, vtpotè contraria facto *Cap. Cum M. Ferrarienſis, & ibi Doctores de conſtit. l. Cum in plures §. Locator ff. de locat. & conduct. Buratt. decis. 388. num. 5. Bich. decis. 3. num. 14. cl. mem. Card. Cerr. decis. 61. num. 8.*

Quartò tandem quia in petita retrouenditione, de qua in *dicto Summario num. 12.* Martinellus admiſſus fuit vti Procurator ſimpliciter.

36 Quibus omnibus accedit ratificatio peracta à D. Duciſſa, quæ licet non valeret ad effectum corroborandi geſta antecedentia in præiudicium tertij; attamèn ad effectum declarandi intentionem à principio non eſt ſpernenda *leg. Quædam ſunt ff. de reb. dub. l. Nec Iulianus §. proinde ff. ad Maced. Rota decis. 27. num. 29. par. 13. recent.*

Friuolæ verò viſæ ſunt replicationes, quod conceſſa etiam approbatione Martinelli in retrouenditione cenſus, non benè inferatur ad
37 facultatem impetrandi prælationem, & quod cenſus nunquam vigere poſſit, ex quo ſubijciat, extinctionem peractam fuiſſe cum PP. S. Bernardi, quia hæc omnia ponderari poſſent, ſi ſingillatim expendenda forent, ſed ad finem eruendi intentionem vtriuſque colligitantis, viſum fuit DD. tota lege perſpecta mandatum procuræ ſufficiens vehementiſſimè ſuaderi *argum. Text. in l. Incivile ff. de legib. Rota decis. 81. num. 2. verſ. Obiecta ſiquidem par. 14. rec.*

Anatomatizato Iure prælationis, eoque reuulſo è faucibus extinctionis, minus immoratum fuit in confutando obiecto colluſionis, à quo DD. vno verbo ſeſe expediuere, ponderando, quod omnes actus recenſiti ad conuincen-
38 dum ſimulatè actum cum PP. S. Bernardi ſuper ceſſione cenſus, nil plùs probant, niſi quod Excellentiſſima Colliti̇gans lugubrè ſentiens, Auitos lares extrà clariſſimam familiam de Boncompagnis alienari, omnem conatum, & induſtriam adhibuerit, ne videret contritas maiorum Imagines, licitum quidem prælationis incitamentum, vt vltra allegata *in deciſione R. P. D. mei Vrſini* expendendo eumdem Textum in *l. Lex quæ Tutores. C. de adminiſtr. Tut.* in terminis admiſit *Rota in Romana Caſtri Porciliani 24. Ianuarij 1685. §. Quo enim coram bon. me. Rondinino.*

Vrgebat vlteriùs D. Marchio, allegando potentiorem ſibi vti vicino competere prælationem vigore *Bullæ ſan. mem. Gregorij XIII. in ordine la 22.* Sed in hoc quoque motiuo eamdem ſubijt ſortem diſtinguendo ſingillatim Titulos, ex quibus commodum dictę Bullæ reportare putabat. Aut enim vicinitas deducitur ab emptione domus facta per apocham, & huius
39 ſuſpicio, ſeu ineffectuatio vltra deducta in *deciſione R. P. D. mei Vrſini, §. Quarta denique,* hodie apprimè augebatur, tum ex obſeruatione inſtrumenti venditionis Palatij *primo Summario D. Duciſſæ num. 1. §. Et volentes,* in quo deſignantur pro confine eadem bona vti propria cl. mem. Cardinalis Boncompagni *ad Text. in l. Cum ſeruo in fine ff. de contrahen. empt.* Tum ex ordine eiuſdem D. Marchionis *in Summario reſponſionis D. Duciſſæ num. 2.* in quo approbata legitur deliberatio prædictæ Domus facta ad
40 fauorem alterius creditoris. Aut vicinitas fundatur in emptione Palatioli peracta vnico, & eodem tempore cum Palatio magno, & hæc ſuffragari minimè poteſt, quia *Bulla ſan. mem. Gregorij* requirit vicinitatem præexiſtentem de tempore venditionis, vt colligitur ex *§. 8. & 9.* vbi de vicinis mentio ſit per verba de præterito, & de venditione per verba de futuro; Immò præſcribitur certa forma interpellandi, quæ
41 præſupponit diſtinctionem inter vicinos, & emptorem; Vndè deſtitutus caſu Bullæ ipſius diſpoſitione iuuari non debet *Modern. Setin. de prælat. quæſt. 33. num. 39. Rota coram Dunoz. ſen. decis. 173. num. 24.*

Paruipenſis in contrarium allegatis *Gratian. diſcept. 903. num. 22. & ſeq. Rota decis. 307. & 308. num. 2. & 3. apud Cenc. de cenſ. & cor. Merlin. decis. 386. num. 8. & 9.* quia huiuſmodi doctrinę nil plus probant, quàm intentum D. Duciſſæ, dum firmant, quod quis pendente lite acquirere poſſit iura ab alio talibus iuribus pollente, non autem quod qui de per ſe nullum ius habet, nec aliud imaginabile acquiſiuit repellat inſtantem.

Quatenùs verò eadem *Bulla Gregoriana* deducebatur ad ornatum Vrbis vna cum venuſta, & ſumptuoſa mappa ſtatuis decorata ab Equite Fontana vno ex primarijs Architectis deſignata, DD. ea curioſè perſpecta ſatis quidem laudarunt ingenium Artificis, & magnanimitatem D. Marchionis, eamque fortaſſe facilli-
mè

me admiſiſſent, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet
42 ædificare, quàm delineare; ſed perpenſo ingenti ſumptu, & inutili, ac inſalubri ornatu in parte poſteriori reſpiciente vicum, cenſuerunt oblationem potiùs habere ſpeciem emulationis, ideoque amputandam, vt optimè in terminis ponderauit *Eminentiſs. de Luca de ſeruit. diſc. 79. num. 2. Merlin. deciſ. 437. num. 33. & ſeq.* paſſim recepta.

Denique non fuit operæ pretium examinare vltimum refugium conſortij; Tùm quia
43 nec probatur ex fide Peritorum, nec illa admiſſa concluditur communio ad formam *Stat. Vrb. cap.* 110. *lib.* 1. quinimò ſi tali fidei fides præſtanda foret potius reſultaret, Palatiolum eſſe membrum Palatij magni, & conſequenter cadere ſub fundo cenſito, & in omnẽ caſum recurreret reſponſio data *in §. Vrgebat, verſ. aut vicinitas fundatur*, & melius fauet *Duran. deciſ.* 52. *num. 9. cum ſeq.*

In reliquis ſupplet *deciſio* R. P. *D. mei Vrſini*, cum qua DD. tranſierunt vtraque &c.

R. P. D. CACCIA.
Nunc S. R. E. Cardinali,

Romana Deuolutionis Domus.

Lunæ 3. Martij 1692.

ARGVMENTVM.

Caducitas incurritur ob alienationem rei emphyteuticæ in Eccleſiam contra legem Inueſtituræ. Prohibitio alienandi legalis, & hominis inſimul vnitæ includunt diſpoſitiones per viam vltimæ voluntatis. Caducitas ſine ſcientia non cenſetur remiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas inducitur ob alienationem rei emphyteuticæ in Eccleſiam contra legem Inueſtituræ.*

Aſſociatio datur domino directo ob caducitatem incurſam ab emphyteuta ex cauſa contrauentionis.

2 *Prohibitio alienationis reſtringitur ad ſolos contractus inter viuos, nec ampliatur ad diſpoſitiones vltimæ voluntatis.*

3 *Intellige id procedere in caſu ſolius prohibitionis legalis, ſecus ſi icurrat prohibitio hominis.*

4 *Prohibitio alienandi demandata verbis generalibus poſt enumerationem omnium contractuum inter viuos concludit etiam viam vltimæ voluntatis.*

5 *Verbum alienare poſt explicatas ſpecies contractuum inter viuos, iniunctum verbis generalibus extenditur ad actus vltimæ voluntatis.*

6 *Eccleſia incapax acquirendi emphyteuſim, poteſt tamen illam retinere, ſi parata ſit ſoluere quindennia.*

7 *Vel ſaltem poteſt acquirere ad effectum alienandi in perſonas habiles, & æſtimationem conſequendi.*

8 *Limita vbi concurrit duplex prohibitio hominis, et legis, quia nullo modo poteſt retinere.*

9 *Dictio* vt ſupra *repetit omnia ſuperius expreſſa.*

10 *Non tamen repetit niſi res, quibus adijcitur, non autem expreſſas in oratione ſeparata.*

11 *Caducitas non cenſetur remiſſa ſine ſcientia naturæ emphyteuſis, & deuolutionis.*

12 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur, vbi alteratur ſolitum conceſſionis emphyteuticæ.*

DECISIO XX.

DOMVM de directo Dominio Venerab. Archihoſpitalis Conſolationis de Vrbe, Marcus Antonius vltimus Emphytheuta titulo inſtitutionis in eius teſtamento reliquit Vener. Archiconfraternitati Beatæ Mariæ de Morte, quare cum ob incurſam ex illo capite caducitatem Archihoſpitale mandatum de aſſociando in Tribunali Eminentiſſimi Vicarij reportauerit, Deuoluta cauſa ad Rotam, quæſiui hodie à Dominis, an Mandatum ſit exequendum, & affirmatiuè prodijt reſolutio.

Præſuppoſito enim directo Dominio, quod non erat in controuerſia, ratio decidendi deſumpta fuit ex memorata Domus alienatione facta per Marcum Antonium, cui cum reſiſtat pactum vſque ab initio in Inſtrumento conceſſionis in Emphyrheuſim adiectum Ibi — *quod nulla alienatio vt ſupra fieri poſſit in Eccleſiam &c.* ſequitur, vt ob illius contrauentionem
1 ex lege eiuſdem inueſtituræ dicatur incurſa caducitas, & Archihoſpitali Domino directo rectè decreta fuerit aſſociatio plene *Rota cor. Vbago deciſ. 57. num. 1.* vbi concordantes.

Non obſtat, quod prohibitio alienationis, quæ tamquam odioſa venit ſtrictè intelligen-
2 da, non ſit amplianda ad diſpoſitiones vltimæ voluntatis, ſed reſtringenda ad ſolos contractus, & diſpoſitiones inter viuos *Gabriel conſ. 76. num. 17. lib. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. capit. 533. num. 36. & cap. 594. num. 4. Card. de Luca de Emphyt. diſcurſ. 28. num. 10. verſ. vbi vero Rota deciſ. 18. num. 16. par. 9. recent.* Tum quia obiectum procederet, vbi verſaremur in caſu
3 ſolius prohibiritionis legalis, ſecus autem concurrente vlterius prohibitione hominis reſultante ex verbis inueſtituræ ſupra relatis, per vtriuſque enim concurſum præſertim in Emphytheuſi Eccleſiaſtica, quæcumque alienatio etiam per viam vltimæ voluntatis cenſetur prohibita *§. Sanctiſſimæ auth. de alienat. Emphiten. Burſatt. conſ. 199. num. 11.* Rota *dec. 209. num. 14. & 16. par. 10. recent*; cum alijs infra allegandis.

Tum quia cum in inueſtitura poſt enumerationem omnium contractuum inter viuos ſub-
4 dantur generalia verba, *vel alias alienare alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto*, vtique verba hæc videntur includere etiam diſpoſitionem

Google

per Viam vltimæ voluntatis, & naturę eiuſ-
dem verbi *alienare*, quod iniunctum dictioni-
5 bus ampliatiuis poſt explicatas ſpecies contra-
ctuum inter viuos ad illos vltimæ voluntatis
extenditur *Rota deciſ.276.num.34.& deciſ.500.
num.17.& 18.par.18.recent.*

Non obſtante replicatione, quod Archi-
6 confraternitati, vel competat retentio, dum-
modo parata ſit ſoluere Quindennia loco lau-
demiorum ſubrogata, vel ſaltem non ſit inter-
dicta acquiſitio ad effectum alienandi in per-
7 ſonas habiles, & æſtimationem conſequendi
*Buratt. deciſ. 601. num.1. Rota in recent. deciſ.
36.num. 24. par.12. recent.* Card. de *Luca diſcurſ.
25.num.7.& 8.de Emphyt.* duplex enim prohi-
bitio legis, & hominis ſuperius enunciata tan-
8 tę eſt virtutis, & efficaciæ, vt reſiſtat in ipſo
principio acquiſitionis, & conſequenter Ar-
chiconfraternitas incapax acquirendi incapax
quoque ſit retinendi tam ad effectum ſoluendi
oblata laudemia *Card. de Luca de Emphyt. diſc.
27.num.4.* quam etiam ad effectum vendendi
ad plene tradita *per Falgin. de Emphyt. de alie-
nat.quæſt.prima ſub num.222.verſic.aduertendum
tamen eſt Card.de Luca dicto diſc.27. ſub num.4.
ſan.mem. Gregorius deciſ.529. num.10. Merlin.
deciſ.583.num. 81. & ſeqq. Vbag. deciſ.57. num.
10.& in recent.deciſ.26.num.8.par.17.*

Similiter non obſtat, quod quemadmodũ
in ſuperiori parte inſtrumenti prohibitio alie-
9 nationis factæ Emphyteutis reſoluitur in pu-
ram neceſſitatem requirendi conſenſum, & li-
centiam Domini directi, & ita hoc idem im-
portat ſubſequens prohibitio alienandi in Ec-
cleſia ex vi dictionis *vt ſupra*, quæ de ſui natu-
ra repetit omnia ſuperius expreſſa *Barboſ.tract.
var.reſol.441. num.1.* Quoniam dictio hæc tan-
quam immediatè, & præcisè adiecta verb. *alie-
natio* -- Ibi. -- *nulla alienatio vt ſupra* repetit
quidẽ omnes alienationis ſpecies ſupra expreſ-
ſas, non autem modum, & neceſſitatem re-
10 quirendi conſenſum in alienatione facienda
fauore Eccleſiæ, quæ in diuerſa, & ſeparata
oratione fuit illimitatè prohibita *Martha de
clauſ. par. 3. clauſ.94. num.3. & 4. Rota deciſ.
581.num.12.& 13.& deciſ.81.num.7.& 8.par.
17.recent.*

Neque demum refert tacita remiſſio caduci-
tatis elicita ex quo Cuſtodes, & Officiales
Hoſpitalis acceptauerint Legatum eidem à
Marco Antonio Teſtatore relictum. Tum quia
11 nec probatur in Officialibus ſcientia naturæ
emphytheuſis, & deuolutionis, ſine qua cadu-
cita numquam cenſetur remiſſa *Rota coram Bu-
ratt. deciſ.607. num.9. & deciſ.33. num.14. &
ſeqq. poſt Torr. de pact.fut. ſucc. & deciſ. 175.
num.16.& ſeqq.par.13.recent.* Tum quia nec ip-
ſi poterant abſque Beneplacito Apoſtolico al-
12 terare naturam antiquam conceſſionum Ec-
cleſiæ, vt contraria concordando firmat *Rota
coram Bichio deciſ.483.num.5.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Sabinen. Fideicommiſſi.

Mercurij 5. Martij 1692.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta abſque cauſa iuſta, ſed in euerſionem fideicommiſſi, & ſupplantationem vocatorum eſt nulla. Hæres fideicommiſſarius poteſt agere, vel contra alienantem ad pretium vel contra tertios poſſeſſores ad recuperationem bonorum, data in alienante, & emente, vel eorum alterutro ſcientia fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus comprehendit tam Ciues, & Incolas, quam diſtrictuales.*

2 *Facultas alienandi in vno caſu conceſſa non poteſt ſuffragari in alio omninò diuerſo.*
Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi.
Facultas alienandi equiparatur mandato.

3 *Facultas alienandi conceſſa pro debito poſteriori cenſetur quoque attributa pro credita anteriori.*

4 *Accollatio non liberat debitorem originarium ab anterioribus hypothecis.*

5 *Alienatio facta in euerſionem fideicommiſſi, & ſupplantationem vocatorum eſt nulla.*

6 *Neceſſitas alienandi eſt iuſtificanda prauio Iudicis decreta.*

7 *Mora non contracta à defuncta multo minus contrahi poteſt ab eius hæredibus non interpellatis.*

8 *Solutio imaginaria nequit ſibi fieri ab eo, qui non eſt hæres defuncti.*

9 *Quietantia reportata à minore abſque interuentu partis eſt valde ſuſpecta.*

10 *Bona fides ceſſat ex reproductione monitarij.*

11 *Hæredes fideicommiſſarij nequeunt vindicare rem ſubiectam fideicommiſſo ab emptoribus, ſed ſolum habent actionem ad intereſſe contra venditores.*

12 *Intellige, id procedere, ſi tam in emptore, quam in alienante eſt ignorantia fideicommiſſi.*

13 *Sed ſi in vtroque, vel in alterutro adſit ſcientia fideicommiſſi hæres poteſt vel ad recuperationem bonorum contra tertios, vel ad pretium contra alienantem agere.*

DECISIO XXI.

Immiſſionem ad prædium delli Coppari Fratribus de Caſarinis prius ab A.C. conceſſam, & deindè in gradu appellationis confirmatam à R.P.D.meo Benincaſa iterum in vlteriori inſtantia impugnabant coram me Fratres de Orſinis, vndè cum in hodierna audientia propoſitũ fuerit dubiũ à Signatura præſcriptũ: An conſtaret de duabus, fuit affirmatiuè reſolutum.

At-

1 Attenta ſiquidem conformitate ſententiarum, diſpoſitio Statuti euitari non potuit, cum illud comprehendat tàm Ciues, & Incolas, quā diſtrictuales, illarum iuſtitia viſa fuit emergere ex claro fideicommiſſo Nicolai, nec minùs à Collitigantibus impugnato, cuius purificatio cum iam euenerit per obitum Siluerij ſine filijs, & liquido conſtet de identitate prædij, his ita concurrentibus omni Iure concedi debuit immiſſio hæredibus ſubſtitutis, iuxtà auctoritates in præteritis deciſionibus allegatas,

Nec dicatur, quod ex attributa per Nicolaum fideicommittentem Theodoſiæ Vxori ampliſſima facultate eius bona vendendi *propria auctoritate, & abſque decreto Iudicis, nulla præcedente citatione* potuerit hoc prædium à quocūque vinculo fideicommiſſi exemptum liberè transferri in Orſinos Emptores, quia pro remotione huius obiecti duplex placuit reſponſio,

Primò enim animaduertebant DD. quod ſequuta prædij diſtractione, illius pretium non fuit erogatum in extinctionem dotis Theodoſiæ, pro qua ſolummodò à Nicolao debitore conceſſa fuerat licentia alienandi, ſed dimiſſi fuerunt alij creditores, qui tunc temporis non vrgebant, minuſque vrgere poterant, cum eſſent pro maiori parte cenſuarij, quorum credita cum eſſent quoad capitalia irrepetibilia, nulla aderat neceſſitas huius alienationis in præiudicium fideicommiſſi, ideoque cum talis alienatio facta fuerit potiùs ex voluntate venditorum, quam ex præambulis creditorum moleſtijs, ſequitur proindè, vt facultas alienandi
2 in vno caſu conceſſa ſuffragari non poſſit in alio omninò diuerſo, quia cum illa æquiparetur mandato, cuius fines ſunt diligenter cuſtodiendi, non admittit extenſionem de vno caſu ad alium, nec minùs ex maioritate rationis per *Text. in l. pupillorum 7. §. ſi præter ff. de reb. eorum Bardellon. conſil. 35. num. 11. & ſeqq. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. numer. 56. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 11. num. 12. Conciol. allegat. 16. num. 4. & ſeqq. Franch. deciſ. 302. nu. 13. Rota in Romana aſſociationis 23. Martij 1681. & 3. Decembris 1683. vtrobique §. fin. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

In nihilo releuante, quod ſicuti hæc facultas conceſſa fuit pro credito Dotali, quod eſt longè poſterius, ita quoque cenſetur attributa pro Credito anteriori, cum illa exerceri non
3 poſſit niſi dimiſſo priori Creditore per *Text. in l. diuerſis temporibus 8. C. qui potior. in pignor. habean.* Inter reſponſiones enim, quæ ad ſubmouendum hoc obiectum datæ fuerunt in præteritis deciſionibus, illa peculiariter ſatisfecit, quod alienatio huius prædij facta fuit, nulla impellente neceſſitate, Dote non ſoluta, & creditoribus non dimiſſis, niſi præuia accolla-
4 tione per Emptores facta, quæ ab anterioribus hypothecis fideicommiſſum originarium debitorem non liberat, & adhuc eſt obnoxium poſſibilibus illarum moleſtijs, ideoque cum impletus non fuerit finis, propter quē conceſſa fuit talis facultas alienandi, nec creditores vrgerent, & modus vſurarum ſuppleri poſſet ex redditibus ipſius aſſis hæreditarij, ambigi non
5 poteſt, quin hæc diſtractio ita inconſulto, & irrequiſito debitoris hærede ſequuta ſit nulla, & inſubſiſtens tamquam facta in euerſionē fideicommiſſi, & ſupplantationem vocatorum, vt benè declarando Text. ex aduerſo laudatum *in l. magis puto 5. ſi pupillus ff. de rebus eorum* ponderat *Rota coram Dunozett. deciſ. 846. num. 19.*
6 *& ſeqq.* vbi quod neceſſitas alienandi eſt iuſtificanda præuio Iudicis Decreto, & comprobat *deciſ. 14. num. 3. & 4. cum ſeqq. par. 18. recent.*

Succedit deindè altera reſponſio ex eo deſumpta, quod creditores dotis non poterant diſtrahere rem pignoratam, niſi prius conſtituto in mora hærede debitoris, & mora non dicitur contracta, ex quo prædefuncta Theodoſia illicò factus fuerit locus reſtitutioni dotis, pro qua poterant eius hæredes in exequutionem pacti deuenire ad diſtractionem pignoris abſque decreto Iudicis, & nulla præcedente citatione, animaduerſum quippe fuit, quod poſt ſolutum matrimonium Nicolaus Maritus aſſequutus fuerat vſumfructum in bonis Petri Siluerij eius filij, ideoque, cum in vita debitoris habentis plenariam adminiſtrationem dotis, nulla mora contracta fuerit quo ad illius reſtitutionem, multò minus contrahi potuit ab
7 eius hæredibus omninò ignorantibus huius conuentionis circumſtantias, niſi prius fuiſſent perſonaliter interpellati, vti diſtinguendo firmant *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. lib. 1. cap. 43. num. 12. & ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 3. num. 2. Rota coram Bich. deciſ. 303. num. 19.* & ſic cum nulla mora incurſa fuerit viuente debitore, ita nec minus tranſire potuit ad illius hæredes.

Demùm pro ſubſtinenda diſtractione huius prædij defenſores reorum aſſerere ſatagebant, quod Petrus Siluerius creditor dotis ſibi appropriauerit hoc prædium per imaginariam ſolutionem, qua admiſſa, inferebant illius hæredes potuiſſe prædium appropriatum liberè diſtrahere abſque vlla debitoris interpellatione; ſed DD. in hoc obiecto conſiderabunt terminorum implicantiam; quia cum Siluerius
8 non fuerit hæres Nicolai debitoris, non potuit, aſſumendo illius perſonam, ſibi vti creditori dare in ſolutum bona ipſius debitoris, cū ad iſtum effectum neceſſaria videatur perſonarum duplicitas, dantis ſcilicet, & recipientis; quia ita intelligitur ſibi ſoluere potuiſſe nomine Creditoris, vt ſupponunt quotquot agunt de hac materia, vt videre eſt *apud de Luca de credit. diſc. 36. num. 10. & Rota deciſ. 335. num. 1. & ſeq. par. 13. & deciſ. 247. num. 2. cum ſeqq. par. 14. recent.* ideoque ceſſante in Siluerio qualitate hæreditaria, nullo pacto ſequi potuit ob terminorum inhabilitatem hæc imaginaria ſolutio.

Sublata itaque ex præmiſſis præſumpta datione inſolutum, minus profuit exceptio retentionis ab Emptoribus allegata, quia ſiuè il-

la

la deſumatur ex ſolutione dotis nouiſſimè facta in ſumma ſcutorum 141. hæredibus mediatis Theodoſiæ, ſiuè potius eliciatur ex bona fide, cum qua initus fuit contractus huius venditionis, vtraque viſa fuit inſubſiſtens, nam quoad ſolutionem controuerſiæ dotis, vltra quod illa facta fuit tempore pendentis litis, imò poſt latas ſententias contrarias, animaduertebatur, quod quietãtia huius ſolutionis re-
9 portata fuit à minore abſque interuentu patris, & alterius Cohæredis habentis æquale intereſſe, quo fit, vt ex his facti circumſtantijs reddatur valdè ſuſpecta, & colluſiua, & quo ad bonam fidem, eum illa ſublata fuerit ex repro-
10 ductione Monitorij, ex quo etiam ante ſequutã venditionem comprobatur in emptoribus ſciẽtia huius fideicommiſſi ſubdebatur, quod non eſt abſolutè vera illatio exaduerſo deducta,
11 quod hæredes fideicommiſſarij non poſſent ab Orſinis emptoribus vindicare prædium, ſed ſolùm haberent actionem ad intereſſe contra venditores, quoniam, vt aduertit *textus in l.fin. §.fin.ff.de legat.* 2. concluſio ita ſimpliciter inſinuata procedere poſſet, ſi tam in emptore, quã in alienante concurreret ignorantia fideicom-
12 miſſi, vt innuunt clara verba ipſius Textus ibi-- *Reſpondit propter iſtam ignorantiam tam mulieris, quam emptoris, hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere*: ſecus tamen eſt, quando in vtroq; vel alterutro ex contrahentibus, prout hic, adeſt præciſa, & indiuidualis ſcientia fideicom-
13 miſſi, tunc enim eſt in facultate hæredis ſubſtituti vel agere ad conſequtionem pretij contra alienantem, vel ad recuperationem bonorum contra tertios poſſeſſores, vt in ſequelam Textus comprobant *Buratt. conſ.*48. *num.*7. *& ſeqq.lib.*5. *Maſcard.de probat.concl.*779. *per tot. & ſignanter num* 4. *& ſeq. &* Rota *in rec.decis.* 199.*num.* 2.*&* 3.*par.*12. & ita omiſſis reliquis, quibus abundè ſatisfaciunt deciſiones R. P. D. mei Benincaſæ concluſum fuit vtraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Anagnina Iuris Paſcendi.

Lunæ 24. Martij 1692.

ARGVMENTVM.

Conſuetudinem antiquiſſimam promiſcui vſus paſcendi inter Eccleſiaſticos, & Laicos, adeo ut animalia Eccleſiaſticorum in bonis Laicorum, & è conuerſo, paſcantur, tanquam iuſtam, & rationabilem eſſe ſeruandam deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
2 *Statutum de duabus non habet locum, vbi ſententiæ ſunt iniuſtæ.*
3 *Statutum laicale nequit diſponere de bonis Eccleſiaſticorum.*
4 *Conſuetudo antiquiſſima promiſcui vſus paſcendi inter Eccleſiaſticos, & laicos eſt ſeruanda.*
5 *Et eſt rationabilis, cum euitentur iurgia, & diſcuſſiones, quæ aliter exorirentur.*
6 *Talis conſuetudo probatur ex ſimili vſu aliorum Eccleſiaſticorum.*
7 *Ac ex antiquo ſtatuto illam præſupponente.*
8 *Ex antiqua inſtantia ſuper modo paſcendi, non autem ſuper communione.*
9 *Et ex antiquis confeſſionibus.*
10 *Ac etiam ex atteſtationibus plurium teſtium.*
11 *Teſtium depoſitio pro communitate magnum recipit fomentum ab alijs probationibus.*
12 *Et ſupradicta conſuetudo probatur ex pluribus antiquis inſtrumentis.*
13 *Teſtes ad perpetuam, & lite pendente examinati deſeruiunt pro adminiculo.*
14 *Onus permittendi paſcua in bonis Eccleſiæ eſt contra Immunitatem Eccleſiaſticam.*
15 *Non autem communio paſcendi inter laicos, & Eccleſiaſticos.*
16 *Centenaria requiritur contra Eccleſiam Lateranenſem.*
17 *Præſcriptio eſt odioſa, & aufert ius priuatis, & illud acquirit priuatis.*
18 *Conſuetudo eſt fauorabilis, & ex communi, ac promiſcuo vſu ius conſtituit omnibus vniuerſaliter, nec alicui ſpecialiter prodeſt, nec nocet.*

DECISIO XXII.

RESponſum fuit non conſtare de duabus ſententijs latis fauore Reuerendiſſimi Capituli Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranẽ. altera à bo. mem. Muto 1677. altera eius confirmatoria à R.P.D. meo Heruault præuijs tribus deciſionibus ſub diebus 35. Ianuarij 1682. 28. Iunij 1683 & 20. Iunij 1686. quibus prædicto Capitulo conceditur Immmunitas, & libertas ab onere cõmunicandi cum Ciuibus, & Incolis Anagninis paſcua prædiorum, & terrarum Abbatiæ Sanctę Marię de Gloria illi vnitę à Sixto
1 IV. Iniuſtę quippè apparuerunt; quo fit vt nunquàm in iudicatum tranſeant *Rota decis.* 112. *num.* 27. *et* 291. *num.* 1. *coram Bichio*, & conſequentèr non habeat locum Statutum de duabus *lib. pr.cap.* 186. quod intelligitur de ſen-
2 tentijs validis, & iuſtis *Fenſon. ibidem num.* 54. *Gratian. diſcept.* 691. *num.* 27. Rota *decis.* 813. *num.* 2. *par.*18.

Iniuſtitia autèm reſultare viſa eſt, ex quo licet non poſſit dici præſcriptum Ius fauore dictæ Communitatis communicandi paſcua inter Eccleſiaſticos, & Laicos cum deficiant notiſſima requiſita *Gloſſa in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. neque ex Statuto dictæ Communitatis poſſint ſubijci Eccleſiaſtici ad communicandum
3 cum Laicis paſcua ſuorum bonorum, cum iſtud tamquàm Laicale ex defectu poteſtatis non ha-

beat

Digitized by Google

beat Iuriſdictionem diſponendi de bonis Eccle-
ſiaſticorum, vt in terminis huiùs Statuti dixit
Rota deciſ.971. num. 6. coram Seraphino: Atta-
men haud negari poſſe apparuit quin conſtet de
4 antiquiſſima conſuetudine,& obſeruantia pro-
miſcui vſus paſcendi inter Eccleſiaſticos, itaut,
Animalia Eccleſiaſticorum in terris Laicorum
& Animalia Laicorum in terris Eccleſiaſtico-
rum promiſcuè paſcantur, , tàm in Prędijs pu-
blicis, quam priuatis totius Territorij Anagni-
ni,quo ſtante non poteſt Capitulum Lateranen-
ſe in poſterum ab hac conſuetudine recedere,
ſed eam tenetur obſeruare, quia per eam non
poteſt dici Eccleſiaſticis illatum præiudicium,
neque eius bona occupata contra Immunitatem
Eccleſiaſticam, ſed promiſcuus iſte vſus paſcen-
di inductus per talem antiquiſſimam conſuetu-
dinem cenſetur per quandam ſpeciem commu-
tationis, vt nempè quemadmodum Eccleſia-
ſtici non valebant paſcere illorum Animalia in
bonis Laicorũ, & viceuerſa Laici non poterant
paſcere in bonis Eccleſiaſticorum, itá conuen-
tum fuit, vt paſcua communicarentur inter
vtroſque, ſicquè cum Eccleſiaſtici non parum
commodum ſentiant ex hac communione, itá
debent pati incommodum, vt Laici paſcant
in eorum terris, *Ocher de paſcuis capitul.* 8.
num. 7.

Tanto magis, qnia hæc antiquiſſima con-
ſuetudo communicandi paſcua eſt rationabilis
& Religioni conueniens, cum per eam euiten-
5 tur iurgia, ſcandala, & diſcordiæ inter Paſto-
res, Agricolas, & bonorum Conductores, quæ
continuò exoriri ſolebant ex impracticabili ſe-
paratione paſcuorum, attento quod terræ Ec-
cleſiaſticorum interſecatæ ſunt, & commixtę
cum terris Laicorum, per quę tranſire neceſſe
eſt, & tranſitus producit plurimas diſcordias,
& diſſenſiones, vndè cum dicta communio fa-
cta fuerit ob publicam vtilitatem, & ſeruetur
à Laicis, & ab alijs Eccleſiaſticis dicti Territo-
rij, non poteſt impugnari à dicto Capitulo,
ſed illi ſtare tenetur, vt pręcisè communionem
paſcuorum inter Eccleſiaſticos, & Laicos vti
æquam, & laudabilem ſuppoſuit *Rota deciſ.*
1279. & 1303. coram Penia impreſſ. Lugdun.
& in hac Cauſa deciſ. 971. coràm Seraphino.

Probatio autem dictę antiquiſſimæ conſue-
6 tudinis communionis paſcuorum reſultat pri-
mò *ex deciſ. 971. coram Seraphino* emanata de
Anno 1591. in qua reclamantibus Patribus
Carthuſianis aduerſus diuiſionem Territorij in
quarterios factam per Communitatem pro ſu-
mendis paſculis in vno ex illis quolibet Anno
conceſſum fuit dictis Patribus mandatum de
manutenendo in poſſeſſione paſcendi per to-
tum Territorium ad libitum poſt habita quar-
teriorum diſtinctione, & addita ratione, quod
communio habet in ſe plurimum equitatis,
cum Carthuſiani habeant in Territorio Anagni-
no magnam quantitatem terrarum ſubiectam
eidem oneri paſcendi fauore Communitatis,
& Ciuium, *vt in dicta deciſ. poſt princip.* Ad-
dito quod ipſi Patres Carthuſiani in eorum

Informationibus datis coràm eodem Seraphi-
no in dicta diſputatione pro conſtanti aſſerue-
runt in Territorio Anagnino adeſſe promiſcu-
um vſum paſcendi intèr Eccleſiaſticos, & La-
icos, vt in particula Informationis data in
præſenti Summario Communitatis *Num. Pr.*

Secundo ex antiquiſſimo Statuto condito à
7 Communitate Anagnina pro diuiſione quarte-
riorum approbata per Sixtum V. in Suo Breui
dato in præſenti ſummario Communitatis *num.*
2. *& per Rotam deciſ. 1491. coràm Seraphino, &*
deciſ. 5. coram Pamphilio, quæ diuiſio emana-
uit eo quia ex promiſcuo, & confuſo vſu pa-
ſcendi oriebatur magnum pręiudicium publi-
cę Annonæ, cum Animalia, quæ paſci debebant
in prædijs non, ſatis diſcurrerent in terras ſatas,
ad quam diuiſionem quarteriorum non eſſet
deuentum, niſi paſcua eſſent communia inter
omnes Poſſeſſores bonorum in dicto Territo-
rio, vt patet ad ſenſum. Nec Statutum præ-
dictum affertur, vt obſtricti ſint Eccleſiaſti-
ci illud ſeruare, ſed quia ex eo reſultat, quod
vſque de eo tempore compilati Statuti aderat
prędicta communio paſcuorum.

Tertio id ipſum eo magis confirmatur ex re-
8 clamatione facta à Patribus Carthuſianis, Ca-
pitulo Lateranenſi, alijſque Eccleſiaſticis aduer-
ſus præfatum Breue Sixti V. contrà quod obti-
nuerunt oris aperitionem, & cauſam commit-
ti R.P.D. Iuſto tunc A.C. Locumtenente, in
quo litis decurſu non aliud Eccleſiaſtici dedu-
xerunt, niſi quod huiuſmodi diuiſio quarte-
riorium erat ipſis præiudicialis, eo quia impe-
diebatur ipſis paſcere per totum Territorium
iuxtà ſolitum proùt reperiebantur in hoc ſtatu
ante prædictum Breue Sixti V. hocque præiudi-
cium non fuiſſe à Communitate narratum Pa-
pæ, atque hinc ſucceſſiuè reportarunt ſenten-
tiam à dicto R.P.D. Iuſto declarantem dictum
Breue ſubreptitium, addito quod Eccleſiaſti-
cis liceret paſcere liberè per totum Territo-
rium, proùt ante dictum Breue facere poterant,
perinde ac ſi litteræ Apoſtolicæ non emanaſ-
ſent ſummario Communitatis 9. Iunij 1690.
coram me *num.* 8.

Quartò ex pluribus confeſſionibus Capituli,
9 altera emiſſa de Anno 1601. in articulis datis
pro parte Capituli ſummario præſenti Com-
munitatis *num.* 3. ſuper quibus articulis Teſtes
pręſtiterunt iudiciale iuramentum (licèt eo-
rum depoſitio non exhibeatur) dicto ſummario
num. 4. altera de anno 1608. in Monitorio ex-
pedito pro parte Capituli, in quo fatetur ab
immemorabili tempore exiſtere in pacifica
poſſeſſione Iuris paſcendi Animalia in Terri-
torio Anagnino communi intèr ipſos Capitu-
lum, Canonicos, & eamdem Communitatem
eodem ſummario *num.* 5.

Quintò ex depoſitione quinque Teſtium for-
10 miter examinatorum in hac Cauſa in ſecunda
Inſtantia coràm R.P.D. Cincio deponentium,
quod ſemper ſeruatus fuit promiſcuus vſus
paſcendi intèr Eccleſiaſticos, & Laicos prete-
rito ſummario Communitatis 1690. coràm
me

me *num.* 2. qui redargui nequeunt, ex quo ſint Ciues pro Communitate atteſtantes: Nam eorum depoſitio magnum recipie veritatis fomentum ab alijs probationibus ſupra deductis
11 *Rota dec.783. nu. 8. coràm Buratto & dec.490. num13. par.18.*

Tandem idem confirmant plura Inſtrumenta
12 ab Anno 1554. ad annum 1604. confecta à Communitate pro venditione Iuris paſcendi vniuerſi Territorij Anagnini, atteſtationes Reuerendiſſimi Epiſcopi, & Cleri tàm Sæcularis, quàm Regularis, qui omnes vno ore affirmant ſemper fuiſſe communicata paſcua, vt in dicto ſummario Anni 1696. *num.*1. qui, & ſi non
13 ſint formitèr examinati, ſed ad perpetuam, & lite pendente, deſeruiunt tamen pro adminiculo *Rota deciſ. 12. num.11. coram Bichio*.

Neque obſtant quam plura Priuilegia antiquiſſima Summorum Pontificum relata in hodierno ſummario Capituli *nu.7. ad numerum* 12. quibus plura bona fuerunt donata Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Gloria cum libera eorum fruitione, & exemptione ab omni onere, ac cum omnibus ſuis paſcuis, & adiacentijs, quæ bona peruenerunt ad Capitulum Lateranenſe per vnionem dictæ Abbatiæ ipſi factam à Sixto IV. quia non verſamur in caſu quo Communi-
14 tas prætendat ſeruitutem, & onus permittendi paſcua in bonis dictæ Abbatiæ, ſeù Capituli, quod profectò eſſet contrà Immunitatem Eccleſiaſticam *Pignattell. tom.3. conſult.* 40. *num.* 10. *&* 11. *& tom.4. conſult.*128. *num.9. Couarr. cap. 37. num. 2. verſ. verè denique & num. 3. Capiblanc. de Baron. num.*11. 29. *&* 30. *Rota deciſ.*300.*num.3. &* 21. *&* 347. *num.4. p.9 rec.*
15 Quod Communitas ſit domina paſcuorum in Terris Abbatiæ, ſed tantùm quod progreſſu temporis Eccleſiaſtici, & ipſum Capitulum Lateraneñ. recognouerint magnam vtilitatem reſultare ex communione paſcuorum inter ipſos, & Laicos, ac propterea voluntariè, & de communi conſenſu acceptauerint communicare paſcua cum Laicis, & iſti cum illis, vt omnes promiſcue fruerentur toto Territorio, nec per hoc aufertur vſus paſcuorum Capitulo, ſed commutatur ex vſu promiſcuo cum Laicis.

Abſque eo quod allegari poſſit, quod con-
16 tra Eccleſiam Lateranenſem requiratur Centenaria ex ſpeciali priuilegio contento *in cap. ad audientiam, & cap. cum nobis de præſcript. cuius meminit Spada conſ. 13. num. 13. lib.pr. Sperell. deciſ.*135. *num.*22. *& deciſ.*222. *num.*52. *Card. de Luc. de Iudic. diſc.*21. *num.* 4. Quia hoc procederet, ſi Communitas prætenderet communionem paſcuorum contrà Capitulum, ex titulo præſcriptionis, non autem quando vt in caſu allegat ſolum conſuetudinem de conſenſu Eccleſiaſticorum introductam communicandi paſcua, quæ tanquam fauorabilis, antiquiſſima, & admodum conformis publicæ vtilitati & quieti (ex ſupradictis) ſeruanda eſt. Et
17 maxima intercedit differentia inter præſcriptionem, & conſuetudinem, Præſcriptio enim odioſa eſt, & aufert Ius priuatis, illudque acqui-
18 rit priuatis, Conſuetudo autem eſt fauorabilis, & ex communi, ac promiſcuo vſu Ius conſtituit omnibus vniuerſalitèr, nec alicui ſpecialitèr prodeſt, nec nocet, & neque certus eſt qui præſcribat, nec contrà quem præſcribatur, vt tradunt *Abbas in cap. vbi num.*20. *de conſuetudin. Couar. in regul. poſſeſ. par.2. §.3. num.2. Rota deciſ.*1274. *num. 2. & deciſ.* 265. *num.* 24. *&* 25. *par.5.* & neque à conſuetudine, quæ fauorabilis eſt, licèt inferre ad præſcriptionem, quæ eſt odioſa *fagnan. in cap. Venerabili de Cenſibus num.* 26.

Et ità reſolutum fuit poſt ſecundam Cauſæ propoſitionem vtraque Parte audita, & videntibus omnibus DD. reſeruato tamèn alteri diſputationi articulo circa modum practicandi hanc communionem paſcuorum itàut teneatur Capitulum ſubiacere diuiſioni quarteriorum, quæ fit quot annis à Communitate, & affida, & non poſſint Animalia propria paſcere in loco affidato, nec forenſia introducere in ſuis Terris.

R. P. D. CACCIA.

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Cenſuum.

Veneris 2. Maij 1692.

ARGVMENTVM.

Hypotheca competens creditoribus ſuper bonis transfertur in pretium in ipſorum locum ſubrogatum. Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus, quando ſit præſtanda, necne late diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competens ſuper bonis tranſit in pretium in ipſorum locum ſubrogatum.*
2 *Melioramenta cedunt in commodum facientis.*
3 *Pretia beneficio temporis augeri contingit.*
4 *Aſſertioni propriæ in ſuum commodum non defertur.*
5 *Actum, in quo quis ſe fundat, nemo poteſt impugnare.*
6 *Melioramentorum æſtimatio non à voluntate contrahentium, ſed ab alijs extrinſecis probationibus deſumitur.*
7 *Melioramenta merè voluptuaria regulariter rei valorem non augent.*
8 *Cautio de reſtituendo non eſt præſtanda à creditoribus petentibus ſatisfactionem non ſuper pretio rei debitoris, ſed reales actiones exercentibus ſuper bonis venditis.*
9 *Nec vbi verſamur in Iudicio concurſus vniuerſalis.*
10 *Cautio de reſtituendo ſolum præſtatur à creditore agente ad pretium rei debitoris, vel in concurſu vniuerſali.*

11 De-

11 *Depoſitum factum tum lege conſignandi cui de iure non trahit onus de reſtituendo prioribus & potioribus.*

12 *Duo ſoli creditores nec concurſum particularem faciunt.*

13 *Cautio de reſtituendo prioribus nequit peti, dum non ſunt in cauſa plures creditores.*

14 *Creditor vrgens pro ſubbaſtatione videns obligationes fieri cum vinculo cautionis de reſtituendo, poteſt recedere à tela ſubbaſtationis & actiones reales experiri.*

15 *Hæres beneficiatus poteſt cogere creditores ad recipiendum pretium data cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

16 *Intellige id procedere, cum hæreditas debitoris defuncti non eſt ſoluendo.*

17 *Vel cum ſine tali cautione emptores non reperiuntur.*

Secus cum emptores liberè offerentes adſunt num. 19.

Vel cum creditores hypotheca, & anterioritatis iura deſumunt aliundè, quam ex facto, & obligatione defuncti num. 20.

18 *Hæreditas præſumitur opulenta.*

21 *Accollatio non ſoluit debitorem à ſua obligatione erga creditores.*

22 *Nec operatur, quod creditores teneantur ſuum creditum ab accollante vinculatum recipere.*

DECISIO XXIII.

POſtquam Rota ad inſtantiam D. Ducis Matthęi creditoris olim Ducis Gregorij de Boncompagnis cenſuerat procedendum eſſe ad ſubhaſtationem Palatij, quod vna cum Palatiolo contiguo, & Vinea poſita extra portam militum leuis armaturæ pretio ſcut. 27200. Dux Vgo Boncompagnus Cardinali Hieronymo eius Fratri vendiderat, vt ex deciſione coram me emanata ſub die 5. Maij 1687. Adminiſtratores Ven. Hoſpitalium hæredum Cardinalis, præueniendo ſubhaſtationem, & detrimenta exindè, tàm ipſis, quam creditoribus prouentura ad voluntariam, & extraiudicialem venditionem deuenerunt, pretio conſtituto in ſcut. 35. mil. ſub hac tamen declaratione, quod ſcut. 27200. eſſent pro vero pretio Palatij, aliorumque corporum ad ſtatum, quo illa à Duce Vgone fratre emerat Cardinalis, reliqua verò 7800. pro melioramentis ab eodem Cardinali poſtmodum factis, ea lege vlterius adiecta, quod pretium deponeretur ad effectum illud ſoluendi prout Iudex mandaſſet, ſiuè creditoribus Ducis Vgonis primi venditoris, ſub obligatione reſtituendi prioribus, & potioribus, ſiuè ipſiſmet Hoſpitalibus, tanquam d. Cardinalis hæredibus. In quo ſtatu orta eſt controuerſia de graduatione creditorum facienda ſuper prænarrato pretio, & cautione ab eiſdem præſtanda iuxtà legem depoſiti, eaque per appellationem à ſententia A.C. in qua pronunciauit cautionē præſtari non debere, ad Rotā corā me deuoluta, Domini in hodierna Audientia dixerunt, graduationem eſſe faciendam ſuper totopretio, reſeruato Iure liquidandi melioramenta, & non eſſe præſtandam cautionem.

1 Primæ partis reſolutionis ea fuit ratio, quia quemadmodum creditores habent hypothecam ſuper omnibus bonis vt ſupra alienatis, itàeadem ipſis competit ſuper integro pretio in locum rerum venditarum ſubrogato ex regula, de qua in *l. ſi cum §. qui in iuriam ff. ſi quis cation.*

2 Non obſtat, quod augumentum pretij ſcut. 7800. ex melioramentis à Cardinali Hieronymo factis prouenerit, illudque propterea cedere debeat beneficio Hoſpitalium eius hæredum, *Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 22. num. 18. cum alijs apud Modern. de Ang. eodem tract. art. 12 num. 21. & art. 22. num. 30.*

Aſſumptum enim non probatur, ex quo in priori venditione facta à Duce Vgone valor in ſolitis ſcut. 27200. fuerit conſtitutus, quia quouſque per legitimas probationes de augumento pretij ex cauſa melioramentorum conſtiterit, preſumptio eſt, vel quod tunc pretium fuerit in minori ſumma taxatum ex motiuo fra-
3 ternæ neceſſitudinis, aut deinceps beneficio temporis auctum ad notata per Doctores in *l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid.* minuſque reſultat ex aſſertione facta à venditoribus in ſecunda venditione, quia in ijs, quæ proprium commodum concernunt, illorum iudicio non eſt deferendum in præiudicium creditorum *l.*
4 *ſi vnas 28. ff. de tranſact.*

Nec replicare iuuat, quod quemadmodum
5 creditores non aliundè rerum venditarum valorem in ſc. 35. mil. quam ex prçcitato Inſtrumento ſecundæ venditionis deſumunt, ita illud impugnare non valeant quoad aſſertiuam melioramentorum, iuxtà quantitatem ſc. 7800. in ipſo Inſtrumento expreſſam *Rot. deciſ. 26. num. 8. par. 16. recent.*

Obiectum enim forſan procederet, vbi creditores peterent ſibi conſignari pretium, & pro fundamento propriæ intentionis d. inſtru-
6 mento vterentur; verùm vbi è contra ipſi conueniuntur ab Hoſpitalibus ad illud recipiendum, tanquam in rerum venditarum locum ſubrogatum, rectè excipere valent, ſe nolle Iudicio partis deferre ſuper quantitate melioramentorum, quæ non à contrahentium voluntate, ſed ab alijs extrinſecis probationibus ęſtimationem recipiunt.

Abſque eo, quod interim ſuffragari valeant Hoſpitalibus nonnulla computa, ex quibus deducebatur, Cardinalem Hieronymum multò pluris impendiſſe in meliorationibus, tàm Palatij, quàm vineæ vltra prædictam ſummam ſcutorum 7800. Cum enim nulla ex his reſultet diſtinctio inter melioramenta, vel merè voluptuaria, vel alias
7 ad ſimplicem dd. Palatij, & Vineæ reparationem neceſſaria, quæ regulariter rei valorem non augent, & alia, quæ verè ad effectum, de quo agitur, dici poſſint melioramenta, vndè prædictorum corporum valor incrementum re-

ceperit; hinc exiſtimabant Domini ſufficien-
ter conſultum Hoſpitalibus ex præſeruatiua li-
quidationis Iuris ordine ſeruato ab ipſis fa-
ciendæ.
Ex prædicta autem potiſſimùm ratione,
8 quod non agatur de creditoribus petenti-
bus ſatisfieri ſuper pretio rei debitoris, ſed iſti
contenti ſint ſuper bonis venditis actiones rea-
les exercere, & alia eiuſdem bona perſequi pro
ipſorum ſatisfactione, minuſque verſemur in
9 Iudicio concurſus vniuerſalis ad bona debito-
ris decocti, cenſuerunt Domini, non eſſe ab ijs
10 preſtandam cautionem, præciſo enim vtroque
ex præcitatis caſibus, nullo Iure cautum eſt,
quod cogendi ſint creditores recipere pecu-
niam ſub vinculo, ſed eis vndique libera venit
offerenda *ad Text. in l. nulla C. de ſolut. Arias
de Meſ. var. reſolut. lib. 1. cap. 16. num. 27. &
ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 232. num. 32. Rot.
poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 276. num. 1.
& ſeqq. coram Coccin. deciſ. 1645. num. 6. & 7.
coram Duran. deciſ 421 num. 10. & ſeqq. & in
rec. de. 118. nu. 14. & ſeqq. par. 10. & deciſ. 266.
nu. 5. par. 14.*
Nil obſtante, quod vinculum cautionis præ-
ſtandæ ſit conſecutiuum decreto rota'i man-
danti, procedi ad ſubhaſtationem Palatij, alio-
rumque bonorum, quæ Cardinalis Hiero-
nymus à Duce Vgone fratre comparauerat ad
effectum deponendi pretium, & conſignandi
cui de Iure, Omiſſo namque, quod, etſi pro-
dierit vſque de anno 1687. ſupra allegata de-
ciſio coram me ſuper ſubhaſtatione ad præmiſ-
ſum effectum facienda, nullum tamen iudicia-
le decretum ad formam reſolutionis huiuſmodi
ſucceſſiuè emanauit; Soluitur obiectū, reflecten-
do tunc in cauſa non adfuiſſe, niſi dictum Do-
minum Ducem Matthæum ex vna parte, &
præfata Venerabilia Hoſpitalia repræſentantia
ſæpe laudatum Dominum Cardinalem ex alte-
ra; Vnde aut loquimur quoad ipſos, & reſcri-
11 ptum pro depoſito pretij ad effectum conſignā-
di cui de iure, non trahebat conſecutiuè onus
de reſtituendo prioribus. & potioribus, ea
12 nimirùm ratione, quod duo ſoli creditores
concurſum etiam particularem ad talem effe-
ctum nunquàm conſtituunt; Aut loquimur
quoad alios creditores, & recurrit perpetuò
reſponſio, quod vinculum cautionis nunquam
13 poſſit ſubintelligi, vel in ſequelam venire, dum
eo tempore non erant in cauſa, minuſque ho-
diè inſtant ſatisfieri ſuper dicto pretio ea lege
apud Ædem ſacram depoſito, ius ſuum ſaluum
eſſe putantes ſuper bonis debitoris, ſibi, vt præ-
fatum eſt, obligatis, & hypothecatis *Text. in
l. quia hæres erat 50. ff famil. herciſcund. Arias
de Meſ. var. reſol. dicto lib. 1. cap. 16. num. 32.
Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 34. num. 9.
Seraphin. deciſ. 1233. ſub num. 1. Coccin. d. deciſ.
1941. num. 6. & 7. & deciſ. 2041. à nu. 5. vſque
in fin.* plenè *Rot. in rec. d. deciſ. 118. num. 20.
& ſeqq. par. 10. & d. deciſ. 266. num. 9. par. 14.*
Et præmiſſa ſunt adeò vera, vt ſi creditores
14 vrgētes pro ſubhaſtatione videant ſuperuenire
oblationes cum obiecto vinculo, eis de iure li-
ceat ad euitandum conſurgens incommodum
vinculi recedere à tela ſubhaſtationis, & actio-
nes reales experiri, *Rota coram Bich. 321. à nu.
15. vſque ad 33.*
Ceterùm nec magis afficit, quod agatur de
venditione facta ab Hoſpitalibus, vti hæredi-
15 bus Cardinalis cum beneficio legis, & inuen-
tarij, quibus propterea nedum competat ius
transferendi bona hæreditaria ſoluta ab omni
vinculo in emptores, ſed & vlteriùs cogendi
creditores ad recipiendum pretium pro eorum
ſatiſfactione, data cautione de reſtituendo
prioribus, & potioribus ex notiſſima diſpoſi-
tione *Text. in l. final. §. Et ſi præfatam C. de iur.
deliber.* cum qua concordat *Conſtitutio à ſan.
mem. Paulo V.* ſuper reformatione ædita in-
ter eius impreſſas la 71. *Bullar. nou. tom. 3.*
Ex duplici ſiquidem animaduerſione videba-
16 tur Dominis, non applicari prædictæ legis
diſpoſitionem; Altera, quodcum illa ita de-
mùm procedat, quotiès vel hæreditas debito-
ris defuncti non ſit ſoluendo, vel non reperian-
17 tur Emptores, qui ſine tali cautione emere
18 velint, exinde ſequitur, quod dum hæreditas
Cardinalis eſt opulenta, qualis in dubio præſu-
mitur, niſi contrarium ab hæredibus probetur
Seraphin. deciſ. 1394. num. 5. & Excellentiſſima
D. Duciſſa Soræ exhibet, ſe empturam contro-
uerſum Palatium abſque vlla creditorum obli-
gatione præſtanda, verſemur propterea in li-
mitatione tàm dictæ legis, quàm Conſtitutio-
nis Paulinæ, ne aliàs beneficium inuentarij
19 adinuentum ad præſeruandum hæredem à da-
mno in creditorum perniciem conuertatur, ſi
alioquin vires hæreditariæ ſuppetant, iuxtà ple-
nè tradita per *Cyn. in d. §. Et ſi præfatam n. 30.
Burſatc. conſ. 9. nu. 29. & ſeqq. Cenc. var. reſol.
par. 3. cap. 2. num. 142. Surd. dec. 30. nu. 14. Rot.
apud Duard. de cenſ. dec. 424. num. 9. & ſeqq. &
cor. Duran. deciſ. 1. num. 25. & ſeqq. & in rec.
deciſ. 478. à num. 3. ad fin. par. 14.*
Altera verò, quod ea rurſus non procedit,
quando, prout hìc, creditores eorum iura hy-
20 pothecæ, & anterioritatis aliundè deſumunt,
quàm ex facto, et obligatione defuncti, ad tra-
te per *Phanucc. de Inuentar. quæſt. 242. numer.
163. cum. ſeq. Franchus deciſ. 531. nu. 15. Card.
de Luca de Cred. diſc. 53. num. 11.* Non obſtante
replicatione, quod Cardinalis prò concurren-
te rata pretii tot debita venditoris in ſe accol-
lauerit. Accollatio enim hęc quemadmodum
non ſoluit venditorem ab eius obligatione erga
21 creditores, dum nulla neque expreſſa, neque
tacita delegatio interceſſit, iuxtà *Text. in l.
vbi quis prò alio ff. de conſtit pecun. Cardin. Cerr.
deciſ. 178. num. 14. cum. vulgat.* ità non opera-
tur, vt iſti teneantur eorum creditum vinculis,
22 & conditionibus diminutum ab accollante re-
cipere ad terminos diſpoſitionis *d. §. Et ſi præ-
fatam*, quotiès quoad venditorem ſibi obliga-
tum, cuiuſque bona liberas habent manus prò eo
conſequendo abſque vinculo, ad firmata in
proximis terminis *per Iaſon. in l. Iuris gentium*

§. bo-

§. hodiè num. 2. verſic. ſexto limitat. ff. de pactis Roderic. de concurſ. Creditor. par. 1. tit. de priuileg. Cred. num. 21. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 34. numer. 10. & 11. Rota poſt. Cenc. deciſ. 66. numer. 10. & coram. Coscin. deciſ. 2041. num. 7. Et ità vtraquè &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommiſſi de Auila,

Lunæ 16. Iunij 1692.

A R G V M E N T V M.

Perpetuum, ac abſolutum fideicommiſſum ex onere iniunƈto alicuius filijs, & deſcendentibus perpetuo deferendi cognomen, & arma familiæ teſtatoris leuibus etiam concurrentibus conieƈturis firmatur. Ac examinantur conieƈturæ. Reciproca inter deſcendentes vnius, & eiuſdem lineæ quomodò reſultet.

S V M M A R I V M.

1 *Onus aſſumendi cognomen, & arma familiæ iniunƈtum alicuius filijs, & deſcendentibus in infinitum ex ſe ſolum importat perpetuum & abſolutum fideicommiſſum.*
2 *Qui non honoratur, non eſt onerandus.*
3 *Onus prædiƈtum aſſumendi cognomen, & arma familiæ præſefert votum conſeruandi agnationem.*
4 *Onus prædiƈtum eſt magnum argumentum perpetui fideicommiſſi.*
5 *Et illo concurrente ſufficit quælibet leuis conieƈtura.*
6 *Et conieƈtura eſt præceptum deferendi arma teſtatoris abſque vlla mixtura, & num. 8.*
7 *Arma propria familiæ dimittere graue admodum eſt.*
9 *Conieƈtura eſt magnus amor erga primum vocatum.*
10 *Conieƈtura eſt exemptio hæredis, ac eius deſcendentium in infinitum ab aliquo onere.*
11 *Item cum teſtator ſupponit hæreditatem ad filios, & deſcendentes eſſe ſpeƈtaturam.*
12 *Nomen* hæreditatis *magis refertur ad hæreditatem obnoxiam fideicommiſſo, quam ad hæreditatem liberam, quæ per aditionem deſinit eſſe hæreditas.*
13 *Conieƈtura eſt prægnantia verborum.*
14 *Ac onus prædiƈtum iniunƈtum per verba geminata, & enixa.*
15 *Fideicommiſſum dici debet, cum alias teſtatoris voluntas impunè negligi valuiſſet.*
16 *Obſeruantia, & confeſſio primi hæredis arguit fideicommiſſum.*
17 *Aſſertiones grauati alienantis, quod bona erant libera, non nocent fideicommiſſo.*
18 *Fideicommiſſum inducitur tum verbis expreſſis, tum conieƈturis.*
19 *Fideicommiſſa ſignis, ac nutibus relinqui poſſunt.*
20 *Pœna priuationis ſtatuitur aduerſus contrauenientes voluntatibus defunƈtorum.*
21 Reciproca *inter deſcendentes vnius, & eiuſdem lineæ reſultat ex perpetuitate oneris iniunƈti filijs, & deſcendentibus primi hæredis.*
22 *Ac ex voto conſeruandi agnationem.*
23 *Opinio præualet veritati in his, quæ pendent ab animo.*
24 *Tranſaƈtio faƈta ad effeƈtum redimendi moleſtias potius confirmat, quam adimat fideicommiſſum.*
25 *Præſertim cum eſt inita exigua ſumma ſuper opulento patrimonio.*
26 *Etſi ſtipulata fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quia intelligitur de illis vocatis ad fideicommiſſum.*

D E C I S I O X X I V.

Hieronymus de Auila in Teſtamento condito anno 1600. præmiſſo legato decem locorum Montium in ſuffragium animæ ſui ipſius, necnon eius genitoris, ac deſcentium fauore Capituli Eccleſiæ Sanƈtæ Mariæ, ſub lege adimplendi certas obligationes, & onera (ſunt eius præciſa verba) *abſque alia ipſius, vel ſuorum quandocumque, & ex quacumque cauſa facienda impenſa, vel contributione, à quibus idem D. Teſtator, ac Dominus Hæres, ſuique deſcendentes in perpetuum penitùs, & omnino ſint exempti, & immunes,* inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem (ſunt pariter illius verba) *Dominum Iacobum Auilam ipſius D. Teſtatoris ex Sorore germana Nepotem dileƈtiſſimum, & quem paterno affeƈtu, & ſingulari dileƈtione ſemper proſecutus fuit, & proſequitur, ac vti proprium filium in ſuis proprijs bonis hæredem, & ſucceſſorem ab ipſo ipſius D. Iacobi natiuitatis die ſibi elegit, mandans idem D. Teſtator eidem D. Iacobo hæredi, vt tam ipſe, quàm eius filij, & deſcendentes in perpetuum Cognomen, Arma, & Inſignia Domus, & Familiæ Auilæ abſque vlla mixtura, ſiue cum alio Cognomine, ita quod Arma, Inſignia, & Cognomen illorum ſint Auilæ tantùm, ſumere, ac perpetuò in omnibus negocijs, contraƈtibus, litteris miſſiuis, atque alijs aƈtibus, & ſcripturis quibuſcumque illis omninò vti, & continuare debeant, teneantur, & obligati ſint —* Necnon ipſum met Iacobum hæredem, eiuſque filios, & deſcendentes, & hæreditatem cum hac perſonarum, ac rerum diſtinƈtione, ſeù ſpecificatione pluries repetita commendauit Proteƈtioni clar. mem. Cardinalis Saluiati. Cum autem Iacobus adita Hieronymi hæreditate deceſſerit, reliƈtis duobus filijs, Petro Paulo ſcilicèt, & Didaco, qui inter ipſos diuiſerunt etiam bona hæreditaria Hieronymi, ac ex his nuper obierit Didacus cum donatione inter viuos, omnium bonorum in Lucam Antonium Cicciaporcium collata, cæpit Petrus Paulus ſuperſtes contendere portionem bonorum hæreditariorum Hieronymi Didaco obuentam, ac ex ipſo per donationem tranſlatam in Lucam Antonium ex prærecenſita

Hieroynmi diſpoſitione ſubiectam eſſe fidei-
commiſſo per eiuſdem Didaci obitum ad ſui
fauorem purificato. Quamobrem inſtructo
deſuper aduerſus ipſum Iudicio per donata-
rium coram A. C. vigore *leg. diffamari C. de in-
gen. & manumiſſ.* ac viceuerſa per ipſum obten-
ta commiſſione Cauſæ eidem A. C. directa,
quod procedat de Voto Rotæ, propoſui ſub
die 5. Decembris proximi præteriti dubium.
An ſit danda immiſſio? Et Domini nulla tunc
ob ſciſſuram Votorum capta reſolutione, ho-
die repropoſita Cauſa affirmatiuè reſponde-
runt.

Siquidem præſuppoſitis alijs extremis re-
quiſitis ad decernendam fideicommiſſarijs Im-
miſſionem, quę apud Patres non fuerunt in
controuerſia, fideicommiſſum probatur ex te-
ſtamento ſupra relato, in quo Hieronymus te-
ſtator mandauit Iacobo hæredi, eiuſque filijs,
& deſcendentibus in perpetuum, vt aſſumerent
Cognomen, & Arma familiæ Auilæ abſque
vlla mixtura, eiſque vterentur in quibuſcum-
que negocijs, atque actibus; quicquid enim ſit;
Vtrum onus aſſumendi Cognomen, & Arma
Familiæ iniunctum alicuius filijs, & deſcenden-
tibus in perpetuum ex ſe ſolum importet in-
ter eos perpetuum, & abſolutum fideicommiſ-
1 ſum, prout affirmare videntur *Ludouic. Bell.
conſ. 52. num. 11. & ſeqq. & conſ. 109. num. 4. &
ſeqq. Cephal. conſ. 196. num. 10. & ſeqq. Ramon.
conſ. 15. num. 40. Bardellon. conſ. 191. num. 49.
& 50. Didac. Roderic. Aluarad. de coniect. ment.
Teſtat. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 22. Modern. Lucen.
de primogen. Ital. cap. 38. §. 4. num. 82. lib. 1. The-
ſaur. deciſ. 270. num. 10.* Moti, tum ex generali
2 regula, *quem non honoro, non onero*, de qua *text.
in l. ab eo C. de fideicomm. Bartol. in l. Centuria
num. 37. ff. de vulgar. & pupillar. Cyriac. contron.
302. num. 46. Barry de ſucceſſ. lib. 8. tit. 2. num. 6.
Rot. dec. 168. num. 12. par. 17. rec. & in Aueniouen.
fideicommiſſi 11. Maij 1657. §. Nam cum ipſa,
& 30. Maij 1659. §. Nec facit coram bo. me. Beni-
lacqua, & in Bononien. fideicommiſſi de Burgonzo-
nis 27. Ianuarij 1683. §. Primum coram R. P. D.
3 meo de Hernault.* Tum etiam ex ſpeciali quali-
tate ipſius oneris, quod præſefert votum con-
ſeruandi agnationem, vt cæteris adductis, tra-
dit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 491. num. 13. & 14.
Menoch. præſumpt. 69. num. 10. lib. 4. Rota deciſ.
128. num. 34. & ſeq. coram Carillo deciſ. 433.
num. 15. par. 18. & deciſ. 232. num. 9. par. 19. rec.*
& ſic arguit fideicommiſſum, ſine quo alias
huiuſmodi Votum fieret inane, & eluſorium,
4 vt ponderant huius ſententiæ Authores mox
allegati, dubium tamen non eſt, quin magna
ſit illius baſis, itaut, hoc ſtante, quælibet etiam
5 leuis coniectura ſufficiat ad illud firmandum,
vt concludit *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 1.
cap. 5. num. 34. in fine*, quem plures ſequuntur, &
tenuit noſtrum Tribunal, *vt in deciſ. 266. num.
16. par. 1. rec. & deciſ. 222. per tot. coram Celſo.*

Coniecturę autem in præſenti plures ſeſe
6 offerunt, eęque etiam non parum vrgentes.
Prima ſcilicet quod Teſtator filios, & deſcen-
dentes Iacobi vltra pręfatum onus deferendi
Cognomen, & Arma familiæ Auilæ, alio etiam
onere prægrauauit, deferendi ſcilicet illa ab-
ſque vlla mixtura, ac per conſequens dimitten-
di Cognomen, & Arma familiæ propriæ, quod
7 quidem reputatur tàm graue, vt nonnulli ma-
luerint opulentas hęreditates repudiare, quàm
illi ſeſe ſubijcere, vt ſcribunt *Guglielm. de Bene-
dict. in cap. Raynutius verb. Raynutius de Clera ſub
num. 50. verſ. Et ſi aliter fieret de teſtam: Caſſan.
in Cathalog. glor. mund. par. 1. conſid. 38. concluſ.
46. num. 3. Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. ſub num.
17. verſic. Ad hoc namque Larr. deciſ. Granaten. 33.
num. 53.* & amplius abſtinendi à quibuſuis alijs
hęreditatibus huiuſmodi onus annexum ha-
bentibus per ea, quæ tradit *Fuſar. de ſubſtit.
8 quæſt. 447. num. 19.* Vndè ex tam grandis ac re-
duplicati oneris adiectione certiùs elici debet
illos honoraſſe, & vocaſſe, neque enim aliàs
credendum erat, quod id ipſi facilè fuiſſent li-
beralitèr agnituri, ac ſeruaturi abſque emolu-
mento fideicommiſſi, vt obſeruat *Rota deciſ.
401. num. 8. & 9. coram Celſ.*

Secunda quod Teſtator ſummoperè dilexit
Iacobum hęredem, adeout licèt hic eſſet ipſius
9 ex Sorore germana Nepos, nihilo tamen minus
(vt expreſſe profeſſus fuit) eum ſemper reſpe-
xerit, & habuerit loco filij, ac vti talem ab ip-
ſomet die illius ortus pręelegerit, ac deſtina-
uerit hęredem in bonis ſuis, quo fit vt ſimili
modo præſumatur dilexiſſe etiam illius filios
& deſcendentes, *Bald. & alij in l. cum Auus ff.
de condit. & demonſtr. Menoch. de præſumpt. lib.
4. præſumpt. 16. num. 8. Peregrin. de fideic. art. 27.
num. 15*, ac proindè ipſiſmet etiam filijs, ac de-
ſcendentibus proſpexiſſe per viam fideicom-
miſſi, prout ſignanter arguit *Rota dec. 266. num.
7. & 8. & deciſ. 319. num. 3. par. 1. deciſ. 339. ſub
num. 10. verſ. ex parte, & num. 11. par. 17. recent.
& in Fanen. fideicommiſſi 4. Iunij 1677. §. Voca-
tio in fine coram bo. me. Albergato*; Animaduer-
tendo potiſſimum, quod ijdem filij, ac deſcen-
dentes nominatim fuerunt à Teſtatore parifi-
cati pręfato Iacobo in onere delationis Co-
gnominis, & Armorum, ibi — *Mandans idem
D. Teſtator eidem D. Iacobo hæredi, vt tàm ipſe,
quam eius filij, & deſcendentes &c.* & ſic quoque
parificati cenſeri debent in honore, ſeu voca-
tione.

Tertia quod Teſtator exemit Iacobum hæ-
redem, ac eius deſcendentes in perpetuum à
quacumque impenſa, ſeu contributione, quæ
10 quandocumque futuris temporibus occurre-
ret ex cauſa legati relicti Capitulo Eccleſiæ
Sanctę Marię; Hoc enim ipſo videtur, clarè
manifeſtaſſe vocationem, ſeu fideicommiſſum
fauore deſcendentium in perpetuum ab eodem
Iacobo; Nam alioquin ab ipſis impenſis, ſeu
contributionibus exemiſſet ſimpliciter Iacobi
hęredes, qui ex legato Teſtatoris conueniri po-
terant, non autem illius deſcendentes; Et (quod
notandum) deſcendentes in perpetuum, con-
tra quos vti tales nulla erat exercibilis actio
citrà ſuppoſitionem fideicommiſſi, vt in l eunto-
ribus

ribus terminis ſimplicis pręcepti de non in-
quierando, ſeu moleſtando firmat *Fuſar.de ſub-
ſtitut·quæſt.437.num.123.Rauden.Vot.Piſan.27.
num.83.& deciſ.31.num.252.*

Quartà demum quod idem Teſtator enixè
rogauit clar. mem. Cardinalem Saluiatum, vt
proregere vellet Iacobum hęredem, eiuſque
filios, & deſcendentes, ac hęreditatem, cum
hac ſępiùs facta diſcretiua mentione filiorum,
& deſcendentium, ac hæreditatis, ex quo pa-
11 riter oritur argumentum non leue fideicom-
miſſi, nodùm quia ſuppoſuit hæreditatem ad
filios, & deſcendentes peruenturam, prout ad
hunc effectum aduertunt *Menoch.de præſumpt.
lib.4. præſumpt. 76. num. 59. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.437.num.107.Rota deciſ.42.num. 6. & 7.
par.11.recent.* ac relatiuę ad eoſdem filios, &
deſcendentes vſus fuit termino hęreditatis, qui
12 magis aptè refertur ad hęreditatem obnoxiam
fideicommiſſo, quàm ad hæreditatem liberam,
quę per aditionem deſinit eſſe hęreditas, & ef-
ficitur patrimonium proprium adeuntis iuxta
*Textum in l.ſed ſi plures §. filio ff. de vulgar. &
pupillar.l.final.ff. de inoffic.* Teſtam. *Cancer. var.
tom.1.cap.1.num. 46. Rota in Neapolitana, ſeu
Romana Redotationis, ſeu alimentorum 9. Decem-
bris 1686.§.Idque optima coram R.P.D.meo Mo-
lines;* Verùm etiam quia commendationem
hęreditatis tanquam vt pręfertur nuncupatę,
ſiuè deſcriptę poſt filios, ac deſcendentes vide-
tur vnicè ad effectum illius conſeruationis pro
eiſdem met filijs, ac deſcendentibus inten-
diſſe.

Hęque omnes coniecturę fortiùs ſtringunt,
iunctę cum duabus circumſtantijs, ſeù ponde-
rationibus, vna nempè, quod Teſtator in vna-
quaque parte ipſius diſpoſitionis, ex qua ſin-
gillatim illę deſumptę ſunt, ſemper locutus fuit
cum ſingulari quadam pręgnantia verborum,
perſonas enim grauatas onere delationis Co-
13 gnominis, & Armorum expreſſit cum diſtin-
ctione plurium graduum, & cum repetitis di-
ctionibus *in perpetuum*, prohibitionem mixtu-
rę alterius Cognominis, & armorum pluries
explicauit, ſeu repetiuit, executionem, & vſum
ipſius oneris demandauit generaliter in quoli-
bet actu, pluribus exquiſitis verborum formu-
lis, ac pluribus etiam actibus particularibus
pro ſecuriori ipſius voluntatis adimplemento
14 ſpecificè deſignatis, & demùm obligationem
iniunxit eiſdem perſonis patendi pręfato one-
ri, in eoque continuandi cum dictione *omninò*,
ac per diuerſa triplicata verba; Abſonum eſt
15 quippè aſſerere, quod hęc omnia peregerit
tanta plenitudine, ac ſtudio, nec viceuerſa or-
dinauerit fideicommiſſum; ſine quo alias illa
ſtatim impunè negligi valuiſſent, vt in ſimili-
bus terminis ratiocinatur *Rota in Ferrarien. fi-
deicommiſſi 12.Maij 1687.§.Quoniam verſ. Tum
quia pariter coram R.P.D.meo Vrſino.*

Et altera quod poſt obitum Teſtatoris in
quodam Chirographo à ſa. me. Paulo V. per
Iacobum hæredem obtento narratum fuit,
16 Hieronymum inſtituiſſe maioratum, ſeù fidei-
commiſſum, quę quidem narratiua tanquam
ędita ad preces Iacobi primi hęredis, qui prę
alijs omnibus pręſumitur informatus de vo-
luntate defuncti, vel ſaltem ab ipſo per eiuſ-
dem Chirographi vſum approbata, atque agni-
ta, multum vrget in comprobationem fidei-
commiſſi ad tradita per *Mantic.de coniect.vltim
volunt.lib.3.tit.1.num.28. Cenſal. ad Peregrin. de
fideic.art.42.num.12.Rota deciſ.168. num. 18. &
19.coram Buratto deciſ.799.num.10. coram Mer-
lin.deciſ. 692.num.14.par.18.recent.* Non refra-
gantibus alijs ſucceſſiuè per ipſum in contra-
17 rium emiſſis pro libertate bonorum prouenien-
tium ab hæreditate Hieronymi, quia cum il-
lę emanauerint in Inſtrumentis eorum aliena-
tionum, pręſumuntur emiſſę ad effectum illas
facilius explendi, neque nocent fideicommiſ-
ſo, vt in terminis dixit *Rota in Tuſculana Fidei-
commiſſi 19.Ianuarij 1685.§. Nec ad ſoluendum
coram bo.me.Panluccio.*

Nec virtus præfati oneris, & coniecturarum
hucuſque ponderatarum, quę ipſum concomi-
tantur, eneruatur ex eo, quod in Teſtamento
nulla præter Inſtitutionem legatur ſubſtitutio,
18 ſiuè vocatio, vel ſaltem poſitio in conditione,
quę deſeruire valeat pro principio fundamen-
tali alicuis fideicommiſſi, quoniam ad hoc in-
ducendum non requiruntur expreſſa verba, ſed
ſufficit ſola voluntas etiam ex coniecturis elici-
ta iuxta *Text. in l. cum proponeretur ff. de legat.
2. Peregrin. de fideicom. artic. primo numer.45.
19 & artic. 11. in princ.* Imò ſignis etiam ac nutu
fideicommiſſa relinqui poſſe, ſcriptum eſt in
l. nutu ff. de leg. 3. & in Epiſtula *C. de fideicom.*
Prout nec ex eo quod nulla fuerit in caſu con-
trauentionis adiecta pœna, ſiuè caducitas,
quaſi quod iſta ceſſante, onus reſoluatur in
20 merum conſilium, quia aduerſus contrauenien-
tes voluntatibus Defunctorum ſatis iam in Iu-
re ſtatuta reperitur pœna priuationis ad *Text.
in Auth. Hoc amplius C. de fideicom.* cuius me-
minit *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.447. num. primo,
& ſeq. Mantic. de coniect. lib.2. cap. 8. num.13.
& pluribus ſeqq.* non attentis auctoritatibus in
contrarium laudatis, quę loquuntur in terminis
nudæ prohibitionis alienationis, non autem
in terminis alterius oneris, ſiuè pręcepti tan-
gentis fauorem Teſtatoris, conſeruationem
ſcilicet eius familię, & agnationis.

Probato autem ex his fideicommiſſo, plana
eſt illius purificatio fauore Petri Pauli per obi-
tum Didaci vigore tacitæ reciprocæ, quæ, quic-
quid dicendum eſſet, ſi ageretur inter inter de-
ſcendentes plurium linearum, in hoc caſu, in
quo agitur inter deſcendentes vnius, & eiuſ-
dem lineæ, ſatis reſultat, vel ex perpetuitate
oneris iniuncti filijs, & deſcendentibus Iacobi
in perpetuum, vel ex voto conſeruandi agnatio-
21 nem ſub ipſo contento, vt de perpetuitate one-
ris tradit *Anchar. conſ.27. Rot. deciſ. 319. nu.
11. & 12. par.12. deciſ.481. num.19. & 20. par.
18. rec. deciſ.608. num.4. coram Bich. deciſ.171.
nu.21. & 22. coram ſa. mem. Alexandro VIII.
& in Carpentoraten. Hæreditatis, ſeù Fideicom-*
miſ-

Digitized by Google

22 *miſſi 14. Martij 1687. §. quarto coram R.P.D. meo Molines*, & de voto conſeruandi agnationem *Rot. deciſ. 339. num. 17. par. 17. recent. dec. 417. num. 14. coram Priolo, & in* Romana *Fideicommiſſi de Vrſinis prima Februarij 1685. §. tertia coram R.P.D. Caccia* Non ſubſiſtente aduerſus huiuſmodi Votum animaduerſione, quod nempè teſtator, omiſſo Alphonſo fratre conſanguineo, inſtituerit hæredem Iacobum ex Sorore Nepotem, quia (præterquod Alphonſus erat valde ſenex, ac diſſipator (difficultas ceſſat ex eo, quod (vt præmiſſum eſt Teſtator Iacobum habuit loco filij, quod efficit, vt talis
23 ille cenſeri debeat quoad omnes effectus, nam in his quæ pendent ab animo, opinio prçualet veritati ad *Text. in l. is qui putat, vbi gloſſ. final. ff. de acquir. hæredit.*

Non obſtat tranſactio per Iacobum initam cum Reuerenda Camera Apoſtolica, ac ceſſio ab iſta reportata pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus, cuius vigore bona contenduntur effecta libera; quia cùm nulla præceſſiſſet ex parte Cameræ bonorum incorporatio, ex qua dici poſſet immutata eorum qualitas, ſiuè dominium, tranſactio cenſetur facta ad effe-
24 ctum redimendi moleſtias, ſeù vexationes, ex eaque confirmatum potiùs, quam ſublatum fideicommiſſum *Noguerol. alleg. 37. nu. 4. Molin. de Primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 22.* Rota *deciſ. 650. num. 2. & 3. coram clar. mem. Card. Cerro* & in puncto ſimilis ceſſionis à Camera ſtipulatæ *deciſ. 374. num. 8. coram Caualer. & dec. 636. num. 11. & 12. coram Dunoz. Iun.* maximè quia
25 facta fuit ſuper bonis valoris ſcutorum circiter centum millium pro ſimplici ſumma ſcutorum 2000. vt aduertit *Olea de ceſſ. Iur. tit. 6. quæſt. 76. num. 6. & 14.* etiamſi alias interceſſerit ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quia
26 intelligi debet de hæredibus, & ſucceſſoribus vocatis ad fideicommiſſum, vt ſæpè reſpondit *Rota Signanter. deciſ. 209. num. 24. & deciſ. 414. num. 16. par. 19. recent. & nuper in Neapolitana Immiſſionis 28. Iunij 1690. §. Non obſtat, & 16 Maij proximi prçteriti coram me*,

Et ita deciſum fuit vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Anagnina, ſeù Sublacen. Confinium.

Veneris 4. Iulij 1692.

ARGVMENTVM.

Confinium multiplex probatio, ac poſſeſſio ad effectum manutentionis traditur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio probatur ex mandato Iudicis executioni demandato.*
2 *Ac ex locationibus,*
3 *Et ex teſtibus.*
4 *Mandatum relaxatum fauore petentis intelligitur ad formam petitionis, & num. 6.*
5 *Petitio, ſeu libellus, & intentio libellantis declaratur ex deductis in progreſſu cauſæ.*
7 *Obſeruantia declarat, quid fuerit in mandato comprehenſum.*
8 *Denominatio fit à potiori.*
9 *Teſtibus examinatis in faciem loci in materia confinium plurimum defertur.*
10 *Nomen non attenditur in confinibus, vbi contraria ſtat rei demonſtratio.*
11 *Actus turbidi non ſunt manutenibiles.*
12 *Nec clandeſtini, & turbatini.*

DECISIO XXV.

Licet Communitas Trebana reperiretur in quieta, & pacifica poſſeſſione totius Syluæ Faiti præcelſis vndique rupibus circumuallatę, vigore mandati de manutenen. in antiqua eius poſſeſſione vſque de anno 1645. per A. C. Argelum, præcedente perſonali acceſſu per bon. mem. Bichium eius anteceſſorem facto, relaxati contra Communitates Fellectini, & Valliſpetrarum; Nihilominus, quia hæc annis præteritis eam denuò variè moleſtare, & turbare cœpit, ideò renouata controuerſia coram Reu. P.D. meo Cauallerino, tunc A.C. Locumtenente, & illo ſubindè ad Sac. Auditorium promoto coram R.P.D. Thauruſio, qui duas diſcordes protulit ſententias; Primam nimirùm ſuper manutentione in poſſeſſione totius Syluæ, vt ſupra circumuallatæ fauore Communitatis Trebanæ, & alteram ſuper bono iure partis eiuſdem, breuioribus nempè confinibus coarctatæ fauore Communitatis Vallis petrarum; Ideò interpoſita ab vtriſque appellatione, contigit hodie coram me in gradu appellationis diſputari duo diſtincta dubia, primùm videlicet ſuper manutentione, quod fuit reſolutũ fauore Cõmunitatis Trebanę, & ſecundum ſuper bono iure, cuius reſolutio fuit dilata vſque ad Kalendas, cum reſcripto, quod interim per me fiat nouus acceſſus cum Perito,

Ratio reſolutionis dubij ſuper manutentione nititur actuali poſſeſſione, in qua reperiebatur Communitas Trebana, tàm de tempore motæ litis, quàm ante ſatis, ſuperque probata, tum ex mandato de manutenendo illius fauore relaxato per A.C. Argelum de anno 1646 reali executioni demandato, tùm ex pluribus, & quidem continuatis locationibus effectum ſortitis; tum demum ex depoſitionibus Teſtium examinatorum per R.P.D. Grimaldum Iudicem Delegatum ab A. C. Cauallerino ad effectum accedendi ad locum controuerſiæ, & ſucceſſiuè etiam per A.C. Thauruſium, ex quibus
1 reſultat ſuperlatiua probatio poſſeſſionis, vt de mandato Iudicis executioni demandato, tradit Rota *poſt Poſth. de manut. deciſ. 21. num. 2. & deciſ. 24. n. 1. & in rec. deciſ. 107. n. 3. par. 14. & dec. 219. n. 2. & dec. 568. n. 21. par. 18. & dec. 277.*
2 *num. 3. par. 19.* & de locationibus *Moden. Pittorien. de locat. & conduct. cap. 27. num. 96.* Rota

co-

coram Buratt.deciſ.263. num. 2. ibique latè Ad-
den.litt.A.& dicta deciſ.107.num.4. par.14. &
deciſ.278.num.7.& 8.par.19.recent.& de Teſti-
3 bus Rota coram Zarat.deciſ.20.num. 2. & coram
Bichio deciſ.590.num.2.

Quod autem mandatum de manutenendo
complectatur totam Syluam Faiti multiplici-
ter deſumebatur. Et primo quidem ex peti-
tione facta in alio iudicio per Communitatem
Trebarum,in qua inſtetit manuteneri in poſſeſ-
ſione dictæ Syluæ certis tunc expreſſis Confi-
nibus incipiendo nempè ab vno latere à cacu-
mine Montis alti, qui dicitur il Pizzale di Ser-
raloaga,hodierna Planta Communitatis Treba-
rum ſignati litt.Z.proſequenda per directum ver-
ſus il Vado dellaMontagna di Tarini excluſiuè,ea-
dem Planta litt.A.ſpectan.ad Patronam, ſeu Do-
minum Vallis petrarum,& vti dicitur Scrimone
Scrimone lapidam naturaliam, qui faciunt ad in-
ſtar muri,& dicuntur Peſchi circulariter, Ab alio
latere incipien.à loco,vt dicitur li Peſchi roſſi, di-
cta Planta litt.H. & proſequendo vt ſupra ſimili-
ter Peſchi Peſchi circulariter vſque in Vado di
Tarini dicta litt.A.Cumque Confinia in dicta
4 Petitione deſignata comprehendant circulari-
ter totam Syluam, mandatum ſucceſſiuè rela-
xatum fauore petentis intelligitur ad normam
petitionis pro integra Sylua,ad firmata in his
terminis per Rotam coram Priolo deciſ.214. nu.
9.& deciſ. 452. num.3, & coram Bichio deciſ.
407.n.2.& ſeq.eoque certius, quia in proſecu-
tione iudicij eadem Communitas Trebarum
articulauit ſe poſſidere totam prædictam Syl-
uam,eius Summario additionali num.5.ibi -- con
tutta la ſelua di Faito. Ex hoc enim ſequitur,
petitionem non fuiſſe reſtrictam ad aliquam
illius partem, ſed indefinitè totam compre-
hendiſſe, iuxtà concluſionem communiter re-
ceptam, quod petitio,ſeu Libellus,& intentio
5 Libellantis declarantur ex ijs, quæ fuerunt in
progreſſu cauſæ deducta, & articulata, Purpu-
rat.conſ.53.num.2.cum ſeqq.Beron.conſ.188. nu.
2. lib.3. Roland. conſ.41. num.24. & 25. lib.3.
Giouagn.conſ.11.num.40.lib.1.Rota coram Bichio
deciſ.104.num.4.

Secundò ex verbis ipſius mandati, per quod
6 fuit conceſſa Communitati Trebarum manu-
tentio ſub eiſdem prorſus Confinibus, ſub qui-
bus fuit petita; Vndè ſicuti in petitione præ-
dicta Confinia comprehendebant totam Syl-
uam,ita etiam in mandato comprehendiſſe di-
cendum eſt ex ſuperiùs allegatis.

Tertiò ex ſubſecuta inſtrumentali poſſeſſio-
ne illius vigore capta,non quidem Partis, ſed
totius Syluæ controuerſæ,Summario num. 2.litt.
C,ibi -- eiuſdem totius Syluæ Faiti -- & ſucceſ-
ſiuè etiam ex actuali, & pacifica continuatio-
ne per annos 40.circiter, cum ſcientia, & ac-
quieſcentia Communitatis Aduerſariæ, per
quam obſeruantiam optimè declaratur, quid
fuerit in mandato comprehenſum, vt tradit
7 Poſth.de manutent.obſeruat.73.num.198.& Rota
poſt eundem deciſ.534. num.11.

Nec obſtat,quod denominatio Peſchi roſſi
aſſignati prò Confine in mãdato,non referatur
ad rupem ſignatam litt. H. ſed ad quoddam
ſaxum inferiùs poſitum ſignatum litt. L. &
quod il Vado di Tarino intelligatur locus pro-
pè fontem Faiti ſignat.litt.N.proindeque Pars
Syluę,quæ eſt extra iſta loca non comprehen-
datur in prædicto mandato; Quia probabiliùs
eſt,denominationem hanc Peſchi roſſi, potiùs
conuenire excelſæ rupi ſignatæ in Planta litt.
H. quàm humiliori ſaxo,ita per Vallepetranos
denominato ſignato litt.L. tum, ex quo in ac-
ceſſu facto per R. P. D. Grimaldum, & A. C.
Thauruſium animaduerſum fuit, ibi adeſſe ſi-
gnum naturale coloris rubri,& quidem longius
8 protenſum, & magis ad oculum apparens alte-
ro ſigno impreſſo in dicto ſaxo, itaut videatur
ab illo potiùs denominationem fuiſſe deſump-
tam tanquam à potiori, & præſtantiori,iuxta
axioma relatum per Barboſ. tract. var. axiom.
69.num.1.tum etiam quia id ipſum deponunt
plures teſtes examinati in faciem loci, quibus
in hac materia plurimum venit deferendum
Valenzuel.conſ. 100. num. 37. cum ſeqq. Rota
9 coram Coccin.deciſ.460. num.2.

Et in omnem caſum,quidquid ſit de veritate
huius denominationis,ſicut etiam alterius Va-
di di Tarino, cuius rigoroſius examen in hoc
iudicio ſummariiſſimi Poſſeſſorij Domini non
duxerunt eſſe aſſumendum, ſed ad Petitorium
reſeruandum,præſens controuerſia ſatis dirimi
viſa fuit ex præmiſſis, & ſignanter ex mandato
A.C.Argeli, qui concedendo manutentionem
Communitati Trebarum in poſſeſſione ſæpedi-
ctæ Syluæ, incipiendo ab vno latere à loco, vt
dicitur Peſchi roſſi,& circulariter progredien-
di ad inſtar muri naturalis, vt vulgò dicunt
Peſchi Peſchi,vſque ad Vadum Tarini, verè in-
tellexit de illa precelſa rupe coloris rubri ſi-
gnat.litt.H.& pro Vado di Tarino de loco po-
ſito in extremitate Montium ſignat. litt. A.
quoniam iſta circularis progreſſio ad inſtar
muri verificari non poſſet,ſi præfata Cõfinia ac-
ciperentur iuxtà ſenſum Communitatis Vallis-
petrarum,cum inter vnum, & alterum locum
10 ſic per eamdem denominatos, intermedient
Valles,& Planities; Quapropter,ſtante hac rei
demonſtratione non eſt ſcrupuloſè inquirendũ
de nomine, vt poſt,Bald.in l.ſi quis infundi vo-
cabulo ff.de legat.primo,Mareſcolt.variar. reſolut.
lib.1.cap.12.num.30.& ſeq.reſpondit Rota deciſ.
387.num.11.par.14.recent.

Nec merentur attendi actus poſſeſſorij in
contrarium adducti,quia vel illi ſunt valdè tur-
bidi, imò vt deponit ſecundus Teſtis pro ipſa
Communitate Vallispetrarum examinatus,
eius Summario num.8.litt.C.ſunt facti ante mã-
11 datum R.P.D.Argeli, vel in omnem caſum, cũ
ſint contrarij prædicto mandato, tanquam
12 clandeſtini,& turbatiui, non ſunt manutenibi-
les Poſth.de manut.obſeruat.61.num.1. Rota poſt
eundem deciſ.46.num.5 & 8.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. MOLINES

Romana Immiſſionis.

Lun. 19. Ianuarij 1693.

A R G V M E N T V M.

Vocationem collectiuam patris, filiorum, & decendentium, quæ regulariter vulgarem importat, in fideicommiſſariam reſolui firmatur coniecturis concurrenribus, quarum plures recenſentur.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatio collectiua patris, & filiorum intelligitur per vulgarem.*

2 *Limita, cum concurrunt verba reſpicientia tractum futuri temporis.*

3 *Vel coniecturæ ſuadentes fideicommiſſum.*

4 *Verbum* ſuccedat *vulgarem importat.*

5 *Dictio* quandocunque *continet compendioſam includentem fideicommiſſariam.*

6 *Operatur tamen fideicommiſſariam ſolum reſpectu perſonarum, quorum mortis tempus reſpicit.*

7 *Probibitio alienationis non extenditur vltra bona, circa quæ eſt appoſita.*

8 *Nec vltra perſonas, quibus eſt impoſita.*

9 *Vocatio alicuius in bonis, quæ tunc ſupererunt, ſupponit in antecedentibus poſſeſſoribus facultatem alienandi.*

10 *Agnationis contemplatio reſtricta ad certa bona non operatur quoad alia.*

11 *Agnatio potuit optari in vna parte bonorum, in alia non.*

12 *Teſtator ſupponens fideicommiſſo certa bona, ſignum eſt, quod in alijs illud noluit.*

13 *Agnationis contemplatio ceſſat, vbi non adeſt expreſſio maſculinitatis.*

14 *Subſtitutio vnica, non plures ſunt, cum omnes ab vnica tantum pendent conditione.*

DECISIO XXVI.

IN Donatione irreuocabili inter viuos facta Anno 1608. per Donatum Conſalonerium omnium ſuorum bonorum pręſentium, & futurorum Paulo, & Ioanni Baptiſtæ eius Priuignis, filijs quondam Vincentij eiuſdem donantis patrui; hæc habentur; *E queſta Donatione detto Donato fà, e dichiara fare verſo detti Paolo, e Gio, Battiſta per mera liberalità &c. Item vuole, & ordina che ſe alcun di detti Donatarii Paolo, o Gio: Battiſta in qualſiuoglia tempo moriſſero ſenza figli legitimi, e naturali in tal caſo debba, e vuole, che ſucceda l'altro di loro, e ſuoi figliuoli, e deſcendenti legitimi, e naturali, quali debbano ſuccedere integralmente ſenza alcuna detrattione, e caſo che moriſſero ambedue, ſenza figliuoli legitimi, e naturali, in tal coſo vuole, che ſuccedano i più proſſimi Parenti di Caſa Conſalonieri.*

Ioanne Baptiſta ſine filijs defuncto in eius portione vigore reciprocæ ſucceſſit Paulus alter donatarius Superſtes, qui obijt relictis ſex filijs nimirum Vincentio, Ioanne Baptiſta, Petronilla, Potentiana, Anna, & Thereſia, qui vēdiderunt domum dicti Donati donantis Albertinis, & Rubeis. Prædictis autem omnibus filijs defectis ſuperſtite ex dicto Vincentio Margarita filia, hæc petijt Immiſſionem ad præfatam domum prætextu, quod fauore deſcendentium à Donatarijs ordinatum fuerit perpetuum Fideicommiſſum reciprocum in portione vtriuſque donatarij; ſed reiecta inſtantia coram A. C. vbi contrariæ ſuccubuit Sententiæ, qua rei, & poſſeſſores abſoluti fuerunt ab impetitis, cauſam appellationis in Rota committi curauit Vincentius aſſ. hæres Margaritæ interim defunctæ, eaque mihi directa dedi hodie dubium *An ſit danda Immiſſio, & DD. non eſſe dandam autumarunt.*

Non enim viſum fuit conſtare de exiſtentia Fideicommiſſi, hancque non reſultare, ex quo Donator deficiente aliquo ex Donatarijs ſine filijs vocauerit ad eius portionem alium Donatarium Superſtitem, eiuſque filios, & deſcendētes ibi -- *Che ſe alcuno di detti Signori Paolo, e Gio: Battiſta in qualſiuoglia tempo moriſſero ſenza figliuoli legitimi, e naturali, in tal caſo debba, e vuole, che ſucceda l'altro di loro, e ſuoi figliuoli, e deſcendenti legitimi, e naturali.* Quandoquidem filij, & deſcendentes huiuſmodi vocati ſunt tā-
1 tum per vulgarem, quæ expirauit eo ipſo, quod ſucceſſit Paulus alter Donatarius Superſtes, & deceſſit cum filijs iuxta receptam theoricam *Cumani in l. cum ita §. in Fideicommiſſis num. 3. & 4. ff. de leg. 2.* communiter receptā *per DD. et præſertim Fuſar. conſ. 37. num. 19. Surdus deciſ. 346. num. 18. per tot. Caſanatt. conſ. 46. num. 18. & 19. Palm. allegat. 46. à num. 37. allegat. 47. num. 46. Vrceol. conſult. 56. num. 1. & 2. & conſtanter tenuit* Rota, *vt videre eſt apud* Gregor. *deciſ. 207. vbi adden. num. 9. coram Vbaldo deciſ. 33. inter recentiores deciſ. 221. & 326. vtrobique num. 6. part. 5. deciſ. 19. num. 8. part. 11. deciſ. 163. num. 1. part. 16. deciſ. 807. part. 18.*

Neque in præſenti Caſu concurrunt verba tractum futuri temporis reſpicientia qualia eſ-
2 ſent *in perpetuum* in infinitum ſemper, de gradu in gradum, de hærede in hæredem, & ſimilia, quæ pro excluſione dictę vulgaris conſiderantur à DD, & pręſertim *Redenaſc. conſ. 10. nu. 4. & conſ. 34. num. 26. Fuſar. conſ. 3. & de ſubſtit. quæſt. 382. n. 29. & 10. Bellon. Iun. conſ. 26. n. 22* ſiue coniecturę ſuadentes voluiſſe donantem in donatione ordinare perpetuum, & ſucceſſiuum Fieicommiſſum inter filios, & deſcendentes
3 Donatariorum, quo caſu procul dubio à citata theorica Cumani receditur, & ſubſtitutio vulgaris continet etiam Fideicommiſſariam *Socin. in l. ſolemus in §. 1. ff. de condit. & demonſt. Rota deciſ. 327. num. 2. coram Merlin. deciſ. 372 num. 5. par. 15. rec. & alibi paſſim.*

Et quidem deficiunt verba tractum futuri tēporis indicantia, quæ non benè deſumuntur, ex

quo

4 10 Teſtator vſus fuerit verbo ſuccedat. Nam
hoc de ſui Natura vulgarem dumtaxat im-
portat Redenaſt.conſ.10.num.16.Fuſar.de ſubſtit.
quæſt.382.num.34.Roſ.conſult.42.num.5. Bar-
bat.de fideicom.par.1.cap.10.num.66.Palm.alleg.
28.num.4.Rota deciſ.167.num.1. & per tot.
Prout non vrget, quod ſubſtitutio facta ſit
quandocunque Donatarij decederent ſine fi-
liis ibi in qualſiuoglia tempo moriſſero ſenza fi-
5 glioli, quia licet dictio quandocunque vtpotè
complectens omnia tempora contineat com-
pendioſam includentem Fideicommiſſariam,
vt ad limitationem Doctrinæ Cumani tradunt
DD. in l. Centurio ff. de vulgari, & pupillari Rota
deciſ.355.num.7. & ſeqq. & num.11. par. 17. &
& deciſ.176.num.6. par.18. Attamen cum illa
6 verba in qualſiuoglia tempo reſpiciant tempus
mortis Donatariorum, non autem filiorum,
& deſcendentium ab ipſis importat quidem Fi-
deicommiſſariam inter primos Donatarios,
quo verò ad filios, & deſcendentes ab illis in-
ducit ſolum vulgarem Peregrin.de fideicom. art.
18.num.13. & ſeq. Crauett.conſ. 131. num.4. Ri-
minald.Iun.conſ.371.num.162.cum ſeqq. Rota
deciſ.33.num.6.coram Vbald. & deciſ. 496. num.
7. & ſeqq. coram Caual. Rot. deciſ. 129. num.5.
poſt Merlin.de legit.Celſ.deciſ.24. num.11. Cerr.
deciſ.516.num.15.Roxas deciſ. 110. num.15. &
in Forolinien. Fideicommiſſi 3. Martij ſuperioris
Anni coram R.P.D. meo Hernault. §. ſecunda
elicita.
Deficiunt etiam coniecturæ ſuadentes re-
ceſſum à ſæpè citata Theorica Cumani, nec in
hoc caſu prò coniectura deſeruit prohibitio
alienationis, quia hæc adiecta dignoſcitur re-
ſtrictiuè ad Vineam, quam donator particulari
fideicommiſſo ſuppoſuit, ſuper qua nulla cadit
controuerſia, neque regulare poteſt huiuſmodi
7 prohibitio diſpoſitionem circa reliqua bona
cum extra caſum præciſum vbi appoſita legi-
tur, non extendatur Vrceol.conſult.70.num. 20.
& 21.Rota deciſ. 297.num.21.coram Bich.deciſ.
516.num.12.coram Caual. deciſ. 249. num.13. &
deciſ.272.num.8.par.6. Præſertim quia prohi-
bitio alienationis in cęteris bonis legitur reſtri-
8 cta ad perſonas donatariorum, quibus deficien-
tibus ſinè filijs, grauamen illis iniunctum fauo-
re Proximiorum de domo Confaloneria eſt tã-
tum in ea bonorum portione, quæ alienata ab
illis non reperiretur tempore mortis ibi voglio
che ſuccedano i più proſſimi di Caſa Confalonieri
9 di quella robba, che ſi trouarà in quel tempo, quæ
verba important facultatem de bonis alienan-
di, & ſubſtitutio proximiorum debet intelligi
de remanentibus non alienatis tempore mor-
tis donatariorum deſcendentium ſinè filijs ad
terminos textus in authent. contra cum rogatus
C. ad S.C. Trebell. de qua latè Calderin.conſ.7. de
donat. Nogherol.alleg.14.num.20.Card. de Luca
de fideicom.diſc.591.n.1. & ſeq.Rota deciſ.39. nu.
23. & ſeq.par.13.
Eademque ratione non refragatur altera
coniectura deſumpta ex voto conſeruandi
agnationem, quia hæc pariter eſt limitata ad
10 ſupradictam Vineam, nec extendi poteſt ad
alia bona, ſuper quibus non fuit huiuſmodi ra-
tio expreſſa, ſed tantum cauſa meræ liberalita-
tis, & amoris, ac beneuolentiæ erga donata-
rios, nec implicat, quod donans voluerit con-
11 ſeruare agnationem in vna parte bonorum; In
alia verò non, vt obſeruant Ciriac.controu.283.
num.41. Aſtolin.reſol.77.num.36. Rota dec. 516.
num.10.coram Cerro, deciſ.195. num.5. & deciſ.
397.num.11. par. 15. Et in Sutrina fideicommiſſi
16. Iunij 1687.§. Non benè demum coram R.P.D.
meo Vrſino.
Quinimò ex diſcretiuo modo loquendi, quo
vſus fuit Teſtator in conſtituendo particulare
fideicommiſſum ſuper Vinea, quam alienari
prohibuit cum ratione, vt perpetuò remaneret
in eius domo, quod non expreſſit in cæteris bo-
nis donatis, manifeſtè arguitur, quod vbi vo-
luit fideicommiſſum perpetuum conſtituere,
ſciuit exprimere, & vbi omiſit (vt fecit in cę-
12 teris bonis donatis) cenſetur conſultò omiſiſ-
ſe, quia reuera nolebat in iſtis fideicommiſſum
ordinare caſu quo donatarij decederent cum
filijs ad textus in l.1.§. ſin autem C. de caduc. tol-
len. & in terminis Decian. conſ.2. num. 45. lib.2.
Palm.alleg. 47.num. 24.verſ. in facto cum ſeq. &
ſub num.59. verſ. quia Rota deciſ. 225. num.15.
poſt Torr.de pact. fut. ſucceſſ.deciſ.258. num.11.
coram Peuting. & deciſ.116.num.11. & 12.coram
Cerro.
Præterea contemplatio agnationis penitùs
13 excluditur, eo quia filij, & deſcendentes dona-
tariorum vocantur abſque expreſſione maſcu-
linitatis, ſicque illorum appellatione veniunt
tam maſculi, quàm fęminæ, & conſequenter
ceſſat ratio conſeruandi agnationem Rot.coram
Peuting.deciſ. 258. num. 6. & 8.coram Priolo
deciſ.23.num 11.cum duobus ſeqq. & inter recen.
deciſ.125.num.11.par.16. & deciſ.274.num. 30.
& ſeq.par.18.
Minuſque releuat coniectura digreſſus ad
14 plures gradus ſubſtitutionum, quia omnes po-
ſtremæ ſubſtitutiones pendent ab vnica condi-
tione obitus donatariorum ſine filijs, atq; ideò
non plures ſubſtitutiones reputantur, ſed vni-
ca tantum Fuſar. de ſubſtit. quæſt.486. num.57.
Rota deciſ.145.num. 19.coram Celſo deciſ.258.n.
12.coram Peuting. deciſ.486. num.7. & 9. par.1.
rec.deciſ. 359. num.13. par.17. deciſ.29. num.4.
par. 18. & in Romana fideicommiſſi de Vellis 24.
Aprilis 1671. coram bon.mem. Roudinino, & 9.
Maij 1678.coram Reuerendiſſimo Bourlemont.
Et ita poſthabitis alijs coniecturis leuioris
ponderis reſolutum fuit vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX
DECANO.

Romana Fideicommiſſi de Auila,

Veneris 23. Ianuarij 1693.

A R G V M E N T V M.

Onus deferendi cognomen, & inſignia familiæ teſtatoris qualibet leui concurrente coniectura perpetuum, & abſolutum inducere fideicommiſſum firmat hęc deciſio; quæ plures coniecturas ponderat.

S V M M A R I V M.

1 *Onus deferendi cognomen, & arma familiæ iniunctum alicui, & eius filijs, & deſcendentibus in perpetuum, inducit perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum.*
Ac etiam maioratum num. 15.

2 *Et cenſetur impoſitum ad conſeruandam agnationem.*

3 *Onus prædictum niſi fideicommiſſum induceret, effectum non haberet.*

4 *Onus prædictum fideicommiſſum certè inducit, concurrente aliqua etiam leui coniectura.*

5 *Filij in conditione poſiti, ſi ſint grauati reſtituere hæreditatem, cenſentur vocati etiam ex vnica, & leui coniectura.*

6 *Ac ex ſolo onere delationis cognominis, & armorum.*

7 Molin de primog. lib. 1. cap. 5. num. 34. *declaratur.*

8 Rot. deciſ. 200. num. 12. & 13. par. 15. rec. *explicatur.*

9 *Coniectura ſuadens fideicommiſſum ex d. onere eſt prohibitio mixturæ aliorum cognominum & armorum.*

10 *Ac maxima dilectio erga primum hæredem.*

11 *Et liberatio in perpetuum conceſſa hæredi, & eius deſcendentibus ab aliquo onere.*

12 *Ac commendatio hæredis, & eius deſcendentium, ac hæreditatis alieni magno Viro.*

13 Et *prægnantia verborum perpetuitatem, & enixam voluntatem deſignantium.*

14 *Ac obſeruantia primi hæredis.*

15 *Teſtamenta doctiſſimorum hominum ſæpè lites inextricabiles pariunt.*

D E C I S I O XXVII.

Confirmarunt Domini in hodierna Cauſæ repropoſitione deciſionem æditam 16. Iunij proximè elapſi, in qua dictum fuit, dandam eſſe immiſſionem ex fideicommiſſo Hieronymi de Auila, Petro Paulo illius ex germana Sorore pronepoti, in poſſeſſionem bonorum eius hereditariorum, in Lucam Antonium Cicciaporcium peruentorum ex Donatione Vniuerſali, per Didacum Petri Pauli fratrem in ipſum collata. Quandoquidem fideicommiſſum Hieronymi, quod vnicè venit in controuerſiam, iterum elici viſum fuit ex eo quod ipſe in Teſtamento, cũ quo deceſſit, mandauit Iacobo hæredi inſtituto, & reſpectiuè Petri Pauli, ac Didaci Patri, quod (vt præcisè ſe habent illius verba) *tàm ipſe, quàm eius filij, & deſcendentes in perpetuum Cognomen, Arma, & inſignia Domus, & Familiæ Auilæ abſque vlla mixtura, ſiue cum alio cognomine, ità quod arma, inſignia, & cognomen illorum ſint Auila tantum, ſumere, ac perpetuò in omnibus negotijs, contractibus, litteris miſſiuis, atque alijs actibus, & ſcripturis quibuſcumque illis omninò vti, & continuare debeant, teneantur, & obligati ſint* -- Ex plurium enim non obſcuri nominis Doctorum Sententia, ſimplex onus deferendi cognomen, & arma familiæ, iniunctum alicui, & eius filijs, ac deſcen-
1 dentibus in perpetuum, ſufficit ad inducendum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, vt præter allegatos in deciſione tradunt *Rimin. Iun. conſ. 23. num. 77. & 78. Rauden. de Analog. in appendic. par. 1. num. 78. & ſeqq. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art. 53. verſ. Secundo dicas Peguer. deciſ. 101. num. 1. & 2.* & admiſit *Rota in Canallicen. hæreditatis 24. Nouembris 1681. §. Defuncto 14. Iunij 1684. §. Quo enim ad onus, & 1. Iulij 1686. §. Tales autem coram bo. mem. Albergato* ex tribus ſatis viuis rationibus, vna quod Teſtator præſumi nequit onerare velle, quos non honorat iuxtà regulam *Textus in leg. ab eo*
2 *C. de fideicom.* altera quod cenſetur hoc onus impoſuiſſe cauſa conſeruandæ agnationis, ex qua infertur ad fideicommiſſum, ad tradita per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 277. num. 6. Fontanel. deciſ. 32. num. 21.* & poſtrema, quod citrà Vinculum fideicommiſſi voluntas Teſtatoris effe-
3 ctum habere non poſſet, dum in poteſtate hæredum eſſet, ſpreto illius onere, gaudere bonis ab ipſo relictis, vt ponderat *Ludouic. Bell. conſ. 52. num. 11. & ſeqq. Menoch. conſ. 1006. num. 6. verſ. Quintò huc facit.*

Et licet his non obſtantibus, concluſio forſan videatur dubia, dubium tamen omne ceſ-
4 ſat concurrente vna cum præfato onere aliqua, etiam leui coniectura, vt in ſpecie tenet *Rota deciſ. 266. num. 16. part. 1. recent.* & in ſimilibus
5 terminis filiorum in conditione poſitorum, quod ex onere reſtitutionis hæreditatis, adſti-pulante vnica, & leui coniectura dici debeant vocati, Rota *in Vrbeuetana Fideicommiſſi 15. Iunij 1592. verſ. tamen ſi concurrat coram Orano*, vbi pro ſufficienti coniectura admiſſa fuit ſola qualitas legitimatis, & naturalitatis. Et in puncto, quod vocati cenſeantur ex ſolo onere de-
6 lationis Cognominis, & Armorum *Bellon. Iun. conſ. 87. num. 8.* Rota *in Auenionen. Fideicommiſſi 11. Maij 1657. §. Nec applicatur, & 30. Maij 1659. §. Nec facit coram bo. me. Benilaqua.* Non attenta auctoritate *Molin. de Primog. lib. 1. cap.*
7 *5. num. 34. in fine*, qui videtur vltra præfatum onus ad inductionem fideicommiſſi requirere coniecturas graues, & efficaces, quoniam ille loquitur in caſu, quo onus deferendi Cognomen, & Arma iniunctum eſſet vni tantum perſonæ,

ſonæ,ex eoque contendi vellet fideicommiſſum
perpetuum, & abſolutum in tota ipſius deſcen-
dentia , non autem in caſu quo (prout hic)
onus iniunctum fuit perſonæ,hęredis, ac etiam
illius filijs, & deſcendentibus in perpetuum ex
quo vel ſolo , & fortius iuncto cum aliqua le-
ui coniectura,reſultat fideicommiſſum,vt præ-
ciſè diſtinguendo vnum caſum ab alio firmant
*Ludouic.Bell.dicto conſ.52.num.4.& ſeq.Leo de-
ciſ.Valent.60.num.36.in fine* Rota *in Caualliceu.
hæreditatis 14.Iun.1684.§.Potiſſimè coram bon.
mem.Albergato* , nec ſimiliter refragante *deciſ.*
8 200.*num.12.& 13.par.15.recent.*quæ videtur di-
ſtinguere inter caſum conſtitutionis,& alium
extenſionis, ſeu prorogationis fideicommiſſi,
quia loquitur in terminis aliorum onerum,non
autem in terminis oneris de quo agitur, quod
vltra rationem oneris , quam cum ipſis com-
munem habet , hoc amplius (vt prænotatum
fuit) dicit Votum conſeruandi agnationem,
quod etiam effectu carere poſſet citrà ſuppoſi-
tionem fideicommiſſi.

Concurrunt autem in hac hypotheſi conie-
cturæ in deciſione relatæ , non vnicæ,ac leues,
ſed plures,& non parum fortes. Primò enim
loco Teſtator non modo grauauit filios, ac
deſcendentes Iacobi onere deferendi propriũ
cognomen , & arma , ſed etiam prohibuit illis
9 mixturam aliorum quorumcumque cognomi-
num,& armorum . Ex hac enim prohibitione ,
quæ cogit filios,ac deſcendentes abſtinere ab
alijs quibuslibet hæreditatibus ſimile onus an-
nexum habentibus,vt tradit *Theſaur.deciſ.370.
num.13.*Rota *deciſ.103.num.2.& ſeq.par.14.re-
cent.*colligitur , ipſos fuiſſe fideicommiſſo do-
natos, neque enim alias in mentem Teſtatoris
cadere poterat illos à præfatis hereditatibus
ſub hoc forſan onere deferendis arcendi abſq;
vllius emolumenti contributione , vt ratioci-
natur Rota *deciſ.401.num.8. & 9. coram Celio.*
Non obſtante ponderatione , quod prohibitio
mixturæ ſit ſolum qualitas magis grauans,non
autem coniectura diuerſa ab onere delationis
cognominis,& armorum,quia diuerſitas patet
ex diuerſitates obligationis,& eius effectuum.

Secundò Teſtator ſummum amorem mani-
feſtauit erga Iacobum hęredem , vocando ip-
ſum dilectiſſimum , profitendoquè , quod ab
10 ipſomet die illius ortus ſemper eum habuerat
loco filij,ac hæredem ſibi prędeſtinauerat , vn-
dè eumdem amorem geſſiſſe pręſumitur erga
illius deſcendentes,eoſque etiam per fideicom-
miſſum vocaſſe, vt in ſpecie arguit Rota *in Fa-
uen.Fideicommiſſi 4.Iunij 1677. §.Vocatio in fi-
ne co.am bo.mem.Albergato* . Maximè quia ex-
preſsè parificauit Iacobum , & eius filios , ac
deſcendentes in onere geſtandi cognomen , &
arma ; Et ſic pares etiam ipſos voluiſſe cenſeri
debet in honore,ſeu vocatione . Non ſubſi-
ſtente ,quod hoc ſit facere pręſumptionem
præſumptionis contra regulas Iuris , quoniam
pręſumptio vocationis filiorum,ac deſcenden-
tium eruitur,non ex pręſumpta,ſed ex vera , &
enixis verbis explicata dilectione Teſtatoris
erga Iacobum ; ac ex vera,& litterali eorum
in ſubſtantia oneris parificatione cum eodem
Iacobo; Minuſquè aduerſante, quod magis cõ-
ſentaneum dilectioni Iacobi fuiſſe rel inquere
ipſi bona libera,quam obnoxia fideicommiſſo,
quia Teſtator nedum dilexit Iacobum hære-
dem,verum etiam in eo,& eius filijs,ac deſcen-
dentibus conſeruationem proprij cognomi-
nis,& armorũ, quam obtinere nõ poterat abſq;
fideicommiſſo .

Tertiò Teſtator,legatis Capitulo Eccleſię S.
Mariæ decem locis Montium pro manutentio-
ne ipſius Cappellę, ac celebratione certarum
11 Miſſarum,& Anniuerſariorum nominatim vo-
luit,quod ipſe,& eius hęres,ſuique deſcenden-
tes in perpetuum liberi eſſent , & immunes ab
omni alia impenſa,& contributione , ex quo
clarè videtur deſignaſſe fideicommiſſum,tum
quia ſuppoſuit, ipſius bona ad hæredis Deſcen-
dentes peruentura ad *Text. in l. vnum ex fami-
lia §.fin.ff.de leg.3.& in l. Pamphilo in princ.ff.
eodem*, & ſignanter in perpetuum , quod vix
concipi poterat futurum fuiſſe abſque fideicõ-
miſſo , tum etiam quia proceſſit cum terminis
liberàtionis,& exemptionis , quæ præſupponit
obligationem , ac per conſequens fideicom-
miſſum,vt in terminis pręcepti de non inquie-
tando, ſeu moleſtando *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
437.num.123.* abſque eo quod liberatio , & ex-
emptio tribui valeat obligationi hęredis de-
ſcendentibus incumbenti ex cauſa Sepulturæ,
quoniã huic interpretationi reſiſtit littera Teſta-
menti,quæ expreſsè loquitur de expenſis,& cõ-
tributionibus faciendis pro manutẽtione Capel-
læ,ac Miſſarum,& Anniuerſariorũ celebratione.

Quartò demùm Teſtator enixè ſubmiſit , &
commendauit protectioni clar, mem. Cardina-
12 lis Saluiati Iacobum hæredem , eiuſque de-
ſcendentes, ac hæreditatem cum hac diſtincta ,
& ſæpius repetita hæredis , ac eius deſcenden-
tium, & hæreditatis mentione ; hinc enim ori-
tur coniectura fideicommiſſi fauore eorumdem
deſcendentium , quorum adeo Teſtator oſten-
dit ſeſe ſollicitum;præſertim ſtante ſollicitudi-
ne ipſius etiam hæreditatis,ac eius expreſſione
poſt expreſſionem Deſcendentium , denotanti-
bus ſtudium eius conſeruationis ſimul, ac præ-
ſuppoſitum purificationis pro eiſdem deſcen-
dentibus . Non obſtante , quod parum con-
gruere videatur fideicommiſſo perpetuò prote-
ctio Cardinalis tunc temporis in ſenili ætate
conſtituti,quia vis non ſtat in qualitate Prote-
ctoris , ſed in deſiderio protectionis , & curæ
deſcendentium hæredis,ac hęreditatis , vt præ-
fertur,pro ipſis conſeruandæ à Teſtatore mani-
feſtata .

Hiſque omnibus coniecturis addendæ ſunt
duæ circumſtantiæ,quę illas valdè confirmant ,
vna ſcilicet quod Teſtator in impoſitione præ-
fati oneris ſe geſſit cum ſumma quadam eni-
xitate,ſiue pregnantia,grauando ipſomet onere
13 deſcendentes cum diſtinctione graduum, & cũ
repetitis dictionibus in *perpetuum*, iniugendoq;
illius obſeruantiam cum geminata prohibitio-

ne mixturæ, generaliter in quibuslibet actibus, & ſpecialiter in pluribus per ipſum ſpecificatis; & cum dictione *omninò*, ac per terna obligatiua verba. Quò enim ardentiùs huiuſmodi deſiderium expreſſit, ac propalauit Teſtator, eò certiùs dici debet fideicommiſſum feciſſe, ſine quo illud facile effectu fruſtrari poſſet argum. *Text. in l. ſi quando in princ. ff. de legat. 1. Menoch. conſ. 1006. num. 6. Peregrin. de fideic. art. 11. n. 29.* Et altera, quod Iacobus hæres in quodam

14 Breui Apoſtolico immediatè poſt obitum Teſtatoris expedito, narrauit, Hieronymum condidiſſe Maiorſtum, ſeu fideicommiſſum, quæ narratiua, ſiue confeſſio hæredis grauati multum facit ad fideicommiſſi comprobationem ex auctoritatibus adductis in deciſione. Non ſubſiſtente aſſerta illius erroneitate ob cõplicatam cum fideicommiſſo mentionem Maiorates, cuius nullum habetur veſtigium in Teſtamento, quoniam imò fuit prudens, & cauta, non enim deſunt qui ex onere deferendi cognomen, & arma, contendunt induci Ma-

15 ioratum, ſeu primogenituram, inter quos *Menocb. conſ. 1006. num. 1. Guidopap. deciſ. 467. Randen. de Analog. in append. par. 1. num. 75. & ſeqq. Theſaur. dec. 270. num. 19. Fontanell. deciſ. 32. num. 1.*

Non obſtat, quod Hieronymus Teſtator eſſet in Vrbe Prælatus, cui proindè tanquam benè callenti terminum fideicommiſſi facile

16 fuiſſet eo vti, ſi fideicommittere voluiſſet, quia (præterquod vti talis etiam nouit, aut noſſe debuit ex delatione proprij cognominis, & armorum ſic vt ſupra demandata reſultare fideicommiſſum) argumentum eſt nimis fallax; Experientia enim conſtat, lites, & quidem inextricabiles paſſim oriri ſuper Teſtamentis doctiſſimorum hominum, qui tamen illas vel vnico verbo de medio tollere valuiſſent. Prout nec officit, quod iam tempore Teſtamenti Iacobus hæres cognominaretur, ſique etiam illum cognominauit Teſtator de Domo Auila, quia poterat cognomen Auilæ dimittere, eique aliud copulare, atque addere ad tradita per *Cenſal. in addit. ad Peregr. de fideicom. art. 31. ad num. 123. verſ. Quarto obſeruo*, quod per præmiſſam diſpoſitionem fuit ipſi à Teſtatore vetitum.

Cæteris in contrarium allatis reſponſio patet ex ſæpe dicta deciſione, ac ex fundamentis, & rationibus pro ipſius confirmatione ſupra deductis.

Et ita &c. vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Anagnina, ſeù Sublacen. Confinium ſuper bono Iure.

Veneris 23. Februarij 1693.

ARGVMENTVM.

Confinium multæ probationes etiam ad effectum dominij in hac Deciſione recenſentur.

SVMMARIVM.

1 *Confinia, maximè in antiquis probantur pluribus inſtrumentis locationum effectum ſortitis.*
2 *Teſtes ad perpetuam, & deponentes metu excommunicationis tempore non ſuſpecto, & diù ante motam litem magnum præbent adminiculum.*
3 *Confinium probatio tanquam difficilis admittit etiam adminicula, & præſumptiones.*
4 *Confeſſio plenè probat contra confitentem.*
5 *Identitas confinium probatur duabus demonſtrationibus.*
6 *Probatur teſtibus examinatis in faciem loci.*
7 *Confinis qualitas excluditur in eo loco, in quo demonſtratio non concurrit.*
8 *Teſtes de Communitate, & commodum reportantes non merentur fidem.*
9 *Teſtes intereſſati non probant.*
10 *Teſtes non attenduntur in concurſu inſpectionis ocularis Iudicis.*
11 *Confines etiam ad effectum probandi dominium probantur ex longeua poſſeſſione.*
12 *Confines præſcribuntur ſpatio triginta annorum.*

DECISIO XXVIII.

RENouata inter communitates Trebarum, & Vallis petrarum coram Reuerendiſſimo Cauallerino, tunc A.C. Locumtenente, & ſucceſſiuè coràm A.C. Tauruſio, antiqua controuerſia ſuper manutentione in poſſeſſione ſyluæ Faiti, ſuper qua de anno 1646. A.C. Argelus relaxauerat mandatum de manutenendo fauore Communitatis Trebarum; Idem A.C. Tauruſius licet fauore eiuſdem pronunciauerit reſpectu Iudicij poſſeſſorij, aſſumendo tamen cognitionem cauſæ in petitorio, Sententiam protulit fauore alterius Communitatis Vallisperrarum; Deuoluta proinde ad Rotam appellatione vtrinque interpoſita, & diſputatis duobus dubijs ſub die 4. Iulij proximi præteriti quoad Iudicium petitorium, dilata fuit reſolutio, ac demandatus mihi nouus acceſſus cum Perito, quo perfecto mediante confectione Plantæ iudicialis, repropoſui hodiè Dubium, & Domini reſponderunt conſtare de bono iure Communitatis Trebarum.

Præmiſſo enim, quod vera confinia diuidentia vnum Territorium ab altero ſunt rupes na-

Digitized by Google

turales incipientes ab vno latere verſus Ca-
ſtrum Filettini, à loco dicto *Serralonga*, & ab
alio latere verſus Vallempetrarum à loco *dicto*
Peſcbio roſſo, prout conſtat ex antiquis Inſtru-
mentis locationum ſtipulatis de anno 1608.
Summario impreſſo Communitatis Trebarum
*num.*11. *&* 13. Ibi — *quæ habet ſuoi fines natu-*
rales, & Peſci tam verſus Filettinum, quam Val-
liſpetrarum, & ſucceſſiue etiam ex alijs pluri-
bus Inſtrumentis locationum effectum ſortitis
quibus probari confinia maximè in antiquis
1 tradunt *Iaſon. in l. cum aliquis num.*4. *C. de Iur.*
deliber. Pariſ. conſ. 104. *num.*26. *& ſeqq. lib.*1.
Valenz. conſ. 100.*num.* 42. *Maſcard. de probat.*
*concluſ.*394. *num.*1. *& ſeqq. Manſ. conſult.*168.
num. 24. *Rota deciſ.* 520. *num.* 48. *par.* 14.
recent.

Concurrentibus præſertim depoſitionibus
Teſtium examinatorum ad perpetuam rei me-
moriam de anno 1604.& aliorum plurium
2 deponentium metu ex communicationis, qui
cum deponant tempore non ſuſpecto, & diù
ante motam litem magnum præbent admini-
culum veritatis ad *Text. in cap. cum Cauſam de*
probat. Maſcard. eodem tit. concluſ. 395. *num.* 1.
& ſeqq. Rota *deciſ.* 334. *num.*2. *par.*2. *rec.* Præ-
cipuè in hac materia confinium, quæ cum ſo-
leat eſſe difficilis probationis, admittit etiam
adminicula, & præſumptiones ex firmatis per
3 *Valenz. d. conſ.* 100. *num.* 34. *& ſeqq. Gratian.*
diſcept. 883. *num.*7. *Barz. deciſ. Bononien.* 101.
*num.*5. *Rota coram Coccino deciſ* 260. *num.*6. *&*
*d. deciſ.*334. *num.*2. *par.*2. *recent.*

Potiſſimum verò accedente confeſſione eiuſ-
dem Communitatis Valliſpetrarum, quæ tàm
in acceſſu R. P. D. Grimaldi Iudicis adhunc
effectum delegati, quam in alio A. C. Thauru-
4 ſij totam vim conſtituit in verificanda conti-
nuatione Rupium in Confinibus ab ea præten-
ſis, per quod tacitè admiſit vera confinia eſſe
rupes naturales in locationibus enunciatas, ideo
talis confeſſio contra ipſam plenè probat ad
Text. in l. cum te Cod. de Tranſact.

Quo præſuppoſito, exiſtentia localis dicto-
rum Confinium viſa fuit DD. ad vnguem veri-
ficari in locis deſignatis per Communitatem
Trebarum incipiendo nempe ab vno latere
verſus Filettinum à loco dicto *Pizzale di Serra-*
longa ſignato in hodierna Planta *num.* 5. pro-
ſequendo verſus *il vado di tarino d. planta nu.* 7.
ab alio latere verſus Vallempetrarum à loco
dicto per Trebanos *Peſcbio roſſo num.*12. per-
gendo ſimilitèr ad dictum vadum Tarini, nam
ab utroque latere verificantur rupes naturales,
& quidem continuatæ ſe ſe ad invicem attin-
5 gentes in ſummitate ſyluæ, eamque totaliter
complectentes, vt in relatione acceſſus *litt. B.C.*
quibus concurrentibus ſatis remanet ibidem
iuſtificata identitas confinium iuxta Theori-
cam *Bartol in l. demonſtratio falſa num.*14. *ff. de*
condit, & demonſtrat. Ruin. conſ. 50. *n.*12. *lib.*3. *n.*
1. *Dec. conſ.*17. *n.*9. *lib.*3 *Mareſcott var. reſol. cap.*
12. *nu.* 23. *& ſeqq. Rota coram Dunoz. Iun. dec.*
609. *nu.*5. *& deciſ.*205. *num.*14. *par.*18. *rec.*

6 Eoquè certius quia ſuper hac identitate con-
confinium deponunt plures Teſtes Forenſes
examinati in faciem loci *Maſcard. de probat. d.*
*concl.*395. *num.* 2. *& ſeqq.* alijque ſuperius al-
legati.

Non obſtat, quod ſub appellatione *Peſcbio*
roſſo intelligendus veniat locus deſignatus in
planta *nu.*11. vt deponunt Teſtes examinati ad
inſtantiam Communitatis Valliſpetrarum,
quodque propterea ibi incipere debeant vera
confinia in antiquis inſtrumentis deſcripta;
illinc verò per continuationem rupium natura-
lium aſcendant ad locum per eam denomina-
tum *Balzo di Rouſto d. Planta n.*12. & poſtea
per ſimilem continuationem rupium proſe-
quantur vſquè alla *Cima di Morra Martana*, de-
inde per Campum *della Spina* Collem *Taſſiti*,
tandem deſinant in loco dicto *la Torretta*.

Quoniam (quidquid ſit de hac quæſtione
nominis, an ſub appellatione *Peſcbio roſſo* ve-
niat potius vnus, quàm alter ex locis contro-
uerſis, in qua Teſtes hinc inde examinati ſibi
contradicunt) ex oculari inſpectione videtur
inſubſiſtens talis confinium deſignatio, quia
dato etiàm ſine veri præiudicio, quod ea inci-
perent à parte inferiori, ſignata *nu.* 11. & proſe-
quantur vſquè ad aliam ſignatam *n.* 12. non
tamen dici poteſt, quod deinde recedant inter-
ſecando ſyluam verſus *Morra Mortana*, *Campo*
della Spina, la Torretta, facta enim in acceſſu di-
ligenti perquiſitione, & inſpectione non fuit re-
perta in ijs locis continuatio rupium prò Con-
finibus expreſſarum; Sed ſolum quidam tumuli
lapidum herbis, & arboribus circumdati, &
quaſi ſepulti, prout indiſtinctè iacent in tota
ſylua, qui nullam habent inter ſe continuatio-
nem, ſeù ordinatam extenſionem, imò in qui-
buſdam locis penitus deficiunt: quapropter
7 deficiente in ijs locis præcipua demonſtratio-
ne, nedum remanet itidèm excluſa qualitas
confinis quin potiùs confirmata in alijs locis,
in quibus talis demonſtratio verificatur *Gra-*
tian. diſcept. 83. *nu.* 20. *Mareſcot. d. reſol.* 12.
numer. 24. *Rot. deciſ.* 622. *numer.* 8. *par.* 4.
recent.

Nihil aduerſante quod tam in Campo della
Spina, quàm in alio loco dicto *la Torretta*
extiterint ſigna confinium in primo ſcilicet
ſignum Crucis ſaxo inſulptum, & in ſecundo
Columna, quia præter quod Teſtes ad hoc pro-
bandum inducti, vel ſunt de Communitate
8 Valliſpetrarum, & cum deponant ad proprium
commodum ratione iuris paſcendi non meren-
tur plenam fidem ex latè deductis per *Maſcard.*
*de probat. d. concluſ.*395. *nu.*10. *& ſeqq. Palm.*
*Iun. allegat.*3. *nu.* 11. vel ſunt de Communitate
9 Caſtri Filettini, quæ habet coæquale intereſſe
in hac Cauſa, vt fuit animaduerſum in alia
deciſione ſuper dubio manutentionis, & ideo
tanquam intereſſe habentes nihil probant *Alex.*
*conſ.*45. *nu.*2. *conſ.*107. *num.* 3. *lib.* 2. *Gramm.*
conſ. 41. *nu.*7. *Capyc. latr. conſult.* 83. *num.*29.
ſatisfecit reſponſio, quod in duobus ac-
ceſſibus factis per bo. me. A. C. Bichium de
anno

Digitized by Google

anno 1636. & per R. P. D. Grimaldum de anno 1687. nulla fit mentio talium Signorum, quemadmodum accuratè fit determino exiſtentę in *Pizzale di Serralonga*, quod vtique non fuiſſet omiſſum, ſi verè tunc temporis extitiſ-
10 ſent. Vnde non debent attendi depoſitiones Teſtium, cum ocularis inſpectio Iudicis præualeat cuicumque probationi *Capyc. latr. d. conſult. 22. num. 21. Sperell. deciſ. 178. nu. 19.*

Prædicta autem eo fortius comprobantur ex longæua, ac ferè immemorabili poſſeſſione, in qua reperitur Communitas Trebana reſpectu totius ſyluæ, vt ſupra, naturalibus finibus circumuallatæ, canonizata per mandatum de manutenendo, ab ea reportatum vſque de an-
11 no 1646. ad A. C. Argelo, & ſucceſſiuè per binas vices confirmata in hoc ſacro Auditorio, vt in alia deciſione hodiè pariter ædita, ex qua longęua poſſeſſione non ſolùm reſultat identitas, ac verificatio confinium etiam ad effectum probandi Dominium fauore poſſeſſoris. *Menoch. conſil. 147. num. 34 Capyc. latr. d. conſul. 22. num. 28. Rota coram Dunozett. Iun. deciſ. 598. num. 1. & d. deciſ. 520. nu. 95. par. 14. recent.* ſed etiam elicitur nouus, ac validus titulus præ-
12 ſcriptionis, vt indiuidualiter firmant *Caſtrenſ. conſ. 457. nu. 1. lib. 1.* vbi quod Confinia inter Communitates præſcribuntur ſpatio 30. annorum *Sperell. d. deciſ. 178. nu. 49. Rot. dict. deciſ. 520. nu. 69. par. 14. rec.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana alimentorum.

Veneris 6. Martij 1693.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus pro nuptijs ineundis non deberi vocato ad primogenituram, quam interim alius poſſidet, multipliciter oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Onus alendi ſpectat ad patrem.*
2 *Ad patruum ſolum ſpectat excuſſis bonis patris.*
3 *Imò debent prius excuti bona patrui viuentis, quam patrui defuncti.*
4 *Onus alendi non tranſit ad hæredes, niſi ceſſantibus perſonis, quæ iure ſanguinis ad id cogi valeant.*
5 *Alimenta debentur ſubſtituto ex hæreditate teſtatoris.*
6 *Intellige, id procedere in deſcendentibus, non in tranſuerſalibus.*
7 *Et ſolum obtinet in alimentis ſubſidiarijs.*
8 *Pater adoptiuus tenetur alere filium.*
Dummodò tamen ſit ex aſcendentibus n. 10.
9 *Onus deferendi cognomen, & arma non præſefert omnimodam adoptionem.*
11 *Teſtator ſi voluiſſet aliquid, illud dixiſſet, dum cætera dixit.*
12 *Teſtator præeligens aliquem, & eius deſcendentes ad conſeruationem ſuæ domus, videtur ipſum inuitare ad matrimonium.*
13 *Et ſic ex eius bonis alimenta percipere.*
14 *Declara, id procedere, vbi teſtator inuitatiuè, ſeu præceptiuè, ſecùs ſi præſuppoſitiuè de matrimonio cogitauit.*
15 *Alimenta denegantur, cum alias ſequeretur præiudicium tertij.*
16 *Æquitas non intrat in præiudicium tertij.*
17 *Siue præiudicium ſit magnum, ſiue modicum.*
18 *Arbitrium regulatur à iure.*
19 *Licet aliquid temperet de rigore iuris, ſecus tamen ſtante præiudicio tertii.*
20. *Clauſula* arbitrio *nihil operatur, cum fuit appoſita ex motiuis iuſtitiæ.*

DECISIO XXIX.

MArchio Franciſcus Ruſpolus ex Familia Mariſcotta progenitus, & ad Ruſpolam tranſlatus per ſucceſſionem in Opulentiſſimam hæreditatem Marchionis Bartholomęi Ruſpoli optans conſeruari nominationem Cognominis & Armorum de Ruſpolis, ac videns ſe liberis deſtitutum in quibus poſſet, (prout ęquum fuiſſet) huiuſmodi ſuum votum effectui demandare, ſcripſit ſibi hæredem vniuerſalem D. Marchioniſſam Hieronimam Bichiam eius dilectiſſimam Vxorem cum præcepto, quod illa ſe ſe nominaret de Domo Ruſpola tantùm; abſque mixtura alterius Cognominis, & Armorum, & quod ex fructibus eius hæreditatis (perceptis ſibi quotannis ſcutis 12. mil. ab ſolutis diuerſis annuis Legatis, ſignanter ſcutorum 6. mil Eminentiſſimo Domino Cardinali Mariſcotto ſcutorum 2. mil. D. Comiti Alexandro Capizucco ſcutor. 1500. D. Marchioniſſæ Octauię Felici Mariſcottæ Montoriæ ſcutor. 1200. P. Ludouico Mariſcotto in Caſtro Parrani Religioſè viuenti, ac ſcutor. 1200. Comiti Horatio Mariſcotto, quatenùs vnquam in lucem hominum remigraſſet omnibus ipſius Germanis Fratribus, ac Sorori reſpectiue nec non ſcutor. 1000. Eminentiſſimo Domino Cardinali Bichio eius Sororio) inſtitueret duo multiplica vnum annuorum ſcutor. 10. mil. vſque ad complementum ſcutor. 100. mil. pro Domo Mariſcotta, alterum reſiduorum fructum pro Domo Ruſpola, gaudendum ab eo, cui ipſa poſt mortem reſtitueret eius hæreditatem cum onere ſe ſe pariter nominandi de Domo Ruſpola tantum abſque mixtura alterius Cognominis, & Armorum; eamdemque Dominam Marchioniſſam hæreditatem reſtituere rogauit poſt mortem Domino Franciſco Mariæ ex Domino Comite Alexandro Fratre Nepoti ſub his verbis *E con hauer ſempre mira alla Conſeruatione della mia caſa Ruſpoli, & Arme di detta Caſa Ruſpoli come ſopra, & al totale e ſicuro adempimento di tutta la mia volontà, & annue preſtationi ſudette come ſopra laſciate, bene prego la ſudetta Signora Marcheſa Girolama mia Herede, che al tempo della ſua morte e per dopo detto tempo, debba inſti-*

ſtituire ſoſtituire, è reſtituire la mia Eredità, 1 *&*
hauer riguardo, e reflettere alla perſona del Sig.
Franceſco Capizzucchi figlio del Sig. Conte Aleſ-
ſandro Capizzucchi mio Fratello, quale hò ſem-
pre amato concorrendo in detto Sig. Franceſco la
facilità della Conſeruatione della Caſa de Ruſpoli
ſolamente, & Arme di Ruſpoli ſenza miſtione di
propria ò altra, e non ſolo in detto Signor Franceſco
ma anco ne ſuoi figli legitimi, e naturali di legiti-
mo Matrimonio procreati, & in mancanza di detti
ſuoi figli, vno delli più proſſimi à detto Sig. Fran-
ceſco Capizucchi di legitimo Matrimonio procrea-
ti ad Elettione di detto Signor Franceſco. E ſe
detto Sig. Franceſco premoriſſe alla detta Signora
Marcheſa Girolama mia herede ſenza figli legiti-
mi, e naturali di legitimo Matrimonio procreati,
ad Elettione della detta Sig. Marcheſa Girolama
mia Erede, con tutti e ſingoli peſi di Cognome
della Caſa Ruſpoli ſolamente ſenza miſtione di pro-
pria ò altra &c.

Cum autem Teſtatore defuncto, progreſſu
temporis, ac viuente D. Marchioniſſa, eaque
ob floridam eius ætatem probabiliter per quam
plures annos ſucceſſiuè victura, Dominus Fran-
ciſcus Maria in eam ætatem adoleuerit, quæ
vulgò Nuptijs, ac procreationi ſobolis apta
reputari ſolet, Dominus Comes Alexander il-
lius Pater eius Nomine præces obtulit S. Mem.
Alexandro VIII. quod committere dignaretur
S. R. E. Camerario, vel alicui ex Iudici-
bus Ordinarijs Romanæ Curiæ, vt ex fru-
ctibus hæreditatis Marchionis Franciſci per D.
D. Marchioniſſam erogandis in multiplicum
Domus Ruſpolæ, aliquam faceret aſſignatio-
nem D. Franciſco Mariæ cum qua poſſet, pro
conſeruatione Domus Ruſpolæ condecenter
Matrimonium inire, ac in eo ſemetipſum, &
Vxorem, ac Familiam ſuſtentare, illaſque
deinceps inſtaurauit apud Sanctiſſimum
Dominum Noſtrum, qui ad tenorem Voti
Congregat onis particularis quinque Prælato-
rum deſuper deputatæ, rem commiſit arbitrio
Noſtri Tribunalis, cum omnium ſuffragijs, &
cum geminis tantùm Deciſionibus terminan-
dam: Vndè ſubſcripto per me dubio. An,
quomodo, et in qua ſumma ſint præſtanda
Alimenta, & ſumptus ad parandas Nuptias,
eoque ſub diebus 10. & 12. Decembris proxi-
mè elapſi ſine reſolutione propoſito, hodiè
reſponſum fuit. Alimenta non eſſe præ-
ſtanda.

Nulla enim ſuffragari viſa fuit D. Franciſco
Mariæ neque Iuris diſpoſitio, neque etiam æqui-
tas ad huiuſmodi Alimenta ſuper bonis hæredi-
1 tarijs Patrui conſequenda. Non quidem Iuris
diſpoſitio; quoniam de Iure onus alendi filium
ſpectat ad Patrem ad *Text. in l. Si quis à libe-*
ris §. ſi vel parens verſic non tantum, vbi *Gloſſ.*
in verb. cætera, & communiter Doctores ff. de
lib. agnoſcen. Sanchez. de Matrimon. lib 2. diſ-
putat. 41. num. 5. Rota dec. 181. num. 1. & ſeqq.
par. 8. recent. & ſi vnquam dici poſſet, quod
etiam hæreditas Patrui teneretur Alimenta
2 Nepoti ſuppeditare, id tamen ſemper intelli-
gendum eſſet excuſſis prius bonis ipſius Patris,
ac fideicommiſſis aliorum aſcendentium: imò
3 etiam bonis alterius Patrui viventis, iuxtà *deciſ.*
408. nu. 16. par. 5. recent. non enim ad hæredes
onus alendi tranſit niſi in ſubſidium ceſſantibus
4 ſcilicet perſonis, quæ ad id Iure ſanguinis co-
gi valeant, iuxta theoricam *Bart. in dicta leg.*
ſi quis à liberis §. item reſcriptum num. 1. ff. de
liber. agnoſcen. quam ſequitur *Surd. de aliment.*
lib. 1. quæſt. 23. num. 11. Rot. deciſ. 330. num. 3.
& 4. par. 18. recen.. & in Neapolitana, ſeu Ro-
mana Redotationis *17. Martij 1684. §. quemad-*
modum in fine coram bo. mem. Albergato.

5 Non obſtat vocatio, ſeu ſubſtitutio D. Fran-
ciſci Mariæ in hæreditate Marchionis Patrui,
cuius vigore dicuntur ipſi deberi Alimenta ex
Text. in. leg. prima §. ſed & ſi incertum ff. de
6 *Ventr. in poſſeſs. mitten.* quoniam *Textus* loqui-
tur de deſcendentibus, vt inquit *Rota deciſ. 317.*
ſub num. 22. par. 17. recent. & patet ex eius ver-
bis ibi -- Sed *& ſi incertum ſit aliquo tamen caſu*
poſſit exiſtere, quo qui editur ſuus futurus ſit, ven-
trem mittemus, & ex alijs ibi -- *quare & ſi ita*
exhæredatio facta ſit, ſi mihi filius vnus naſcetur
exhæres eſto, quia filia naſci poteſt aut plures filij
vel filius, & filia, & venter mittetur &c. & ex
princ. eiuſdem leg. primæ, ibi -- *Sicut liberorum*
eorum, qui iam in rebus humanis ſunt Curam præ-
tor habuit, ita etiam eos qui nondum nati ſunt pro-
pter ſpem naſcendi non neglexit &c. Vndè non
videtur facilè extendi poſſe ad tranſuerſales in
quibus non viget tanta ratio decernendi etiam
inutiliter (vt in eodem *Textu* dicitur) Alimen-
ta, quanta viget in deſcendentibus, & in om-
nem caſum loquitur de Alimentis ſubſidiarijs,
vt in ſpecie tenent *Franciſcus Marc. deciſ. 323.*
num. 1. ac denotat ratio in eo expreſſa, ibi --
Satius eſt enim ſub incerto eius, qui edetur ali
etiam eum, qui exhæredatus ſit, quam eum qui
ſit exhæredatus fame necari &c. quibus locus
eſſe non poteſt non factis excuſſionibus, de
quibus ſupra.

Minùs alimenta peti valent ex eo, quod D.
Franciſcus Maria fuerit à Teſtatore grauatus
onere deferendi Cognomen, & Arma ipſius Fa-
8 miliæ induci contenditur quædam adoptio
transferens alendi neceſſitatem in Patrem ado-
ptiuum, iuxta *Textum in l. onera 45. ff. de adopt.*
quia pro tempore quo humanis egerit D. Mar-
chioniſſa, ipſa ſolum à Teſtatore grauata fuit
onere ſuſcipiendi ſeu retinendi, & conſeruandi
nominationem Familiæ Ruſpolæ; non autem
D. Franciſcus Maria aut alius quilibet ſubſti-
tutus, quibus id ipſum expreſſis verbis iniun-
ctum fuit poſt eius obitum tantum vt ex verbis
Teſtamenti ibi *Da goderſi da quella perſona, alla*
quale la ſudetta Signora Marcheſa Girolama mia
Erede per dopò la ſua morte reſtituirà la detta mia
eredità con il peſo di chiamarſi della mia Caſa Ru-
ſpoli ſolamente, e fare le Armi della mia Caſa Ru-
ſpoli ſenza miſtione di propria, ò altra &c. & ni- 1
hilominus non ſubſiſtit quod onus delationi 3
9 Cognominis, & Armorum præſeferat adoptio
nem ſaltem talem quæ præbere valeat onerato

Ius

Digitized by Google

Ius inſtandi pro Alimentis: Si enim ſatis du-
bium eſt, verù hoc tribuat ipſamet adoptio, quę
facta non ſit ab aliquo ex aſcendentibus ado-
10 ptati vt conſtat ex latè diſputatis per *Facchin.*
contron. Iur. lib. 12. cap. 90, qui reſoluit pro
negatiua; non obſtante præcitata *leg. onera*
tanquam correcta per nouam *Iuſtiniani San-*
ctionem. In l. fin. Cod. eodem titulo, vtique mul-
tò minus tribuere valeat præfatū onus: per hoc
enim tranſit in oneratum Ius dumtaxat familię,
per adoptionē autem vna cum familia etiam
Ius filiationis. Non attenta profeſſione, ſeù de-
claratione facta per Teſtatorem, quod ad con-
ſeruationem nominationis eius Cognominis,
& Armorum intendebat in defectu filiorum
quia hoc non probat quod eos quibus ad
hunc effectum vti cenſuit, aſſumere, & habere
voluerit tanquam filios.

Nec ſimiliter voluntas Teſtatoris; quoniam
Teſtator (vt in facto præmiſſum fuit) conceſſa,
ſeu demandata D. Marchioniſſæ annua perce-
ptione ſcutorum 12. mil. ac diſtributis diuerſis
annuis legatis, reliquos fructus eius hæredita-
tis inueſtiri, & cumulari mandauit pro domo
Mariſcotta, & Ruſpola: quo fit vt cum de alijs
fructibus in alias cauſas diſpoſuerit, videri ne-
queat voluiſſe ex eis D. Franciſco Mariæ de
Alimentis conſulere, præſertim quia aliàs ſa-
tis pinguibus legatis honorauit domum Mariſ-
cottam, quibus forſan exiſtimare voluit quibuſ-
libet illius indigentijs, etiā ex cauſa nuptiarum
ſuperuenturis abunde conſultum, & exactiſſi-
mus fuit in recenſendis, ac præſentandis omni-
bus illius perſonis quibus legare voluitvſque ad
excitandam memoriam Comitis Horatij, cuius
11 fors iam à pluribus annis ignorabatur, Sic
enim, & fortiùs meminiſſet D. Franciſci Ma-
riæ, eique etiam legaſſet ſi voluiſſet *argum. Text.*
in leg. vnic. §. Sin autem ad deficientis C. de Ca-
duc. tollen.

Nec officit quod Teſtator prælegerit Do-
minum Franciſcum Mariam, ac eius deſcen-
dentes legitimos, & naturales ad conſeruatio-
12 nem ipſius Domus, quaſi quod ideò videatur
ipſum inuitaſſe ad Matrimonium, ſine quo non
potuiſſet Teſtatoris Domus in eo, ac eius de-
ſcendentibus legitimis, & naturalibus conſer-
uari iuxta *deciſ. 43. coram ſ.m. mem. Alexandro*
VIII. & dec. 52. poſt Tur. de paſſ. fut. ſucceſſ. &
13 ſic etiam voluiſſe quod ex eius bonis Alimenta
perciperet vt in *dicta deciſ. 52. n. 1.* quoniam Te-
ſtator cogitauit quidem de Matrimonio Fran-
ciſci Mariæ: ſed ſolum præſuppoſitiuè non au-
tem inuitatiuè, ſeu præceptiuè: hoc enim eius
deſiderium fuit quod nominatio Cognominis,
14 & Armorum de Ruſpolis conſeruaretur, nec
curauit quod id n... per Dominum Franciſ-
cum Mariam in ſtatu coniugij magis, quàm
celibatus, aut per eius deſcendentes, ma-
gis quàm per eius proximiores. Nec contra-
riū firmant deciſiones in obiecto allegatæ, quia
loquuntur in caſu, quo ſubſtitutio reſtricta fuit
ad deſcendentes certæ perſonæ non autem in
caſu quo, pro vt hic, vlterius deuentum fuit
ad ſubſtitutionem proximiorum: vltra quod
ipſamet *deciſ. 53. poſt. Tur. ſupra allegata* lo-
quitur in caſu ſubſidij, vt liquet ex eius lectura
num 4. & ex altera, quæ illam in eadem cauſa
præceſſit *204. num. 15. par. 14. Recent.*

Prout nec vrget quod Teſtator præoculis
ſemper habens conſeruationem ipſius domus,
& fidens quod Domina Marchioniſſa huic eius
intentioni, ac voto fuiſſet plene ſatisfactura ſub-
diderit, ibi: *Conſiderando ſecondo la congiontura*
de' tempi la qualità di quella perſona, che dopò la
ſua morte prole eſſer atta al conſeguimento del ſu-
detto mio deſiderio &c. quoniam conſideratio
huiuſmodi non reſpicit prouiſionem, ſeu aſſi-
gnationem ſubſtituto faciendā pro celebratio-
ne, ac ſubſtentatione Matrimonij per ipſum cō-
trahendi in vita D. Marchioniſſæ, ſed ipſam-
met reſtitutionem, & electionem perſonæ, quæ
poſt eius mortem ſuccedere poſſet, ac nomina-
tionem familiæ Ruſpulæ conſeruare, vt colligi-
tur ex illis verbis: *Che doppo la ſua morte puo-*
le eſſer atta &c. denotantibus effectum conſide-
rationis intellectum, ac volitum poſt obitum,
idque etiam ſuadetur ex eo quod eadem fere
verba Teſtator adhibuit in actu deſignandi
perſonam Domini Franciſci Mariæ, cui cupie-
bat hæreditatem reſtitui per Dominam Mar-
chioniſſam, ibi: *Al tempo della ſua morte, e*
per dopò detto tempo debba &c. & hauere riguar-
do, e riflettere alla perſona del Signor Franceſco,
&c. concorrendo in detto Signor Franceſco la faci-
lità della conſeruatione della Caſa de' Ruſpoli ſo-
lamente, &c. maximè quia in caſu quo Domi-
nus Franciſcus Maria ſine liberis prædecederet
Dominæ Marchioniſſę, expreſsè voluit electio-
nem ſucceſſoris ad ipſam ſpectare.

Neque demum etiam æquitas, quia Ali-
mentorum petitio ſecum inuoluit commoratio-
nem multiplici à Teſtatore ordinati pro domo
15 Ruſpola, & eius ſucceſſoribus; Vnde non eſt
ei annuen. etiam ſi forſan æquitate fulciretur,
16 nec enim æquitas intrat in tertij præiudicium
Bald. conſ. 217. circa fin. lib. 4. Rota deciſ. 431. num.
1. coram Coccin. & deciſ. 61. num. 1. par. 8. recent.
17 quod procedit, ſiuè præiudicium ſit magnum,
ſiue ſit modicum; vt in puncto ſimilis inulci-
plici, *Rota in Romana, ſeu Ianuen. Legati 3. Iu-*
nij 1689. §. Pro vt nec iuuat coram me. Neque
huic præiudicio videtur ſatis occurſum per
oblationem Domini Franciſci Mariæ nomine
factam reintegrandi fideicommiſſum in caſu
illius purificationis de ſummis per eum reci-
piendis in cauſam Alimentorum; quia poteſt
dari caſus quod remaneat ſine effectu, præmo-
riente ſcilicet Domino Franciſco Maria ante
purificationem fideicommiſſi, vel ante illius
reintegrationem, nec alias recurri valet ad
18 clauſulam *Arbitrio &c.* cum qua commiſſio
ſignata fuit, quoniam hæc regulatur à Iure iux-
ta notiſſimam theoricam *Bartol. in extrauag. ad*
reprimendum verb. Videbitur num. 8. Rota in Bo-
nonien. ſeu Imolen. Bonorum 17. Februarij 1687.
ſtante tertij præiudicio ad tradita per *Rota*
19 *deciſ. 25. num. 4. & deciſ. 1429. num. 1. coram Sera-*
phin.

pixio, & deciſ. 412. num. 2. par. 18. recent. maximè quando (prout in hoc caſu) appoſita dici debet ex motiuis Iuſtitiæ, quæ narrata fuerunt
20 in petitione , tunc enim certius illa nihil operatur , & motiua diſcuti , ac definiri debent prout de Iure , vt dictum fuit in præcitata *Romana, ſeu Ianuen. Legati 18. Aprilis 1692. in fine coram me .*

Et ita decisum fuit vtraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Multiplicorum.

Veneris 17. Aprilis 1693.

ARGVMENTVM.

Liberatio à rationis redditione non omnimodam patit exemptionem, ſed à ſcrupuloſa tantum rationis redditione, non ab obligatione abſolutæ redditionis rationis .

SVMMARIVM.

1 *Fructus præſumuntur percepti à poſſeſſore .*
2 *Liberatio adminiſtratoris intelligitur de liberatione à ſcrupuloſa redditione rationis , non ab obligatione abſoluta, & præciſæ redditionis rationis .*
3 *Verbum* debet *eſt imperatiuum .*
Verbum ſaciat *eſt imperatiuum .*
4 *Præceptum teſtatoris de ſtando dicto hæredis intelligitur de bono, & æquo , & arbitrio boni viri, non autem de omnimoda libertate , per quam deſtrueretur voluntas teſtatoris .*
5 *Arbitrium boni viri nequit intrare , cum reſiſtit veriſimilitudo .*
6 *Redditio rationum nequit fieri ſuper follijs inuolutis abſque vlla ſpecifica diſtinctione partitarum, & computorum .*
7 *Dolus legalis eſt contumacia in exhibendo .*
8 *Adminiſtrator conueniri valet, ſi ſit contumax in reddenda ratione fructuum, etſi teſtator dixerit, ſtare illius dicto .*
9 *Adminiſtrator negligentior euadere ſolet ob lites, quas ipſe pro adminiſtratione ſuſtinet .*
10 *Iudex debet facere id , quod veriſimiliter faceret teſtator, ſi viueret, cum noua emergunt accidentia .*

DECISIO XXX.

MArchio Franciſcus Ruſpolus in vltimis Tabulis iniunxit Marchioniſſæ Hieronymæ Bichiæ eius Vxori dilectiſſimę , & hęredi, ſub certis tamen conditionibus , & oneribus inſtitutę , vt cum fructibus eius hæreditatis , perceptis ſibi annuis ſcut. 12. mil. ac ſolutis diuerſis annuis legatis , conficeret duo multiplica, 1 num ſcilicet annuorum ſcutorum decem millium, vſque ad ſummam ſcutorum centum millium fauore Domus Mareſcottę, & alterum reſiduorum fructuum fauore Domus Ruſpolæ, vt latius ex teſtamento, & quia Teſtator in vniuerſali annuorum reddituum diſtributione prouidè conſiderauit recollectiones fructuum non ſemper futuras vniformes, ſed expenſas aliquando augeri poſſe, vel euentualitatem caſuum contingere, vnde fieret reddituum diminutio, & redderetur impoſſibiliter effectuabilis illa integralis erogatio fructuum ad formam præſcriptam, ideò occurrendo euentualitatibus, aſſignauit ordinem ceſſationis ſeruandæ in multiplicis, & legatis, addita declaratione, quod circa fructuum eius hæreditatis ſtandum eſſet ſimplici aſſertioni Marchioniſſæ , etiam ſine iuramento, ibi -- E *per ouuiare alle liti per quello riguarda il frutto netto dell'eredità, detrattane ogni ſorte di ſpeſa come ſopra , fondi di debitori, frutto ceſſante, e qualſiuoglia altra coſa , per la quale ſi diminuiſſe il frutto della mia Eredità, dico, e dichiaro, che ſi debba ſtare alla ſola ſemplice aſſertione , etiam ſenza giuramento di detta Signora Marcheſa Girolama mia Erede , eſſendo informato della ſua integrità , al di cui volere circa ciò in tutto, e per tutto mi rimetto .*

Videns autem Comes Alexander Capizuchus Pater futurorum vtriuſque familiæ Succeſſorum , D. Marchioniſſam in duobus annis ab obitu Teſtatoris effluxis multiplica nulla confeciſſe , prævijs Iudicum Ordinariorum licentijs , eandem in ius vocauit nomine eorundem ad docendum de confectione multiplicorum coram R. P. D. Caſſarello Iudice ab A. C. deputato , qui electo Perito ad effectum agnoſcendi ſtatum hæreditatis , & adminiſtrationem D. Marchioniſſæ , ac habita illius relatione, & perſpectis duabus notulis exactionum , & expenſarum eorumdem duorum annorum per D. Marchioniſſam exhibitis , in quibus exactiones primi anni recenſitæ fuerunt in ſc. 13414. & expenſæ in ſc. 7704. 16. ac exactiones ſecundi in ſcut. 9971. 56. & expenſę in ſcut. 7149. 9. ½ illam per ſententiam abſoluit, & declarauit multiplica fieri non potuiſſe in dd. duobus annis, reſeruato tamen Comiti Alexandro quocumque iure quomodolibet competente, tam ex peritia, quam ex adminiſtratione , à qua ſententia per Comitem fuit ad me interpoſita appellatio, vnde dedi dubium ſub die 12. Ianuarij proximi prętetiti -- *An conſtet de credito, itaut potuerint fieri multiplica* --

In cuius diſputatione conſiderantes DD. præcitatas notulas Marchioniſſæ alias datas quoad exactiones eſſe confuſas, generales , & non ſpecificas , plurimaſque inuoluere improbabilitates, relatiuè ad ſtatum hæreditatis à Perito firmatum in annuis ſcut. 50000. & vltra , & quoad expenſas nimium generales , & vagas, adeòut ex illis ſatisfieri non potuerint , cogitanteſque rem de bono , & ęquo dirimere , ac ſeruare D. Marchioniſſæ illam qualemcumque indulgentiã, quã ei Teſtator voluit ſeruari, compatibiliter tamen, & coniunctim cũ altera eiuſdem Teſtatoris volũtate, quod multiplica conficerẽtur: ideò reſolutionẽ dubij conſultò protrahentes, reſcripſerunt *quod interim detur per D. Marchioniſſam notula diſtincta receptorum , & expen-*

Digitized by Google

ſarum ex, & pro effectibus hæreditarijs vſque ad,
& per totum annum 1691. & exhibeantur libri
adminiſtrationis penes D. Poventem, & hæc om-
nia pro inſtructione animi noſtri, & infra men-
ſem.

Intimato ſub die 17. Ianuarij proximi prę-
teriti prædicto reſcripto, eoque intra menſem
aſſignatum neglecto, placuit DD. vt indulgen-
tiùs agerent erga nobilem Matronam ſub die
27. Februarij terminum prorogare ad alium
menſem, quo ſimiliter contempto, iterumque
renuente D. Marchioniſſa huiuſmodi reſcripto
ſe ſubmittere, immò per diuerſas proteſtatio-
nes prętexente coloratas cauſas, quibus inter-
uertebatur DD. via per ipſos ad inſtruendum
eorum animum præſcripta, quaſi Iudici appel-
lationis non licuiſſet indagare ea, quæ circa
cauſam ſunt, vt pro prudentiæ legalis dictami-
ne conſulat adminiſtrationi opulentiſſimę hæ-
reditatis, cuius ſollicitudo ad ipſum, quo ad
multiplica erat deuoluta cum econtrà eximiæ
Matronæ dignitas, ac virtus potius illi ſuaſiſſet,
vt expoſita publicè adminiſtratione, notulas
ſpecificas, apertoſque rationum Codices in
ara Iudiciali vltrò exhiberet, vt in compenſa-
tione obedientiæ iudicialis, & incommodi
grauiſſimi in adminiſtrando laudes egregię,
ac fideliſſimæ adminiſtrationis reportaret.

Sub die itaque 3. currentis fuit iniunctum,
vt dubium iterum proponerem, quo repropo-
ſito, reſponſum fuit -- *Conſtare de credito in*
quantitate, & iuxta modum infra exprimendam,
& ad effectum faciendi multiplica.

Poſt habita enim vlteriori ſpe habendi à
Miniſtris Dominæ Marchioniſſę notulas ſpe-
cificas, ac libros pluries petitos, diùque expe-
ctatos, DD. animaduertentes agi de hęredita-
te per Marchioniſſam poſſeſſa annui redditus
in ſcut. 50148. vt ex peritia *Corradini num. 10. &*
& fol. ſig. litt. A. relatiuè ad Inuentarium, itaut
in duobus annis dicendum ſit, percepiſſe ſcuta
1 centum millia ducentum nonàginta ſex ad
tradita *per Rotam in deciſ. 50 num. 2. coram ſan.*
mem. Gregorio, & deciſ. 139. par. 8. & deciſ. 615.
num. 6. par. 18. recentior. & in Romana Manuten-
tionis 11. Decembris 1692. §. Quod autem, &
23. Ianuarij præteriti coram me, ex quibus ſub-
ductis annuis legatis, quæ D. Marchioniſſa
ſoluiſſe docebit, & expenſis ſpecificè per eam-
dem iuſtificendis, ac ſubductis alijs, ſi quę ip-
ſa docuerit verè exigere non potuiſſe, dixerunt
conſtare de credito pro reſiduo vſque ad di-
ctam ſummam ſcutorum centum millium bis
centum nonaginta ſex ad effectum conficiendi
multiplica.

Nec ex eo quod Teſtator voluerit ſtare di-
cto, & ſimplici aſſertiuæ Marchioniſſæ, etiam
abſque iuramento, vt in teſtamento §. 15. ſe-
quitur, vt illi liceat ſimpliciter, & abſolutè ne-
gare, quod fuerit locus multiplicis, & eò mi-
nùs huic negatiuæ omnimodè acquieſci, quia
præter, quod hoc indultum, ſeù præceptum
Teſtatoris ſtat reſtrictiuè ad caſum diuerſum,
hoc eſt diminutionis conſiderabilis fructuum,
operaretur tantum ſimplicem liberationem à
2 à ſcrupuloſa redditione rationis, non ab obli-
gatione abſolutæ, & præciſæ redditionis ra-
tionis, ad quam tenetur quicumque admini-
ſtrator, etiam plene liberatus, & non obſtante
quauis fiducia, & præcepto Teſtatoris volentis
ſtari, eius Dicto, & ſignanter ille, qui debet
cumulare fructus in ſcut. 10000. ſannuis pro
multiplico familiæ Matiſcottæ, & in reſiduali-
bus pro Ruſpula, iſte namque vti tenetur prę-
ciſè cumulare, ita non poteſt contra præcep-
tum, & mentem enixam Teſtatoris dici illicò
factus ab eodem exemptus ab onere prædicto
ne contingat, quod cum ſimplici dictæ Mar-
chioniſſæ deſtruatur tota diſpoſitio Teſtatoris,
& voluntas, & in poſſe ipſius Adminiſtratoris
ſit eludere mentem Teſtatoris ad tradita per
Baldum in l. nulli num. 15. C. de Epiſc. & Cleric.
Surd. de alimen. quæſt. 25. num. 34. Rot. *deciſ. 156.*
num. 13. & ſeqq. par. 18. recentior. Felin. in cap. 1.
ſub num. 50. verſ. & ſic per totum numerum 50.
& ſi Rota *poſt Salgad. in Laberint. credit. deciſ.*
3 *24. & deciſ. 27.* prout ſequeretur contra natu-
ram verborum, quæ ſunt imperatiua, & præ-
ceptiua, vt in teſtamento §. 14. ibi -- *Che fac-*
cia, e debba fare, & enixius in §. 17. E perche
tutto il mio fine è che la ſudetta mia volontà in
tutte, e per tutto reſti adempita, prout fieri de-
bebat contra deducta per *Symonem de Pretis de*
interpret. vltim. volunt. lib. primo quæſt. 9. num.
30. fol. mihi 32. à tergo, & ſolutione 10. d. lib. 1.
& lib. 2. interpret. 3. dub. 2. & Carpins de execut.
& commiſſ. lib. 2. cap. 2. fol. 159. & cap. 23.
fol. 271.

Ne igitur euertatur præceptum enixum de
conficiendis multiplicis, & vt alterum manda-
tum de ſtando dicto Marchioniſſæ, ſtet com-
patibiliter cum eo, proinde hoc mandatum
debuit interpretari de bono, & æquo, & arbi-
4 trio boni viri, & conſequenter reſtrictiuè ad ca-
ſum conſiderabilis diminutionis euentualis
fructuum in aliquo anno contigibilis, & ſic
temporalis ſuſpenſionis, non autem abſolutæ,
& perpetuæ multiplicorum prout data omni-
moda liberatione à redditione rationis ad
mentem D. Marchioniſſæ ſequi poſſet, vt de
ſimili pręcepto, & arbitrio boni viri teſtatur
Bart. in l. fin. ff. de Prætor. ſtipulat. Alciat. in l. fin.
§. Inter cætera ff. de liber. legat. Carp. de execut. &
commiſs. lib. 2. cap. 5. latè Felin. in cap. primo num.
50. per totum de Conſtit. In præſenti enim caſu,
cum non ſolum deficiant particulares facti cir-
cumſtantiæ adminiculantes effrenatam liberta-
5 tem per Marchioniſſam prætenſam, ſed reſiſtat
omnis veriſimilitudo ex ſupra deductis, nulla-
tenus arbitrium boni viri potuit intrare *Bart.*
in leg. Theopom. num. 4. ff. de dot. prælegat. Mantic.
de Coniect. lib. 3. tit. 1. num. 17. Menoch. de arbitr.
Iudic. lib. 1. quæſt. 8. fol. mihi 11. Andreol. Controu.
395. num. 8. Coccin. deciſ. 1915. num. 1. & 2. imo
inueriſimile nimis eſt, quod ex hæreditate an-
nui fructus ſcut. 50000. & vltrà non potuerint
verè exigi in prędictis duobus primis annis,
niſi ſcut. 23385. 56. in folijs Marchioniſſæ re-

la-

lata, & quod nihil ex dictis duobus primis an-
nis ſuperſuit, quod inueſtiretur, & quod in-
tollerabiliùs eſt, quod ſexto iam labente anno
à die obitus Marchionis non audiatur mini-
mùm quadrantis ſuperſuiſſe ex legatis, & ne-
ceſſarijs expenſis quo potuerint ſaltem incipi
multiplica per Teſtatorem demandata; Debuit
igitur Marchioniſſa reddere diſtinctam, & ſpe-
cificam redditionem rationis, tam de exactis,
quam non exactis, allegando cauſas, quare
non exegerit, ita vt Iudex, & quiuis alius ha-
bens intereſſe in multiplicis diſtinctè, & ſpeci-
6 ficè inſtruatur, folia enim per Marchioniſſam
allegata ſunt in genere, & inuoluta abſque
vlla ſpecifica diſtinctione partitarum, & com-
putorum, ideoque nullatenus admitti potue-
runt per *Munoz. de rat. ocin. quæſt. 42. Adden. ad
deciſ. num. 23. par. 8. recentior.* Rota *dec. 24. & 27
poſt Salgad. in laber. credit.*

Non fuit enim Iudicis diuinari impedimen-
ta legitima, quibus tanta pars exactionum fue-
rit reddita inexigilis, prout Miniſtri Marchio-
niſſæ debebant præcisè iuſtificare, adhoc, vt
dignoſceretur, an aliqualis irrepſerit illorum
omiſſio, vel culpa leuis, vel lata, quam gra-
uiorem reddidit repetita contumacia, ita vt
7 potuerit ſuſpicari, quod Miniſtri Marchioniſſæ
voluerint occultare ſteram fructuum percep-
tionem, quod fraternizare videbatur cum ſpe-
cie, & imagine doli legalis ex *Bart. in l. fin. ff.
de Prætor. ſtipulat.* de quibus adminiſtratrix
8 conueniri potuit per *Text. in l. Quidam decedens
in princ. & ibi Bald. in l. qui plures verſ. quoniam,
ibique Gloſ. in verbo non eſt relicta ff. de admini-
ſtratione Tutor. Maſcard. de probat. concl. 719. nu.
4. Andreol. controu. 395. num. 8. Fontanell. deciſ.
546. 547. & 648. Rota deciſ. 207. num. 11. par. 19.
recent. & Coccin. d. deciſ. 1915.* vbi non obſtante,
quod Teſtator voluerit ſtare dicto Reu. Patris
D. Diomædis Vareſij, tamen idem Vareſius
reddidit rationem, & Perito per Sac. Rot. ele-
cto computa exhibuit.

Hinc iuſtus timor, & ſuſpicio non futilis,
quod Miniſtri Marchioniſſæ abutantur fiducia
Teſtatoris, eò faciliùs augetur, quia creſcenti-
bus in dies nouis litibus inter hos Affines, at-
que alacri animoſitate, qua peraguntur, ità
calor excanduit, vt loco affectionis ex affinita-
9 te contractæ paulatim exorta mutua ſuſpicio,
vt animaduertit, *Bart. in l. Parentes C. de Teſtib.*
quæ diligentiam in adminiſtratione torpeſce-
re paulatim fecerit, vt inter malam, & bonam
fidem in ſimilibus diſtinguit *Card. de Luc. de
Teſtam. diſc. 71. num. 8. & diſc. 49. de Feud. An-
dreol. controu. 395. num. 4.* Si enim Teſtator præ-
uidere potuiſſet prætenſionem detractionis
Trebellianicę vſque ad tertiam inſtantiam pro-
tractam, ex qua pars notabilis ſubſtantiæ præ-
tendebatur per Marchioniſſam ſeparari ab eius
hęreditate cum tanta capitalium diminutione
contra enixam voluntatem, eius fiducia in
primum hæredem probabiliter friguiſſet ex la-
tè deductis per *Andreol. controu. 395.* & ad tol-
lendum omnem dubium declaraſſet expreſsè
fidem demandatam D. Marchioniſſæ non ex-
cedere caſum particularem diminutionis fru-
ctum in d. §. 15. conſideratum, ne per effræna-
tam fiduciam, ſuboriretur timor excluſionis
multiplicorum ad prę iudicium vocati, qui con-
fugiendo ad Iudicis Officium, ne contra men-
tem Teſtatoris detraheretur Trebellianica, alie-
nationem animi hæredis grauatæ contraxit, ex
10 quo videbatur difficile Teſtatorem voluiſſe ſub-
ſtitutum à Dicto, & arbitraria declaratione
hæredis in re grauiſſima pendere, & in ſimili-
bus terminis, quando aliqua ſuperueniunt ac-
cidentia poſt mortem Teſtatoris, quod Iudex
debeat facere, quod veriſimilitèr faceret Te-
ſtator, ſi viueret, vtpotè in eius locum ſubſti-
tutus dixit *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 13. num.
35. Roman. conſ. 4. num. 57. Fontanell. deciſ. 546.
in fin. & deciſ. 547. & 548. num. 8.*

Cum itaque Marchioniſſa non poſſit am-
plius euitare ſubiectionem ſuæ adminiſtratio-
nis Cenſurę Iudiciali, nulla debuit haberi ra-
tio proteſtationis recentis, ſeù oblationis ver-
balis de præſtando patientiam, quod libri ra-
tionum in Computiſtaria proprij Palatij inſpi-
ci poſſint, quia cum hoc fuerit alias per Mar-
chioniſſam negatum Perito in alia inſtantia
coram R. P. D. Caffarello pro ſimili inſtru-
ctione animi electo, imò ipſa iterato conſtan-
ter negauerit reſcriptis Rotalibus parere, licet
prouiſionaliter, & pro inſtructione animi con-
fectis, proindè dimiſſa æquitatiua indulgentia,
ſtrictiùs, & remedijs iuris debuit agi, vt occur-
ratur voluntati defuncti, & conſulatur reinte-
grationi, tam pro multiplicis non factis, quam
pro regula in multiplicis conficiendis etiam
reſpectu fructuum de tempore mortis Teſtato-
ris inexactorum, qui erant reinueſtiendi, ad
hoc, vt cum illorum fructibus potuiſſent etiam
fieri multiplica.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. HERVAVLT
Nunc Archiepiſcopo Turonen.

Romana Saluiani.

Lunæ 15. Iunij 1693.

ARGVMENTVM.

Debitor obtinens à Principe derogationem fi-
deicommiſſi, & facultatem illud alienandi
pro ſatisfaciendis creditoribus, ea poteſt vti,
& non vti; ſed licet vſus ſit facultatiuus, atta-
men non itidem executio, nam libertatem nul-
lam habet gratificandi creditores poſteriores,
ſed ſeruato ordine eorum anterioritatis, &
potioritatis dimittere debet, etſi in huiuſmodi
gratia, ſeu facultate aliqua inſit dubietas, illa
declaratur obſeruantia ſubſequuta.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio, & facultas alienandi bona fideicom-*

miſſaria à Principe conceſſa, & collata in arbitrium debitoris, exerceri debet, vt iuris eſt, dimittendo prius creditores, anteriores & potiores, & per totam

Dimiſſio creditorum fieri debet ſeruato ordine eorum anterioritatis, & potioritatis.

2 *Iſtaque licentia Principis intelligenda eſt iuxta iuris diſpoſitionem, & num. 15.*

Præſertim ſi in illa exprimatur, debitorem graui ære alieno eſſe preſſum ob cuius malum ſtatum locus eſſe nequit gratificationi num. 15.

3 *Nec Princeps præſumitur præiudicare voluiſſe creditoribus anterioribus habentibus hypothecatos annuos redditus, quoad grauatus debitor viueret, eidem permittendo pro libito voluntatis diſtractionem proprietatis in creditores poſteriores,*

Princeps abſque iuſta cauſa ius tertio quæſitum unquam tollere præſumitur.

4 *Amplia prædicta, etiamſi huiuſmodi facultas à Principe conceſſa fuerit in gratiam debitoris, quia illius quidem vſus erit facultatiuus, ſed exequutio fieri debebit, ſeruato iuris ordine inter creditores.*

5 *Etiamſi in gratia Principis non fuerit expreſſum.*

6 *Amplia, etiamſi conceſſa fuerit facultas alienandi, non citatis creditoribus, quia id operatur, quod alienationes nullæ dici non poſſunt, non autem quod iuris ordo ſeruandus non ſit inter creditores num. 16.*

6 *Remoto per huiuſmodi facultatem obſtaculo, bona efficiuntur de patrimonio debitoris, & dicuntur venire ſub obligatione generali bonorum præſentium, & futurorum.*

7 *Et incidenter in hypothecas generales creditorum ſub quibus veniunt bona præſentia, & futura.*

8 *Iuxta tamen eorum ordinem.*

9 *Obſeruantia declarat, an huiuſmodi derogatia conceſſa fuerit cum obligatione ſeruandi iuris ordinem inter creditores.*

10 *Illa elicitur ex ſolutione facta vni ex creditoribus reportata cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

Voluntas debitoris, tanquam indiuidua diuerſo iure cenſeri nequit ibid.

Creditor ſoluendo creditoribus poſterioribus præſumitur noluiſſe præiudicare anterioribus num. 10.

11 *Elicitur etiam obſeruantia huiuſmodi ex ſolutionibus iudicialiter factis ad commodum creditorum anteriorum.*

A ſimili obſeruantia declarationem recipit licentia Principis, ſi eſſet dubia, ibid.

12 *Obſeruantia ſubſecuta præſumitur ex titulo præcedenti.*

13 *In conflictu præualet obſeruantia magis conformis iuri communi.*

14 *Decoctio probatur confeſſione debitoris, declarantis ſumma inopia premi, ſuumque patrimonium eſſe inſufficiens ſatisfaciendis creditoribus.*

DECISIO XXXI.

SVper reſolutis coram me ſub die 3. Decembris 1688. propoſita pluries Cauſa, & ob votorum ſciſſuram nunquam capta reſolutione, demum hodiè ſuffragantibus, iterum, atque iterum omnibus DD. receſſum fuit à deciſis.

Fundamenta enim, quibus innitebatur deciſio in hodierna audientia, melius expẽſa ſubſiſtere viſa non ſunt, quia licet Petrus pro dimittendis eius creditoribus obtinuerit à Principe licentiam alienandi bona fideicommiſſaria in illius arbitrium collatam, poſtquam tamen cum effectu ſubſequutæ alienationis deueni. ad exercitium illius facultatis, illa vti non potuit, niſi iuxta diſpoſitionem Iuris, & cum de
1 Iure prius eſſent dimittendi Creditores anteriores, illorum ſatisfactio, iuxta cuiuslibet anterioritatem ſequi debebat per *Text. in l. potior. ff. qui pot. in pignor. hab. Salgad. in Labyr. Credit. par. 7. cap. 10. num. 21. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 38. num. 6. & Rota poſt ipſum deciſ. 102. num. 15. Merlin. deciſ. 291. num. 1. per tot. Gregor. deciſ. 447. pariter per tot. & Coccin. deciſ. 902. n. 20. & 24. & in recent. deciſ. 48. num. 8. par. 2.* Ideòque ſicuti debitor de Iure ſoluere debuiſſet iuxta Creditorum anterioritatem, ita eo-
2 dem modo intelligenda erat Principis licentia, cum illa iuxta Iuris diſpoſitionem regulari debeat *Robl. de repreſent. lib. 7. cap. 5. num. 7.*

Hoc verò aſſumptum comprobari videbatur, non ſolum ex voluntate Principis concedentis, ſed etiam ex voluntate Petri debitoris, & demum ex natura ipſius rei, quatenus enim pertinet ad voluntatem Principis, illa ſatis deſumitur, ex eo quod annui redditus bonorum, pro quibus impartita fuerat facultas alienandi, iam erant hypothecati ad commodum Creditorum, & iuxta ordinem eorum anterioritatis cum effectu ſequeſtrari, & obtineri poterant à Creditoribus Petri, quouſque viueret, dum circa credendum non eſt, quod in illorum præiu-
3 dicium Princeps voluerit tamen facultatem, adeò effrenate elargiri, cum gratia Principis, quominus fieri poſſit, lędere debeat Ius tertij, iam acquiſitum, & ſubſtantialiter radicatum, præcipuè dum nulla concurrit iuſta cauſa tale præiudicium inferendi adnotata per *Rot. coram Millin. deciſ. 291. numer. 12. cum ſeqq.*

Neque ex eo quod talis facultas conceſſa fuerat in gratiam debitoris argui valet, quod illius voluntas totum operari debeat circa materialem Creditorum dimiſſionem, quia efficaciam huius argumenti ſubmouebat diſtinctio inter vſum, & exequutionem huius facultatis adhibita, voluit enim Princeps quoad vſum ſe vniformare cum voluntate Debitoris, quatenus ſcilicet vti, vel non vti vellet huiuſmodi gratia, ſecùs autem dicendum eſt quoad illius exequutionem, in qua cum circa Creditores dimittendos, nihil expreſsè ſancitum fuerit ex preſumpta mente Principis illorum ſatisfa-

ctio

ctio non alio modo fieri poterat, quam ſerua-
4 ta temporis anterioritate, ne ſi aliter diſpoſitũ
fuiſſet, Princeps videretur à regulis Iuris rece-
dere, vt tradunt *Camerar. in Cap. Cameralem nu.
52. litt. F. Roſa conſultat. 52. num. 9. cum ſeqq.
Pont. conſi. 3. num. 69. lib. 1. & conſil. 14. num. 22
& conſil. 150. num. 2. lib. 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 2.
par. 3. num Larat. Theatr. feud. par. 12. dub. 83. nu.
5. Rocc. reſp. 47. num. 14. & ſeqq. lib. 1. & Rot.
coram Coccino deciſ. 852. num. 3.* Ideoque opus
non fuit, quod Princeps præciſè dixerit, quod
Creditores ſoluendi eſſent, iuxta eorum ante-
5 rioritatem, quia hoc ita de iure procedit, & ità
intelligendum venit, vt notat *Larr. deciſ. 37. nu.
4. lib. 7.*

Cohæret cum voluntate Principis facultas
quoque Debitoris, quia cum vſque ab initio
æs alienum validè contractum fuerit pro illius
ſatisfactione ex intentione debitoris, non ſo-
lum obligata erant bona præſentia, ſed illa
etiam, quæ in futurum acquirere potuiſſet;
ideoque cum ex præambula facultate alienan-
6 di bona fideicommiſſaria per remotionem ob-
ſtaculi, & nexus fideicommiſſi illa effecta
fuerint de patrimonio ipſius debitoris, vt com-
probat *Salgad. in labyrinth. Creditor. par. 4. cap. 4.
num. 26. & cap. 11. num. 10.* tamquam libera re-
manſerunt affecta, & præoccupata ab hypothe-
cis Creditorum, iuxta cuiuslibet anterioritа-
tem, quo fit, vt tanquam primario obligata ad
fauorem anteriorum non potuerit Petrus in
illorum præiudicium diſtrahere ad commodũ
7 poſteriorum *Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 1. per
tot. Rota coram Seraphin. deciſ. 290. num. 2. & co-
ram Buratt. deciſ. 749. num. 15.* ex acceptatione
eorum facultatis alienandi, illiuſque exequu-
tione quæſitum fuit Ius Creditoribus, iuxtà eo-
rum hypothecas, in quas tamquam remoto
vinculo, & impedimento fideicommiſſi bona
8 effecta libera ſtatim inciderunt, vt probat *Car-
din. de Luca de Credit. diſc. 42. num. 2. & de fidei-
commiſſ. diſc. 165. nu. 5. verſ. quomodo, & de feud.
diſc. 78. num. 19.*

Præmiſſa verò confirmari viſa ſunt etiam ex
facto Debitoris, & ex ſubſecuta obſeruantia,
nam quo ad factum debitoris DD. animad-
uertebant, quod in diſtributione pretij nonul-
lorum bonorum fuit à Petro reportata cautio
de reſtituendo prioribus, & potioribus, & pro-
inde ſicuti, quando facultas alienandi fuit pro
parte exequuta proceſſum fuerat quodammo-
do per viam formalis concurſus, ita eodẽ mo-
do procedendum erat in totali illius exequu-
9 tione, ne voluntas Debitoris, quæ debet eſſe
indiuidua, circa eundem actum diuerſo iure
regularetur ad *Text. in l. cum qui in fin. ff. de his,
quibus, vt indig. Mart. de ſucceſſion legal. par. 4. q.
30. artic. 5. ſub num. 18. verſic. & confirmatur.* Imò
cum ex præſumpta voluntate Principis ſolu-
tio fieri non poſſet, niſi ſeruata temporis ante-
10 rioritate, ita metiendo voluntatem à poteſta-
te dicendum eſt, quod Petrus dimittendo
Creditores poſteriores, nullo modo po-
tuerit, imò noluerit anterioribus præiudi-
care *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 7.
num. 29. cum ſeqq. Gait. de Credit. cap. 4. quæſt. 11.
ſub num. 1342. verſic. tunc enim Palm. Iun. alle-
gat. 75. num. 65. cum ſeqq. lib. 1.* & quoad obſer-
uantiam illa fuit viſa clara, & incontrouertibi-
lis, quia ſubſequutæ ſolutiones cum decreto
Iudicis ceſſerunt ad commodum anteriorum;
11 Ideòque etiamſi voluntas Principis circa mo-
dum ſoluendi fuiſſet dubia, pro illius tamen
interpretatione talis obſeruantia optimè deſer-
uiret *Honded. conſ. 91. num. 27. lib. 1. Rota in rec.
deciſ. 247. num. 7. par. 7. & deciſ. 100. num. 21. cũ
ſeqq. par. 10.* & in puncto *coram Millino dict.
deciſ. 291. num. 12. cum ſeqq.*

Nec dicatur, quod hæc obſeruantia attendi
non debeat, vtpotè facultatiua, dependens ex
ſolo arbitrio Petri Debitoris, qui cum ex in-
dulto Principis poſſet vti, vel non vti dicta
gratia, ita pro eius libito magis poterat dimit-
tere Creditores ſibi beneuiſos; quia contra
hoc obiectum, recurrit diſtinctio ſuperius inſi-
nuata, vt ſcilicet vſus gratiæ eſſet vſque ab
initio facultatiuus quoad illius exercitium, non
verò quoad exequutionem, quia cum Princeps
conceſſiſſet facultatem alienandi bona fideicõ-
12 miſſaria cum expreſſa tamen lege, vt illorum
pretium erogaretur in ſatisfactionem Credi-
torum Petri, cadebat ſuper illius diſtributione
præciſa neceſſitas ſeruandi temporis anteriori-
tatem, ne fauor Creditorum alioquin à Princi-
pe conſideratus ex inconſulta libertate Debi-
toris præiudicatus remaneret, & proindè cum
præceſſerit præceptum Principis dici non po-
teſt, quod ſubſequutæ ſolutiones factæ fuerint
ex facultate, & arbitrio Petri ſoluentis, ſed po-
tius ex neceſſitate à præcedenti lege proue-
niente *Cranett. conſ. 10. num. 9. Rota coram Coec.
deciſ. 128. num. 8. & coram Carillo deciſ. 145.
num. 8.*

Neque efficaciam huius obſeruantiæ de-
ſtruere potuerunt actus in contrarium allegati,
quia quidquid ſit de illorum validitate, & ſub-
ſiſtentia, certum eſt, quod in hoc conflictu ij
ſolummodo eſſent attendendi, qui magis di-
13 ſpoſitioni Iuris, & rationi fuiſſent vniformes
*Honded. conſ. 53. num. 24. lib. 1. Grat. cap. 546. nu.
48. & cap. 756. num. 27. Rot. in recent. dec. 336. n.
6. par. 5. & deciſ. 273. num. 21. par. 15.*

Deueniendo demùm ad naturam ipſius rei,
ſolutio pariter fieri non potuit, niſi ſeruato
ordine temporis, & potioritatis, quia Petrus ad
effectum obtinendi talem facultatem expreſsè
narrauit eius patrimonium extinctioni æris
14 alieni minimè ſufficere, & in ſumma inopia
verſari, & omnes bonorum fructus fuiſſe à ſuis
Creditoribus ſequeſtratos; ideoque cum ex
tali expreſſione comprobata remanſerit illius
decoctio ad tradita per *Stracc. de decoct. par. 1. n.
1. Rocch. eodem tract. notab. 1. & notab. 15. num. 15.*
quoties Princeps mandauit illius Creditoribus
ſatisfieri, planum eſt voluiſſe illos concurrere
per viam formalis concurſus, prout fieri ſolet
15 in Debitore exiſtente non ſoluendo, & proin-
dè non erat locus gratificationi, ſed vnuſquiſ-
que

Google

que iuxta temporis anterioritatem obtinere debebat proprij crediti ſatisfactionem adnotata per *Bald. in l. 2. num. 19. C. qui bon. ceder. poſſ. Strace. de decoct. par. 3. num. 28. Rota coram Seraphino deciſ.* 1074. & magis in puncto *de Luca de fideicomm. deciſ. 165. ſub num. 6. verſ. illud autem*.

Non releuante, quod Petrus ex tali Indulto deuenire potuerit ad alienationem bonorum fideicommiſſariorum, *& ſi quicumque Creditores potiores, & anteriores ad præmiſſa citati, vocati, auditi non fuiſſent*, quia iſta verba attente conſiderata, & ex alijs ſubſequentibus ſuppleta operantur quidem vt in alienationibus a Petro factis dari non poſſet ab eius Creditoribus defectus ſubreptionis, & obreptionis, ſed nullo
16 modo percutiunt exequtionem gratiæ circa modum ſoluendi, ſuper quocum nihil expreſſum fuerit ex natura rei, & iuxta Iuris diſpoſitione pretium bonorum alienatorum diſtribui non poterat. quam per viam concurſus, vt ſupra firmatum fuit.

Et ita Cauſa pluries propoſita Partibus ſemper informantibus, ſed in hac, & altera Audientia reis Conuentis fruſtrà dilationem petentibus reſolutum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Multiplicorum.

Veneris 19. Iunij 1693.

ARGVMENTVM.

In confirmationem ſuperius impreſſæ Deciſionis 30. prodiens hæc deciſio firmat neceſſitatem in adminiſtratore reddendi rationem fructuum perceptorum, & ſi ab illa fuerit liberatus, dum aliàs teſtatoris voluntas non impleretur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* faciat *eſt imperatiuum*.
2 *Iudex debet inuigilare, ne teſtatoris voluntas fraudetur*.
3 *Præſertim in rebus enixè volitis, quarum negligentia iudicatur, vt dolus*.
4 *Fructus præſumuntur percepti à poſſeſſore bonorum*.
5 *Adminiſtrator, & executor debent docere de difficultatibus percipiendi fructus*.
6 Ad*miniſtrator non abſoluitur ex ſimplici redditione rationis fructuum, quos percepit, ſed tenetur de omnibus alijs. quos percipere potuit, donec probet feciſſe quantum potuit, vt exigeret*.
7 *Alias non perficiendo mandatum dicitur eſſe in dolo*.
8 *Legatarij quomodolibet habentes intereſſe poſſunt exigere rationem adminiſtrationis*.
9 *Signatura Iuſtitiæ ſolum poteſt vnire, & auocare cauſas, non S. Rota*.
10 *Voluntas teſtatoris, vti lex ſeruanda eſt*.

DECISIO XXXII.

PRopoſita Cauſa ſuper multiplicis per Marchioniſſam Ruſpolam conficiendis ex reſiduo fructuum duorum annorum, qui cęperunt dinumerari à menſe Decembris 1687. vſque ad Decembrem 1689. eaq; ad fauorem Actorum reſoluta ſub die 17. Aprilis præteriti, mihi fuit inſtitum, vt eaſdem proponerem ſuper multiplicis pro alijs tribus annis ſucceſſiuè decurſis ob annexionem, ac dependentiam conſecutiuam à prima commiſſione, ac illam congruitatem, quod Cauſa ab vna eadem defenſione pendens, ab vno eorumdem Dominorum iudicio definiretur. Petitioni Actorum adhæſerunt à principio Defenſores Marchioniſſæ ſic in præſentia eorumdem ſubſcripto dubio, dùm parabam die deſtinata proponere Cauſam, ex abrupto ijdem Defenſores mutato conſilio inſteterunt pro auocatione Cauſæ à Rota, ac remiſſione ad Iudicem à Quo; Cumque D. Auditor Signaturæ Cauſam ad Rotam remiſerit, reclamante iterùm Marchioniſſa, Cauſa fuerit ad Signaturam Iuſtitiæ delata, iterumque per eius reſcriptum ſtabilita iuriſdictio Rotalis; Ego tandem à DD. meis exquiſiui: *An conſtaret de credito*, pro vlterioribus fructibus ſucceſſiuè maturatis vſque ad menſem Decembris 1692. vt potuerint fieri multiplica, & fuit pro informante reſponſum, videlicet, quod conſtet de credito pro ſumma infrà exprimenda.

Vrget enim præceptum à Teſtatore in §. 14. iniunctum Marchioniſſæ de conficiendis multiplicis ex fructibus ſuæ hæreditatis, dempta quantitate annuis legatis per ipſam diſtributa, itaut ex fructibus ſuperextantibus ſcuta decem millia annuatim deberent erogari in multiplicum Familiæ Mariſcottæ, reſiduales verò fructus in multiplicum Familiæ Ruſpolæ, Cumque in hoc enixo præcepto Teſtator direxerit verba in Marchioniſſam, ibi: *Faccia, e debba fare*:
1 Hæc tamquam imperatiua, & coactiua important abſolutam neceſſitatem conficiendi annuatim multiplica ex deductis per *Decian. conſ. 19. num. 147. & in conſ. 175. num. 11. lib. 3. Menoch. conſ. 224. num. 27. lib. 3. & in tract. de preſump. lib. 5. præſumpt. 47. nu. 9. Caſtill. quotid. contr. iuris lib. 5. cap. 114. n. 5. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 38. num. 129.*

Hac tamquam fundamentali obligatione in abſtracto præmiſſa deſcendendum fuit ad ſpecificationem in coucreto quantitatis inueſtiendæ quæ pro multiplico Mariſcotto eſt certa in ſcutis decem millibus quolibet anno, pro altero verò eſt in certa, vti facienda ex fructibus reſidualibus cuiuſlibet anni.

Cumque Marchioniſſæ Defenſores ſemper cõtumaciores aduerſus præcepta Rotalia noluerint notulas ſpecificas exhibere, licèt eis fuerint conceſſi termini competentes, etiam ex indulgentia prorogati, & ſatis compertum fuerit

ipſos

ipſos confiſos ordinatorijs iudicialibus, nouas
in dies moras, & inuolucra perſcrutari, ad hoc,
ne vmquam conſtet de quantitate fructuum
hæreditatis Ruſpolæ, & in qua ſumma, ſolutis
legatis ſuper extiterint fructus in multiplicis
erogandi, quorum ſollicitudo ſpectat ad
2 Iudicem, qui hodiè requiſitus ab Actoribus,
debet inuigilare, nè Teſtatoris voluntas de-
fraudetur *Rub. de teſtam. cap.71. num.226.* præ-
ſertim in omittẽdis multiplicis tàm enixè voli-
3 tis, quorum negligentia iudicatur, vt dolus,
ex deductis à *Card. in Clem. prima in 7. notab. de
teſtam. & etiam Imol. in princ. Pariſ. conſil. 26.
num. 19. lib. 4. Rub. de Teſtam. cap. 71. nu. 239.*
4 Hinc vnica patuit via legalis, videlicet præſum-
ptio, quod Marchioniſſa actu poſſidens hære-
ditatem Ruſpolam omnes, & ſingulos fructus
perceperit in eadem integra quantitate ſc. 50.
mil, & vltrà ſtabilita in Peritia Antonij Cor-
radini ad *Text in l. Iulianus ex vend. ff. de act.
emp. Afflict. dec. 13. Duran. dec. 307. & dec. 384.
num. 7. & deciſ. 605. num. 13. par. 18. rec.* & fuit
dictum *in dec. ſub die 17. Aprilis coram Me*,
5 quod non potuit euitari à Marchioniſſa, quæ
tamquam Executrix, & Adminiſtratrix debebat
docere de difficultatibus propter quas exigere
non potuit, *Card. Cerr. dec. 421. num. 5. & dec.
893. nu. 3. & 4.* V. G. quod fuerit à poſſeſſio-
ne hæreditatis deiecta, vel quod intruſus illius
loco fructus perceperit, illamque impediuerit
6 percipere, cùm Adminiſtratrix non abſoluatur
ex ſimplici redditione rationis fructuum, quos
percepit, ſed teneatur de omnibus alijs, quos
percipere potuit donec per liquidas probatio-
nes fuerit compertum, eandem feciſſe quantùm
potuit, vt exigeret *l. prima §. Officio de Tutel. &
ratione, Dunozett. Iun. deciſ. 639. num. 70. Cy-
riac. controu. 432. nu. 6. & in Romana, ſeù Mar-
ſicana Pecuniaria 12. Maij 1662. coram Reue-
rendiſs. Burdegalen. & 4. Iulij 1664. coram bo.
7 me Patriarcha Alexandrino*, aliàs non perficien-
do, & non conſummando mandatum ſuſce-
ptum diceretur eſſe in dolo, iuxtà *Text. in l.
dolus 44. & ibi gloſſ. in verbo exegerit ff. man-
dati & Scaccia de comerc. 52. gloſ. 5. num. 257.
Rot. Ianuen. deciſ. 93. num. 9.* & in ſimilibus di-
ligentijs excuſſionis pro euictione, *Mangil. de
euict. qu. 78. num. 3.* quæ eo fortiùs procedere
debent in Marchioniſſa habente adminiſtratio-
nem generalem, & neceſſariam tàm enixè à
Teſtatore ordinatam cum onere inueſtiendi
fructus pro multiplicis in aſſumptione hæredi-
tatis aſſumpto, itaut gratia eorum, qui habent
intereſſe in confectione multiplicorum videa-
tur deſtinata ad exigendum, ac inueſtiendum
pro multiplicis, quaſi eorum Procuratrix, vt
8 opportunè dixit *Benedictus Capra in regul. ſeù
tract. de execut. vlt. volunt. membr. 8. num. 10.
fol. mihi 221.* vbi quomodolibet habentes in-
tereſſe poſſunt exigere rationem adminiſtra-
tionis.

Cæterum, quod DD. in manifeſtam, &
inexcuſabilem ſuſpicionem traxit, fuit, quod
non ſolum ijſdem libros rationum adminiſtra-
tionis rimari non licuit, ſed nec ipſas recepu-
tas, & partitas, ex quibus conſtare valeat le-
gata fuiſſe ſoluta, immò nec illas, quæ oſten-
dant, ſolutum fuiſſe Marchioniſſæ annuum le-
gatum ſc. 12. mil. cum ad Iudicem ſpectet,
non ſolùm cuncta fideliter adminiſtrari, ſed cu-
rare, vt ità pateant ad hoc, vt actor habens
intereſſe in abſolutione hæreditatis annuo one-
re legatorum, eodem contextu videat factam
ſolutionem, & inſimul hæreditatem abſolui,
ac ſciat qui, & quales fructus liquido ſupereſ-
ſent promultiplicis. Iudicialis enim Cenſuræ eſt
inuigilare, nè fructus opulentæ hæreditatis ar-
tificioſo, & contumaci ſilentio diutiùs obuol-
uãtur contrà explicitam Teſtatoris mentem, &
illam bonam fidem, quam ſparauit inuentu-
rum in tanto adminiſtrationis negotio, & ſpeci-
ficè iniunxit in toto teſtamento, & ſignanter in
§. 17. expreſſit, ibi: *Perche tutto il fine mio è, che
la ſudetta mia volontà in tutto, e per tutto reſti
adempita, come ſono certo, che l'adempirà la Sig.
Marcheſa*.

Nec debuit retardare DD. petita vnio huius
Cauſæ cum altera propoſita ſub die 17. Apri-
lis, quia quidquid ſit, an petitio terminorum
nouiter decurſorum cauſas diuerſificet, quod
ſpectat ad Signaturæ Iuſtitiæ Tribunal Princi-
9 pem Supremum repræſentans, cuius eſt vnire,
& auocare cauſas *Marcheſ. de commiſſ. auocat.
cauſ. par. 2. §. 1. fol. 272. Rot. deciſ. 102. num. 7.
& in dec. 289. nu. 16. par. 6. rec.* & non ad Sac.
Rotam, quæ antequam ageret de vnione, de-
buiſſet priùs euentum propoſitionis expectare,
an eſſet conformis editę deciſioni ſuę dicta die
17. Aprilis cui petebatur vniri cauſas, ſed Sac.
Rota iam diù benè detexerat artes cumulatas,
quibus protelari affectabatur huius cauſę pro-
poſitio, ad hoc vt interim protraheretur reddi-
tio rationis, & fructus hæreditatis in ſexto an-
no ſuperextantes in manibus Miniſtrorum
adminiſtrationis intermorerentur contra vo-
10 luntatem Teſtatoris, quæ vti lex priuata ſerua-
ri debuit per textum apertum in *§. diſponit Au-
th. de nuptijs collat. 4. Monet. de commut. vltim.
volunt. cap. 4. num. 145. Card. Cerrus deciſ. 72.
num. 14.*

Hinc enim aduertunt Domini, ſatis vniri iu-
dicium multiplicorum, dum Ego ipſe ſum vtri-
uſque cauſæ Ponens, & præuentiuè ante muta-
tionem imminentem Turni illam ex conſulto
propoſui, conſuffragantibus, ità ijſdem
Dominis, qui in alia deciſione, ac vna-
nimiter procedentibus cum ijſdem prorſus
principijs, ac regulis deciſionis ſub die 17.
Aprilis æditæ, cuius ſatis fuiſſet dare duplica-
tum pro iuribus, & rationibus reſolutionis ad
formam reformationis Pauli V. *§. de auditorio
Rotæ numer. 13.* niſi creſcente in dies contuma-
cia defenſorum Marchioniſſæ, ad illam obtrun-
candam ſeueriùs agendum (ſaltem circa mo-
dum) exiſtimaſſent, ideoque DD. ſtrictè inhę-
rentes intentioni, quam Actores habent funda-
tam in poſſeſſione hæreditatis Marchioniſſæ
pro tribus annis 1690. 1691. & 1692. ac in

per-

perceptione fructuum de iure preſumpta, vt in dicta deciſione cauſæ, quos fructus Corradinus Peritus retulit, annuatim conſiſtere in ſcutis 50240. proindè dixerunt hodie conſtare de credito ſcutorum 50240. pro quolibet anno, ſubductis annuis legatis tunc tamen & quando Marchioniſſa illa ſoluiſſe docebit; ſubductis etiam expenſis pro neceſſitate manutentionis bonorum hereditatis, quas per legitima documenta factas nobis exhibebit; In reliquis relatiuè ad deciſionem ſub die 17. Aprilis proximi præteriti coram Me editam,

Et ita &c.

R. P. D. PRIOLO.

Sabinen. Fideicommiſſi.

Mercurij 1. Iulij 1693.

ARGVMENTVM.

Filium non pariformiter hæreditatem non aditam tranſmittere, ac ius illam adeundi, vbi viuens abſtinuit, diſertè explicatur in præſenti deciſione, in qua etiam adducuntur probationes animi filij, quod abſtinuerit.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmiſſio non datur ex iure ſanguinis, ſeu ex iure deliberandi in hæredes extraneos, hærede obeunte poſt annum, & qui non adiuit, etſi ſciret delatam hæreditatem.*

2 *Filius eſt quaſi dominus bonorum patris.*

3 *Ex iure veteri tranſmittebat hæreditatem etiamſi non aditam ad quoſcumque hæredes.*

4 *Filius ex Prætoris æquitate poteſt à paterna hæreditate abſtinere.*

5 *Ac ideo hodiè non tranſmittit hæreditatem non aditam.*

6 *Filius habet ſpatium 30. annorum ad deliberandum, an velit adire, nec illi nocet abſtenſio.*

7 *Ius tranſmittendi hæreditatem non aditam, & ius tranſmittendi ius adeundi differunt.*

8 *Iura perſonalia non ſunt tranſmiſſibilia.*

9 *Ius adeundi in filio ſe abſtinente durat, quandiù ipſe viuit, per ſpatium 30. annorum, ſed illud non tranſmittitur, filio obeunte in ſtatu abſtenſionis.*

10 Text. in l. 1. C. de his, qui ant. apert. tab. Et in l. ſicet C. de iur. delib.) *declarantur.*

11 *Abſtenſio filij ab hæreditate paterna reſultat ex declaratione retinendi bona alio titulo.*

12 *Documenta nequeunt impugnari ab eo, qui illa produxit.*

13 *Abſtenſio filij ab hæreditate paterna leuioribus indiget probationibus.*

DECISIO XXXIII.

Poſtquam pluries dictum fuerat ad Prædium delli Coppari immiſſionem competere Cæſarinis nomine Mariæ eorum Matris, tanquam vocatæ ad fideicommiſſum Nicolai Patris, quia Petrus Silverius pariter filius, & primo loco inſtitutus hæreditatem adirè noluit, Orſini, & Palutij cauſam habentes à Petro Silverio deduxerunt ius, quod competebat Silverio pro adeunda hæreditate paterna, nondum interuallo triginta annorum elapſo in ipſos fuiſſe tranſmiſſum. ideoque illis modo licitum eſſe eandem hæreditatem adire, & controuerſum Predium retinere ex cauſa detractionum; cumque partibus iniunctum fuiſſet, vt ſtrictè ſcriberetur ſuper tali articulo, Domini hodiè conſulti adhuc perſtiterunt indeciſis.

Conſiderarunt enim tale ius adeundi nullo modo competere poſſe fratribus de Orſinis, nam ex tribus modis, quibus hæreditas etiam non adita tranſmittitur, hoc eſt ex iure ſanguinis, iure ſuauitatis, & iure deliberandi, duo ſunt omninò extranei, primus ſcilicet, & vltimus, quia cum ipſi non ſint ſanguine coniuncti Petro Silverio, & iſte deceſſerit longè poſt terminum à iuredatum ad deliberandum, ſuperuixit enim poſt obitum Patris per quadraginta annos, dari proindè non potuit tranſmiſſio, neque ex iure ſanguinis, neque ex iure deliberandi in hæredes extraneos, poſtquam
1 heres ſciens delatam ſibi hæreditatem, illa non adita poſt annum deceſſit iuxta apertam diſpoſitionem *Textus in l. cum antiquioribus* 19. *C. de iur. deliber. & in l. prima* 5. *In nouiſſima C. de caduc. tollen. Noal. de tranſmiss caſ.* 8. *num.* 144. *Vaſquez de ſucceſſion. leg. par.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 7. *Rota coram Merlin. deciſ.* 505. *num.* 39. *cum ſeq. Bich. deciſ.* 320. *numer.* 13. *& in recent. deciſ.* 93. *num.* 4. *& deciſ.* 234. *numer.* 3. *par.* 18.

Secundus verò pariter viſus fuit incompetens nam in filijs, ſeu deſcendentibus, qui ſunt in poteſtate defuncti tanta eſt repræſentatio Pa-
2 tris, vt vna, eademque perſona cenſeatur, cum filius dicatur quaſi Dominus Bonorum paternorum, itaut magis illorum dominium continuare præſumatur, quàm de nouo acquirere per *Text. in l. in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum. Picard. inſtit. tit. de hered. qual. & differ. num.* 21. *Gratian. cap.* 723. *num.* 27. *cum ſeqq. Manz. conſult.* 262. *num.* 22. ideoque cum de iure veteri filius eſſet heres ſuus, & neceſſarius, ex illo iure ſuitatis videbatur hæreditas à filio quod ammodò adita; citra quod neceſſarius fuiſſet aliquis ſpecialis actus aditionis, & hac de cauſa hæreditas etiam non adita ad quo-
3 ſcumque hæredes tranſmittebatur, quod alijs permiſſum non eſt vt ex *Textu in §l. vnica* 5. *nouiſſimo Cod. de caduc. tollen. leg. apud hoſtes* 8. *Cod. de ſuis & legit. Bellon. de iur. accreſc. capit.* 7. *quæſtione* 42. *num.* 91. *& ſequentibus, Noal. de tranſmiſſ. caſ.* 8. *num.* 21. *Gratian. capit.* 753. *num.* 53. *Mart. de ſucceſſion. legal. parte prima quæſtione* 24. *numer.* 20. *& ſequentibus Rota in recentior. deciſ.* 301. *pariter. cum ſequentibus par.* 9.

Vo-

Verùm; quia talis neceſſitas adeundi filijs
4 iniuncta non rarò erat illis damnoſa, ſuperuenit Prætoris æquitas, quæ illis facultatem ſe abſtinendi impartiuit; itaut ſi hæreditati Patris ſe non immiſcuerint, ab illius Creditoribus moleſtari non poſſent, per *Textum in §. Sed ſui inſtitut. de hæred. qualitat. & different. & leg. prima Cod. ſi minor ſe ab hæreditat. abſtin. & leg. ei qui ſe, & leg. neceſſarij ff. de acquir. hæredit. relat. per Manz. dicta conſultat. 362. ſub num. 22.*

Hæc autem abſtenſio ſicuti præſeruat filios à Creditoribus, ita in illos ſuſpendit priuilegium ſuitatis, quia ceſſare facit præſumptionem legis, quod filius adiuerit hæreditatem paternam, quando conſtat de illius abſtenſione, cumque talis abſtenſio concurrat in caſu præſenti, quę etiam inter partes admittitur, Petrus enim nunquam curauit aperire Teſtamentum paternum, quod ſemper eo viuente clauſum
5 remanſit, poſſedit etiam bona ex iuribus dotis maternæ, dicendum eſt, quod ſicuti Petrus vſus fuit beneficio abſtenſionis, ita gaudere non debet priuilegio tranſmiſſionis, cum filius ſciens hęreditatem ſibi delatam, ſi illam non adit, & negligit, immò etiamſi dubitat adire, decedens non tranſmittat, vt firmat *Bartolus in leg. ventre 83. ſub num. 5. verſ. ſoluere, ibique Caſtrenſ. num. 8. verſ. Idem ſi non propter, & leg. Angel. ff. de acquiren. hæreditat. Iaſ. in leg. qui ſe Patris ſub num. 44. verſ. & ſi conſideras, Cod. vnd. liber. & comprobat Alderiſ. de hereditat. tit. 8. numer. 40. cum ſequentibus & Angel. de Perigl. de ſuitat. inter tract. Magn. t. 8. fol. mihi 148. quæſt. 9. num. 83.*

Neque obſtat, quod talis abſtenſio non ſit excluſiua iuris tranſmiſſionis, dum ius adeundi perſeuerat in filijs vſque ad triginta annos, aliàs enim deſtrueretur regula iuris, quod ſi filius habens ex potentia ſuitatis ſpatium triginta annorum ad deliberandum, in ipſo actu, quo ſe abſtinet ab hæreditate paterna, remaneret priuatus priuilegio dicti temporis, quod ei pro
6 adeunda hæreditate lex impartitur, & ſicuti ipſe intra dictum tempus, quamuis ſe abſtinuerit, poteſt hæreditatem adire, ita poteſt etiam illo non elapſo tale Ius tranſmittere ad *Textum in l. licet. Cod. de iur. delib.* cum quo tranſit *Rota coram Canal. deciſ. 346. nu. 2. & deciſ. 504. num. 11. & Bich. deciſ. 94 nu. 32.*

Reſponſio enim ex verbis ipſius *Text. in dicta l. vnica dicto §. In nouiſſimo C. de caduc. toll.* ſatis clarè deſumitur, nam ſuitas importat, & Ius adeundi, & ius tranſmittendi hęreditatē
7 non aditam, cumque lex dicat competere filijs ius tranſmittendi hæreditatem non aditam, non concedit tamen facultatem tranſmittendi ius adeundi, qui ſunt termini longè diuerſi, & principijs diuerſis omninò decidendi, imò in filio conſideratur ius tranſmittendi hęreditatē non aditam, quia in illo tanquam ſuo per legis præſumptionē præſupponitur adita, quando autem conſtat dę animo ſe ab illa abſtinendi, ius
8 tranſmittendi cadens ſuper iure adeundi, & non ſuper hæreditate non tranſit in hæredes, cum ea iura, quæ ſunt perſonalia, & à perſona ſeparari non poſſunt, non ſint in alios tranſmiſſibila *Ruin. conſ. 191. num. 9. cum ſeqq. lib. 3. Caualcan. de Tutor. & Curator. num. 69. Fab. de de Ann. conſil. 1. num. 19. Altograd. Iun. contr. 13. num. 41. verſ. ſecundo quia, & Noal. de tranſmiſ. caſ. 8. ſub. num. 144. & 146.* Ideòque in filio durat quandiù viuit, tale ius adeundi, quia in illo lex ſupponit poſſibilitatem adeundi,
9 quouſque remaneat præſcripta ſpatio triginta annorum, hæc autem poſſibilitas ceſſat, quando filius obijt in ſtatu abſtenſionis, & illa non reuocata, & tunc non tranſmittitur in hæredes, neque ius adeundi, neque hæreditas non adita, & hac de cauſa nec minùs tranſit in hæredes filij ius reuocandi talem abſtenſionem, tanquà perſonale, & in voluntate ſolius filij radicatum, vt pluribus argumentis comprobat *Iaſ. in dicta l. qui ſe Patris numer. 44. & ſeqq. Cod. vnd. liber.*, & alijs firmat *Vaſquez de Succeſſ. progreſſ. lib. 1. §. 7. numer. 45. in fine tom. 12.*

10 Huic intellectui ſunt quoque vniformes auctoritates ab Orſinis laudatæ, quia illæ loquentes de tranſmittenda hæreditate, quæ non potuit adiri, quia hæredes deceſſit ante apertas tabulas, iuxtà *Textum in l. 1. Cod. de his, qui ant. apert. tabul.* vel de ignorante ſibi talem hæreditatem competere iuxtà alium *Textum in l. licèt Cod. de iur. delib.* nunquam tamen deſcendunt ad caſum ſpecialem, quando hæres noluit adire, cum tunc ex auctoritatibus, & rationibus ſuprà recenſitis videatur hęreditatem tranſmitti non poſſe.

Neque in caſu præſenti neceſſaria viſa fuit repudiatio, quia ſatis eſt ex deductis, quod concurrat ſimplex abſtenſio, quodque filius hæreditati Paternæ ſe non immiſcuerit, & cum abſtenſio fieri poſſit tacitè, vel expreſsè, de tacita non fuit dubitatū, cū Teſtamentum Nicolai, viuente Siluerio filio, ſemper remanſerit clauſum, & nullus detur actus, quo Petrus ſe pro hærede declarauit. Verùm ſi opus eſſet,
11 concurrere videtur etiam expreſſa, quia Petrus pluries dixit ſe nolle adire hæreditatem Paternam, tanquam plus æquo ære alieno grauatam, & ſibi minus vtilem, & è contrà velle retinere eadem bona ex Iuribus dotis Maternæ, ex his enim declarationibus ſatis colligitur animus Siluerij ab hæreditate Paterna ſe abſtinendi, cum poſſeſſionem bonorum ad alium titulum nempè dotis referre voluerit iuxtà doctrinam *Bald. in l. vt debitum C. de hered. action. Camill. Medic. conſil. 74. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 14. num. 29. Rota poſt Torr. de pact. futur ſucceſſ. deciſ. 128. numer. 14., & in recentior deciſ. 77. numer. 1. par. 13. & deciſ. 693. num. 1. par. 18.*

Nec dicatur, quod hęc omnia non reſultant niſi ex actibus extraiudicialibus, & Teſtibus ad perpetuam examinatis, & ex articulis nouiſſi-

mè productis, quæ videntur præiudicare non-
poſſe fratribus de Orſinis, quia vltra quod ta-
les Teſtes, & articuli fuerunt ab eis exhibiti,
proindèque contra ipſos vti propriam confeſ-
ſionem continentes videantur facere conclu-
dentem probationem, vt nuper firmauit Rota
in Hiſpulen. Beneficij 28. *Nouembris proximè
præteriti* §. *Quod autem ſubſiſtat eorum me*; ani-
maduerſum tamen fuit, quod iſta ex abundan-
13 ti deducebantur ad comprobandum ani-
mum Petri, pro quo leuiores requiruntur pro-
bationes, & ad iuſtificandum etiam illius fa-
ctum, quod ipſe re vera, licet potuerit, nun-
quam hæreditatem Paternam adiuit, cum alio-
quin pro deneganda tranſmiſſione ſufficiat ſola
abſtenſio etiam ab Orſinis admiſſa, vt probant
auctoritates ſuperius relatę.

Et ità vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX
DECANO.

Romana Alimentorum.

Veneris 27. Nouembris 1693.

ARGVMENTVM.

Recedendo à ſuperius firmatis in deciſ. 29. ex
coniecturata teſtatoris voluntate deciditur,
deberi alimenta, & ſumptus vocato ad inſi-
gnem Primogenituram pro parandis, & ſub-
ſtinendis nuptijs.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator vocans aliquem, & eius filios de legiti-
mo matrimonio natos ad conſeruandam ſuam
familiam, per neceſſarium antecedens videtur
voluiſſe, quod ille matrimonium contrahe-
ret, & num. 10.*
*Præſertim cum teſtator illum ſemper nomi-
nauit, & dilexit, & in illo contemplatus
fuit facilitatem conſeruandæ familiæ n. 11.*
2 Et *in ſequelam dicti matrimonij, quod percipe-
ret de ſuis bonis alimenta, & ſumptus ad
id neceſſarias.*
3 *Alimenta debentur perſonæ à teſtatori hæredi
commendatæ.*
4 *Iudicis officium eſt prouidere, ne teſtator fru-
ſtratus remaneat fiducia, quam habuit in
hærede.*
5 *Hæres tenetur exequi nedum id, quod teſtator
voluit ſiue expreſsè, ſiue tacitè, verum etiam
id, quod deinceps veriſimiliter vellet, ſi vi-
ueret.*
6 *Commodum qui ſentit, debet ſentire incommo-
dum.*
Alimenta, *& ſumptus matrimonij præſtan-
da ſunt ex bonis illius familiæ, quam matri-
monium contracturus debet propagare.*
7 *Pater, & patruus non ſunt cogendi impendere in
matrimonium filij, & reſpectiuè nepotis in
alienam familiam tranſituri.*
8 *Alimenta præſtare ſatius eſt iuueni, qui propaga-
re debet familiam teſtatoris, quam expectan-
do caſum ſubſtitutionis, flos iuuentæ marce-
ſcat, & ineptus reddatur propagationi.*
9 *Voluntas teſtatoris intelligitur rebus in eodem
ſtatu manentibus.*
12 *Electio conſiſtit in vnico actu, qui momento per-
ficitur.*
13 *Fiducia complectitur pluralitatem, ſeu vniuer-
ſalitatem actuum, modorum, ac temporum.*
14 *Alimenta debita iure actionis debentur etiam
aliundè prouiſo.*
15 *Clauſula* arbitrio *relaxat de iuris rigore.*
16 *Præſertim appoſitu à Signatura Gratiæ.*
17 *Et vbi agitur fauore alimentorum.*
18 *Non obſtante præiudicio tertij, cum illud proue-
nit ex præſumpto iudicio teſtatoris.*
19 *Vel cum illud eſt euentuale.*
20 *Vel cum magis tolerabile videtur iſtud præiudi-
cium, quam in diſcrimen adduci voluntas
teſtatoris.*

DECISIO XXXIV.

CEnſuerunt hodiè Domini recedendum à de-
ciſis *die 6 Martij* proximè præteriti, & Ali-
menta, ac ſumptus pro parandis, & ſubſtinen-
dis nuptijs deberi D. Comiti Franciſco Mariæ
ex coniecturata Marchionis Franciſci Ruſpoli
illius Patrui voluntate, motiuis iuris, & æquita-
tis adiuuata, ac munita.

Coniecturata autem Teſtatoris voluntas ori-
tur ex pluribus ponderationibus, & circumſtā-
tijs vnitim ſumptis; Et primò quidem ex eo,
1 quod Teſtator ad optatum finem conſeruandi
Familiam Ruſpolam nominatim elegit, ac
nuncupauit D. Franciſcum Mariam, & eius fi-
lios legitimos, ac naturales de legitimo matri-
monio procreatos, ibi — *E con hauer ſempre
mira alla conſeruatione della mia Caſa Ruſpoli, &
Arme di d. Caſa Ruſpoli, come ſopra, & al totale,
e ſicuro adempimento di tutta la mia volontà, &
annue preſtationi ſudette come ſopra laſciate beu
prego la Signora Marcheſa Girolama mia herede,
che al tempo della ſua morte, e per doppo detto tē-
po debba inſtituire, ſoſtituire, e reſtituire la mia
heredità, & hauer riguardo, e riflettere alla perſona
del Signor Franceſco Capizucchi figlio del Signor
Conte Aleſſandro Capizucchi mio fratello, quale
ho ſempre amato, concorrendo in detto Signor Frā-
ceſco la facilità della conſeruatione della Caſata
de Ruſpoli ſolamente, & Arme de Ruſpoli ſenza
miſtione di propria, o altra, e non ſolo in detto Sig.
Franceſco, ma anco ne ſuoi figli legitimi, e naturali
di legitimo matrimonio procreati &c.* — Hoc e-
nim ipſo dicitur in neceſſarium antecedens vo-
luiſſe, quod D. Franciſcus Maria matrimoniū
contraheret, ſine quò filij legitimi, ac natura-
les agnaſci non poterant Familiæ Ruſpolæ, &
quod in ſequelam matrimonij à ſemetipſo voli-
2 ti, ac exoptati de ſuis bonis perciperet alimē-
ta, & ſumptus ad id neceſſaria, vt in terminis
ſimilium diſpoſitionum firmauit Rota *deciſ. 53.
§. Minus obſtat verſ. Quod maximè poſt Fenzon.*

ad

ad Statut. Vrbis, & deciſ. 52. nu. 1. poſt Turr. de pactis futur. ſucceſſ.

Secundo ex eo, quod anxius Teſtator conſeruationis Familiæ Ruſpolæ, dubiuſque futurarum temporum opportunitatum, atque rariorum, quibus expediret illi conſultum iri, cuncta reliquit prouidentiæ, & curæ D. Marchioniſſæ, pollicendo ſibi, fidendoque, quod ipſa in omnibus, & per omnia adimpletura foret ſuam voluntatem, ac deſiderium omni meliori modo, quo fieri poſſet, ac deberet, & ſignanter conſiderando, iuxta temporum contingentias qualitatem illius perſonæ, quæ poſt eius obitum apta eſſe poſſet illius exequutioni, ibi -- *Deſiderando io ſi conſerui la nominatione della mia Caſata Ruſpoli, & Arme de' Ruſpoli, ſenza miſtione alcuna di altre arme, o altro Cognome, conſidero, che non ſi puo adempire queſto mio deſiderio, nè effettuare nelli miei figliuoli, come ſarebbe di ragione, per non hauerli: onde è neceſſario, che io proueda alla conſeruatione di detta Caſata Ruſpoli. & Arme della medema Caſata Ruſpoli, ſenza miſtione di altra, ſecondo la mia volontà, e deſiderio: Quindi è, che &c. inſtituiſco herede vniuerſale con le conditioni, modi, e peſi infraſcritti la Signora Marcheſa Girolama Bichi Ruſpoli mia ſempre dilettiſſima Conſorte, in cui totalmente confido, e ſono certo, che in tutto, e per tutto farà rimaner adempita la mia volontà, e deſiderio nel miglior modo, che ſi puole, e deue conſiderando ſecondo la congiontura de' tempi, la qualità di quella perſona, che doppo la ſua morte puol eſſer atta al conſeguimento del ſudetto mio deſiderio &c.* --. Vndè cum hic, videlicet D. Franciſcus Maria, vnicè ad hunc effectum à Teſtatore prædilectus, & indigitatus D. Marchioniſſæ, reperiatur nunc in ætate apta ad nubendum, & filios in conſeruationem Domus Ruſpolæ procreandum, ſuppeditanda ſunt illi alimenta, ac ſumptus pro nuptijs, quia nulla congruentior excogitari valet occaſio, ſiue ratio proſpiciendi illius perſonæ, nec via tutior

3 perducendi ad effectum deſiderium Teſtatoris, prout in ſimili, quod alimenta debeantur perſonæ à Teſtatore hæredi commendatæ in omnibus ſuis neceſſitatibus tradunt *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 11. Barrij de ſucceſſ. lib. 9. tit. 26. de legat. num. 1. verſ. Quod extendit*: cumque illa præſtare renuat D. Marchioniſſa, cuius fidem Teſtator ſequutus fuit, &

4 implorauit, noſtrum eſt prouidere, quod præſtet, ne ſua fiducia Teſtator fruſtratus remaneat, vt nuper aduerſus eamdem D. Marchioniſſam multiplica à Teſtatore demandata non conficientem ſeruatum fuit *in Romana multiplicorum 17. Aprilis proximè præteriti §. Hinc iuſtus timor in fine, coram* R. P. D. *meo Caprara*.

Tertiò demum ex eo, quod ſi hiſce rerum, ac temporum exigentijs ſupereſſe Teſtator poſſet, vtique vellet ſubminiſtrationem alimentorum, ac ſumptuum pro nuptijs fieri D. Franciſco Mariæ, animaduertendo, quod ipſe cupidus conſeruandi Familiam Ruſpolam, ac liberis deſtitutus, in quibus explere ſuum votum maluiſſet, aſciuit ſibi ad hunc finem D. Franciſcum Mariam ex fratre nepotem; & vt diſertè profeſſus fuit, à ſemetipſo ſemper amatum, ſub explicita conſideratione facilitatis aſſequendi in eo, ac eius filijs legitimis, & naturalibus Familię Ruſpolæ conſeruationem, quodque ex fructibus opulentiſſimæ ſuæ hæreditatis, de pinguibus annuis legatis prouidit toti Domui Mareſcottæ, nempè de annuis ſcutis 6000. Eminentiſs. D. Cardinali Mareſcotto Capizucchio, de annuis ſcutis 2000. D. Comiti Alexandro Mariſcotto, de annuis ſcutis 1500. D. Marchioniſſæ Octauiæ Felici Mareſcottæ Montorię, de annuis ſcutis 1200. Patri Ludouico Mariſcotto, & de annuis ſcutis 1200. Comiti Horatio Mariſcotto, cuius ſors, iam tum à pluribus annis ignorabatur; Reliquit annua ſcuta mille Eminentiſs. D. Cardinali Bichio Sororio. Iuſſit inueſtiri, & cumulari annua ſcuta 10. m. vſque ad ſummam ſcutorum 100. m. fauore hæredis, & ſucceſſoris Domus Mariſcottę, ac reliquum inueſtiri pariter, & cumulari vſque ad obitum D. Marchioniſſæ vxoris in beneficium hæredis, ac ſucceſſoris Domus Ruſpulæ. Hinc enim planè veriſimile redditur, quod dum

5 tot perſonas honorauit, nil ſibi penitus retributuras, honoraret etiam in hodierno præſertim ſtatu aptitudinis ad matrimonium de alimentis, ac ſumptibus ad hoc ipſum requiſitis, perſonam D. Franciſci Marię, pręſtituram ſibi conſummationem ſui finis, imò ſi, vt prætactũ fuit, in hæredem, & ſucceſſorem Domus Mariſcottę liberaliter erogauit Multiplicum ſcut. 100. mil. quod niſi D. Marchioniſſa facere neglexiſſet, iam breui complendum foret, & pro nuptijs futuri illius Conſeruatoris inſeruire poſſet, multò magis dici debet, quod erogaret hodie alimenta, ac ſumptus pro nuptijs futuri Conſeruatoris Domus Ruſpulæ, longè magis dilectæ, hæcque veriſimilitudo ſufficit ad obſtringendũ hæredẽ illi præſtare, qui tenetur exequi nedũ id, quod Teſtator voluit, ſiue expræſsè ſiuè tacitè, verũ etiã id, quod deinceps veriſimiliter vellet ſi viueret, iuxtà Text. *in leg. cum ſeruus propè finem ff. de condit. & demonſtr.* ibi -- *Nam quod ipſe viuens facturus erat ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur*, & *in l. itẽ legato 47. §. Item intereſt ff. de legat. 3.* ibi -- *Aſſignaturus ſi vixiſſet, Bald. conſ. 87. circa med. lib. 5. Natt. conſ. 61. num. 3. verſ. ſed dicendum, Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. num. 4. & ſeq. Surd. deciſ. 62. num. 12.*

Adiuuatur etiam, ac munitur, vt præfertur coniectura huiuſmodi Teſtatoris voluntas motiuis iuris, & æquitatis, tùm quia D. Franciſcus Maria matrimonium contracturus eſt pro Domo Ruſpola, quam proindè par eſt huiuſce ma-

6 trimonij expenſas, & onera agnoſcere, vt ſicut illius fructum metet, ita etiam ferat, iuxtà regulam *Textus in l. ſecundum naturam ff. de regul. iur.* & in proximis terminis notata per *Roman. conſ. 440. nu. 2. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 41. num. 35. Caluin. de æquitat. lib. 2. cap. 167. num. 16. & ſeq.* Tametſi alias D. illius Pater, & Eminentiſſimus Patruus poſſideant Auita fideicom-

Digitized by Google

miſſa, ac proprijs etiam opibus abundarent,
7 quia non ſunt ipſi cogendi in matrimonium
ſilij,& reſpectiuè nepotis impendire in alienam
familiam tranſituri, ex adductis per *Surd. de*
Alimentis tit.9.quæſt.27.nu.15.& 16. tum etiam
quia ſi Alimenta, ac ſumptus huiuſmodi dene-
garentur, & arctaretur D. Franciſcus Maria
protrahere nuptias vſque ad obitum D. Mar-
chioniſſæ, poſſet dari caſus, quod ipſa tot an-
nos ſuperuiueret, vt interim progreſſu ætatis
D.Franciſcus Maria amitteret florem iuuentu-
tis ſuæ, & eam conſeruandæ familiæ Ruſpulæ
facilitatem, quam in eo Teſtator animaduer-
tit, & exoptauit; adeoque præſtat illi ex eiuſ-
demmet Teſtatoris hæreditate prouiſionem
fieri pro nuptijs de preſenti ineundis, ſatiùs eſt
8 enim,quod huic oneri ſubijciatur hæreditas,
quam quod res caſui committatur, quod vo-
luntas Teſtatoris labefactetur,& corruat,argu-
mento *Text.in l.1.§. Sed ſi incertum ff. de ventr.*
in poſſeſs.mitten. Tum demum quia non agitur
de decernendis alimentis, ac ſumptibus pro
nuptijs ex fructibus ſpectantibus ad hæredem
ſed ex multiplico fructuum per hæredem fa-
ciendo,ac faciendo pro hærede, & ſucceſſore
Domus Ruſpulæ, non enim poteſt hoc multi-
plici genus in aliam cauſam impendi melius,
quam in eiuſdem hæredis, ac ſucceſſoris Do-
mus Ruſpulæ deſignati nuptias aſſequendas;
nam ſi in eius fauorem intentum fuit, nullus
planè fauor eſt, aut eſſe poteſt, qui vincat ho-
diernum.

Hinc non releuat,quod Teſtator nihil in to-
to Teſtamento reliquerit D. Franciſco Mariæ
pro eius nuptijs,& quod potiùs innuerit relin-
quere nolle, dùm tot perſonas, quibus, vt ſu-
pra legare voluit,nominatìm expreſſit, ac reſi-
duum fructuum ſolutis legatis voluit impendi
in multiplica,quoniam eatenùs omiſit D.Fran-
ciſco Mariæ legare pro nuptijs, quatenùs ille
tunc temporis reperiebatur in ætate ipſis inep-
ta,ob quam cum res tempori committenda
foret,præuidere neſcius illius vires, ſatis illi
vnico verbo conſultam cenſuit, commendando
D.Marchioniſſæ exequutionem ſuæ voluntatis,
ac deſiderij,quod fuit, vt Domus Ruſpula cō-
ſeruaretur,rogandoque,quod præ oculis habe-
ret ſecundum temporum contingentias quali-
tatem perſonæ, quæ illam poſt eius obitum
preſtare poſſet,& viceuerſa eatenùs tot alios
explicitè nuncupauit, quibus legatum voluit,
quatenus eorum legata non ſuberant diſcri-
minibus temporum, ſed ſtatim effectum habi-
tura fuerant poſt eius obitum, nec rurſus age-
batur de ijs, qui totum Teſtatoris votum, &
inſtitutum ſubſtentare, & exequi debuiſſent,
prout ad illud ſubſtentandum, & exequendum
præelectus fuit D. Franciſcus Maria, quem
proindè ſatis fuit indicaſſe D.Marchioniſſæ,ad
hoc,vt illa teneretur ipſum iuuare alimentis, ac
ſumptibus ad hunc effectum neceſſarijs. Et
9 denique multiplica demandauit, D. Franciſco
Maria pariter tunc impubere conſtituto, quæ
ideò non obſtant, quo minus in eius, nunc
adoloſcentis effecti, nuptias conuerti valeant;
quia ſemper intelligi debent rebus in eodem
ſtatu manentibus, *l.quod ſeruus ff.de condit.ob*
cauſ.Gratian.diſcept.613.num.20.& diſcept.916.
num.22.Caluin.de æquit.lib.3.cap.201.nu.94.

Minus vrget,quod Teſtator non inuitauerit
D.Franciſcum Mariam ad matrimonium, neq;
illud exoptauerit, ſed ſimpliciter ſuppoſuerit,
cupiens dumtaxat,quod Familia Ruſpula con-
ſeruaretur,nec curans,quod id fieret per Dom.
Franciſcum Mariam in ſtatu coniugij magis,
quam cælibatus,aut per eius deſcendentes ma-
gis quam per eius proximiores,quoniam inui-
tatio D.Franciſci Mariæ ad matrimonium re-
ſultat ex ſimplici vocatione illius filiorum le-
gitimorum, & naturalium ex legitimo matri-
monio procreatorum, vt in puncto firmauit
10 *Rota in præcitatis deciſionibus 53. poſt Penzon.*
ad Stat.Vrbis,& 52. poſt Turr.de pact.futur.ſuc-
ceſs. iunctis præſertim geminis animaduerſio-
nibus, vnà nempè quod Teſtator eumdemmet
Dominum Franciſcum Mariam ſpecificè nomi-
nauit, ſemperque dilexit,& in eo,ac eius filijs
11 legitimis, & naturalibus contemplatus fuit fa-
cilitatem obtinendi Familię Ruſpulæ conſer-
uationem;quo fit,vt eius etiam ipſius tot titulis
ſibi cari, videatur matrimonium præoptaſſe,
& voluiſſe,quod per hoc ipſum familia Ruſpu-
la conſeruaretur in ijs, in quibus facilitatem
eius conſeruationis perſpexit, ac nouit ad tra-
dita per *Caſtill.controu.Iur.lib.2.cap.26. nu. 46.*
Fontanell.deciſ. 526.nu.23.& ſeq. Cortiad.deciſ.
129.num.94.& ſeq.par.3. Et altera, quod ſi D.
Franciſcus Maria inuitatus non foret ad ma-
trimonium, nemo eſſet, qui viuente D. Mar-
chioniſſa operam dare poſſet, ac deberet con-
ſeruationi domus Ruſpulæ, quod abſonum vi-
detur à mente Teſtatoris, qui ad hunc finem
cuncta direxit;& ordinauit. Non obſtante re-
plicatione,quod adſit D.Marchioniſſa, quæ ex
præcepto Teſtatoris nuncupari tenetur de
Domo Ruſpula tantum, & illius arma geſtare
citra alterius mixturam, quia hoc ſolum perti-
net ad conſeruationem nominationis Domus
Ruſpulę,non autem ad veram,& propriam cō-
ſeruationem eiuſdem Domus, quę fit per libe-
ros, ſicut hanc diſtinctionem feciſſe videtur
etiam Teſtator, qui reſpectu D. Marchioniſſę
loquutus fuit de ſimplici aſſumptione cogno-
minis, & armorum Domus Ruſpulę,reſpectu
autem D:Franciſci Mariæ, & eius filiorum, de
ipſius met domus conſeruatione.

Prout nec ſubſiſtit, quod fiducia à Teſtato-
re repoſita in Domina Marchioniſſa reſpiciat
ſolum electionem, ſeu ſubſtitutionem perſonæ
in bonis Domus Ruſpulæ poſt eius obitum
ſucceſſuræ,non autem prouiſionem alimento-
rum,ac ſumptuum pro eius nuptijs contrahen-
dis in vita D.Marchioniſſæ, vt ſuadere dicun-
tur verba explicatiua fiduciæ,ibi -- *In cui to-*
talmente confido,e ſon certo,che in tutto,e per tut-
to farà rimaner adempita la mia volontà, e deſide-
rio nel migliòr modo,che ſi puole,e deue, conſide-
rando ſecondo la congiuntura de' tempi la qualità
di

Digitized by Google

di quella perſona; che doppo la ſua morte puol eſ-
ſcraita al conſeguimento del ſudetto mio deſide-
rio &c. collata cum alijs explicatiuis grauami-
nis reſtituendi poſt mortem, ibi -- *E con hauer*
ſempre mira alla conſeruatione della mia Caſa
Ruſpoli, & arme di detta Caſa Ruſpoli, come ſo-
pra. & al totale, e ſicuro adempimento di tutta la
mia volontà, & annue preſtationi ſudette come ſo-
pralaſciate, ben prego la ſudetta Signora Marcheſa
Girolama mia Erede, che al tempo della ſua morte,
e per doppo detto tempo debba inſtituire, ſuſtitui-
re, e reſtituire la mia heredità, & hauer riguardo, e
rifléttere alla perſona del Signor Franceſco Capi-
zucchi &c. &c. præſertim ſtante facultate in ca-
ſu prædeceſſus Domini Franciſci Mariæ ſine
liberis tributa D. Marchioniſſę eligendi ſibi
ſucceſſorem, quia contrarium patet ex eo, quod
12 electio, ſeu ſubſtitutio ſucceſſoris verſatur in
vnico actu, qui momento perficitur, verba au-
tem *fiducia &c.* complectuntur pluralitatem, ſeu
13 vniuerſalitatem actuum, modorum, ac tempo-
rum, quę proinde denotant longè plus electio-
ne huiuſmodi collatum in fidem D. Marchio-
niſſæ, & nonniſi ſubminiſtrationem alimoniæ,
& expenſarum pro matrimonio futuri hęredis
Ruſpuli pro aſſequenda, quæ totius Teſtamen-
tarij laboris opus fuit, dilectiſſimæ domus con-
ſeruatione, quod ſignanter procedit reſpectu D.
Franciſci Mariæ, qui expreſsè fuit à teſtatore
electus, ac ſubſtitutus, & ſic nihil circa eius ele-
ctionem, ac ſubſtitutionem operatura erat ſol-
licitudo, & cura D. Marchioniſſę.

Poſtremo non obſtat, quod in omnem caſum
alimenta, ac ſumptus pro nuptijs deberi vale-
ant D. Franciſco Mariæ dumtaxat in ſubſidiū,
& ideo peti nequeant non excuſſis prius bonis
Patris, & aliorum Aſcendentium, qui ad id o-
neris principalius tenentur, quia, quidquid ſit,
ſi ageretur de alimentis officio Iudicis debitis
ex charitate ſanguinis, de quibus loquuntur au-
thoritates in oppoſitum cumulatę, ſecus eſt in
caſu, quo, prout hic, Alimenta debentur iure
14 actionis ex præſumpta voluntate Teſtatoris,
tamquam media neceſſaria ad celebrationem,
ac ſubſtentationem matrimonij pro Domus
Ruſpulæ conſeruatione à Teſtatore deſiderati,
in his enim terminis Alimenta debentur etiam
aliundè prouiſo, quia non ſunt ſimpliciter libe-
ralia, ſiue gratuita, ſed recompenſatiua opera-
rum, quas legatarius exhibet Teſtatori pro illi-
us voluntatis, ac deſiderij exequutione ex fir-
matis per *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 83. nu.*
6. & 7. Rota deciſ. 86. §. Neque etiam in fin. poſt
Fenzon. ad Statut. Vrbis.

Et facilius in vniuerſum pro huiuſmodi nup-
tialibus Alimentis, ac ſumptibus Domini re-
ſponderunt, quia eorum Cauſa nobis commiſſa
15 fuit cum clauſula *Arbitrio*, quæ relaxat rigo-
rem iuris, & viam aperit æquitati, præſertim
16 quoties, vt in hoc caſu, appoſita fuit per parti-
cularem Congregationem loco Signaturæ
Gratiæ deputatam, vt notat *Card. de Luca in re-*
lat. Rom. Cur. diſcurſ. 30. num. 34. & ſeq. modern.
Rotæ diſput. Iur. cap. 89. num. 4. Rota *deciſ.* 311. *nu.*
2. par. 17. recent. & in Neapolitana Cenſus 20. A-
prilis Proximi præteriti §. Et iure quidem coram
Reuerendiſſimo D. meo Heruault, & in his termi-
nis Alimentorum *Leoncill. de priuleg. pauper par.*
17 *2. priuil. 22. num. 25.* Non reſiſtente aſſerto præ-
iudicio aliorum vocatorum, quoniam iſtud nō
meretur attendi, ſiuè quia prouenit (vt hucuſq;
18 firmatum fuit) ex pręſumpta voluntate, & Iu-
dicio Teſtatoris, vt ponderant *Cuman. conſ.* 168
num. 5. Cyriac. contron. 207. *num.* 50. Rota *deciſ.* 13.
num. 2. coram Ninot. & deciſ. 388. *num. 1. par. 1.*
recent. Siuè quia non eſt omninò certum, ſed
euentuale, quia ſcilicet fieri poteſt, quod Dom.
19 Franciſcus Maria poſt obitum D. Marchioniſ-
ſæ tot annis poſſideat fideicommiſſum, vt illud
de alimentis, ac ſumptibus per ipſum percep-
tis, ad formam eius obligationis, plenè rein-
tegret, ad tradita per Giouagnon. *conſ.* 88. *num.*
8. *lib. 1. Mart. Medic. dec.* 83. *n.* 16. *&* 17. Rot. *dec.*
83. *n.* 16. *&* 17. *par.* 17. *recent.* ſiuedemùm, quia
20 magis eſt, vt toleretur huius modicum præ-
di iudicium quam quod in diſcrimen adducatur
primaria Teſtatoris voluntas,) cui reliqua om-
nia famulari neceſſe eſt) conſeruandi Domum
30 Ruſpulam in D. Franciſco Maria, & eius filijs.

Et ita deciſum fuit vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana, ſeù Portuen. Tenutarum.

Mercurij 2. Decembris 1693.

A R G V M E N T V M.

Iudicium caducitatis ob non ſolutionem canonis à pluribus obiectis nullitatibus vindicatur. Emphyteutam verò ad purgationem moræ eſſe admittendum deciditur etiam poſt factam executionem; dummodò reſarciat damnum à domino directo paſſum, & ſignanter fructus perceptos poſt captam ab illo poſſeſſionem inſtrumentalem.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio, ſeu reintegratio non datur contra factum Iudicis.*

2 *Citatio perſonalis requiritur in declaratione caducitatis.*

3 *Contrarium videtur ſentire S. Rota.*

4 *Plures citationes domi dim. cóp. æquiualent perſonali.*

5 *Citationis defectus ſanatur ex comparitione procuratoris etiam generalis.*

6 *Præſertim, cum citationes executæ fuerunt domi principali, à quo præſumuntur traditæ Procuratori.*

7 *Caducitatis iudicium ſat eſt inſtruere contra ſolum poſſeſſorem.*

8 *Caducitas curſa per poſſeſſorem afficit etiam eum, qui voluntariè conſenſit, vt alter poſſideat.*

9 Ca-

9 *Caducitas cenſetur remiſſa ex receptione canonum.*
10 *Limita, ſi proteſtatum fuerit in actu receptionis.*
11 *Quod etiam procedit, ſi recepti fuerint canones decurſi dumtaxat antè declaratam caducitatem, vbi emphyteuſis eſt* Eccleſiaſtica.
12 *Moræ purgatio faciliter eſt admittenda.*
13 *Maximè in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
14 *Etiamſi lata fuerit ſententia, & ſecta executio, niſi probetur contemptus in emphyteuta in recuſanda ſolutione canonum.*
15 *Emphyteuta, ſtante iuſta cauſa, admittitur ad purgationem moræ, etiam poſt ſententiam, & eius executionem.*
16 *Et cauſa iuſta eſt anguſtia rei familiaris.*
17 *Precipuè, cum alias emphyteuta fuit ſollicitus in ſoluendo canones.*
18 *Vel cum dominus directus poſt intentatum iudicium caducitatis diù ſiluit, nec illud proſecutus fuit.*
19 *Pactum reſolutiuum in emphyteuſi non impedit purgationem moræ.*
20 *Expreſſio eius, quod de iure ineſt, nihil operatur.*
21 *Emphyteuta admittitur ad purgationem moræ, etiam vbi ius domini directi factum eſt deterius, vbi paratus eſt omne damnum reſarcire.*
22 *Et ſub nomine huius damni veniunt omnes fructus ab emphyteuta percepti à die poſſeſſionis captę per dominum directum*, & num. ſeqq.
23 *Fructus veniunt in ſequelam poſſeſſionis, tanquam pars, & commodum illius.*
24 *Dominus directus facit ſuos fructus, quos percipit poſt captam poſſeſſionem.*
25 *Fructus debentur domino directo poſt declaratam caducitatem.*
26 *Intellige, id non procedere, vbi Iudicium deuolutionis effectui non demandatur, ſed emphyteuta admittitur ad purgationem moræ, ob cuius ſpem reputatur bonę fidei poſſeſſor.*
27 *Moræ purgatio obtinet ex nunc, non ex tunc.*
28 *Ac eſt fictio iuris, quæ non obtinet in præiudicium eorum, quæ medio tempore geſta ſunt.*

DECISIO XXXV.

DEciſum fuit coram Me die 5. Maij 1687. Dominum Ducem non eſſe manutenendum, neque reintegrandum ad poſſeſſionem Tenutarum, de quibus agitur, ſed admittendum ad beneficium purgationis moræ, ſub conditione tamèn, atque onere reficiendi imprimis Collegio quodcumque damnum, & intereſſe, quod paſſum eſſet poſt declaratam caducitatem, & per admiſſionem ad purgationem moræ pati poſſet, eidemque promptè, & integrè preſoluendi omnes Canones, exceptis decurſis per tempus, quo Collegium gauiſum fuit. Et hanc Deciſionem, hodiè repropoſita Cauſa Domini in omnibus approbarunt; & confirmarunt, addita ſolùm declaratione inferiùs ſubnectenda circa conditioné, atque onus mox enunciatum.

Non enim manutenendus, neque reintegrandus viſus fuit D. Dux, quia ipſe poſſeſſione
priuatus fuit auctoritate Iudicis in vim ſcilicet
mandati de aſſociando fauore Collegij relaxari per Reuerendiſſimum Cauallerinum, contra
1 cuius factum non datur manutentio, ſeù reintegratio ad Text. *in l. prima, & 3. ff. ne vis
fiat ei &c.* latè *Poſt. de Manut. obſer. 12. num. 1.
& ſeqq.*

Nec ſubſiſtunt nullitates adductæ aduerſus
mandatum de aſſociando, & eius executio-
2 nem. Non enim releuat, quod declaratio caducitatis, nec non ipſum mandatū de aſſociando tàm relaxandum, quàm relaxatum denunciata fuerit Domino Duci per citationem
perſonalem, quæ neceſſaria fuiſſe dicitur hac
in re maximi præiudicij, iuxta *deciſiones* 257.
283. & 306. *coram Royas*, quia (quidquid ſit de neceſſitate huiuſmodi perſonalis ci-
3 citationis, quam nec probant deciſiones in
obiecto relatæ de citatione perſonali loquentes
ad excluſionem citationis per Edictum non
probata abſentia, non autèm ad excluſionem
citationis dom. dim. cop.) difficultas ceſſat
vel ex eo quod non agitur de vna, ſed de
4 tribus citationibus executis domi dimiſſa copia, que æquiualent perſonali citationi *Couarr.
in cap. Alma Mater par. 1. §. 9. nu. 4. verſ. Tertius Caſus de Sent. Excommun. Rot. deciſ. 152.
num. 7. coram Celſ. & deciſ. 269. num. 7. coram
ſa:me: Alex. VIII.* vel ex eo, quod in Iudicio cōparuerunt, & oppoſuerunt Procuratores D. Du-
5 cis vt patet ex eodem mandato, quod decretū
legitur auditis Partibus, ex comparitione enim
Procuratoris etiam generalis, ſanatur defectus
perſonalis citationis *Fenzon. ad Statut. Vrb.
lib. 1. cap. 51. num. 30. Vbert. de citat. cap. 13.
num. 148. Adden. ad Ludouiſ. deciſ. 27. num. 13.
6 & 14. Rot. deciſ. 736. num. 1. par. 2. rec.* iunctis
præſertim geminis circumſtantijs præſeferentibus in D. Duce certam, & irrefragabilem
ſcientiam citationum, vna nempè, quod citationes non fuerunt executæ Domi Procuratorum ſed Domi ipſius Ducis, ex quo proindè
deueniſſe preſumuntur ad manus Procuratorum. Et altera quod ordines, ſiuè mandata
ſolutionum in Cauſam Canonum confecta per
D. Ducem fauore Collegij, fuerunt per eius
Rectorem recepta acceſſa ſub expreſſa præſeruatiua caducitatis iàm declaratę, & ſub hac ipſa præſeruatiua Ceſſionarij ſoluta per Miniſtros
D. Ducis. Non enim percipi poteſt, quomodo Procuratores rem tàm grauem deferre neglexerint ad notitiam eorum Principalis, &
quomodò Miniſtri ſolutiones ordinum, ſeù
mandatorum cum præſeruatiua præfata fecerint, citra ſcientiam, & aſſenſum Domini
Ducis.

Minus vrget, quod in Iudicio citati non
fuerint cl. me. Card. Virginius, ac D. Princeps Vicouarij fratres D. Ducis, & inſimul cum
ipſo compræhenſi in Inueſtitura bonorum, non
enim ipſi citandi fuerant, quia ſolus D. Dux
7 ſemper bona poſſedit, & Canones ſoluit, licitum
eſt

eſt quippè iudicium caducitatis inſtruere, ac
terminare aduerſus eum, qui poſſidet ad tradi-
ta per *Maſtrill. dec:ſ.114.nu.24. & ſeqq. Giurb.
deciſ. 1. numer. 51.* Nam caducitas incurſa per
8 poſſeſſorem afficit etiam eum, qui voluntariè
conſenſit, vt alter poſſideat, *Clar. in §. Emphy-
teuſis quæſt.8. verſ.quæro Corbul. de cauſ. priuat.
ob non ſolut. Canon. ampliat. 8. num.1. Afflict.
deciſ.153. num.4.* & ſine vlla hæſitatione, quo-
niam bona tùm temporis omnia conſolidata
remanſerant in perſona Domini Ducis vigore
Primogenituтarum Domus Vrſinæ, vnius ſci-
licèt ordinatæ per Paulum Iordanum Senio-
rem, ac per ſa: me: Pium IV. confirmatæ, &
alterius per Ducem Virginium Sen, ſuper hiſ-
met ipſis bonis in litem cadentibus, ac etiàm
vigore Concordię per fratres initæ cum D. Du-
ce, per quam ipſi, ſtipulatis à D. Duce quibu-
ſdam annuis præſtationibus vitalitijs, omnia
Iura ſuper reliquis quibuſcumque bonis ceſſe-
runt, ac renunciarunt eidem D. Duci, qui ideo
per ceſſionem, ac renunciationem huiuſmodi
ſublatis de medio alijs Coemphyteutis, tan-
quàm vnicus Emphyteuta ſuperſtes, vnicè citari
debuit.

Nec demùm officit, quod poſt declaratam
9 caducitatem, & antè captam poſſeſſionem fue-
rint per Rectorem Collegij recepti Canones,
per quorum receptionē cenſeatur remiſſa cadu-
citas, quoniam præſumptio remiſſionis ceſſat
10 ex contraria proteſtatione in actu eorum rece-
ptionis per Rectorem emiſſa, quæ præſeruat
Ius proteſtantis, vt eſt communis DD. Senten-
tia, de qua per *Clar. in §. Emphyteuſis quæſt.10.
num.1. Mantic. de tacit. &c. lib. 22. tit. 33.
num.2. Fulgin. de Iur.emph.tit. de alien. quæſt.
1. num. 324. verſ. Secundus caſus.* Non ſuffra-
gante replicatione, quod concluſio procedat
quotiès ſimpliciter recepti fuerunt Canones de-
curſi, Secus autem quotiès, vt hic recepti fue-
runt Canones decurſi etiam pro tempore bien-
nalis moræ, ob quam contenditur inducta ca-
ducitas, quaſi quod tunc proteſtatio non iu-
uet tanquàm facto contraria, quia ſcilicèt in-
compatibile ſit, quod recipiantur Canones
pro tempore moræ, & quod nihilominus ſaluum
ſit Ius caducitatis, & quod quis eodem tem-
pore habeatur pro non Emphiteuta ſecundum
auctoritates in oppoſitum allegatas, quoniam
replicatio (vltra quod difficultate non caret in
facto) corruit in Iure, nam quidquid dicen-
dum eſſet, ſi recepti fuiſſent Canones decur-
11 ſi poſt declaratam caducitatem, vel ſi ageretur
de Emphyteuſi priuatorum, in qua iuxta plu-
rium DD. Sententiam, non licet Dominis vltra
commiſſum petere præteritos Canones, in qui-
bus terminis loquuntur, & intelligi debent
omnes contrariæ auctoritates, certum eſt quod
in hoc caſu, in quo recepti fuerunt Canones
decurſi dumtaxat ante declaratam caducita-
tem, & agitur de Emphyteuſi Eccleſiæ, in qua
ſpeciale eſt, quod vltra pęnam caducitatis
etiam præteritos Canones exigere valeat iuxta
Text. in Auth. qui rem Cod. de Sacroſ. Eccleſ.
& ibi *Paul. de Caſtr. num. 5. Clar. in §. Emphy-
teuſis quęſt.10. num. 2. verſ. hæc tamen omnia
Menoch. de præſumpt. lib.5. preſumpt. 112. num.
26*, non poteſt ex eorum receptione cenſeri re-
miſſa caducitas, vt in ſpecie diſtinguendo tra-
dunt *Anchar. in Cap. potuit num. 18. verſ. &
tunc aut habuit*, & ibidem *Bero de locat. & con-
duct. Clar. vbi proximè numer.1. verſ. hoc tamèn.
intellige Adden. ad Buratt. deciſ. 617. num. 8. §
Secundo ampliatur. Gratian. deciſ. March. 49.
num.31. Rot. deciſ.341. num.19. & ſeqq. coram
Bich. & dec.357. num. 12. & 13. coram cl. me.
Card. Cerro.*

Admittendus autem viſus fuit D. Dux ſub
12 conditione tamen, atque onere, de quo ſupra
ab beneficium purgationis moræ ex æquitate
cap. potuit de locat. & conduct. in quam proni
ſemper, quoad rerum circumſtantiæ patiuntur,
Iudices eſſe debent, vt ex plurium Sententia
admonet *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de ſolut.
13 Canon. quæſt.6.num.9.* præſertim in Emphyteu-
ſi Eccleſię, quę eſt pia mater, & non debet eſſe
tenax in exigendis caducitatibus, ac pęnis, vt
per eundem *Fulgin. tit. de alien. quæſt.1. nu.34.
de var. caducit. quæſt.9. numer. 8., & de ſolut.
Canon. quęſt.6. nu.22. verſ. & tenendo.*

Neque ad ipſum arcendum ab huiuſmodi
14 beneficio quidquàm mouet, quod mora fuerit
geminata, vel forſan etiam triplicata; & lata
Sententia, ac facta executio, quia non pro-
batur in D. Duce mora culpabilis, ac proter-
uia ſiuè contemptus in recuſandis Canonum
ſolutionibus, quę de ſtylo præſertim Noſtri
Auditorij ad hunc effectum requiritur, vt in
*deciſ.388. num.4. coram Gregor. deciſ.624. nu.8.
coram Burat. & deciſ.519. num.2. coram Vbald.*
cum alijs adductis in præterita deciſio-
ne, imò non deſunt iuſtæ Cauſæ, ob quas
ipſe mereri videatur excuſationem, quibus
15 concurrentibus Emphyteuta recipitur ad pur-
gationem moræ in quacumque parte Iudicij,
ac etiam poſt Sententiam, & eius executionem,
vt conſtat ex traditis per *Hodiern. ad Surd. dec.
29. num.9. Thor. in compend. deciſ. par. 3. verſ.
Emphiteuta Sanfelic. deciſ. 114. ſub num. 7. Rot.
deciſ. 728. num.4. par4. diuerſ. deciſ. 165. num.3.
par.10., & deciſ.336., & deciſ.473. par.13.
recent.*

Et Cauſę quidem reſident, tùm in anguſtijs
16 rei familiaris, quibus preſſus eſt D. Dux, quę
ſi alias opitulantur quibuſuis etiam infimi gra-
dus perſonis ad euadendam caducitatem *Bur-
ſatt. conſ.430. num.2. lib.4. Leoncill. de priui-
leg. pauper. par.2. priuil.121. num. 2., & ſeqq.
Adden. ad Pamphil. dec.18. num.15. Rot. deciſ.33.
num.8., & deciſ.337. num.1. & per. tot. par.13.
recent*, multo magis opitulari debent D. Duci
magnati primi ordinis, & familiæ pluſquā cla-
riſſimæ, qui magnis impenſis indiget ad ſui de-
coris ſubſtentationem; Tum etiam in ſollicitudi-
17 ne, & cura, quam ipſe pro tempore ſemper ha-
buit ſatisfaciendi Collegio de debitis Cano-
nibus, nam paulò poſt declarationem caduci-
tatis æditam die 20. Iulij 1674. ſoluit Cano-
num

nem anni 1670. deinde Canonem anni 1671.,
& demùm ſc.500. pro Canonibus ſubſequen-
tium annorum. Et ſic excuſandus videtur, dum
fecit, quod potuit. Tùm demùm in conni-
18 uentia per Collegium ſeruata in intentanda, ac
proſequenda deuolutione denunciando D. Du-
ci caducitatem ſub die 23. Iulij 1674., quo per
ipſum obtentum fuit mandatum de aſſociando,
ſuſpendendoque illius executionem vſque ad
annum 1677., ex hac enim ipſa rationabilitèr
opinari valuit D. Dux, Collegium, vel victas
dare manus aſs. Iudicij nullitatibus, de quibus
ſupra, vel caducitatem habuiſſe per receptio-
nem Canonum pro remiſſa, aut alias derelicta
vel ſaltèm fuiſſe ſecum benignitèr actum, nec
mordicùs inſtiturum ſuper prætenſa deuolu-
tione.

Nec ſimili modo turbat, quod in Inueſtitu-
ra ſtipulatum legatur pactum reſolutiuum,
quod Ius Collegij effectum fuerit deterius, &
quod purgatio moræ petatur ad commodum
19 Creditorum. Quoniam pactum reſolutiuum
(quidquid ſit in alijs contractibus) in contractu
Emphyteuſis non impedit purgationem mo-
20 ræ. Eſt enim expreſſio eius, quod de Iure
ineſt, quæ nil operatur, vt tradit *Sperell. deciſ.
71. num. 42. Rota deciſ. 419. num. 5. & ſeqq. coram
Dunoz. Iun.* & in ſæpecitatis *deciſionibus 336.
& 473. par. 13. recent.* Deteriorationi Iurium
21 Collegij conſulitur per reſarcitionem cuiuſ-
cumque damni per D. Ducem ipſi faciendam,
vt in his terminis notant *Corn. conſ. 37. in fin.
lib. 2. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de ſolut. Canon.
quæſt. 6. num. 20.* Et petitio, ſiue tendentia pur-
gationis moræ ad commodum Creditorum,
apta non eſt eam remorari, quoniam imò in
hac ſpecie totus eſt ipſiuſmet debitoris fauor,
qui pro rata commodi, quod Creditores ex
purgatione moræ percipere poſſent, debitis
exoneratur.

Verùm, quia in conditione, atque onere,
22 cum quo D. Ducem ad moræ purgationem
admitti placuit ſimpliciter (vt ſub initio retu-
limus) dictum fuit, teneri D. Ducem Collegio
reficere quodcumque damnum, & intereſſe,
declararunt modo Domini ſub conditione, at-
que onere huiuſmodi refectionis cadere etiam
fructus per D. Ducem perceptos à die Inſtru-
mentalis poſſeſſionis per Collegium appræ-
23 henſæ. Iſti enim veniunt in ſequelam poſſeſ-
ſionis tanquam pars, & commodum illius ad
tradita per *Surd. conſ. 293. num. 15. Rota in Sy-
pontina Aſſiſtuum 28. Ianuarij 1689. §. Fructus
24 coram me*; Et ſicut illos Collegium ſuos feciſ-
ſet, ſi percepiſſet, vt in puncto tradit *Card. de
Luca de emphyt. diſc. 41. num. 5. Sanfelic. d. deciſ.
114. num. 6.* ità etiam recipere debet à D. Duce,
ex cuius facto proceſſit quominùs perciperet.
Nec applicatur concluſio per Collegij Defen-
25 ſores adducta, quod fructus Domino debean-
tur à die declaratæ caducitatis ex rationibus
latè congeſtis *in magiſtrali deciſ. 37. Beninten.*
quam communiter DD. ſequuntur, quia id
26 procedit quotieſcumque effectui demandatur
Iudicium deuolutionis, ſecùs quoties (vt in
hac hypotheſi) Emphyteuta admittitur ad pur-
gationem moræ, nam in his terminis Emphy-
teuta tanquam bonæ fidei poſſeſſor ob ſpem,
quam habuit confirmandi ſib Ius ſuum per be-
neficium purgationis moræ, ſibi de Iure com-
petens, vt ponderant *Riminald. Sen. conſ. 421.
num. 19. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 33. num. 17.*
fructus facit ſuos *§. Si quis à non Domino Inſtit.
de rer. diuiſ.* Prout nec viceuerſa ſubſiſtit, quod
pro parte D. Ducis prætenſum fuit, purgatio-
nē moræ pręſeferre omnimodā emphyteutę re-
integrationē etiam quoad fructus, quoniā pur-
27 gatio morę operatur ex nunc, non autē ex tunc,
vt per *Card. de Luc. d. diſc. 41. num. 5.* & eſt quæ-
dam Iuriſfictio, quæ non obtinet in præiudi-
28 cium eorum, quæ medio tempore geſta ſunt
ad tradita per *Carleual. de Iudic. tom. 3. diſput.
23. num. 18.*

Et ità ſuffragantibus omnibus Dominis de-
ciſum fuit, vtraque &c.

R. P. D. MOLINES

Romana Immiſſionis.

Lunæ 15. Februarij 1694.

ARGVMENTVM.

In confirmationem pręcedentis deciſionis 26. prodit præſens deciſio, in qua excluditur perpetuitas fideicommiſſi inſtituti in caſum obitus ſine filijs, hærede cum filijs obeunte.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inſtitutum in caſum obitus ſine filijs expirat, decedente hærede cum filijs.*
Etiamſi adſit votum conſeruandi agnationem & prohibibitio alienationis, reſtricta tamen ad certa bona, vltra quæ illa non operantur, num. 7.
Et licet adſit prohibitio detractionum reſpiciens dumtaxat primos hæredes, quibus illæ competunt num. 12.
Præſertim cum non eſt concepta de per ſe, & independenter num. 13.
2 *Dictio* quandocunque *importat compendioſam, quæ continet fideicommiſſariam.*
Quod tamen obtinet ſolum reſpectu temporis mortis eorum, quibus appoſita eſt num. 5.
3 *Verbum* ſuccedat *importat ſubſtitutionem vulgarem, & directam.*
4 *Et trahitur ad fideicommiſſariam, cum iunctum eſt verbis perpetuitatem denotantibus.*
6 *Vel cum aliunde conſtat de aperta voluntate teſtatoris.*
8 *Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum remouetur, cum omnes ſubſtitutiones dependent ab vnico caſu, & conditione.*
9 *Ratio conſeruandi bona in familia adiecta particulari fideicommiſſo non operatur quoad alia bona.*
10 *Deſcendentium appellatione veniunt fœminæ.*

11 *Agna-*

11 *Agnatio non dicitur contemplata, vbi ſunt voca- ta fæminæ.*
14 *Filij ex Statuto Vrbis licet actiuè vocati, non ſunt tamen paſſiuè grauati.*
15 *Teſtator ſi in vna parte deſcendentes expreſſit, expreſſiſſet in alia, ſi voluiſſet.*

DECISIO XXJXVI.

INhærentes DD. fundamentis alterius deci-
ſionis coram me in hac Cauſa ſub die 19.
Ianuarij 1693. emanatæ adhuc hodiè autuma-
runt denegandam eſſe Immiſſionem Vincen-
tio ex perſona Margharitæ.

Quia ex tenore Donationis, ac verbis eiuſ-
dem denuò maturè penſatis viſum eſt non re-
1 ſultare fideicommiſſariam ſubſtitutionem fa-
uore filiorum, & deſcendentium à Paulo, &
Ioanne Baptiſta Donatarijs, ſed tantùm vul-
garem ſubſtitutionem, vt patet ex illis verbis:
*E ſe alcuno di detti Signori Paolo, e Giouan Bat-
tiſta in qualſiuoglia tempo moriſſero ſenza figliuo-
li legitimi, e naturali, in tal caſo debba, e vuole,
che ſucceda l' altro di loro, e ſuoi figliuoli, e de-
ſcendenti legitimi, e naturali*. In quibus cum
deficiant verba perpetuitatem importantia,
aliud deduci nequit, niſi quod filij, & deſcen-
dentes Donatariorum vocati ſunt per vulga-
rem, non autem per fideicommiſſariam; cum-
que Paulus vnus ex donatarijs, ac ſuperſtes de-
ceſſerit cum filijs, expirauit exindè vulgaris
ſubſtitutio, nec filij grauati ſunt reſtituere alijs
deſcendentibus à dicto Paulo, iuxtà commu-
niter receptam theoricam *Cumani in l. Cum ità
§. In fideicommiſſariam num.3.& 4.ff.de legat.2.
Rot. deciſ.163.num.1.par.16.& dec.1007. num.
18.* cum alijs in deciſione, quæ reuidetur *§.
Non etenim*.

Nec tractus ſucceſſiuus temporis, ac verba
perpetuitatem denotantia deſumi valent, ex
quo Donator vſus fuerit verbo *ſuccedat* appo-
nendo vlterius dictionem *quandocumque* conti-
2 nentem compendioſam ſubſtitutionem, quæ
ſub ſe includit fideicommiſſariam, late *Rota de-
ciſ.460.num.6.& ſeq.coram Cardinali Cerro de-
ciſ.355.num.7.& ſeq.& num.11. par. 17.& de-
ciſ.176.num.6.par.* 18. Quandoquidem DD.
placuit reſponſio data in altera deciſione hu-
ius Cauſæ nimirum, quod verbum *ſuccedat* ex
3 ſui propria natura importat vulgarem, & dire-
ctam ſubſtitutionem, non obliquam, & fidei-
commiſſariam ex iuribus ibi cumulatis in *§.
Et quidem*, & vltra ibi allegatos tenent *Pere-
grin.conſil.33.num.14.iuncto num.24. lib. 3. Al-
tograd.contr960.64.num.20.* Et licèt dictum ver-
4 bum *ſuccedat* quandoque trahatur ad fidei-
commiſſariam, hoc euenit ex quo cum dicto
verbo iuncta ſunt alia perpetuitatem denotan-
tia, vt puta *inperpetuum, in infinitum, de gradu
in gradum, de hærede in hæredem, & ſimilia*, quæ
in præſenti caſu deficiunt, & concurrebant
nonnulla ex his in caſibus auctoritatum alle-
gatarum.

Nec ex eo quod dictum verbum *ſuccedat*
5 iunctum ſit cum dictione *quandocumque*, ſub-
ſtitutio trahi poteſt ad fideicommiſſariam, quia
dictio huiuſmodi reſpicit tempus mortis Do-
natariorum, eiſdemque legitur adiecta, ibi:
*E ſe alcuno di detti Paolo, e Giouan Battiſta in
qualſiuoglia tempo moriſſe*; hæcque dictio indu-
cit quidem fideicommiſſariam inter primos
Donatarios, quibus adiecta fuit, ſi alter eorum
quandocumque deceſſerit ſine filijs, non autem
operatur aliquod fideicommiſſum quoad alios
nempè inter filios, & deſcendentes à dictis do-
natarijs, cum illis appoſita non legatur, *Fuſar.
de ſubſtit.quæſt.479.num. 38. Altograd. controu.
33.num.6.& controu.64.num.29.Rota deciſ.357.
num.6.par.1.recent.* & in deciſione quæ reuide-
tur in §. *Prout non vrget*, & conciliando contra-
ria dixit *Rota in Bononien.Fideicommiſſi de Bur-
gonſonis 24. Nouembris 1692.coram Reuerendiſ-
ſimo Hiſpaniarum Nuncio ſub §. Neque vide-
batur verſ. Tum quia*, confirmata *coram Reue-
rendiſs.Decano 19.Iunij 1693.§.Nec ſubſiſtere*.

Hiſque omnibus non reſiſtunt plures in con-
trarium adductæ auctoritates, quia, vt legenti
patet, non ex ſola dictione *quandocumque* ap-
poſita primo loco vocatis inducta fuit fidei-
commiſſaria ſubſtitutio, ſed ex quo inter filios,
& deſcendentes repetita erat reciproca ſubſti-
tutio, & quidem ſub illis verbis *quos pari modo
6 alterum ſubſtituit*, & in ea ſpecie ſe fundat *deciſ.
460.coram Card. Cerro num.* 11. & 12. Et vlte-
riùs conſtabat in alijs caſibus de aperta volun-
tate diſponentis enixè volentis continuatam,
& perpetuam ſucceſſionem, qua ſtante nil mi-
rum ſi verbum *ſuccedat*, & dictio *quandocum-
que* appoſita primò vocatis applicata fuerunt
ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

Eiuſdemque inefficaciæ reputatæ ſunt plures
coniecturæ cumulatæ in hoc caſu pro demon-
ſtranda enixa voluntate Donantis inducendi
perpetuum fideicommiſſum inter filios, & de-
7 ſcendentes à Donatarijs; quia votum conſer-
uandi agnationem; & prohibitio alienationis
ſunt reſtricta, & limitata ad fideicommiſſum
particulare ſuper Vinea, ideoque trahi non
poſſunt ad reliqua bona extra caſum ipſius Vi-
neæ, vt latè in deciſione, quæ reuidetur *§. De-
ficiunt, vſque ad finem*, Digreſſus verò ad plures
8 gradus ſubſtitutionum remouetur, quia omnes
ſubſtitutiones dependent ab vnico caſu, & con-
ditione deceſſus, nempè Ioannis Baptiſtæ, &
Pauli ſine filijs, *dicta deciſ.§.Minuſque*.

In nihilo releuante, quod Donator in con-
trouerſa Donatione expreſſerit ſuam eſſe inten-
9 tionem conſeruandi, & manutenendi Domum
de Confalonerijs; quia non exindè dici poteſt
eum habuiſſe rationem agnationis, vt princi-
paliter adiectam, itaut totam informet diſpo-
ſitionem; quia id non fuit appoſitum à Donan-
te per orationem diſtinctam, & ſeparatam in
exordio Donationis, in quo dumtaxat ille ex-
preſſit ad Donationem deuenire ex cauſa libe-
ralitatis, & amoris erga Donatarios; ſed hu-
iuſmodi ratio adiecta tantùm legitur particu-
lari diſpoſitioni ſuper Vinea, quæ ea ſubſequi-

tur, ideòque hoc tantum fideicommiſſum particulare informat, non autem cętera bona donata.

10 Tanto magis, quia donator ad excluſionem
agnati proximioris de Familia poſuit in con-
ditione filios, & deſcendentes vtriuſque dona-
tarij, quorum deſcendentium appellatione pro-
11 culdubio continentur fœminæ, & conſequen-
ter non poteſt dici habita ratio conſeruandæ
agnationis, quæ excluditur, quandò fœminæ
agnatis pręponuntur, *Rota deciſ. 440. num. 18. coram Cerro.*

Altera verò coniectura deſumpta ex prohi-
12 bitione detractionum in nulla habita fuit con-
ſideratione, quia reſpicit dumtaxat primos
Donatarios, quibus illæ competunt, *Gratian. diſcept. 82. num. 16. Rota deciſ. 776. num. 13. coram Merlino*, ideòque pręſeferre non poſſunt perpetuitatem fideicommiſſi in vlteriores deſcendentes, nec iſtud extendere vltrà perſonas, quibus adaptatur talis prohibitio.

13 Præſertim, quia conceptæ non ſunt de per ſe, & independenter, ac veſtitę ratione, vt bona perpetuò remaneant in familia, in quibus terminis procedunt plures in contrarium adductę auctoritates.

Cęterùm nec allegari valet, quod donator poſuerit in conditione deſcendentes donatariorum, ideoque dici debeant diſpoſitiuè vocati ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 142. prout vocati ſunt filij primorum donatariorum; nam ex lectura donationis patet de deſcendentibus nullam habitam fuiſſe mentionem, vt conſtat, ibi: *E ſe alcuno di detti Signori Paolo, e Giouan Battiſta in qualſiuoglia tempo moriſſero ſenza fi-*
14 *gliuoli legitimi, e naturali, in talcaſo &c.* Sed
hic tantùm ſermo eſt de filijs, qui licèt ex Statuto Vrbis ſint actiuè vocati, non tamen ſunt paſſiuè grauati vlterioribus deſcendentibus in gradu reſtituere, *Rota deciſ. 272. num. 8. par. 6. recent.* cum alijs pleno calamo deductis per *Card. de Luca de fideicomm. diſc. 75. num. 4. & eodem tit. in ſumma num. 98.*

Parùm releuante, quod deindè Donator in vlteriori ſubſtitutione addiderit, ibi: *E vuole, che ſucceda l'altro di loro, e ſuoi figliuoli, e deſcendenti legitimi, e naturali.* Quia exindè argui nequit, quod etiam in conditione donator voluerit filiorum appellatione vlteriores deſcendentes comprehendere. Quinimò ex hoc oritur efficax argumentum pro excluſione deſcendentium in conditione ſi ſine filijs, eo quia ſi Teſtator voluiſſet in hac conditione illos comprehendere, vtique ſciuiſſet exprimere ſicuti in poſteriori parte diſpoſitionis expreſſit, *l. vnica §. Sin autem C. de cad. tollen. Palma alleg. 47. num. 24. 56. & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX
DECANO.

Romana Alimentorum.

Veneris 5. Martij 1694.

ARGVMENTVM.

Examinatis geminis inter ſe contrarijs deciſionibus 29. nimirum, ac... ſuperius impreſſis, ſecunda confirmatur, oſtenditurque alimenta, & ſumptus pro nuptijs parandis deberi vocato ad primogenituram, ex fructibus eiuſdem primogenituręe.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator vocans aliquem, & eius filios ad conſeruandum ſuam familiam, illius nuptias dicitur exoptare, & num. 5.*

2 *Et voluiſſe, illum de ſuis bonis recipere alimenta, & ſumptus pro illis contrahendis.*

3 *Præſertim cum teſtator illum nominatim vocauit & dilexit.*

4 *Alimenta, & ſumptus pro nuptijs contrahendis debentur ex bonis teſtatoris non ſimpliciter ſubſtituto, ſed ſubſtituto debenti conſeruare familiam teſtatoris.*

6 *Fiducia ampla commiſſa hæredi importat grauamen definiendum arbitrio Iudicis.*

7 *Alimenta debentur ab hærede perſonæ Teſtatori à commendatæ.*

8 *Verba generalia nequeunt reſtringi ad caſum particularem.*

9 *Veriſimilitudo attenditur ad indagandam voluntatem teſtatoris.*

10 *Commodum qui ſentit debet ſentire incommodum.*

11 *Alimenta, & ſumptus nuptiarum ſunt præſtanda de bonis hæreditarijs illius domus, quam nuptias contrahens debet conſeruare.*

12 *Alimenta petere nequit adoptatus in filium ab extraneo adoptante.*

13 *Voluntas teſtatoris intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

14 *Alimenta debita iure actionis, non officio Iudicis debentur aliundè prouiſo.*

15 *Confeſſio erronea poteſt ſemper, & quandocunque reuocari.*

16 *In ijs, quæ iuris ſunt non nocet confitenti.*

17 *Clauſula* arbitrio *temperat iuris rigorem.*

18 *Præſertim cum apponitur à Signatura Gratiæ.*

DECISIO XXXVII.

REuocatis ad trutinam in hodierna Rota, geminis huius Cauſæ deciſionibus inter ſe cōtrarijs: Prima ſcilicet edita ſub die 6. Martij anni præteriti, pro denegatione; & altera ſub die 27. Nouembris ſubſequentis pro conceſſione controuerſorum Alimentorum, ac ſumptuū pro nuptijs, præualuit apud Dominos ſecunda,

tan-

tanquam magis conſona principali propoſito
Teſtatoris, ac litteræ Teſtamenti, necnon rei ve-
riſimilitudini, & iuri, ac æquitati.

Principali propoſito Teſtatoris, quia Teſta-
tor totum ferè teſtamentarium opus ad id vni-
cè direxit, & ordinauit, vt Domus Ruſpola cō-
1 ſeruaretur, & cum liberos non haberet, per quos
fieri poſſet enixiſſimi voti compos, elegit ſibi
ad hunc finem Dominum Franciſcum Mariam
ex Fratre Nepotem, & eius filios legitimos, &
naturales. Hinc enim exoptaſſe dicitur illius
nuptias, ſine quibus aſſequi non poſſet in eo, ac
in eius legitima ſobole conſeruationem Domus
Ruſpulæ, ex notatis per *Surd. deciſ. 62. num. 13.
& ſeqq. Rot. deciſ. 40. num. 51. coram Duran. deciſ.
650. num. 20. verſ. præſertim coram Dunoz. Iun. &
deciſ. 43. num. 4. & 5. coram ſa. mem. Alex. VIII.*
Et voluiſſe, quod de bonis ſuis reciperet Ali-
menta, ac ſumptus quæ ſunt nuptijs cohæren-
tia, ac neceſſaria, vt in his terminis Alimento-
rum firmauit *Rot. deciſ. 53. poſt Fenzon ad Statu-
2 tum Vrbis, & deciſ. 52. poſt Turr. de pact. futur.
ſucceſ.*

Nec obſtat, quod Teſtator primordialiter
hæredem inſtituerit D. Marchioniſſam Vxorem
ſuam, eique ſubſtituerit D. Franciſcum Mari-
am, & eius filios, ac in eorum defectum proxi-
miores, iniuncto cuilibet onere deferendi Co-
gnomen, & Arma familiæ Ruſpulæ citra alte-
rius mixturam, quaſi, quod ideo videatur præ-
ſuppoſuiſſe magis, quam exoptaſſe matrimo-
nium D. Franciſci Mariæ, dum eo etiam, ac
eius filijs de medio ſublatis, ſuperſunt proxi-
miores conſeruationem familiæ Ruſpulæ præ-
ſtituri; Quoniam, quidquid ſit de primordiali
inſtitutione hæredis D. Marchioniſſæ, ex maſcu-
lis, qui propriè familias conſeruant, & ſoli
etiam ad hunc effectum conſiderari ſolent, pri-
mus, & ante omnes à Teſtatore poſt eius obi-
3 tum vocatus fuit D. Franciſcus Maria; Vndè
eius etiam ipſius, tanquam principalis conſti-
tuti conſeruationis Domus Ruſpulæ Executo-
ris, atque Miniſtri, dici debet exoptatum ma-
trimonium; maximè quia vnicus fuit etiam
D. Franciſcus Maria, quem Teſtator in Teſta-
mento nominatim vocauit, ac profeſſus fuit
ſemper amaſſe, & in quo ſignanter conſiderauit
facilitatem obtinendi conſeruationem familiæ
Ruſpulæ, quæ vtique conſiderari non potuit ci-
tra affectum, ac deſiderium ad matrimonium.

Minus refert, quod alias actum eſſet de fi-
deicommiſſis, ac primogenituris, ſeu Maiora-
tibus, ſi ſubſtituto aliquo, & eius filijs, etiam
cum onere ſuſcipiendi Cognomen, & Arma,
ſtatim illi decerni deberent Alimenta, ac ſump-
tus pro nuptijs, quoniam hic caſus toto Cœlo
diſtat ab eo, qui in obiecto proponitur; Non
enim agitur de ſimplici ſubſtitutione, ſed de
4 ſubſtitutione, ex præmiſſis, qualificata, ac veſti-
ta poſitiuo deſiderio matrimonij D. Franciſci
Mariæ pro Domus Ruſpulę conſeruatione; Nec
rurſus agitur de ſimplici ſubſtituto, ſed de vo-
cato quodam tertij generis, à Teſtatore pecu-
liariter priuilegiato, & quaſi Teſtamenti capi-
te poſito, vt patet, tum ex eo, quod eius fauore
Teſtator hæredem grauauit ſub promiſcuis
verbis inſtitutionis, ſubſtitutionis, ac reſti-
tutionis, tum etiam ex eo, quod ipſi
primum detulit fruitionem hæreditatis liberæ
ab onere multiplicandi fructus, ſolutis annuis
præſtationibus ſuperextantes, quod in eius ip-
ſius beneficium impoſuit hęredi grauatæ.

Nec demùm turbat, quod donec in huma-
nis egerit D. Marchioniſſa; ipſa ſolùm iuſſa
fuerit geſtare Cognomen, & Arma familię Ru-
ſpulæ ſine mixtura, non autem D. Franciſcus
5 Maria, aut eius filij, vel proximiores: quia hoc
ſolum præſefert, quod Teſtator voluerit in
aliqua prouectæ ætatis perſona, figuram Mun-
do facturа, continuare poſt eius obitum nomi-
nationem familiæ Ruſpulæ, cui forſan tunc
imparem cenſuit D. Franciſcum Mariam ob
impuberem eius ætatem, non autem, quod ipſe
etiam in vita D. Marchioniſſæ non poſſit, ac
debeat operam dare per contractum matrimo-
nij conſeruationi Domus Ruſpulę, quę propriè
contingit per liberos, hoc enim Teſtator non
reſtrinxit ad obitum Dominæ Marchioniſſæ;
Verùm immò contemplatus fuit (vt præfertur)
in D. Franciſco Maria facilitatem aſſequendi
eiuſmodi conſeruationem, quo ſatis innuit op-
taſſe ipſius matrimonium in hodierno ſtatu
florentis ætatis, quo facilius, quàm deinceps
ſperari poſſet ex eo ſoboles ad implementum
eius diſpoſitionis.

Litteræ Teſtamenti; quia Teſtator conſer-
uationi dilectiſſimæ Domus Ruſpulæ ſufficien-
ter, & cum effectu prouidere vehementer cu-
piens, & non omnes rerum, ac temporum op-
portunitates præcogitare, atque antę oculos
hęredis ponere valens, quibus expedire poſſet
huic rei conſultum iri, commiſit omnia proui-
dentiæ, & curæ D. Marchioniſſæ, cum ampliſſi-
ma fiducia, quod ipſa in omnibus, & per om-
nia curaret adimplere ſuam voluntatē, ac deſi-
derium omni meliori modo, quo fieri poſſet,
ac deberet, conſiderando iuxta contingentias
temporum qualitatem eius perſonę, quæ poſt
eius obitum apta eſſe poſſet ſuimet ipſius deſi-
derij executioni, vt formalia ſunt illius verba
de materno idiomate in latinum conuerſa.
6 Huiuſmodi enim pręgnans fiducia importat
grauamen definiendum arbitrio Iudicis, qui
penſato voto Teſtatoris, & congruentia præ-
ſertim temporum pro matrimonio, per D. Frā-
ciſcum Mariam ineundo, in executionem
debet illi ſtatuere Alimenta, ac ſumptus ad id
neceſſaria. Attenta pręſertim ſpecifica conſi-
7 deratione futuri hęredis, ac ſucceſſoris Domus
Ruſpulæ à Teſtatore iniuncti D. Marchioniſſę,
quę reſoluitur in relictum Alimentorum, ac
ſumptuum pro illius nuptijs à Teſtatore deſi-
deratis, vt de ſimilibus verbis commendatitijs,
affirmant *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
157. num. 11. Barrij de ſucceſſ. lib. 9. tit. 26. nu. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod fiducia Teſtatoris erga
D. Marchioniſſam vnà cum conſideratione ſuc-
ceſſoris Domus Ruſpulę deſignati (vt pręmiſ-

Digitized by Google

ſum eſt) per ipſam habenda, verſetur, vel circa
illius aptitudinem ad matrimonium, vt ex ver-
bis fiducię, ibi -- *Conſiderando ſecondo la con-
giuntura de' tempi, la qualità di quella perſona,
che doppo la ſua morte puol eſsere atta al conſe-
guimento del ſudetto mio deſiderio &c.* -- vel cir-
ca reſtitutionem hęreditatis ipſi faciendam,
vt ex alijs ſucceſſiuis ipſius grauaminis, ibi --
*Ben prego la ſudetta Signora Marcheſe Girolama
mia Erede, che al tempo della ſua morte, e per dop-
po detto tempo debba inſtituire, ſoſtituire la mia
Eredità, & hauere riguardo, e riflettere alla perſo-
na del Signor Franceſco Maria &c.* -- Non au-
tem circa prouiſionem, ſeu ſubminiſtrationem
Alimentorum, ac ſumptuum pro eius nuptijs,
quoniam hìc intellectus confunditur ex gene-
ralitate pręrecenſitæ fiducię quoad res, modos
ac tempora, ibi -- *in cui totalmente confido, e ſon
8 certo, che in tutta, e per tutto farà rimanere adem-
pita la mia volontà, e deſiderio nel miglior modo,
che ſi puole, e deue, conſiderando ſecondo la con-
giuntura de' tempi, la qualità di quella perſona,
&c.* -- quę ſalua ratione recti ſermonis, re-
ſtringi nequit ad particularem conſideratio-
nem capacitatis futuri hęredis ad nuptias, vel
reſtitutionem hęreditatis, ſed omnia comple-
ctitur. Præſertim quia capacitas hęredis, ac
etiam reſtitutio hęreditatis ſpectanda, & reſpe-
ctiuè explenda ſunt tempore obitus, ac vice-
uerſa conſideratio demandata fuit in vita, vide-
licet iuxta contingentias temporum, pro adim-
plemento deſiderij Teſtatoris, aſſequendo poſt
obitum.

Rei veriſimilitudini, quia Teſtator opulen-
tiſſimæ hęreditatis annui redditus ſc. 50. mil.
& vltrà poſſeſſor, ac Dominus de illius fructi-
bus liberaliter prouidit quam pluribus perſonis
in vtraque deciſione ſingillatim relatis, quę ni-
hil ſibi penitus retributurę fuerant. Et ſic ve-
riſimile redditur, quod etiam tacitè prouidere
ſenſerit D. Franciſco Marię nepoti ex Fratre,
ſibi omnium cariſſimo, in defectum proprię ſo-
bolis: ad conſeruationem ſuę Dòmus aſſump-
to, de eo ſaltem, quod ipſi progreſſu ętatis
neceſſarium futurum foret, ad effectum con-
trahendi, ac ſuſtentandi nuptias in conſūma-
tionem ſui finis. Multum enim in hac mate-
ria facit rei veriſimilitudo, quę ex rebus ge-
9 ſtis per Teſtatorem, ac ſequelis eius voluntatis
elicitur, vt pręter auctoritates allegatas in
ſecunda deciſione, notant *Fuſar. de ſubſtit. qu.
532. ſub num. 2. Adden. ad deciſ. 632. num. 19. par.
4. tom. 3. recent. Rota dec. 294. num. 26. & ſequen.
parte 14.*

Nec iuuat replicare, quod veriſimilitudo vi-
deatur potiùs reſiſtere D. Franciſco Marię, dum
Teſtator, vt ſupra, tot perſonas honorauit, nec
inter ipſas retulit D. Franciſcum Mariam, cu-
ius tamen extitiſſe dicitur optimè memor, &
ſignanter matrimonium conſideraſſe per ſub-
ſtitutionem eius filiorum legitimorum, ac na-
turalium: quia Teſtator eatenùs non curauit
ſpecificè prouidere D. Franciſco Marię pro
eius nuptijs, tametſi maximè illas conſidera-
uerit, ac voluerit, quatenùs ipſe tunc temporis
reperiebatur in ętate nuptijs inepta, & fas fuit
ſibi credere, vel ſuperuacuam eſſe quamcunque
prouiſionem ergà illum, quem totius ſui finis,
& inſtituti ſuſtentatorem, & executorem reli-
querat, vel ſatis ipſi proſpexiſſe, dum benè con-
ſcius beneuolentię, & fidei D. Marchioniſſę eā
rogauit (vt in pręcitatis verbis habetur) quod
in omnibus, & per omnia curaret adimplere
ſuam volontatem, ac deſiderium, totum ad con-
ſeruationem ſuę Domus intentūm, conſideran-
do pręſertim qualitatem perſonę, quę ſibi illam
poſt eius obitum pręſtare poſſet.

Iuri demùm, & ęquitati; quia nuptię con-
trahendæ per D. Franciſcum Mariam ceſſurę
ſunt in beneficium Domus Ruſpolę, quę per il-
las in eius filijs, ac ſucceſſoribus, iuxtà volun-
tatem, ac deſiderium Teſtatoris, poſteritati tra-
detur; ac per conſequens omnis ęqui, bonique
10 ratio poſtulat, vt quemadmodum Domus Ru-
ſpula nuptiarum commodum ſentiet, ita etiam
ſentiat incommodum Alimentorum, & expen-
ſarum, ad regulam *Textus in l. Secundum natu-
ram ff. de regul. Iur.* & in proximis terminis fir-
mata per *Gratian. diſcept. 374. num. 21. Surd. de
11 alim. tit. 6. quęſt. 11. num. 20. & ſeqq. & tit. 7. qu.
17. num. 37. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6.
gloſ. 2. par. 3. num. 11.*

Nec obijcit valet, quod ſola ſpes ſuccedendi
in ingentibus opibus Domus Ruſpulæ poſt
obitum D. Marchioniſſæ ſatis magnum videri
poſſit inuitamentum, ac retributio, ſeu recom-
penſatio matrimonij. quodque ſicut Alimenta
petere nequit adoptatus in filium ab extraneo
adoptante, vt tenet *Gloſ. in §. Sed, & omnia inſtit.
12 tit. de hęred. quæ ab inteſt. defer. Surd. de aliment.
tit. 9. quæſt. 27. num. 24. & 27. Fachin. controuerſ.
iur. lib. 12. cap. 60. per. tot.* ita nec petere valeat
ab hæreditate Teſtatoris D. Franciſcus Maria,
qui non modo per ipſum adoptatus non fuit
ſed nec tenetur aſſumere illius Cognomen, &
Arma, niſi poſt obitum D. Marchioniſſę. Quo-
niam ſpes ſuccedendi in hæreditate Ruſpulæ,
licet alias extimabilis ſit, non tamen ſola ſine
pecunijs ſufficit ad ineundas, ac ſuſtentandas
nuptias, quę proindè dici debent intellectę, ac
volitæ a Teſtatore pretio non nudę ſpei tan-
tum, ſed pecuniarum. Et exemplum adoptati
non viget, vbi (prout in pręſenti) argumen-
tum Alimentorum petitur ex facto deſiderij
matrimonij.

Neque in vniuerſum motiua huiuſmodi di-
luuntur, aut eneruantur ex eo, quod Teſtator,
ſatisfactis annuis pręſtationibus per ipſum re-
lictis, reſiduum fructuum ſuę hæreditatis iuſſe-
rit erogari in multiplicum pro hęrede, ac ſuc-
ceſſore Domus Ruſpulæ, & ideo cenſeri neque-
at voluiſſe D. Franciſco Mariæ de nuptialibus
Alimentis, & expenſis conſulere; quia multi-
plicum ordinatum fuit, tunc cum D. Franciſcus
13 Maria per ætatem incapax erat ſubſtinendi
pondera matrimonij, & ſic non eſt in congru-
um, quod eo nunc ad hoc genus capacitatis de-
ducto pro rata illius nuptijs neceſſaria ſuſpen-
datur,

datur, vel remoretur; nam ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus ad Text. *in l. Quod Seruus ff. de condit. ob cauſ. Caluin. de æquit. lib. 3. cap. 201. num. 94.* nec vnquam adeò multiplicum, flagitaſſe videri poteſt Teſtator, quin ardentius flagitauerit conſeruationem ſuę Domus, quàm in cauſam ſit hodierna illius ſuſpenſio, ſeu remoratio.

Nec pariter releuat, quod quatenùs per hypotheſim Alimenta, ac ſumptus pro nuptijs debeantur, nunquàm tamen deberi valeant, niſi in ſubſidium, excuſſis nempè priùs bonis Patris & aliorum obligatorum; quoniàm (quidquid
14 dicendum eſſet, ſi Alimenta per D. Franciſcum Mariam peterentur officio Iudicis ex charitate ſanguinis, vel forſan etiam iure actionis ex pręſumpta Teſtatoris ipſius Patrui voluntate ſibi relicta pro ſimplici ſui ſubſtentatione, in quibus terminis intrare forſan poſſet inſpectio, vtrum intelligenda eſſent relicta ſolum in ſubſidium ad excitandam, non augendam, vel nouandam iuris obligationem). Secùs eſt in hàc hypotheſi, in quà per ipſummet Alimenta petuntur iure actionis, ex iudicio Teſtatoris, àd effectum contrahendi matrimonium, ac ſupportandi illius onera in rem ipſius Teſtatoris propriam, pro conſeruatione, ſcilicèt, eius Familię ab ipſo deſideratà; nàm in his terminis nulla facta diſcuſſione bonorum Patris, aut aliorum obligatorum, Alimenta illi abſolutè debentur ex bonis hęreditarijs Teſtatoris ad tradita per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 532. nu. 142 & 152., Modern. Rocc. ſelect. iur. diſputat. cap. 12. num. 7.* Ea ratione, quià, nec Teſtator pręſumi poteſt matrimonium, ad ſui commodum exoptare expenſis alienis, neque Pater, aut alij ſuccedentes in eius obligatione, cogi impendia ſubire pro nuptijs alienæ Familiæ profuturis.

Denique non refragatur, quod in precibus Sanctiſſimo oblatis D. Franciſcus Maria, præuia narratiua, quod Teſtator oblitus fuerat ſummam ſibi pro Alimentis aſſignare, ſupplicauerit pro ſuppletione obliuioni Teſtatoris, ac declaratione illius voluntatis conformis diſpoſitioni *Text. in l. Prima, §. Sed et ſi incertum ff. de ventr. in poſſeſs. mitten.* &, ad earum tenorem, expediuerit commiſſionem Cauſæ, proindeque non ſit hodiè audiendus contrà propriam confeſſionem, ac extra limites commiſſionis, nitens coniecturatæ voluntati Teſtatoris; quià (præter quod confeſſio, quæ ex hu-
15 cuſquè firmatis detegitur erronea, poteſt ſemper, & quandocunque reuocari *Ciriac. contron. 35. num. 16. & contron. 65. num. 10.* Rota *deciſ. 169. num. 11. & 12. coram Royas, & deciſ. 391.*
16 *num. 10. coram Celſo*; Et in ijs, quæ iuris ſunt, non nocet confitenti, *Card. de Luca de Iudic. diſc. 23. num. 5. & ſeqq., Mancin. de confeſs. cap. 1. num. 46. & cap. 2. nu. 75. Modern. Angel. de confeſs. lib. 2. quæſt. 1. num. 50. & 51.*) preces non loquuntur de obliuione aſſignationis Alimentorum in genere; ſed de obliuione dumtaxàt aſſignationis ſũmæ, quæ non negatur: ſed vltrò admittitur ex parte D. Franciſci Mariæ inſtantis pro illius ſpecificatione, ſeù liquidatione.

Hæcque omnia pro ſecundę deciſionis con-
17 firmatione fortius ſtringere viſa ſunt, ſtante clauſula *Arbitrio* appoſita in commiſſione quæ temperat iuris rigorem, & viam aperit ęquitati, quando præſertìm (vt hic) appoſita
18 fuit per particularem Congregationem loco Signaturę Gratię ſuper pręfatis precibus deputatam, vt firmant auctoritates adductę in dicta ſecunda deciſione, cum qua in reliquis Domini tranſierunt, vtraque &c,

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Alimentorum.

Veneris 4. Martij 1694.

ARGVMENTVM.

In ſequelam antecedentis deciſionis taxantur hęc alimenta iuxta dignitatem teſtatoris, & illa recipere debentis, morem regionis, & opulentiam patrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta taxantur iuxta dignitatem teſtatoris, & illius, cui ſunt præſtanda, morem regionis, & opulentiam patrimonij.*
2 *Debentur anticipate.*
3 *Alimenta ex iuſtis cauſis, præſertim litium inter partes vertentium poſſunt in certis fundis Iudicis arbitrio aſſignari.*
4 *Non obſtante probibitione teſtatoris, ne aſſignarentur corpora legatarijs, cum is qui ali debet eſt, eſt legatarius cum futura ſucceſſione in tota hereditate teſtatoris, & praelectus ad conſeruandam illius domum.*

DECISIO XXXVIII.

Firmato, quo Alimenta, ac ſumptus debeantur in genere D. Franciſco Mariæ pro illius Nuptijs ex præſumpta Marchionis Ruſpoli ipſius Patrui voluntate, per geminas deciſiones prioris cõtratiæ reuocatorias, vnam ſcilicèt ęditam ſub die 27. Nouembris anni pręteriti, alteram ſub hodierna, Domini procedentes ad diſcuſſionem quantitatis, ac modi ſoluendi, quę reliqua pars eſt originalis dubij in hac Cauſa ſubſcipti, quoad quantitatem qui-
1 dem, illam taxaruut in annuis ſcutis ſex millibus, moti ex dignitate perſonarum, Teſtatoris nempè, ac Domini Franciſci Mariæ, more Regiouis, & ſignantèr opulentia patrimonij tranſcendentis annuũ redditum ſcutorum quinquaginta millium, quę omnia adhunc effectum ſpectari ſolent ad *Text. in l. Ius Alimentor. ff. vbi Pupill. educ. deb. leg. cum plures §. Cum tutore ff. de adm. tutor. leg. Cognonimus C. de haeret, & Manich. Surd.*

Google

Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 18. in princ. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 58. Rot. deciſ. 67. num. 7. coram Celſ & in Romana alimentorum 2. Decembris 1678. §. fi. coram clar. mem. Card. Matthaio. Adſtipulante etiam aliqualiter in hunc ſenſum norma per Teſtatorem ſeruata cum D. Marchioniſſa Vxore, qui eam hęredem inſtituit cum onere deferendi cognomen, & Arma Familię Ruſpolæ in conſeruationem illius nominationis, & voluit ſibi quot annis ex fructibus ipſius hæreditatis percipere ſcuta duodecim millia. Non enim præſumi poteſt, quod nou ſaltem medietatem percipi voluerit per D. Franciſcum Mariam, quem ad Nuptias inuitauit pro eiuſdem Familię Ruſpolæ conſeruatione, ad effectum illas iuxtà propriam, ac Domini Franciſci Mariæ dignitatem ineundi, ac ſuſtentandi.

Quò verò ad modum ſoluendi cenſuerunt, illa deberi anticipatè de ſemeſtre in ſemeſtre in pecunia numerata & quatenùs per D. Marchioniſſam mora fiat in ſolutionibus, in tot bonis per me iuxtà oretenùs mihi communicatum eorum ſenſum in hanc Cauſam aſſignandis. Alimenta ſiquidem anticipatè
2 deberi conſtat ex latè traditis per *Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 17. num. 8. verſ. Intellige non*
3 *procedere*. Et poſſe etiam pro eorum ſatisfactione ex iuſtis cauſis, præſertim litium inter Partes vertentium, certos fundos arbitrio Iudicis aſſignari tradit *Bald. in leg. 2. nu. 3. verſ. Sed pone C. ſi in fraud. patron. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 83. num. 41. Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 27.* Rota *deciſ. 1154. num. 2. & ſeqq. coram Pau. deciſ. 194. nu. 69. par. 7. & deciſ. 166. num. 36. par. 12. recent.* Non obſtante quoad huiuſmodi aſſignationem forſan in præſenti faciendam, precepto Teſtatoris, qui noluit D. Marchioniſſam cogi poſſe
4 ad aſſignanda corpora Legatarijs, quia præceptum loquitur de ſimplicibus Legatarijs, & ideò non afficit D. Franciſcum Mariam Legatarium cum futura ſucceſſione in tota Teſtatoris hęreditate, ex omnibus prælectum ad præſtandam ſibi conſeruationem Domus Ruſpolæ in complementū ſui finis ex not. per *Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 159. num. 2.* Rot. *deciſ. 25. nu. 8. & deciſ. 26. num. 12.* penes *Salgad. in Labyrint. Credit.* Non enim abhorruiſſe Teſtator cenſeri debet à ſciſſura bonorum fauore futuri hęredis prout abhorruiſſe potuit fauore ſimplicis Legatarij.

Et ità &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Interamnen. Iuris Paſcendi.

Veneris 5. Martij 1694.

ARGUMENTUM.

Statuto ſuper certo modo præbendi pabula animalibus in Territorio æquum eſt Eccleſiaſticos quoque per ſuos Superiores ſubmitti, dummodo cauſæ contrauentionum à Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcantur.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiaſticis æquum eſt, quod per ſuos Superiores ſubdantur ordinationibus laicorum editis pro bono publico.*

2 *Bonum publicum vnius, vel alterius contradictio impedire non debet.*

3 *Paſcuorum generalis communicatio ligat etiam Clericos.*

4 *Clauſula* ſublata, *& decretum* irritans *facultatem adimunt impugnandi Breue, niſi prius aduerſus ipſum obtenta apertione oris.*

5 *Libertas præbendi pabula animalibus in bonis proprijs, tanquam iure naturali competens, tolli nequit à Principe de poteſtate Ordinaria.*

6 *Limita ob cauſam publicæ vtilitatis, vel vitandorum ſcandalorum, & num. ſeqq.*

7 *Princeps poteſt ius tertij tollere ob publicam vtilitatem.*

8 *Nec non ad vitanda ſcandala.*

9 *Et multo magis illud modificare, ſiue reſtringere.*

10 *Pœna in materia paſcuorum ſtatui poſſunt maieres damno.*

11 *Eiuſque exactio licita eſt, etiam nullo exiſtente damno, cum illa exigatur ratione contemptus banni.*

12 *In territoria ſata, vineata, & oliuata nullo anni tempore etiam poſt recollectas ſegetes permiſſum eſt animalia mittere ad paſcendum.*

13 *Hodie de conſuetudine in delictis proceditur per Inquiſitionem.*

14 *Bannita macellarijs reſeruatur in qualibet Ciuitate ad paſcenda animalia etiam aduerſus Eccleſiaſticos.*

15 *Cauſa tamen contrauentionum in his caſibus ad Iudices Eccleſiaſticos ſpectant.*

DECISIO XXXIX.

VEtus Statutum extat in Ciuitate Interamnæ, quo ſub certis pœnis vetitum fuit, ne quis per eius Territorium Pecudes pabulatum mitteret, quod cum deinceps, experimentis rerum docentibus, non ſatis publicæ quieti, & indemnitati conſuleret, quia ſcilicet ob anguſtiam Territorij, vndique culti, ac per mo-

Digitized by Google

modicas portiones in innumeros propè Dominos diuiſi, continuò Pecudes diſcurrebant in alienum, ac damna inferebant, ex quibus ſæpè ſcandala, ac rixæ, & nonnunquam etiam homicidia oriebantur: ad hæc mala auertenda reſolutum fuit in Conſilio Credentiæ anno 1647. prohibendum eſſe generaliter cuicumque perſonæ retinere, aut retineri facere Pecudes in Territorio, vel locis, in quibus ipſæ damnificare poſſent, ſub pœna trium iuliorum per Belluarum Dominos incurrenda pro ſingulis Belluis, ac vicibus, quibus contrauenire contingeret, & cum facultate procedendi per Inquiſitionem, ac omni alio meliori modo. Hæcque reſolutio per bannimentum, ſiue proclama Gubernatoris Ciuitatis executioni demandata fuit, & à Sac. Congregatione Boni Regiminis pluries approbata, ac per Breue ſpeciale ſa. me. Innocentij X. confirmata, renouatis etiam per Gubernatores pro tempore bannimentis, ſeù proclamatibus pro illius obſeruatione. Verùm quia licèt aliàs in præteritum omnes Eccleſiaſtici tàm Sæculares, quàm Regulares eidem reſolutioni ſeſe ſpontè ſubiecerint, & nunc etiam plerique ſubijci non grauentur, nuper tamen nonnulli, ac præſertim PP. Ieſuitæ aduerſus eam reclamarunt, obtinueruntque ſententias fauorabiles, declarantes ipſos tanquam Eccleſiaſticos non eſſe compræhenſos in Breui Apoſtolico confirmationis reſolutionis Conſilij Credentiæ, nec per conſequens illa ligari. Communitas difficultatem agnoſcens, relicto Iuris tramite, preces porrexit Sanctiſſimo Domino Noſtro, quo Sanctitas Sua dignaretur per viam gratiæ extendere præfatum Breue ad omnes Eccleſiaſticos, cæteroſque priuilegiatos. Et cum res per Sanctiſſimum remiſſa fuerit R. P. D. Secretario Congregationis Boni Regiminis, ac poſtmodum in ipſa Congregatione, præuijs informationibus ab Epiſcopo, & Gubernatorè Ciuitatis exquiſitis, diù, multumque diſcuſſa, ac diuerſimodè reſoluta, plerumque tamen fauore Communitatis pro extenſione, ſeù noua conceſſione Breuis, ac tandem non conuenientibus eiuſdem Congregationis Dominis, noſtro Auditorio delegata cum ordine, quodloco Congregationis Boni Regiminis cùm geminis tantùm deciſionibus controuerſiam dirimat, ſubſcripſi Ego de more Dubium, *An Breue Innocentianum ſit extendendum ad Eccleſiaſticos, cæteroſque priuilegiatos?* Eoque hodiè propoſito, affirmatiua prodijt reſolutio.

Fundamentum annuendi huiuſmodi extenſioni fuit ratio publicæ vtilitatis, & vitandi ſcandala, ac rixas, quia ſcilicet (vt in facto prætactum fuit) agitur de territorio ſatis anguſto, non excedente ex quacumqueſui parte tractum duorum milliarium, vndique cinctò hortis, vineis, oliuetis, ſatis, & arboribus fructiferis, ac riuis interſecato ad inſtar viridarij, pluries etiam in anno fructus ferente ac in prædiola exiguę capacitatis diſtincto, in quo impoſſibile eſt, quod introducantur, ac retineantur animalia ad paſcendum etiam in bonis proprijs, ſiue continuis vicinorum damnis, ac ſcandalis inter ipſos oriendis, vt deponunt ſexaginta Teſtes, ac probant in ſuis Informationibus Epiſcopus, & Gubernator; ſicuti enim hæc ratio iuſtè mouit Conſilium Credentiæ ad promulgandam prohibitionem introductionis, ac retentionis Animalium per territorium, etiam in bonis proprijs, & Sac. Congregationem Boni regiminis ac ſa. me Innocentium X. ad illam approbandam, & confirmandam, ita etiam hodiè mo-
1 uere debet ad faciendam eius extenſionem ad Eccleſiaſticos, tum quia æquum eſt, quod Eccleſiaſtici per ſuos Superiores ſubmittantur ordinationibus, ac Statutis Laicorum æditis pro bono publico, vt per *Sperell. deciſ.13. num. 14. Maſſin. de confiſcat. q.18. num. 134. & 135. Rota in Carpentoraſten. Pecuniaria 28. Iunij 1679. §. Nec ſubſiſtit coram Reuerendiſs. Bourlemont*, & in his terminis *Oter. de Paſcuis quæſt.8. num. 7. & ſeq. Aueudan. de exequ. mandat. par. 1. cap.13. nu.7.* Tum etiam quia prohibitio fieret inanis, eluſoria, ac Laicis intolerabilis, & iniqua, dum ſic eadem damnis, ac ſcandalis pateret occaſio ob intermedia Laicorum bona cumbonis Eccleſiaſticorum, ac impoſſibilem animalium continentiam intra ſepta paruorum prædiorum, & cogerentur Laici eorum bona habere Eccleſiaſticorum damnis obnoxia, abſque eo quod per contrarium illa Laicorum damnis habere poſſent, ac deberent ipſi Eccle-
2 ſiaſtici, quia omnes Eccleſiaſtici extenſioni conſentiunt, exceptis PP. Ieſuitis, nec par eſt, quod vnius, vel alterius contradictio remorari, aut impedire debeat publicum bonum arg. *Text. in l. vnic. §. fin. C. de caduc. tollen. Capiblanc. de Baron. tom.2. pragm.11. cap. 73. num.19.* Maximè quia non tollitur in totum Ius paſcendi, ſed reſtringitur, ſeù transmutatur ad montes, in quibus commodè, & abſque
3 iniurijs, ac præiudicijs Animalia depaſci valent, vt in ſimilibus terminis generalis communicationis paſcuorum, quod liget Clericos, tenuit *Rot. in Anagnina Iuris paſcendi 24. Martij 1692. §. Tanto magis, & §. Abſque eo quod coram R. P. D. meo Molines*.

Nec obſtant ponderationes adductæ contra præfati Breuis tam conceſſionem, quàm exten-
4 ſionem. Quo enim ad conceſſionem non officit, quod Breue fuerit ſubreptitium, & obreptitium, qua hic non agitur de validitate Breuis imò nec agi poteſt, quia Breue munitum eſt, clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti*, quæ facultatē adimunt illud impugnandi, non obtenta prius aduerſus ipſum aperitione oris, *Pellu. in cap. nonnulli ſub nu.22. de reſcript. Marcheſan. de commiſſ. par.2. cap.10. num.55. & ſeqq. Rot. in Termularum Penſionis 16. Martij 1682. §. In præſenti coram R. P. D. meo Molines*.

Et nihilominùs ſubreptionis, & obreptionis capita non ſubſiſtunt, non quidem primum, quod in Breui legatur, ſupplicatum fuiſſe Papæ per Communitatem, & Homines Interam-
næ,

næ, quaſi quod oppoſitum reſultet ex ſucceſſiua
proteſtatione per 40. Ciues, aduersùs illud pe-
racta; quoniam ſubſequens proteſtatio non pro-
bat negatiuam antecedentis ſupplicationis, &
quod plus eſt caruit effectu, nam omnes pro-
teſtantes obierunt, nullo deſuper reportato fa-
uorabili decreto, hodieque eorum hæredes, ac
ſucceſſores, necnon alij numero Centum, im-
petrationem Breuis commendant, & orant pro
illius ampliatione. Neque ſecundum, quod
narratum fuerit, reſolutionem prohibitiuam
introductionis, ac retentionis Animalium
emanaſſe à publico, ſeù generali Conſilio, qua-
le dicitur non fuiſſe, nec eſſe Conſilium Cre-
dentiæ; Quoniam Conſilium generale iam
diù in deſuetudinem abijt, & eius loco ſucceſ-
ſit Conſilium Credentie, in quo vniuerſaliter
expediuntur omnia quæcumque negotia Ciui-
tatis. Et quando etiam illud erat in vſu, non
reproponebantur in eo, niſi decreta conſilij
Credentiæ ſuper approbatione Medicorum,
Chirurgi, Fideiuſſorum, Exactorum, & huiuſ-
modi; vt ex fide publici Cancellarij pro parte
Communitatis allata. Nec etiam Tertium,
quod dictum fuerit in reſolutione Conſilij Cre-
dentię contineri, quod Pecudes ad ſolita mon-
tanea paſcua pabulatum mitterentur, dum
viceuerſa nihil aliud actum fuit per eam-
dem reſolutionem, niſi quod pecudes
introduci, ac retineri non poſſent in lo-
cis, in quibus damna illaturæ forent; Quo-
niam hoc ipſo quod pecudes excluſæ fuerunt
dumtaxat à locis obnoxijs damnificationes ti-
meri nequibant.

Et quoad extenſionem, non releuat quod
5 libertas præbendi Animalibus pabula in bo-
nis proprijs, tanquam iure naturali cuique cō-
petens, tolli nequeat de ordinaria poteſtate
6 etiam à Principe; quia ſecus eſt accedentibus
geminis cauſis, publicæ ſcilicet vtilitatis, & vi-
tandorum ſcandalorum, atque rixarum, de qui-
bus ſupra, ob quas licitum eſt Principi dero-
gare Iuri communi, & Ius tertij in totum tol-
lere, vt in terminis Cauſæ publicam vtilitatem
7 ſpectantis *Textus eſt in leg. Lucius ff. de euict. &*
in leg. bene à Zenone C. de quadrienn. præſcript.
Surd. conſil. 210. *num.* 64. *Maſtrill. de Magiſtrat.*
lib. 3. *cap.* 4. *num.* 326. *Caren. reſol.* 211. *num.* 7. *&*
8. *Rota deciſ.* 457. *num.* 13. *par.* 1. *diuerſ.* & in ter-
8 minis alterius vitandi ſcandala, ac rixas *Gra-*
tian. diſcept. 698. *num.* 7. *& ſeq.* Multoque magis
(vt hìc) Ius tertij modificare, ſiue reſtringere,
translato, ſeu recompenſato Iure paſcendi ſu-
per alijs bonis, videlicet montibus *ad Text. in*
9 *l. ſi quando Cod. de operibus public. Surd. conſil.*
203. *num.* 38. *&* 39. *Noguerol. allegat.* 5. *num.* 29.
& 36. *Mart. vot.* 166. *num.* 26. *&* 27.

Minus refert, quod pœna Iuliorum trium
pro quolibet animali, & vice, qua contra pro-
hibitionem factum fuerit, etiamſi damnum ex-
indè non ſequatur vllum, ſit nimium rigoroſa,
& à regulis Iuris abhorrens, quia ſcilicet pœna
non debet excedere menſuram damni, eoque
minus imponi valet, vbi damnum non adeſt;
10 quoniam de iure licet in hac etiam ipſa mate-
ria paſcuorum aduerſus contrauenientes ordi-
nationibus deſuper æditis ſtatuere pœnam
damno maiorem, nam pœnæ huiuſmodi ſunt
arbitrariæ, & pro modo neceſſitatum, ac peri-
culorum, quibus decet occurrere, imponendæ
grauiores, vel leuiores ad tradita *per Oter. de*
paſc. cap. 12. *ſub num.* 19. *Auendan. de exequen.*
mandat. par. 1. *cap.* 13. *num. Capiblan. de Baron. tom.*
2. *pragmat.* 8. *cap.* 45. *num.* 1. *Vinius deciſ.* 520. *nu.*
1. *in fin.* Et licet etiam illam exigere, vbi nullū
probetur damnum, quia non exigitur ratione
damni, ſed ratione contemptus Banni, ſiue E-
11 dicti Principis, *Nouar. de grauamin. Vaſſallor.*
tom. 1. *grauam.* 51. *num.* 5. *& ad Pragmat.* Regn
tit. de Offic. Baiul. pragm. 1. *num.* 13. *Sanfelic. deciſ.*
9. *num.* 11. *&* 12. & ſi ipſa reputata non fuit
exorbitans, & incongrua quoad laicos, nō eſt
ratio, curtalis reputari debeat, quoad Eccleſia-
ſticos. Non attenta replicatione quod in Indi-
ctione pęnæ nulla habeatur ratio, an ſegetes re-
collectę fuerint, vel non; Quia in Territoria ſata
Vineata, & Oliuata, cuiuſmodi eſt illud Inter-
amnę, nullo anni tempore etiam poſt recolle-
12 ctas ſegetes permiſſum eſt animalia mittere
ad paſcendum, vt tradit *Couarruu. pract. quæſt.*
cap. 37. *num.* 3. *in fine, Nouar. de Grauamin. Vaſ-*
ſallor. grauam. 4. *num.* 3. *tom.* 2.

Nec ſimili modo grauis reputari debet mo-
dus procedendi per Inquiſitionem, quia quid-
quid olim fuerit de iure communi hodie ex
generali conſuetudine in quibuſcumque deli-
ctis proceditur per Inquiſitionem, vt latè pluri-
13 bus adductis teſtatur *Clar. lib.* 5. *ſentent. §. fin. q.*
3. *num.* 6. ibique *Baiard. quæſt.* 17. *num.* 4. *Boſſ. de*
furt. num. 58. *Farinacc. in fragment. Crimin. par.* 2.
nu. 349. *& de Inquiſit. quæſt.* 1. *numer.* 10. *Clarlin.*
contron. 165. *num.* 21. Maximè quando (prout
hìc) tertia pars pœnę ex tenore ipſius reſolu-
tionis Conſilij, ſiuè Statuti venit applicanda
Fiſco, vt ponderant authoritates mox allega-
tę. Et ſemper vrget, quod (vt in terminis pœ-
nę notatum fuit) non debet hic procedendi
modus extimari grauis aduerſus Eccleſiaſti-
cos, dum grauis exiſtimatus non fuit aduerſus
Laicos.

Nec denique turbat quod affidati pro Do-
hana Patrimonij excepti fuerint in Breui, &
valeant ipſi in acceſſu, ac receſſu ad montes li-
berè oues depaſci per territorium; quodquè
rurſus id ipſum conceſſum ſit Macellarijs pro
Beſtijs inſeruientibus ad vſum Macelli; Quo-
niam paſtus ouium Affidatorum pro Dohana
Patrimonij èſt accidentalis, & per tranſitum,
ac propè viam publicam iuxtà formam Edi-
ctorum, ſeù bannimentorum Dohanarum, &
Macellarijs permiſſum eſt animalia retinere ad
14 paſcendum non generaliter in vniuerſo Terri-
torio, ſed in certa illius parte vulgò Bannita
nuncupata, quæ in qualibet Ciuitate, vel Terri-
torio reſeruari ſolet etiam aduerſus Eccleſiaſti-
cos inibi poſſidentes bona propria, vt per *Car-*
dinal. de Luca de Iuriſdict. diſc. 66. *num.* 3. *Cobell.*
ad Bull. Bon. Regimin. *cap.* 42. *Rota deciſ.* 182. *nu.*
11. *par.* 8. *rec. tom.* 2.

Hęc

Hęc autem extenſio Breuis ad Eccleſiaſti-
cos, ex hucuſque firmatis, facienda Dominis
viſa fuit ſub conditione, ſiuè modo, quod Cau-
15 ſæ contrauentionum quoad ipſos cognoſcan-
tur per Iudices Eccleſiaſticos, & pœnę pro
rata ex Statuto applicanda Fiſco, applicentur
locis pijs.

Et ita deciſum fuit vtraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Officij.

Veneris 26. Martij 1694.

ARGVMENTVM.

Conſeruatores Almæ Vrbis, nec quemcumque alium inferiorem à Principe Supremo poſſe concedere futuras ſucceſſiones Officiorum adhuc non vacantium in præiudicium officialium ſucceſſorum, nec nouas vitas ſuperaddere doctè traditur.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus nequeunt iure ordinario concedere futuras ſucceſſiones reſeruatas Iuri ſupremo Principatus.*

2 *Decuriones non poſſunt peragere ea, quæ irrogant præiudicium ſucceſſoribus.*

3 *Conſeruatores Almæ Vrbis nequeunt ius concedere ad Officia vacatura futuris temporibus, & n. 7. & ſeqq. & num. 20. & 21. 22. & 23.*

4 *Nec habent vllum imperium in futuros Conſeruatores, tanquam ſibi pares.*

5 *Prorex Neapolitanus nequit concedere futuras ſucceſſiones in præiuditium ſucceſſoris. Nec poteſt conferre niſi vacantia tempore ſuæ adminiſtrationis num. 11.*

6 *Nec Magnus Magiſter Religionis Hieroſolymitanæ.*

8 *Nec quilibet magiſtratus inferior à Principe.*

9 *Collatio officij facta à Magiſtratu priori, tanquam facta tempore inhabili, eſt nulla.*

10 *Datum eo tempore, quo dans poteſtatem exercere non potuit, habetur pro non dato.*

12 *Succeſſor non debet ſtare prouiſionibus anteceſſoris de vacatione futura, ſed ad ſui libitum poteſt alijs conferre.*

13 *Officialis non debet falcem in ſegetem ſucceſſoris immittere.*

14 *Conceſſio noua, & non prorogatio dicitur extenſio ad perſonas nouiter ſuperadditas.*

15 *Penſionis tranſlatio nouum onus inducit.*

16 *Cenſus vitalitij ad vitam plurium prorogati nouum onus inducunt.*

17 Vrbani VIII. Conſtitutio ſuperni 30: *exponitur.*

18 Leonis X. Conſtitutio *explicatur.*

19 *Officialium anteceſſorum prouiſio tenderet in ſupplantationem ſucceſſorum, quorum tempore contingit vacatio.*

23 *Expectatiuæ abhorrentur à S. Canonibus.*

24 *Prorogatio officij facta durante eadem vita non prohibetur.*

25 *Extenſio ad nouas perſonas ſolum à Principe fieri valet.*

26 *Materia præiudicialis non agitur ſimplicibus enunciatiuis præſumptionum.*

27 *Scientia non præſumitur, cum nihil eſt, vndè deducatur.*

28 *Prorogatio ſupponit continuationem, non dimiſſionem.*

29 *Verbum* renouare, & prorogare *differunt.*

30 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 15. *explicatur.*

31 *In correctione iuris communis ſeuerius agitur.*

33 *Clauſula* ſupplentes *valida approbat, inualida roborat.*

34 *Clauſula* non alias *oſtendit neceſſitatem rei, propter quam apponitur.*

35 *Actus debent eſſe effectuati ad probandam obſeruantiam interpretatiuam.*

36 *Obſeruantia elicitur ex maiori actuum numero.*

37 *Actus difformes non attenduntur.*

38 *Actus facultatiuus non inducit oſeruantiam.*

39 *Aſſertiones emiſſæ per modum ſimplicis narratiuæ in Breuibus emanatis ad inſtantiam partis non probant rei veritatem.*

40 *Derogatio Conſtitutionis Sixtinæ moderatoriæ dotium paſſim conceditur.*

41 *Sed nihilominus petenda eſt.*

DECISIO XL.

Reuolutis fundamentis deciſionis ſub die 27. Februarij 1693. æditæ, atque agnita illorum ſubſiſtentia, Domini hodie receſſerunt à deciſis, concedendo immiſſionem in poſſeſſionem Officij Menſuratoris Salis ad groſſum March. Scipioni Lancellotto vtpotè habenti collationem à Conſeruatoribus reſidentibus anno 1691. de quo tempore per obitum Vincentij Cincij officium vacauerat.

Nec vacationi prædictæ obſtitit, quod de il-
lo tempore periculum prius currens ſub vita
Cincij reperiretur extenſum ad periculum Fran-
ciſci Gottifredi, & Marcelli Nunez, quaſi alte-
ro ex prætenſis nouis officialibus ſuper extan-
te officium per obitum Vincentij vacare non
potuerit; quia licet vera fuerit prorogatio prę-
dicti officij ad nouas perſonas, ac noua peri-
cula facta per Conſeruatores reſidentes de an-
no 1684. tamen cum officium fuerit præceden-
1 ter de anno 1678. legitimè collatum Vincen-
tio, & ſic de tempore prorogationis eſſet ple-
num, prorogatio non potuit fieri legitimè, &
tamquam notoriè nulla debuit ſperni, ac offi-
cium vacatum conferri à Conſeruatoribus ſuc-
ceſſoribus, cum Conſeruatores Priores non po-
tuerint Iure ordinario Magiſtratus futuras ſuc-
ceſſiones concedere reſeruatas Iuri Supremo
Principatus ex deduct. *per. Fontanell. deciſ. 113. Afflict. deciſ. 295. num. 5. Chriſt. Creſp. de Valdaur. in obſeru. Illuſtr. deciſ. obſeru. 65. num. 16. Maſtrill. de Magiſtr. cap. 25. num. 26.*

Abſolutum enim fuit apud Dominos, quod

2 Decuriones nullo modo peragere poſſint ea,
quę irrogant præiudicium ſucceſſoribus in offi-
cio *iuxta in l. ambitioſa*, *vbi Vlpianus* mandat
reſcindi ſimilia decreta, quæ *gloſſa* ambitioſas
largitiones appellat. *ff. de decret. ab Ordin. facien.*
& ibi Bart. num. 5. vbi quod Decuriones non
poſſunt grauare ſuos ſucceſſores, *Iaſ. in l. eum*
qui in verb. Magiſtratum ff. de Iuriſd. omn. Iudic.
Bart. in l. 2. ff. de option. legat. Bald. in l. ſi
cum dies. §. Si contra ff. de recept. arb. & in l. le-
ges, vbi quod Prior non ligat ſucceſſorem *C.*
de legib. Soccin. Sen. in Magiſtr. conſil. 288. il 2.
quod incipit miror num. 3. & per. tot. lib. 2. An-
tunez de donat. Regijs *par. 2 lib. 1. cap. 13. nu. 68.*
Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 25. n. 13. Cre-
ſpide de Valdaur. in obſeru. 65. n. 16. Gaill. obſeru.
155. n. 7. lib. 2. & in ſimilibus terminis *Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 167. num. 4. & Fenzon. ad
3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 25. num. 20.* vbi quod
Conſeruatores ex auctoritate per Statutum in-
dulta Magiſtratu perfuncto, non poſſunt conce-
dere ius ad officia vacatura futuris temporibus,
& ſub aliorum Conſeruatorũ reſidentia ob im-
plicantiam ſupplantandi ſucceſſores, illiſque
præiudicandi in Iure conferendi, in quo fun-
dantur deciſiones *in Romana Officij æſtimatoratus*
24. Aprilis, & 9. Octobris 1570. coram Cardi-
nali Lancellotto; Non æquum enim videtur,
4 quod prior Conſeruator poſſit diſponere de
Officio, cuius collatio tamquam fructus, ſeu
effectus exercitij Iuriſdictionis reſidentialis eſt
deuoluta ad nouos ſucceſſores, in quos tam-
quam pares, & æquali auctoritate prouiſos,
priores non habebant Imperium *l. nam Magi-*
ſtratus ff. de recep. arbitr. Mayer. de Aduoca ar-
mat. cap. 16. nu. 824. & ad rem noſtram decla-
rauit *Conſtitutio ſa: me: Pauli Quarti la 17. quæ*
incipit Decens, vbi quod par in parem non ha-
5 bet imperium, & de Protege in Regno Neapo-
litano facultatibus temporarijs tamen ſuffulto,
Minad. conſil. 31. per tot. Franch. deciſ. 393. n. 5.
6 & de magno Magiſtro Religionis Hieroſoly-
mitanæ, *Barbat in cap. conſtitutus col. 2. de reſcript.*
prout de ipſis decurionibus loquitur *gloſſa in l.*
eum, qui, verbo Magiſtratum ff. de Iuriſd. omn.
Iudic & ibi Iaſ. & Baldus in l. leges C. de legib.
7 & in terminis Conſeruatorum Vrbis dixit *Grat.*
diſcept. forenſ. 167. num. 4. & Rota in Romana
Officij Aeſtimatoratus 24. Aprilis 1570. coram
8 *Cardinali Lancellotto*, quæ indiſtinctè procedunt
in quouis Magiſtratu, qui tamen eſt inferior à
Principe, *Andr. in cap. moribus ſi de feud. de-*
funct. Fontan deciſ. 213. Creſp. de Valdaur. in ob-
ſeru. deciſ. 65. num. 15. ob defectum poteſta-
tis, quæ in prioribus expirauit, & eſt tranſla-
9 ta in Conſeruatores ſuccedentes, itaut reſpectu
Priorum collatio dicatur facta in tempus inha-
bile, quod defectui facultatis æquiparatur *ad*
text. in l. quod ſponſæ C. de donat ante nupt. in l.
ſi Stichus ſeruus ff. de manumiſ. Antunez. de donat.
Regijs lib. 1. c. 13. n. 69. Creſp. de Valdaur. d. obſeru.
10 *65.* cum datum eo tempore, quo dans poteſta-
tem exercere non potuit, non habeatur pro da-
to, vt reſcripſit *Alexander Tertius Archiepiſcopo*
Eboracenſi in cap. 1. quod autem de Iurepat. &
ibi gloſſa in l. traditio ff. de acquiren. rer. domin.
& in l. tertia §. Vltimo ff. de pæn. & in l. 2. C.
eodem & in terminis Officialium temporario-
11 rum, Immo ipſius Proregis Neapolitani, quod
facultas per Principem Supremum data, re-
ſtringatur ad vacantia actu nec liceat illis tra-
ctare niſi ea quæ contingunt tẽpore ſuæ admi-
niſtrationis, *Afflict. deciſ. 101. Vincent de*
Franch deciſ. 393. numer. 6. Maſtrill. de Magiſtr.
lib. 1 cap. 25. num. 13. vſque ad num. 22. Creſp. de
Valdaur d. obſeru. 65. & proinde ſucceſſor non
debet ſtare prouiſionibus Anteceſſoris de vaca-
12 tione futura, ſed ad libitum poteſt conferre
alijs, *Antunez dicto cap. 13. num. 99. Vincent. de*
13 *Franch. deciſ. 393.* ob illam communem ratio-
nem, quod Officialis non debet falcem in ſe-
getem ſucceſſoris immittere, vt aduertit no-
ſtra deciſio *in §. Cumque*, & ad rem noſtram
obſeruat *Marius Cutell. ad leges Siculas, Martin.*
not. 30. fol. mihi 52.

Quę eo fortius procedunt in præſenti, vbi
verè non agitur de prorogatione Officij tem-
poranei in eadem perſona Cincij, & de conti-
nuatione Iuris, per quam impediretur, ne ex-
piraret tempus primæ gratiæ, in quibus termi-
nis loquuntur *à Ponte & Rocca* in contraria de-
ciſione relati, qui vlterius ſupponunt etiam
prorogationem fieri ab eo, cui ius eligendi
competijſſet; In noſtro autem caſu agitur de
extenſione, ſeù prorogatione ad perſonas no-
uiter ſuperadditas videlicet duorum aliorum
Adoleſcentum eobore primæ Iuuentutis præ-
ſtantiũ, quę cum ſit ad fauorem eorum, qui ni-
14 hil Iuris habebant, fuit vera conceſſio noua,
& non prorogatio, quę ſupponit ius præexi-
ſtens in ſubiecto, quam præexiſtentiam voluit
Bartolus in l. dies cautionis num. 3. ff. de damn.
infect. ibi Caſtren, & Larrea alleg. Fiſcal. alleg.
22. num. 30. vbi de Officiali ſuperaddito, & in
materia Emphyteotica Eccleſiæ habentis domi-
nium perpetuum reprobatur additio vnius per-
ſone præter ſolitum Inueſtituræ, & maiori Iu-
re Officiali habenti adminiſtrationem Magi-
ſtratus Trimeſtris negari debuit facultas pro-
rogandi à vita vnius viri ad vitas duorum
Adoleſcentum, quos natura non præſumit prę-
mori longè ætate maioribus; Proinde ſupe-
radditio ipſius dicitur noua conceſſio inuol-
uens ſpeciem expectatiuæ inter ipſos; quod vt
præiudiciale, & odioſiſſimum à Iure reproba-
tur ex relatis *in deciſ. 265. num. 6. coram Hiero-*
nymo Priolo; Immo in ipſis tranſlationibus
penſionum, vbi vna dumtaxat vita conſideratur
15 non plures, & ſi Tranſlatarius poſſit precede-
re tranſferenti, tamen odioſæ cenſentur, nec
faciunt ſimplicem prorogationem, ſed nouum
inducunt onus *Lotter de re benefic. lib. 1. quæſt.*
36. n. 113. Card. de Luc. de penſion. diſc. 51. & diſc
58. & diſcurſ. 63. Priol. deciſ. 265. n. 6. Rota dec.
398. numer. 23. par. 8. recentior. & de vitalitijs
Cenſibus ad vitam plurium prorogatis, *Roder.*
de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 5. num. 11. Leotard. de
vſur. quæſt. 49. num. 24. Auendan. de Cenſib.
Hiſpan.

Digitized by Google

Hiſpan. cap.20. num.6.
Hæc reſiſtentia Iuris communis prædictis
abuſiuis, & odioſis conceſſionibus ſucceſſori
præiudicialibus fuit auctoramento Apoſtolicæ
17 declarationis comprobata in Conſtitutione
ſan:mem:Vrbani Octaui, quæ incipit *Superni
la* 30.§. 8. vbi ſimiles prorogationes ad vitam
aliorum caſſauit, & annullauit in quibuſuis
muneribus, & Officijs Cameræ, & Romanæ
Curiæ, tam in Vrbe, quam extra, vbi compre-
hendendo quoſcumque Magiſtratus cuiuſcum-
que Ciuitatis, & Dominij Eccleſiaſtici, & Be-
neuentani, Ferrarien. Bononien, & Auenionen.,
eo magis voluit comprehendere Magiſtratus
Vrbis in prohibitione prorogationum, quas
idem Vrbanus Vrbanus Octauus in Conſtitu-
tione *la* 201. dixit eſſe præiudicij, & non modi-
ci, vbi prorogationes ſunt ad vitam plurium, &
nouarum perſonarum, quod referunt *Auendan.
de Cenſib. Hiſpan. cap.20. num.6. & Roder. de
ann. reddit. lib.1. par.5. num.11. Leotard. de vſur.
quæſt.49. num.24.*

Neque alium ſenſum habuit ſan. mem. Leo
18 X. in Conſtitutione Indultiua gratiarum Po-
pulo Romano *apud Fenzon. ad Statut. Vrbis im-
preſſa fol. mihi* 679. vbi præſcribendo regulam
directiuam diſpenſationis Officiorum, illam
reſtrinxit ad prouidam Conſeruatorum ordi-
nationem ex dictione *iuxta ad Text. in l. quidam
Iberus ff. de ſeruit. Vrban. præd.* & notat ibi *Bart.
in l. decernimus Cod. de aqueduct. lib. 11. Gratus
dict.114. & Barboſ. de diction. dict. 161.* quæ fuit
ibi apposita ad regulandam diſpoſitionem, &
eam conſultò informandam mediante forma
præſcripta talis ordinationis, quæ eſſet proui-
da, ideſt certa ratione, & honeſta cauſa, vt ad-
uertit *Senec. cap.18. de Conſol. ad Polyll. Plin. lib.
10. cap.33. & paſſim DD. in cap. niſi eſſent de præ-*
19 *ben.* & ſignanter *Fagnan. ibidem, & Gonzal.* &
conſequenter talis, vt recipiat declarationem
à regulis Iuris, quæ directè reſiſtunt præiudicio
Iuris Tertij, & inuigilant ne ſupplantentur ſuc-
ceſſores in Officio, prout fuiſſent ſupplantati
ſuccedentes in Conſeruatoratu de anno 1691.,
ſi illorum Iuriſdictio præuentiuis Collationi-
bus Anteceſſorum exhauriri potuiſſet *argum. l.
primæ in princ. ff. de legit. tut. & in leg. cum ſatis
§. Caueat. ff. de Agric. & Cenſit.*

Si enim ad mentem Partis admitteretur
20 hæc effrænata, & inordinata poteſtas, ſequere-
tur, quod præiudicium irrogaretur non ſolum
Conſeruatoribus Trimeſtris anni 1691. ſed in-
diſtinctè omnibus, & ſingulis eorum ſucceſſo-
ribus, quibus in totum Conſeruatores actu re-
ſidentes potuiſſent præiudicare concedendo in
vno Trimeſtre prorogationes omnium, & ſin-
gulorum Officiorum; Qui abuſus licet non
euenerit, tamen ipſa ſola poſſibilitas ex præ-
dicta interpretatione viſa eſt intolerabilis, ita-
ut plurimam vim fecerit Dominis ad coercen-
dum effrenatum intellectum poteſtatis trimen-
ſtrualis Conſeruatoriæ intra Cancellos limita-
tæ, ac prouidę ordinationis reſtringendæ ad
officia actu vacantia.

Neque hoc præiudicium directum ſucceſſo-
21 rum in Conſeruatoratu euitari potuit ab euen-
tualitate prædeceſſus Franciſci, & Marcelli, qui
vt Adoleſcentes fuerant ſuperadditi Vincentio
iam in virili ætate degenti, quia euentualis prę-
deceſſus non operatur vacationē Officij, quod
durabat in Vincentio ſuperuiuente, & licet pro-
rogatio dirigatur ad nouas, & diuerſas perſo-
nas comprehendendas, hoc facit abſque dimiſ-
ſione primi Officialis, nec vllatenus pendet ab
euentualitate, prout permutatio, quæ trasferen-
do totum ab vno termino ad alium, omnia di-
mittit à primo, & ideo eius validitatem euen-
tualitati pręponderat.

Neque præiudicium minuitur ex eo quod
in certum ſit de tempore obitus Cincij, an Ca-
ius, vel Titius ſit futurus Conſeruator, & actu
22 reſidens, quia ſatis adhunc effectum eſt, quod
ius Collationis Officij, quod aperitur per Obi-
tum Cincij ſit omninò certum, licet incertum
ſit Trimeſtre, in quo euenire deberet, & ſub cu-
ius Conſeruatoris reſidentia, cum incertitudo
vnius, vel alterius Conſeruatoris non tollat cer-
titudinem obitus Cincij, & ſi certum vacationē
Officij futuram ad fauorem Conſeruatorum
de illo tempore reſidentium, quia vis non ſtat
in eo, an præiudicetur vni, vel alteri Conſerua-
tori, ſed quod præiudicetur Conſeruatoribus in
genere, vt exemplificat in Emphyteuſi, & de
præiudicio Domini directi *Rota deciſ.* 39. *num.
49. par.8. recent. Vbag. deciſ.98. num.8. & num.
21.* Rota *in Imolen. Bonorum* 14. *Martij* 1687. §.
Nihilominus coram R.P.D. Vrſino: Alias ſi ex
ipſa incertitudine ſucceſſorum ſubſtinerentur
23 pręuentiuæ, & abuſiuæ Collationes ob incerti-
tudinem Officialium, & Succeſſorum, actum
eſſet de regulis prohibitiuis expectatiuarum,
quas Canones abhorrent, *& Sac. Concil. Tri-
dent.* tanta ſolemnitate abrogauit *in ſeſſ.24. de
reformat. cap.19. Gonzal. ſuper* regul.8. §. *Primo
num.63. & 64.*

Auctoritates in contraria deciſione relatæ,
24 aut loquuntur in caſu prorogationis factę
durante eadem vita, vt ait *Bart. in l. dies cautio-
nis ff. de damn. infect.* & ſi vltra vitam, & cum
extenſione ad nouas perſonas conceſſio erit à
25 Principe abſolutam poteſtatem habente, aut
erit in facultate retinendi penſionem, quæ ob
aſſumptionem ſtatus incompatibilis fuiſſet va-
catura, vt loquitur *Spada conſil.72. num.1. lib.3.
Epiſcop. Iſclan. in diſputat. Iuris Select. diſput.8.
lib.1.* Rota *in Romana deciſ.21. num.7. fol.4. circa
fin. & num.8. verſic. Modo hic Papa*, vbi quod
ante finem temporis vltra tempus titulum ex-
tendit, non autem in tempus nouum.

Deciſio *in §. Præterea* ad prætexendam legi-
26 timitatē prorogationis, ſupponit præſumptiuè
Officium fuiſſe dimiſſum à Cincio de anno
1684.; Sed materia præiudicialis non agitur
ſimplicibus enunciatiuis præſumptionum abſq;
alia coniecturarum concomitantia, & in omnē
27 caſum præſumptiones retorquerentur, quia ni-
hil fuit allegatum in facto, ex quo reſultare
potuerit præſumptio ſcientiæ Cincij, vt di-

xit Rota *deciſ.658.num.4.par.18.recent*,qui prę-
ſumendus eſt de his omninò ignarus,& in for-
tioribus terminis dixit Rota *deciſ.25. num. 19.*
*poſt.Viuian de Iurepatr.*Immo ipſi Conſeruato-
res procedendo non per viam nouæ conceſſio-
nis,ſed per viam prorogationis ad vitam noua-
rum perſonarum,excludunt quamcumque præ-
ſumptionem aſſertæ dimiſſionis Officij,& con-
ſenſus Vincentij Cincij alias requiſiti,vt expli-
cauit *gloſſa ad textum vnicum in titulo 14. de*
Vaſſallo decrepitæ ætatis,qui feudum refutauit,vt
filij inueſtiantur , ibi -- Sed intelligo refutationem
eſſe conſentientibus his ad quos per ſucceſſionem
eſt venturum lib.2.de feudis ,

Nec contrarium reſultat ex Statuto Vrbis
lib.1.cap.15,vbi refertur Conſeruatores poſſe
29 officia Palatij Capitolini , & Tubicines reno-
uare,& confirmare,& cum vacauerint de nouo
concedere, quia non benè à verbo *renouare* in-
fertur ad ſub auditionem facultatis prorogan-
di,& extendendi,vt valdè diuerſæ per *text. in*
l.ſed & ſi manente,ff. de precar. & l.4.in princ.
ff. de damn. infect. vbi gloſſa contradiſtinguit
verbum renouare à verbo *protelare,ſeu prorogare*,
quia primum præſupponit conceſſionem eſſe
finitam,ſecundum verò,quod duret *Cald.de re-*
nouat.emphit.lib.2. quęſt.2. num. 1. & renouatio
quaſi reſtauratio præcedentis conceſſionis ca-
dat ſuper eiſdem perſonis,prorogatio verò no-
uas perſonas comprehendat; Præterea Statu-
tum ibi loquitur *de officijs amouibilibus* Palatio
Capitolino inſeruientibus,vt ſunt Tubicines,&
30 famuli vulgo fideles,Baroncellus, & Præfectus
Domus,vt *cap. 15.cap. 17. 18. 20. & 25.* quæ
collata cum alijs officijs vacabilibus Cameræ
Capitolinæ Conſeruatorum , de quibus in Sta-
tuto *lib.3.cap.12, 22. & 23.* valdè contradi-
ſtinguuntur à primis,cum loquantur de Iuri-
bus Cameræ Vrbis Conſeruatorum , vt *in Con-*
ſtitutione ſexta ſan. mem. Pauli III, & clarius
in deciſ.Coccin. dec.1570. num.6. de quibus ſpe-
cialius, & ſeparatim Statutum diſpoſuit *in cap.*
125.lib.1.& ideo Fenzonius in ſtatutarijs inter-
pretationibus Vrbis verſatiſſimus dixit hæc
officia non eſſe amouibilia,ſed perpetua ad in-
ſtar fęudorum,quorum proprietas in conferen-
do non promanauit *à dicto cap.15.* reſtricto ad
officia ſeruitoria, & amouibilia ad nutum Cō-
ſeruatorum,vt ſunt Tubicines,ſed potius a Cō-
ſtitutione ſan. mem. Leonis X. officiorum In-
dultiua,vt fatetur *idem Fenzon,in cap.125. num.*
*4.*vbi recenſetur officium talis ad groſſum cū
alijs, & eſt ſubiectum Conſeruatorum prouidæ
ordinationi,quæ tamquam æquiſſima, & iuſta,
non eſt compatibilis cum prorogatione ad
plures vitas præiudiciali *Iaſ. in l. quæ de legato*
*nu.4.ff. de leg.1.*quam interpretationem Domi-
31 ni eo facilius ſunt amplexi,cum agatur de cor-
rectione Iuris communis , in qua ſeuerius agi-
tur *Cyriac.controu.385.num.14.Mellin. deciſ.68.*
num.15.Rota deciſ.165.num.9. par.19. recent. &
quæ non debet exorbitare ab æquitate , & iuris
communis diſpoſitione .

Cum itaque prorogatio habeat apertam Iu-
ris communis , & Pontificij reſiſtentiam à mo-
32 dernioribus *SS. mem.Innoc. X. Alex. VII. &*
*Clementis X.*declarationibus enixe renouatam,
nec litteralis Statuti diſpoſitio aperiat viam
ſimilibus prorogationibus , immo ipſe Fenzo-
nius vigilantiſſimus , ac laboratiſſimus Statuti
Interpres, in ſuis annotationibus ad Statutum
Vrbis *cap.15.lib.1.num.10.* dicat Conſeruato-
res ex auctoritate à Statuto eis conceſſa non
poſſe concedere Ius ad officia vacatura , poſt-
quam Conſeruatoratus munere erant per-
functi, & abſolutè illis negat diſpoſitionem de
iſtis officijs in pręiudicium Succeſſorum in
Conſeruatoratu,ſequendo opinionem à noſtro
Tribunali amplexam *in deciſione Romana Officij*
Æſtimatoratus Ripæ 24.Aprilis , & 9. Octobris
1570. coram Card. Lancellotto, quæ mouentur
prædicta ratione præiudicij,& ideo procedunt
etiam extra caſum Coadiutoriæ,& vbi vrgebit
præiudicium, nec deferunt obſeruationi inter-
pretatiuæ , vt ex *deciſionibus Calder. conſ. 19.*
num.1.verſ.Item Coccin. deciſ.1546.num.22.A-
mat.Dunozett.deciſ.997.Rota deciſ. 335. num.3.
par.18.recent,

Reaſſumpto igitur folio coram me concor-
dato,omiſſis alijs Breuibus Confirmatorijs,de
quibus , vt in limine propoſitionis exhibitis ,
non potuit folium nouum concordari , fuit
opus enucleatis caſibus relatis æquilibrare ob-
ſeruantiam , & ex quibus aſſurgat prorogatio
ſecundum quam officium remanens firmum
in primo Officiali,tranſeundo ad nouas perſo-
nas,recipiat illam ſubſiſtentiam ab obſeruan-
tia,quam a iure non habet: *Folium in Summario*
num.2. in tertia claſſe recenſet collationes per
octuaginta vices extenſas ad nouas perſonas ,
quarum ſexaginta fuerunt à Breuibus Pontifi-
cijs confirmatæ,& in quinquaginta quatuor ex
illis fuit appoſita clauſula *ſupplentes* , quæ va-
33 lida approbat,inualida roborat, & viuificat ,
Abb.conſ.62.num.4.Seraphin.dec.1430. num.1.
Bich.deciſ.261. num.10. quamplures aliæ habent
34 in ventre reſeruatum Beneplacitum Apoſtoli-
cum cum clauſula , *& non alias*, quod oſtendit
eius neceſſitatem *Barboſ.de dictionib.dict.80.*

Ex viginti verò collationibus , in quibus nō
interfuit confirmatio Apoſtolica , ſubducendæ
ſunt ſeptem , quę nequeunt cumulari ad effor-
mandam obſeruantiam,quarum tres antiquio-
res ob ſuperuentas deciſiones Lancellotti fue-
runt reiectę,& ſublatæ : In alijs verò quatuor
licet Breuia confirmationum adinuenta non
fuerint , ſatis fuit , quod in ſucceſſiuis colla-
tionibus eorumdem officiorum fuerint ſucceſ-
ſiuè exhibita, ad hoc vt frigeſcat vis eiectiua ad
introducendam obſeruantiam ; animaduerten-
do, quod in caſu noſtro ſubducendæ ſunt ite-
rum extenſiones de Patre in filium , de fratre
in fratrem,quorum Pater fuerat Officialis,quia
in iſtis non deerat auctoritas ex Statuto Vrbis
lib.primo cap.125.

Sed dato etiam , quod ſuperſint 13. exempla
35 extenſionum,vltra quod vſque adhuc non con-
ſtitit illas effectum habuiſſe,vt pro obſeruantia

in-

interpretatiuã requiritur Rota *deciſ. 136. num.*
10. *par. 1. & deciſ. 29. num.. 6. par. 7. & deciſ.. 266*
num.. 23. par. 15. & deciſ. 267. num: 8. par. 16. rec.
immò contrarium patuit ex reuolutione Sum-
marij Chronologici Lancellotti *num. 3.* ſemper
exemplis prædictis aduerſantur ſexaginta ſep-
tem exempla extenſionum confirmatione Apo-
ſtolica roborata, quæ à concurſu Auctoritatis
Pontificię recipiunt illam validitatem, quam
de per ſe non habebant, ita ut treſdecim ſupra-
36 dictæ extenſiones non confirmatæ, vtpotè mi-
nores numero, ac pondere concurrere neque-
ant cum contraria obſeruantia, quæ fuit maio-
ri actuum numero conſtipata, dum attenditur
id, quod frequentius fuit obſeruatum *Bartol.*
in l. de quibus num. 10. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 11. nu.
12. verſ. reſpondetur, quod plerumque, & conſ.
215. num. 2. verſ. hoc idem Theſaur. deciſ. 99. num.
7. Viuian de Iurepat. par. prima lib. 4. cap. 1. num.
71. §. Secundo, quia fol. mihi 96. metiendo obſer-
uantiam à pariformitate actuum, qui ad præ-
ſcribendam legem actibus futuris debent eſſe
37 effectuati, & omninò conformes, & conſoni,
quia difformitas actuum eſt inepta ad conſti-
tuendum aliquale Ius ad *Text. in l. ſemper 34.*
ff. de regul. Iuris, Bartol. in l. 2. num. 2. ff. ſolut. ma-
trim. Coccin. deciſ. 1552. num. 15. Rota dec. 327.
num. 27. par. 17. & deciſ. 538. num. 15. par. 18.
recent.

Et ad excluſionem conſuetudinis, & obſer-
uantiæ ſatis eſt, quod ſucceſſor in Conſeruato-
38 ratu, quo vacauit officium noluit reclamare ab
extenſione per priorẽ Conſeruatorem conceſſa,
aut quia vacatio euenerit reſidentibus iiſdem
Conſeruatoribus, aut alijs, qui nòluerunt re-
clamare vt poterant, & ſic actus fuit faculta-
tiuus, qui non connumeratur ad obſeruantiam
interpretatiuam inducendam *Rota deciſ. 336.*
num. 10. coram Card. Cerro, Rota deciſ. 254. num.
25. par. 19. recent. aut quia voluit gratificari
perſonis quorum fauore facta eſt prorogatio,
vt fuit dictum *in deciſ. 96. num. 18. par. 17. recent.*
vbi requiritur contradictio, & acquieſcientia
partis, vt fuit dictum *in Romana officij Aeſtima-*
toratus 9. Octobris 1570. in princ. coram Card.
Lancellotto, & in Maioricen. Canonicatus Paeni-
tentiariæ 10. Martij 1665. §. Neque ſimultanea
coram bon. mem. Emerix *Seniore.*

Nec viſum eſt Dominis vrgere aſſertiones
ſan. mem. Gregorij XIII. & Sixti V. & Gregorij
XIV. quia fuit animaduerſum prædictas aſſer-
39 tiones, vt emiſſas per modum ſimplicis narra-
tiuę in Breuibus emanatis ad petitionem Par-
tis nullatenus probare veritatem rei narratæ
Card. Cerrus deciſ. 120. num. 5. Rota deciſ. 161.
par. 5. & deciſ. 361. num. 7. verſ. Bulla par. 18. &
deciſ. 56. num. 39. & deciſ. 628. num. 13. par. 19.
rec. Card. de Luca de beneſ. diſc. 20. num. 6. in fine,
ſed potius facultates Conſeruatorum ſubintel-
ligi eo modo, quo aliunde conſtitit ad actum
ex vi confirmationis Apoſtolicę redactas; Et
eo magis, quia principaliter ibi fuit dubitatum
de poteſtate Conſeruatorum enunciata *Royas*
deciſ. 327. num. 8. ponderando, quod Pontifices
non confirmauerunt indiſtinctè prorogatio-
nes, & eo modo quo factæ fuerant, ſed illas ad
placitum reſtrinxerunt, quod euincit faculta-
tem eſſe non à Statuto, neque ab obſeruantia
conceſſionis, ſed à facto Papæ confirmantis.

Nec per quamcumque facilitatem in conce-
40 dendo Breuia confirmatoria ſequitur, quòd
Papa ſuppoſuerit hanc facultatem extitiſſe
in Conſeruatoribus, & multo minus, quod
voluerit tacitè illis eandem de nouo conferre,
quia vt videmus in dies contingere, derogatio-
nes Conſtitutionis Sixtinę prohibentis dotes
excedere ſcut. 5500., paſſim concedi, vt in *Mil-*
lin. deciſ. 433. in fine, Zarat. deciſ. 83. ex incon-
cuſſo ſolito derògandi, & tamen non inde mo-
deratur rigor prohibitionis ſtatutariæ, neque
exinde dicitur collata facultas priuatis liberè
conſtituendi Dotes in ſumma prohibita, immò
41 fuit declarata nullitas Conſtitutionis Dotis ob
non impetratam Pontificiam approbationem,
& derogationem, vt *deciſ. 18. & deciſ. 83. par.*
18. recent. quæ ſingillatim in quocumque actu
Conſtitutionis exceſſiuę Dotis requiritur, ex
quibus diluitur quæuis bona fides in fine deci-
ſionis conſiderata.

Et ita partibus hinc inde informantibus,
&c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Saluiani.

Lunæ 7. Iunij 1694.

ARGVMENTVM.

Confirmata ſuperius recenſita Deciſione 31. ite-
rum traditur, debitorem vtentem licentia Prin-
cipis alienandi bona fideicommiſſi pro ſatisfa-
ciendo creditoribus, debere inter eos ſeruare
prerogatiuam anterioritatis, & potioritatis.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari fiunt libera, accedente licentia Principis.*
2 *Ac cadunt ſub hypotheca iam contracta ſuper bonis præſentibus, & futuris.*
3 *Quod procedit, licet licentia Principis remittat totum arbitrio debitoris, qui poteſt illa non vti, ſed vtendo, id debet agere prout de iure.*
4 *Liberatio à vinculo fideicommiſſi obtento à Principe eſt intenta non ad acquirendum, ſed ad alienandum.*
5 *Directa autem ad ſatisfaciendum creditoribus, omnibus prodeſſe debet.*
6 Salgad. in labyr. credit. cap. 20. *explicatur.*
7 *Licentia prædicta cenſetur à Principe conceſſa pro ſatisfaciendo creditoribus ſecundum ordinem eorum hypothecarum.*
8 *Bulla Baronum mandat creditoribus ſatisfieri ſeruata inter eos anterioritatis, & potioritatis prærogatiua.*

9 Com-

9 *Commoditas percipiendi fructus eſt quid diſtin-
ctum ab alienatione bonorum.*

DECISIO XLI.

PRodierunt in hac Cauſa geminæ deciſio-
nes inter ſe contrariæ coram Reuerendiſ-
ſimo D. Heruault Archiepiſcopo Turonen. vna
nempè die 3. Decembris 1688. pro denega-
tione, & altera 15. Junij 1693. pro conceſſione
immiſſionis in poſſeſſionem controuerſorum
Canonum ex interdicto Saluiano. Vtriſque
autem hodiè ad trutinam reuocatis coram me
in eius locum ſuffecto, reſponſum fuit pro con-
firmatione ſecundæ; non enim ſubſiſtere viſum
fuit fundamentum primę, quod Actores ca-
reant hypotheca ſuper præfatis Canonibus,
tamquam ſubiectis fideicommiſſo condito cum
ſtrictiſſima prohibitione cuiuſcumque aliena-
tionis, quia cum Petrus debitor obtinuerit à
Principe facultatem alienandi bona fideicom-
1 miſſaria in ſatisfactionem Creditorum pro
ſumma ſcut. 40. mil. & in executionem facul-
tatis huiuſmodi inſolutum dederit eoſdem
Canones, iſti illico effecti fuerunt ipſius libe-
ri, vt notat *Salgad. in labyr. credit. par. 4. cap. 11.
num. 12. Rota decis. 818. num. 1. & 2. coram bo.
mr. Card. Cerro*, ac vti tales ceciderunt ſub acto-
2 rum hypotheca complectente debitoris bona
præſentia, & futura, vt in puncto firmat *Card.
de Luc. de fideic. diſc. 165. num. 5. verſ. quo verò,
& num. 6. & de credit. diſc. 42. num. 2. & de feud.
diſc. 78. num. 19.* & in ſimilibus terminis bono-
rum poſt contractum debitori quæſitorum
Text. eſt *in l. vltim. in princ. ff. qui pot. in pign. &
in l. ſi ignorante C. de remiſs. pign.* latè *Carleual.
de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 34. num. 1.*

Nec obſtat, quod facultas alienandi nihil
3 diſponat, ſed totum conferat in debitoris ar-
bitrium, quaſi quod quemadmodum poteſt
ipſe debitor quomodolibet vti, vel nullatenus
vti, vt plenè *Salgad. in labyr. cred. par. 2. cap. 10.
num. 9. & ſeqq.* ita etiam particulariter vti va-
leat fauore cuiuſuis ex creditoribus ſibi ma-
gis benè viſi, quoniam vſus quidem facultatis
reſidet in arbitrio debitoris, at non ibidem ef-
fectus ex vſu reſultans, hic enim manet ſub
diſpoſitione iuris, quæ eſt, quod ſublatis vin-
culis fideicommiſſorum, bona reſumant anti-
quam naturam, ac libertatem, & tamquam in-
differentia ſubdantur hypothecis creditorum.
Non refragante ponderatione, quod liberatio
4 huiuſmodi bonorum à vinculis fideicommiſ-
ſorum ſit momentanea, & intenta non ad ac-
quirendum, ſed ad alienandum, & ideò non
ſit habenda in conſideratione, ad tradita per
*Socrin. Sen. conſ. 53. num. 27. & 28. lib. 4. Marc.
conſ. 11. num. 26. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſ. 9. par. 5. num. 125. Hodiern. ad Surd. deciſ. 70.
num. 11.* Quia concluſio procederet quoties il-
la dirigeretur ad alium effectum, quam ſatiſ-
5 faciendi creditoribus, ſecus autem quatenus
(vt hic) ad hunc ipſum effectum dirigitur, nam
tunc omnibus prodeſſe debet, nec eſſe in fa-
cultate debitoris creditori poſteriori ſoluere,
omiſſo anteriore, vt tradit *Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. quæſt. 7. num. 29. & 30. Gait.
de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1342. verſ. tunc
enim, Modern. Lucen. alleg. 75. num. 65. & ſeqq.
lib. 1.* nec ſimiliter reſiſtente auctoritate *Salgad.
in labyr. credit. par. 2. cap. 21. nu. 60.* aientis, quod
6 quando pro pluribus alienationibus vna impe-
trata fuit facultas, nulla datur inter credito-
res prælatio, ſed omnes inſimul pro rata credi-
ti concurrunt, quia vti ipſe ſe explicat ibidem
num. 67. id intelligit, quando contractus cre-
ditorum, in quibus hypotheca conuenta fuit,
fuerunt originaliter nulli, & ex poſt omnes à
die obtentæ facultatis vnico temporis momen-
to conualuerunt, non autem in caſu, quo (prout
hìc) contractus actorum vſque ab initio vali-
dus fuit, & valida etiam hypotheca in illo
conuenta, licet alias hæc non afficeret Cano-
nes, de quibus agitur, peculiariter alienari
prohibitos; hoc enim caſu, remoto obſtaculo
prohibitionis, bona, vt dictum eſt, efficiuntur
libera, & veniunt ſub hypotheca.

Hæcque omnia certiora redduntur ex veri-
ſimili mente Principis facultatem conceden-
tis, & ex obſeruantia ſubſecuta: ex veriſimili,
7 inquam, mente Principis, quia ipſe tribuendo
facultatem alienandi bona, aliàs alienari pro-
hibita in ſatisfactionem creditorum, cenſetur
ſatisfieri creditoribus voluiſſe ſecundùm ordi-
nem eorum hypothecarum, prout eſt de iure,
iuxta *Text. in l. potior. ff. qui pot. in pign.* cum
*alijs adductis in poſteriori deciſione Reuerendiſs.
Heruault*, cui in hac parte, in qua contrarium
non diſpoſuit, cenſetur ſe remiſiſſe *l. ex facto ff.
de vulgar. & pupill. Facchin. contr. iur. lib. 7. cap.
8 33. verſ. porrò dato quod Principis*; Idque patet
exemplo Bullæ Baronum ſatisfieri de bonis per
ipſos poſſeſſis, non obſtan. fideicommiſſis
mandauit hoc fieri, ſeruata inter eos anterio-
ritatis, & potioritatis prærogatiua, vt in eadem
Bulla §. 5. Ex hoc enim, quod Princeps fecit
in vno caſu, rectè conijci valet, quod idem fe-
ciſſe ſenſerit in alio conſimili, ad *Text. in l. non
omnes cum l. ſeq. ff. de legib.* maximè quia nulla
ſuberat ratio concedendi debitori tam effræ-
natum arbitrium dimittendi creditores poſte-
riores in præiudicium anteriorum, nec enim
in hoc vllus verſabatur debitoris fauor, qui per
ſatisfactionem dandam poſteriori non exime-
batur à moleſtis anteriorum, & viceuerſa ver-
ſabatur euidens anteriorum iniuria, qui cum
eorum anterioritate ſatisfieri potuiſſent, ac de-
buiſſent ſuper fructibus bonorum fideicom-
miſſariorum, qui iam etiam ad eorum inſtan-
tiam ſub ſequeſtris reperiebantur, durante
vita debitoris hęredis grauati; non attentis
quibuſcumque prohibitionibus alienationum,
& oppignorationum, etiam cum pœna cadu-
citatis in caſu contrauentionis, quia tanquam
9 reſtrictę ad bona ipſa, non afficiunt commo-
ditatem percipiendi fructus, quæ eſt quid ab il-
lis diſtinctam, *Petr. de fideic. quæſt. 18. num. 14.
Peregr. cod. tract. art. 40. nu. 117. Molin. de primog.*

Hiſpan.

Hiſpan.lib.1.cap.10.num.11. cum alijs per Rot. in Viterbien. ſeu Balneoregien. ſucceſſionis ſuper reſeruatis 2.Maij 1689.§.Conſtat coram me.

Et ex obſeruantia ſubſecuta, nam debitor in conſignationibus pretij aliorum omnium bonorum in vim principalis facultatis alienatorum ſemper exegit à creditoribus recipientibus cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus, non obſtante quod in datione in ſolutum controuerſorum Canonum cautio huiuſmodi omiſſa fuerit, quia non erat neceſſaria, cum Canones ſemper extarent, ac per conſequens ſuper ijs abſque alia cautione ad inſtantiam priorum, & potiorum fieri poſſet executio.

Et ita ſuffragantibus omnibus DD. concluſum fuit vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Alimentorum.

Lunæ 14. Iunij 1694.

ARGVMENTVM.

Taxatio alimentorum, moduſque illa ſoluendi à more regionis, & conditione patrimonij, alijſque regulatur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta taxantur ſecundum morem regionis, & conditionem patrimonij, & num.3.*

2 *Et ſecundum veriſimilem ſenſum, ac ſolitum teſtatoris.*

4 *Alimenta ſolui debent anticipate.*

DECISIO XLII.

INſtante D. Marchioniſſa die 21. Aprilis proximè elapſi pro conceſſione nouæ Audientię aduerſùs geminas deciſiones æditas ſuper præſtatione Alimentorum, ac ſumptuum Nuptialium, de quibus agitur, in abſtracto facienda D. Comiti Franciſco Mariæ de bonis hæreditarijs Marchionis Franciſci Ruſpoli illius Patrui, necnon aduerſus alteram ſtatuentem eorum quantitatem, ac modum ſoluendi, viſum fuit DD. annuendum eius inſtantiæ, dumtaxàt quoad hanc vltimam, reſiſtente in reliquis lege Commiſſionis Sanctiſſimi, quod Cauſa cum germinis tantum deciſionibus terminetur: vndè propoſito hodie Dubio *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis ſuper quantitate, & modo præſatis*, reſponſum fuit *in Deciſis*.

Satis enim congrua reputata fuit quantitas ſcutorum 6000., ponderando quod illa deſeruire debet ad ſubeunda, ac ſupportanda onera Nobilium Nuptiarum in Vrbe, vbi ſumptus ſunt notoriè magni, quod hæreditas aſcendit ad annuum redditum ſcutorum 50.mil.& vltrà, iuxtà relationem q. Antonij Corradini Periti Curialis deſumptam ex Inuentario, & quod Teſtator D. Marchioniſſæ pro ſimplici aſsũptione, ſeu retentione Cognominis, & Armorum de Ruſpolis in conſeruationem nominationis ſuæ Domus, vltra habitationem Palatij, & vſum Mobilium, reliquit annua ſcuta 12. mil. ac Eminentiſſimo D. Cardinali Mareſcotto pro aliqua ſubuentione ſc.5000, & sic præſumi nequit, quod non ſaltem ſcuta 6000. ſubminiſtrari voluerit D. Comiti Franciſco Mariæ pro eius Nuptijs ordinatis ad veram, & propriam conſeruationem Domus per liberos, ac pro totali eius ipſius, & Vxoris, ac Familiæ ſubſtentatione: Omnes enim circumſtantiæ huiuſmodi præoculis habendæ ſunt ad effectum taxationis alimentorum, vt de ſumptibus Alimentatio

1 imminentibus ſecundùm morem Regionis, & conditionem patrimonij, ex quo alimenta ſumenda ſunt notat *Mareſcott.var.reſol.lib.2.c.83. n.2. Rota deciſ.67.n.7. coram Celſo, & deciſ.583.*

2 *num.4. coram Cerro*, & de veriſimili ſenſu, ac ſolito Teſtatoris *Surd. de aliment. tit.4. quæſt.19. per tot.*

Nec obſtat quod quatenus etiam hæreditas (vt præfertur) annuatim redderet ſcuta 50. mil. adhùc ex hoc redditu demenda ſine plura Credita inexigibilia, expenſæ per D. Marchioniſſã in ſuis notulis aſſertæ in annuis ſcutis 7. mil. & vltra, & annuæ preſtationes in ſumma ſc. 31225. à Teſtatore relictæ compræhenſo multiplico pro Domo Mariſcotta. Quoniam præſcindendo ab inexigibilitate Creditorum, cuius nulla datur iuſtificatio, expenſæ fuerũt à Perito reductæ, ac reformatæ in ſumma longe minori, quæ iunctæ cum ſcutis 31225. annuarum præſtationum conſtituunt ſummam ſcutorum 35225. circiter; hac autèm detracta de ſcutis 50. mil. patet ſupereſſe ſcuta 15. mil. circiter, ex quibus commodè ſatiſfieri poteſt alimentis taxatis in ſcutis 6000. tantò magis quia in culpa eſt D. Marchioniſſa, quod pinguioribus prouentibus hæreditas non potiatur, quia ſcilicet de præmiſſo fructuum reſiduo ex præcepto Teſtatoris tenebatur conficere duo multiplica pro Domibus Mareſcotta & Ruſpola, quæ tamen ipſa per ſeptennium, quo ſe geſſit in adminiſtratione, non modo, non compleuit, quemadmodum omnis ratio poſtulabat, quod compleuiſſet, verùm ne incæpit quidèm, adeoùt nec obulum doceat in eotùm cauſam impendiſſe, quo fit, vt eius culpa nocere nequeat D. Com: Franciſco Mariæ, quò minùs lautiora alimenta percipiat habita ratione etiam ad id, in quo confectis alioquin multiplicis, hereditas excreuiſſet.

Nec ad rem pertinent exempla taxationis alimentorũ in ſũmis longè inferioribus in contra-

3 riũ allata, quia, vel ſe habent in terminis alimentorum in ſubſidium decernendorum, & ex hæreditatibus tenuiorum redditnum, ac remotioribus temporibus, quibus luxus adeo non inoleuerat, vel in terminis aſſignationum factarum per viam commutationis, ſeu derogatio-

nis

nis voluntatum Teſtatorum; qæ non niſi ad limires neceſſitatis explerideber; Et ideò non applicantur hypotheſi noſtræ in qua agitur de alimentis ad decentiam dimetiendis,ac ex pręcellentis redditus hæreditate pro Nuptijs contrahendis in Vrbe,in qua, vt ſupra tetigimus, ingentibus ſumptibus Nobiles ſubijciuntur, & ſecundùm voluntarem Teſtatoris, qui planè, dum D. Com: Franciſci Mariæ ſucceſſoris ſibi deſignati pro ſuæ Domus conſeruatione, Nuptias exoptauit, non potuit non exoptaſſe cum magnificentia, ac ſplendore, quæ candidatum decent opulentiſſimæ Domus, ac ſucceſſionis.

Simili modo rationabilis viſus fuit modus
ſoluendi anticipatè de ſemeſtre in ſemeſtre,
4 quia cerrum eſt alimenta anticipatè ſolui de-
bere ex latè congeſtis per *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 17. num. 6. & ſequen.* Nec officit quod in cauſa Romana Legatorum dictum fuerit, legatorum ſolutionem eſſe poſticipatè faciendam, quia nihil commune habent legata indifferentia cum legato alimentotum, prout nec refert quod forſan maturari non accidat fructus ſufficientes pro anticipatis ſolutionibus, quia quatenus hac in re controuerſia exoriatur locus eſſe poterit aſſignationi Corporum, vt firmatum fuit in deciſione.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. MVTO.

Romana Pecuniaria ſuper exhibitione.

Lunæ 21. Iunij 1694.

ARGVMENTVM.

Iudicij exhibitionis requiſita latè, doctèque recenſentur, & à pluribus vindicantur obiectis, Teſtium dicta à mendacio, contrarietate, alijſque exceptionibus multifariam ſaluantur.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio ſcripturarum concedi debet ſaltem de æquitate Canonica, docto de intereſſe, & de illarum exiſtentia.*
2 *Filius agendo illico fit hæres patris.*
3 *Exhibitio ſcripturarum eo magis datur ob iuramentum partis, ſibi valdè intereſſe hanc exhibitionem.*
4 *Nec impediri valet exceptionibus requirentibus altiorem indaginem.*
5 *Et ad hunc effectum ſufficit poſſibilitas, quod ſcripturæ ad cauſam conferant.*
6 *Exiſtentia ſcripturarum probatur teſtibus.*
7 *Decoctio non probatur ex latitatione in Eccleſia, ſed ſententia Iudicis, aut ſequeſtratione bonorum cum eorumdem ceſſione.*
8 *Mendacium in accidentalibus teſti fidem non minuit.*
9 *Depoſitiones teſtium quantum fieri poteſt, ſunt conciliandæ.*
10 *Teſtis tempore examinis poteſt minus callere rem, quam iuuenis melius calluerit.*
11 *Contrarietas teſtium, vt euitetur, teſtium dicta ſupplenda, vel improprianda ſunt.*
12 *Contradictio non oritur ex verbis dubijs.*
13 *Exceptio contra teſtes eliditur ex dictis aliorum teſtium.*
14 *Teſtis collitigans, vt fidem non mereatur lis debet eſſe grauis, & capitalis.*
15 *Contrarietas euitatur, ſi teſtis depoſuit motus ex conſilio grauis viri, putantis rem tanquam confidentialem non debere reuelari.*
16 *Teſtis poteſt ſupplere in examine dictum in atteſtatione.*
17 *Teſtis recuſans formiter examinari non probat.*
18 *Exiſtentiæ probatio in genere ſufficit in iudicio exhibitionis.*
19 *Teſtis deponens de facto proprio concurrentibus alijs præſumptionibus, ſeu adminiculis plenè probat.*
20 *Præſertim cum fuerit prælectus à parte aduerſa.*
21 *Et cum agitur de re difficillimæ probationis.*
22 *Ignorantia folij ſubſcripti nequit allegari à ſubſcribente.*
23 *Sed potius eiuſdem approbatio.*
24 *Renuens exhibere litteras miſſiuas ſibi directas præſumitur id agere ex quo illæ ſibi præiudicent.*
25 *Dicto mediatoris valdè defertur.*
26 *Teſtis abſentis depoſitio licet ad perpetuam validum præbet adminiculum.*
27 *Teſtes de auditu inſeruiunt pro adminiculo.*
28 *Magnæ rei promiſſio abſque cauſa fieri non ſolet.*
29 *Exiſtentiæ magna veriſimilitudo oritur ex occultatione.*
30 *Exiſtentia debet probari tempore litis in iudicio exhibitionis.*
31 *Sufficit tamen illius probatio de tempore proximo.*
32 *Probationes iungi debent in re probatu difficili.*
33 *Exiſtentia non debet probari de tempore litis penes eum, qui ſpoliatiuo modo rem habuit.*
34 *Et taliter ſpolians quandocunque exhibere compelli valet.*
35 *Conſeruare obligatus nequit excipere de tempore motæ litis.*
36 *Iuramentum non habere, neque dolo deſijſſe habere non admittitur in cauſa grauiſſima, & ab aliqua ſuſpicione non immuni.*
37 *Iuramentum non admittitur contra propriam confeſſionem.*

DECISIO XLIII.

REnuente D. Marchione Pompeo Azzolino
celebris, & glorioſæ memoriæ Chriſtinę
1 Suetorum Reginæ mediato hærede tria obliga-
tionum Auctricis folia, fauore D. Comitis Cornificij de Vulfelt exarata, primum nempè tallarorum 60. mil. ſuetico idiomate expreſſum de anno 1652: ſecundum tallarorum 200. mil ſimili charactere ſignatum anno 1654. & ter-
tium

Digitized by Google

tium tallarorum 20. mil. gallicè conſcriptum
penès ſe retenta, exhibere, D. Comes Leo dicti
Creditoris filius, & hæres eumdem deſuper
ad Iudicium prouocauit coram A.C. Thoma-
to, qui poſt agnitum inutile grauatorię reme-
dium, prima vice decretum, ac poſita ſub ſe-
queſtro Boua D. Principi Odeſcalco venun-
data; tandem inhærendo famigeratę diſpoſi-
tioni *Text. in l. Celſus §. Idem Iulianus ff. ad ex-
hibendum*, ob neglectam inhibitionem man-
datum loco damnorum, & intereſſe tam contra
bona hæreditaria Maieſtatis Reginę, quàm
memoratum Marchiònem pro ſumma in folijs
conteuta relaxauit, aduerſus quod commiſſa
mihi per Signaturæ Iuſtitiæ Tribunal ad eiuſ-
dem Marchionis inſtantiam appellationis cau-
ſa, firmo tamen remanente prænominato ſe-
queſtro, diſceptandum propoſui dubium in
audientia diei 4. currentis. *An eſſet locus re-
quiſitę exhibitioni*, quo tunc cum altero ſuper
articulis non reſoluto, ſed iniuncto ordine pro
exhibitione literarum per Com. Leonem Mar-
chioni miſſarum, & quod Cauſa Dominis om-
nibus ſuffragantibus diſcuteretur, cum iterum
hodie ad nouum, & maturius examen reuoce-
tur, PP. libratis omnibus probationibus huc-
uſque factis, ſeduloque rimatis illarum cir-
cumſtantijs, reſponſum pro exhibitione protu-
lerunt, innixi notiſſimis requiſitis huiuſmodi
Iudicij, ſcilicet intereſſe Actoris, & præexiſtē-
tiæ dictarum ſcripturarum penès Marchionem
reum conuentum, quibus concurrentibus ſal-
tem de æquitate Canonica, quam incolumem
ſeruat noſtrum Tribunal denegari Comiti non
potuit exhibitio per ea, quę aduertunt plenè
*Merend. contr. iur. lib. 5. cap. 36. per tot. Saluſt. Ti-
ber. in prax. par. 2. cap. 3. num. 29. & 33. Parex. de
Iuſtrum. edit. par. 1. tit. 5. reſol. 11. num. 2. Poſth. de
manut. obſ. 79. num. 1. Card. de Luc. de Iudic. diſc.
28. num. 29. Rot. coram Caualer. deciſ. 545. num.
3. coram Seraphin. deciſ. 1274. num. 1. coram Mer-
lin. deciſ. 222. num. 11. & poſt Zacch. de oblig. Ca-
mer. deciſ. 196. num. 11. & in recent. deciſ. 38. num.
1. par. 17.*

Conſtitit ſiquidem de intereſſe Comitis Leo-
nis, nam ipſe eſt filius, & hæres Cornificij
Patris in eiſdem folijs Creditoris declarati,
2 vt liquet ex præſentaneo Iudicio per Comitem
ſub hoc hæreditario nomine promoto, quod
ſufficiens reputatur ad oſtendendam in filio
qualitatem hæreditariam Patris, iuxta theori-
cam *Bart. in l. neceſſarijs num. 1. ff. de acquir. hæ-
red.* quam ſequuntur *Ridolphin. in prax. par. 1. cap.
5. num. 30. Magon. deciſ. Lucen. 38. num. 25. ibique
Add. litt. E. Gratian. diſcept. 215. num. 19. Rota co-
ram Merlin. deciſ. 857. num. 9. & in rec. deciſ. 179.
num. 2. par. 15.* ſuperaddito ſignanter eiuſdem
3 Comitis iuramento ſibi quamualde intereſſe
dictarum ſcripturarum exhibitionem, quod ad
hunc effectum attendi docent *Ridolphin. in di-
cta par. 2. cap. 3. num. 41. Add. ad Gregor. d. deciſ.
129. num. 10. & ad Buratt. deciſ. 296. num. 8. Rota
coram Caualer. deciſ. 82. num. 2. & poſt conſil. Fa-
rinac. deciſ. 278. num. 2. lib. 2.*

Nec ad euertendum huiuſmodi intereſſe re-
quiſitum quidquam allegare profuit Marchio-
ni controuerſas obligationes, vel eſſe ſimulatas
ex declaratione eiuſdem Reginæ, aut ſaltem
conſumptas per aſſignamenta Dohanæ de Sto-
cholm, & Feudi de Barth, ſeu eiſdem ceſſatis
inexigibiles ob quadragenarium circiter ſilen-
tium Creditoris, licet in anguſtijs poſiti, vel de-
mum Comiti Leoni incompetentes ob præſup-
poſitam ſententiam capitalem cum confiſca-
tione bonorum, per quam ſingula iura, & bona
Cornificio Patri ſpectantia tranſiuerint in Fiſ-
cum, quin in illis habere potuiſſet hæredem.
Quandoquidem præſuppoſitæ exceptiones cũ
altiorem requirant indaginem tam circa pro-
4 bationes prætenſæ ſimulationis, ac ſententiæ
capitalis, & confiſcationis, quam circa quali-
tatem dd. aſſignamentorum, ſeu hypothecarũ,
earumdemque ceſſationem, impedire propte-
rea non valuerunt huiuſmodi priuilegiatum
exhibitionis remedium, vt reſpondet *Vlpianus
in l. 3. §. Idemque ſubiūgit ff. ad exhibendum*, & ad-
uertitur *in deciſ. 41. num. 12. coram Card. Cerro.*
Potiſſimè in hoc caſu, cùm Comes neceſſe non
habeat releuantiam formalem intereſſe con-
cludere, nam ſufficit ſcripturam exhibendam,
5 licet per poſſibile ad cauſam conferre, vt in-
nuit *Iuris Conſultus in l. Argentarius §. Cum au-
tem ff. de eden. Caſtill. contr. Iur. lib. 8. cap. 20. nu.
36. & ſeq. Ridolphin. in d. eius praxi par. 2. cap. 3.
num. 41. Adden. ad Gregor. d. deciſ. 129. num. 10. &
ad Buratt. deciſ. 266. num. 8. Poſth. de manut. ob-
ſeru. 99. num. 1. & Rot. poſt eum deciſ. 343. nu. 1.
coram Caualer. deciſ. 82. num. 2. coram Dunoz. iun.
deciſ. 531. num. 2. & in rec. deciſ. 235. num. 6. par.
8. deciſ. 38. num. 3. & deciſ. 115. num. 7. & ſeqq.
par. 17.*

Exiſtentia pariter eorumdem foliorum
apud Marchionem concurrere viſa fuit ex his,
quæ luculenter referunt Teſtes, quòd defuncto
hìc in Vrbe Com. Chriſtiano Cornificij altero
filio, penès quem ſcripturæ de eo tempore præ-
exiſtebant, ſtatim illas Reginæ Maieſtas ſibi à
Comite de Vaſnò Teſtamentario executore
relicto, atque eius familiari conſignari obti-
nuit, ac deindè in eiuſdem Secretaria Suetica
conſeruari mandauit, ſpreto deſiderio, atque
ordine tumulati Comitis, quod ad ipſius geni-
tricem abſentem peruenire deberent, vt formi-
ter deponunt dictus Comes de Vaſnò, & An-
dreas Gandembland Secretarius Sueticus di-
ctę Maieſtatis. E viuis erepta Regina, nomi-
natæ ſcripturæ vna cum alijs dictæ Secretariæ
in capſis clauſæ tranſierunt in poſſe clar. mem.
Cardinalis Azzolini hæredis inſtituti, qui ob
famam tam ingentis debiti euulgatam certior
fieri cupiens illarum tenoris, eas curauit per
eumdem Gandembland reperiri in capſis, ac
recognoſci, vt ille, & Laurentius frater, ac Za-
grettus actui præſentes deponunt; Mortuo
poſtmodum Cardinali antedicto, folia reman-
ſerunt penès Marchionem eius ſucceſſorem, &
hæredem, vt emergit, nedum ex epiſtolis ipſius
Marchionis, ac bigliettis P. Marcheſij, alijſque

inferius deducendis, ſed ex quo cum de ipſo-
rum reſtitutione pluries requiſitus fuiſſet Mar-
chio per dictum Comitem de Vaſnò, reſpon-
ſum dedit illa reſtituturum Com. Leoni. quo-
ties ijs non vteretur contra bona hæreditaria
Reginę hic in Vrbe exiſtentia, vt ſubſequitur
in ſua relatione idem de Vaſnò, atque etiam
ex quo fuerunt deinde à Marchione exhibita,
& per Gandembland tranſumptata in cella P.
Marcheſij mediatoris aſſumpti, vt deponunt
ipſe Gandembland referendo integrum teno-
rem memoratorum foliorum, & etiam Vul-
fangh Secretarius Excellentiſſimi D. Oratoris
6 Cęſarei in in ipſorum formali examine, vndè
ex his hęſitari non poteſt de concludenti præ-
exiſtentiæ probatione penès ipſum Marchio-
nem, & eius Auctores tanquam ex teſtibus eli-
cita, vt in his terminis firmat *Rota in Auenio-
nen. renunciationis 26. Maij 1693. §. Quamuis au-
tem coram R. P. D. meo Priolo*.

Abſque eo, quod fides præmiſſorum Teſtiũ
in aliquo labefactetur ab exceptionibus per
Informantes pro Marchione lato calamo ad-
ductis contra illorum perſonas, & dicta; nam
Zagrettus in ordine primus fruſtrà notatur,
quod ſit decoctus, & tanquam tali teſtimonium
ferre non liceat, eo quia tametſi de tempore
examinis ex cauſa debitorum latitaret in Ec-
7 cleſia, & dilationem expoſceret, non inde ta-
men reputari poteſt decoctus, & tanquam in-
famis à teſtimonio repelli, cum hęc contingere
poſſint etiam abſque decoctione pecunias in
promptu non habenti, adeout ad conuincen-
dam formalem decoctionem, vel neceſſaria ſit
ſententia Iudicis illam declarans, aut ſeque-
ſtratio bonorum cum eorumdem ceſſione,
Stracc. de decoctorib. par. 3. num. 1. & 4: *Rot. in
rec. deciſ. 188. num. 12. par. 10. & deciſ. 455. num. 5.
par. 18. & in Bononien. litterarum Cambij 19. Iu-
nij 1690. §. Neque contrarium, & 27. Februarij
1692. §: Etenim adducta cum ſeq. coram R. P. D.
meo Vrſino. & in Romana Pecuniaria prima Iu-
lij 1693. §. Quo verò, coram R: P. D. meo Pio*.
Prout etiam obijci nequit, quod ſit mendax,
atque periurus ex eo, quod licet fuiſſet debi-
tor Marchionis, tamen id cum iuramento ne-
gauerit in eius examine; nam talis iurata nega-
tio fundatur in prætenſione eiuſdem Teſtis in
ipſo examine patefacta, ſe eſſe Creditorem
Marchionis in conſiderabili ſumma ab illo, vt
aſſerit, promiſſa pro labore adhibito in com-
ponendis Legatarijs Reginæ, quæ debuiſſet
prius iudicialiter eliminari ad effectum con-
uincendi Teſtem de mendacio, vltra quod
8 iſtud vet ſatetur in accidentalibus, & non reſpi-
ceret ſubſtantialia; quod fidem Teſti non adi-
mit, *Farinac. de Teſt. quæſt 67. num. 137. & 179.
Rota coram Mantic. deciſ. 6. num. 6. coram Buratt.
deciſ. 42. num. 14. & in recent. deciſ. 488. num. 5:
par. 18*. Ex qua ratione ceſſat etiam præſuppo-
ſita contradictio cum alijs Teſtibus circa lo-
cum Palatij Cardinalis Azzolini, in quo datus
fuit ordo pro prima ſcripturarum viſura per
Gandemblad facienda, cum hæc non concer-
nat ſubſtantialia; quinimò de facili remouetur,
præſumendo reiterationem ordinis, prout fieri
9 debet, ad conciliandas quantum poſſibile eſt
depoſitiones Teſtium, ex *Rot. in rec. deciſ. 288.
num. 1. par. 19. & coram clar. mem. Card. Cerro
deciſ. 573. num. 8. & in dicta Auenionen. renuncia-
tionis 29. Maij 1693. §. Sicuti, coram R. P. D. meo
Priolo*.

Comes itidem de Vaſnò ſecundus Teſtis
perperam primò redarguitur ſibi contrarius
ſuper eo, quod aſſerit legiſſe folium obligatio-
nis tallarorum 60. mil. idiomate ſuetico con-
ſcriptum, quem characterem ex propria confeſ-
ſione non legat, nam vt ex integro contextu
examinis elicitur hic Teſtis non fatetur in hoc
idiomate non eſſe verſatum, ſed quod illud mo-
do legere perfectè non ſciat, ſicut de tempore
quo morabatur in Regionibus Sueticis, quod
non excludit, quin aliqualem, & ſufficientem
peritiam haberet pro legendo relato folio,
prout experientia docuit in actu examinis, in
quo ſcripturam ſimili charactere exaratam ſibi
oſtenſam perlegit. Præterquamquod talis nõ
perfecta cognitio de tempore examinis, non
arguit quod in prętèritum, quo dictum folium
10 vidit, & legit, ſufficientem peritiam non ha-
beret, ex *Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt.
21. nu. 15. Menoch. lib. 6. præſumpt. 65. per tot. Rot.
in rec. deciſ. 673. num. 5. par. 2. & deciſ. 574. nu. 8.
par. 18*. Secundo notari nec poteſt de contradi-
ctionibus cum alijs Teſtibus, non quidem ſu-
per minori latitudine duorum ex folijs con-
trouerſis ab ipſo non lectis, quam depoſuerint
alij Teſtes: Vltrà quod enim, vt ex integro
examine deprehenditur dictus Comes faſ-
ſus fuit ſuper hoc non recordari, & ali-
quid certi neſcire, vel ſubſtantialis exinde di-
ſcrepantia non prouenit, aut verò capi debet
omnis interpretatio, quod eadem folia tanquã
per Teſtem non lecta in minori latitudine viſa
fuerint, ex quo forſan eſſent plicata, vt *præſumi*
11 debet etiam per ſuppletionem, vel improptia-
tionem verborum ad hoc, vt contrarietas eui-
tetur, vulgato *cap. cum tu de Teſtibus*, *Rota cor.
Buratt. deciſ. 932. num. 10. & cum alijs in rec.
deciſ. 220. num. 13. cum ſeqq. par. 17*. Neque ſuper
12 magnitudine ſigilli Regij, cum ſuper hoc Co-
mes de Vaſnò deponat per verba dubitatiua,
quæ cum nihil certi conclùdant, contradictio-
nem non operantur, *cap. veniens de Teſtib. Rot.
deciſ. 18. num. 5. par. 16*. Tertio denique non me-
retur animaduerſionem obiectum, quod hic
Teſtis deponat ad ſui exonerationem, ne con-
ueniri potuiſſet à Comite Leone pro reſtitutio-
ne dictorum foliorum, quæ tanquam Execu-
tor Teſtamentarius perceperat, quippe quid-
quid foret in hypotheſi de competentia talis
actionis, illud ceſſat ex dicta conſignatione
Reginæ facta ipſarum ſcripturarum, & ex ea-
rumdem præexiſtentia tàm penès clar. mem.
Cardinalem Azzolinum, quàm Marchionem
13 plene probata ex alijs Teſtibus, ac ex bigliettis
Patris Marcheſij, atque ex epiſtolis ipſius
Marchionis inferius recenſendis, ex quibus pe-

nitùs

Digitized by Google

nitùs eliſa remanet huiuſmodi exceptio per ea,
quæ firmat *Rot.poſtPacific.de Saluian.Interdict.*
deciſ.294.num.5.& in rec.deciſ.433.num.9.cum
ſeqq.par.4.tom.2. & coram Birbio deciſ.590.nu.
mero 8.

Inaniter etiam obijcitur contra perſonam
Gaudemblad tertij Teſtis, atque olim à ſecre-
tis Sueticis Reginæ, quod fuerit vènalis tan-
quam huiuſcemodi contentionis inuentoe ad
effectum reportandi ſchedulam expromiſſo-
riam,ſeù pagarò ſcut 3000.contra Marchionē,
& animi auerſionem,ſeu odium conceperit, ob
denegatam eidem mox relatæ ſchedulæ ſolu-
tionem,& obligationem deſuper introductam,
deponat ad propriam exonerationem, & de-
mum ſit ſibi contrarius, nam vltra generalem
reſponſionem,quod dictus Teſtis fuerit exper-
tæ fidei reputatus tam à Maieſtate Reginæ il-
lum penès ſe retinendo in tam graui officio
vſque ad obitum per decennium,& vltra,quam
à Cardinali Azzolino,qui pro recognoſcendis
folijs dd. obligationum eumdem præelegit,
quam etiam ab ipſomet Marchione,dum illius
opera vſus fuit in tranſumptione fieri facta
in cella P.Marcheſij controuerſarum, & aliarū
ſcripturarum defenſionem ab huiuſmodi cre-
dito concernentium; Obiecta venalitas vel nō
ſubſiſtit,eo quia Teſtis præfatus non reporta-
uit pecunię promiſſionem à Comite Leone ad
effectum ſe ſubijciendi examini, ſed à Mar-
chione in præmium laboris ſubeundi pro de-
fenſionibus parandis aduerſus dictum Credi-
tum Com.Leonis, aut verò talis exceptio de-
duci nequit à Marchione tanquam præſuppo-
ſiti criminis participe; Ac ſuppoſitum odium,
ſeu animi auerſio ex cauſa litis, & denegatæ
ſolutionis,nec minus ſubſiſtit,cum iſta ex ſe per
litem non inducatur, & aliunde probari de-
bet,ac ſignanter grauis, & capitalis, vt Teſti
14 colitiganti fidem adimeret, præſertim cum
Teſtis deinde victoriam reportauerit, ex *Bart.*
in l.3.in princ.num. 2.ff.de Teſt.Farinac.de Teſt.
quæſt.53.num.52.Rot.coram Coccin. deciſ.687.n.
*2.&3.*Prout nec regit oppoſitio ſimiliter hunc
Teſtem deponere ad ſui exonerationem, ne
à Comite Leone cogeretur ad reſtitutionem
iſtarum ſcripturarum,quas viuente, & ita man-
dante Regina penes ſe retinuit, nam id ceſſat
ex illarum reſtitutione ab ipſo deinde facta
Cardinali Azzolino hæredi,vt comprobata re-
manet tam ex recognitione earumdem ex poſt
ſecuta in palatio ipſius Cardinalis, vt ſupra ex
Teſtibus indubie firmata,quàm etiam ex ipſa-
rum exhibitione per Marchionem facta ad ef-
fectum tranſumptandi in cella P. Marcheſij
ab altero Teſte inſimul depoſita, non obſtante
quod P.Marcheſius deinde in vno ex eius bi-
gliettis præſupponere videatur ſcripturas adhuc
exiſtere penès Gandemblad, nam id biglietus
non exprimit, & cum probata fuiſſet plenè re-
ſtitutio ad nouam præexiſtentiam conuincen-
dam adduci deberet magis concludens proba-
tio. Poſtremò conſiderari non valet contradi-
ctio in hoc Teſte deſumpta ex eo, quod in pri-
ma iurata depoſitione narrare omiſerit enū-
ciatam tranſumptationem per ipſum factam
in cella P.Marcheſii,quam tamen deinde retu-
lerit in ſubſequenti formali examine,tum quia,
vt ipſemet Teſtis ſubdit huiuſmodi circumſtā-
tiam reticuit,ita motus ex conſilio P.Marche-
15 ſij putantis illam tanquam confidentialem
actum reuelari non poſſe, cui profectò excu-
ſanti cauſę ad remouendam contrarietatem
adhęrendum eſt, vt in puncto ſimilis actus
confidentialis *Rota in Romana immiſſionis ſuper*
articulis 11.Ianuarij 1692.§.Quoniam coram Re-
uerendiſſimo Mediolanen. Tum etiam quia non
exinde emergit contrarietas inter atteſtatio-
nem, & examen,cum prohibitum Teſti non ſit
16 plus in ſecundo deponere,ac omiſſum in pri-
ma, in ſecundo ſupplere, iuxta doctrinam
Bart.in cap.1.in ſecunda oppoſit.ſub. num.11. de
offic.Legat.Alex. conſ.64. numer.11. lib.2, benè
Rota in rec.deciſ.147.num.14. par. 1. & coram
Bich.deciſ.618. num.6. Prout verificatur in hoc
caſu,dum Teſtis in primo examine non dixit
ab ipſo depoſitum eſſe totum id, quod de ea
re ſciebat,ſed id quod deponere poterat, ſem-
per cum erroneo ſuppoſito,quod nòn teneretur
confidentialiter geſta patefacere, quo errore
detecto, potuit abſque vlla contrarietatis nota
eadem in ſecundo examine referre. Non obſi-
ſtente contraria declaratione P. Marcheſij,
quod in eius cella talis tranſumptatio facta nō
fuerit, nam nec obiectam contrarietatem in
hoc Teſte conuincit, quia illius declaratio
17 contraponi non poteſt duobus Teſtibus de il-
la affirmantibus, & quia cum P. Marcheſius
formale examen ſubire noluerit, declarata fuit
inefficax per decretum A.C.Thomati,vt prop-
terea nullam valeat probationem conſtituere,
Farinacc.de Teſt.quæſt.73. num.14. Poſth. de ma-
nut. obſ.92. num.4. & Rot. coram Gregor. deciſ.
553.num.10.ibique Add.num.17.

Sublatis igitur ſpecialibus exceptionibus con-
tra Teſtes oppoſitis minoris ponderis apparuit
generalis deſūpta ex eò,quod nominati Teſtes,
ac etiam Vulfaugh quartus,& vltimus, de qua
vniceè notatur,deponant ex ore, & auditu dicti
Gādemblad ſolùm characteris ſuetici,quo duę
ex Regijs obligationibus conſcriptæ reperiun-
tur peritiam habentis, vt inde hic Teſtis rema-
neat vnicus, alijque nihil plus probent; ſiqui-
dem vltra quod circa folium continens obliga-
tionem tallarorum 60. mil. Gandemblad in
conteſtem habuit Comitem de Vaſnò,qui illud
legit prius quam Reginę conſignaſſet, duplici
reſponſione remouetur obiectum, altera quod
licet cæteri Teſtes ſueticum characterem igno-
rent,non inde tamen ex præmiſſis actibus reco-
gnitionis,& tranſumptationis ſcripturarum co-
ram ipſis optimè informatis ſubſcriptionis, &
ſigilli Reginæ reſpectiuè geſtis tam in palatio
clar.mem.Cardinalis Azzolini, quam in cella
P.Marcheſij, ſuper quibus non de auditu, ſed
de facto proprio deponunt, inhabiles reddun-
tur ad concludendam ſaltem ſcripturarum exi-
18 ſtentiam in genere, quæ ſatis eſſet in huiuſmo-

di Iudicio, iuxtà litteralem *Text. in l. 3. §. ſi quis noxali ff. ad exhiben. Gratian. diſcept. 262. num. 2. Rota coram Card. Cerro deciſ. 243. per totum*.

Et altera, quod cum dictus Gandeblad de-
19 ponat de facto proprio circa geminas reco-
gnitiones, ſeu tranſumptationes eorundem fo-
liorum, vt ſupra factas pluſquam ſemiplenè
probat, adeo vt concurrentibus nedum validiſ-
ſimis probationibus inferius ſubnectendis, ſed
adminiculis, & coniecturis pleniſſimā fidē me-
reatur iuxtà theoricam *Caſtren. in l. quicumque
num. 10. verſ. ſed ſi de facto proprio C. de ſeru.
fugitiu.* quam ſequuntur *Farinac. de Teſt. quaſt.
63. num. 221.* Rot. *coram Celſ. deciſ. 312. num. 5.
& deciſ. 352. num. 2. & coram Bich. deciſ. 580.
nu. 6.* & in his terminis benè *Altograd. conſ. 24.
num. 19. lib. 1. & eadem* Rot. *coram Card. Cerro
dicta deciſ. 243. num. 14.* Præſertim cum dictus
20 Teſtis fuerit prælectus tanquam Peritus, &
Interpres iſtius Idiomatis Rot. *coram ſan. mem.
Alexandro VIII. deciſ. 151. nu. 9.* & agatur de
21 facto difficillime probationis ob ferè incogni-
tam in Vrbe Suetici Characteris peritiam, quo
caſu minoris ponderis probationes ſufficiunt,
vt notant Doctores *in l. primo §. fin. ff. de verb.
oblig. Moſcord. de probat. lib. 1. in præfat. quaſt.
21. num. 18.* Rot. *coram Card.* Cerr. *d. dec. 243.
num. 15.*

Primum autem adminiculum, ſeù potiùs ſu-
perlatiua probatio tam realitatis, quàm exi-
ſtentiæ dictarum ſchedularum penes Marchio-
nem inſurgit ex eius Confeſſione emiſſa in
Epiſtolis reſponſiuis Com. Leoni, in quarum
altera hæc habet -- *Sono prontiſſimo di fare in
ogni congiuntura, particolarmente in quella di far-
gli hauere le ſcritture, tante volte richieſtemi dal
Signor Conte di Vaſnò, non lo fò in queſto ordina-
rio, perche le medeſime ſcritture ſono conſeruate
in vna Caſſa ferrata nelle ſtanze di mio fratello,
al ritorno del quale, che ſarà fra pochi giorni le
farò riconoſcere, e l'inuiarò, ſuppongo ſempre,
che non ſijno ne poſſino eſſere di danno à queſt' Ere-
dità* -- Non releuante, quod in hac epiſtola
mentio ſpecifica non fiat de his ſcripturis, ſed
potiùs videatur de alijs fuiſſe ſubintellectum
ex vltimis verbis ſuppoſitiuis non obuenturi
præiudicij Regiæ hereditati; nam quod verè
Marchio diſſeruerit de ſcripturis controuerſis
reſultat ex relatione in eadem epiſtola habita
ad inſtantias deſuper factas à Comite de Va-
ſnò, quæ vt ex ipſius depoſitionis ſubſtantia de-
ſumitur ſecutæ ſolum apparent pro dictis ſcri-
pturis, & præſata verba epiſtolæ *Suppongo ſem-
pre, che non ſijno, ne poſſino eſſere di danno à que-
ſto Eredità* -- appoſita fuerunt cum præſuppoſito
Marchionis, quod Regiæ obligationes fuiſſent
ſatisfactæ, ſeù inexequibiles redditæ ob relata
aſſignamenta cum quadragenarij temporis
ſilentio circiter, aut ſaltem Comes acquieſce-
ret ipſius Marchionis requiſitioni, quod bona
hæreditaria Reginæ hic in Vrbe exiſtentia præ-
ſeruata remanerent ab huiuſmodi credito; Ne-
que minùs attento, quod epiſtolæ fuiſſent per
22 Marchionem ſubſcriptæ ſub fide eiuſdem Se-
cretarij, quin prius ipſarum tenorem ſciuerit, &
legerit, nam ex dicta ſubſcriptione contrarium
ſuadetur, & allegari non poteſt ignorantia
Angel. conſ. 400. nu. 1. Rot. *in recent. deciſ. 263.
num. 16. part. 4. tom. 2. & deciſ. 4. num. 14. par.
13 & in Peruſina repetitionis indebiti ſuper re-
miſſoria 2. Iun. ij 1692. in principio coram* R. P. D.
meo Priolo, ſed imò inſurgit totius tenoris ap-
23 probatio ex traditis per *Canoniſtas in cap. Poſt
ceſſionem de probat.* Rot. *coram Cauoler. deciſ. 83.
num. 6. coram Buratt. deciſ. 190 num. 2. coram
Merlin. dec. 302. n. 1. & in rec. dec. 185. n. 1. par. 5.*

Clariùs in hac facti ſpecie, quia licet Mar-
chio fuiſſet à noſtro Tribunali monitus ad
exhibendas litteras miſſiuas Com. Leonis ipſi
tranſmiſſas, vt faciliùs dignoſci potuiſſet, de
quibus ſcripturis intellexerit in Epiſtolis dicto
Comiti reſponſiuis, nihilominus ille, nec vnam
24 exhibuit, vt ex huiuſmodi occultatione, & re-
nitentia præſumendum profectò ſit, eaſdem
litteras miſſiuas fuiſſe requiſitorias harum ſcri-
pturarum, & quod verè Marchio in reſponſio-
nibus de illis intelligere voluerit, vt omiſſis ge-
neralibus ponderat in puncto Rot. *in Romana,
ſeu Neopolitana liberationis à moleſtijs 27. Fe-
bruarij 1690. §. Eò magis coram* Reuerendiſſimo
Mediolanen.

Prouenit ſecunda coniectura, ſeu adminicu-
lum ex quam pluribus bigliettis P. Marcheſij
mediatoris ſcriptis Comiti Leoni, ac dicto Ex-
cellentiſſimo D. Oratori Cæſareo, atque alijs
in quorum altero dicto D. Oratori tranſmiſſo
ſic refert -- *Gia ſi ſono ritrouate quella ſcritture
che V. Eccellenza deſideraua, e perche hoggi V. E.
è occupata, & io domani non poſſo laſciar la no-
ſtra Chieſa, hò penſato d'eſſere da V. E. Lunedì
mattina alle 16. hore con il Procuratore del Signor
25 Pompeo con le dette ſcritture* -- cuius mediatoris
dicto, quam valdè deſerri conſiderat *Rota
coram Celſo deciſ. 15. nu. 14. & deciſ. 263. nu. 7.
cum ſeqq. coram Bichio deciſ. 664. num. 3. & in
Caſalen- Penſionis 25. Iunij 1688. §. Qui aduer-
ſus coram Reuerendiſſimo Heruault.* Quin turbet
reſponſio, quod ſimiliter nominati biglietti ſint
generici nec ſpecificent qualitatem ſcriptura-
rum, ac P. Marcheſius Suetici idiomatis ſit
prorſus ignarus, vt de foliis controuerſis certio-
rare non potuerit antedictum D. Oratorem,
quoniam ex antecedentibus, & ſubſequentibus
facti circumſtantijs, & ſignanter ex proxima
ipſorum foliorū tranſumptatione in eius Cella
ſecuta, datur intelligi, quod ſcripturæ in bi-
gliettis genericè expreſſæ de controuerſis fuiſ-
ſent ſubintellectæ, & defectus Peritiæ talis idio-
matis in P. Marcheſio retractare eumdem non
valuit a certiorando D. Oratorem de illa-
rum repetitione cum inſtrui aliundè po-
tuerit.

Deſcendit tertium adminiculum, ex depoſi-
tione Laurentij germani fratris dicti Gandem-
blad in Suetico idiomate pariter periti, ac de
præmiſſa viſura, & recognitione ſcripturarum
tam in Palatio Cardinales Azzolini, quam ante
in Secretaria Suetica reginæ deponentis, qui li-

28 eſt ob eius abſentiam ad Vrbe formiter examinari non potuerit, eius tamen depoſitio validum præbet veritatis adminiculum. *Rota coram Verall. dec.208. num. 8. par.2. coram Buratt. deciſ.649. num.6. coram Bichio dec.12. num. 11. coram Card. Cerro dec.822. n. 9. & in rec. dec. 18. num.3. par.2.*

Quartum, & nimis vrgens adminiculum, ſeù probationem præbent alij Teſtes de tot actibus, ac recognitionibus, vt ſupra deponentes, qui tametſi ad ſenſum Marchionis deponant de auditu ab ipſo Gandemblad nihilo-
27 minus in pluribus ipſorum partibus deſeruire ſaltem pro adminiculo dubiumnon videtur *Rota in rec. deciſ. 340. num. 3. par.3. & coram Bich. dec.160. num. 2.* Præcipuè ponderatis, & depoſitione dicti Comitis de Vaſnò referentis de auditu ab eadem Regina ſtatim, ac legit propriarum obligationum folia, quæ ab eodem Comite ſibi conſignari curauit — *che lei credeua hauer baſtantemente ſodisfatto à queſta Caſa di Vlſelt doppo tanto tempo, che l'haueua tenuta in ſua protettione* — quod præſupponit narratas obligationes præexiſtere, ac præcedenti ipſius Comitis epiſtola ſcripta ad matrem Comitis Leonis, in qua refert Marchionem diſpoſuiſſe ad reſtitutionem ſcripturarum ſub conditione tamen declarationis per eam faciendæ, nihil prætendere ab ipſo ſiuè bonis, ac mobilibus hæreditarijs Reginæ hìc in Vrbe, quod etiam veritatem facti coadiuuat, cum non ſitpræſumendum d. Teſtem nobilitate pollentem oſcitanter hanc epiſtolam tranſmittere voluiſſe.

Superadditur quintum adminiculum ex innumeris diligentijs in Regia Secretaria Sueticæ adhibitis, mediante opera ipſiusGandembland pro reperiendis documentis, & Iuribus aptis ad repellendumC om. Leonem vſque ad d. confectionem apocæ obligatoriæ, ſeù Pagarò in eximia ſumma ſcut.3000. fauore eiuſdem Gandemblad, quod enim oſtendit realitatem, & præexiſtentiam huiuſmodi ſcripturarum, nam alias fatuus fuiſſet Marchio, ſi tam conſidera-
28 bilem ſummam abſque Cauſa promittere voluiſſet pro obtinendis defenſionibus, quod credendum non eſt vulgata *l. de indebito ff. de probat. Rota coram Gregor. dec.245. num.6. coram Bieb. dec.556.n.5. & in rec. dec.213.n.23.par.6.*

Sextum tande adnectitur adminiculum deſumptum ex eo, quod Marchio nedum negligie exhibere litteras miſſiuas Com. Leonis, ſed nec minimum folium Suetico charactere conſcriptum, de quo intellexerint, tàm ipſe ſcribens Co. Leoni in eius epiſtolis, quàm P. Marcheſius in ſuis biglietiis, & ſuper quo inſpicere potuerint alij Teſtes ſubſcriptionem, ac ſigillum Reginę ab ipſis depoſita atque viſa in narratis recognitionibus, itaut ex huiuſmodi
29 negligētia, & occultatione maxima veriſimilitudo, & Indicium inſurgat pro exiſtentia ſcripturarum, de quibus eſt quæſtio, nam aliàs Marchio exhibere illas non renuiſſet, vt conſiderat *Rota in romana Cenſus prima Decembris §. Sed fortiùs & 9. Iunij 1690. §. Quia quidquid coram bon. me. Benincaſa, & 4. Iunij 1692. §. Sed eamdem corā me, & in Romana pecuniaria 19. Ian. 1691. § Eiuſdē generis corā R.P.D. meo Vrſino & in Romana Multiplicorum 17. Aprilis 1693. §. Poſthabita, & 19. Iunij eiuſdem anni §. Cumque coram R. P. D. meo Caprara.*

Vindicata igitur ab ex ceptionibus præexi-
30 ſtentia ſchedularum penes Marchionem, incaſſum opponitur illam non probari de tempore motæ litis obuentę de menſe Aprilis 1692 prout requiri ad effectum obtinendi exhibitionem firmauit *Rot. coram Gregor. dec. 199. n.2. coram Merlin. dec.569.n.6. in Romana, ſeù Eugubina pecuniaria 3. Martij 1685. §. multoque minus corā bo.me. Roudin. & in Romana reddition. rationis 4. Martij 1689. §.1. corā eod.* Quoniā vel huiſmodi exiſtentia de hoc præciſo tempore probata dici debet dū de illa in ſpecie deponit dictusGandēblad in eius examine; in quo inſuper aſſerit has ſcripturas vidiſſe penes Marchionem etiā poſt motam litem, dictumque tempus percutiune aliqui ex biglietiis P. Marcheſij, nempe ſcripti de menſibus Februarij, Aprilis, Maij, & Septembris 1692. ac tranſumptatio ſæpè dd. ſche-
31 dularum in Cella eiuſdem P. Marcheſij per acta de menſe Ianuarij 1692. & ſic per duos menſes circiter ante motam litem, quæ ſufficit tanquam huic tempori proxima per ea, quę aduertit *Ridolphin. in eius prax. lib.2. cap.3. num. 35. & Rot. in recent. deciſ. 225. num. 3. cum ſeqq. par.6.* ac etiam dicta apoca obligatoria, ſeù Pagarò ſc. 3000. fauore Gandemblad pro obtinendis defenſionibus vti facta de menſe Iunij
32 dicti anni, quibus etiam probationibus, & circumſtantijs tamquam ad vnicum finem tendentibus inter ſe coninnctim acceptis, prout fieri debet ſignanter in hac materia difficilis probationis ad *Text. in l. 3. §. Eiuſdem verſ. non vtique ff. de Teſtibuc Rot. coram Coccin. deciſ. 1130. num.3. coram Dunoz. Sen. deciſ. 56. num.9. coram Card. Cerr. dicta deciſ. 243. num. 12. & ſeq. & in recent. deciſ. 538. num. 24. par. 18.* ſeu adminiculantibus ſpecificam depoſitionem pręcitati Gandemblad, hęſirandum non venit præfectam probationem exiſtentiæ concludere etiam de hoc tempore iuxta ſuperiùs animaduerſa atque firmata.

Aut ſaltem tam pręciſa probatio non requiritur in hypoteſi, tum ex eo, quod exiſtentia fuerit ab ipſo Marchione confeſſa, & promiſſa reſtitutio ſcripturarum in narrata epiſtola, quàm ex quo illarum conſignatio obtenta fuerit per Reginam Regio iuſſu à Comite Vaſnò
33 Teſtamentario Executore, & ità ſpoliatiuo modo hæreditatis Com. Chriſtiani paulò ante defuncti, ad quem pertinebant, vt diſponitur *in l. Inſtrumenta 6. C. ad exhibendum* & notat *Caſtren. in l.2. num.7. C. de Teſtam. Soccin. Sen. de reg. Iur. litt. E. in 7. limitat.* Adeout cum rationi
34 iſtius ſpolij, ac malæ fidei eas cuſtodire, & conſeruare ſpolians teneretur fauore Creditoris hæredum, quandocumque exinde compelli poteſt ad exhibendum ex his, quæ per *Tex. in l. ſi Creditor C. de pignor. act.* concludunt

Tra-

Practic. Ridolph. *in dicta par. 2. cap.3. num.38.*
Ferentill.ad Buratt. deciſ. 278. *num.* 12. *in fin.*
verſ. item non procedit in eo,qui habuit ſcripturam
& Rot. coram Coccin. *deciſ.* 63. *ſub.num.*3. & ge-
35 neraliter quod conſeruare adſtrictus excipere
non poſſit de hoc tempore motæ litis idem
Ridolphin.dicto cap.3. num.36. & ſeqq. Add. ad
Gregor. dec. 129. *num.* 9. cum alijs penes *Rot.*
*coram Cerr. dicta dec.*243. *num.*21. vbi Concor-
dantes

Denique vim, & efficaciam præmiſſarum
probationum deſtruere in nihilo videtur Iura-
mentum Marchionis in limine reſolutionis
Cauſę præſtitum ſcripturas, de quibus agitur
non habere, neque dolo deſijſſe habere, ad
formam *Text.in l.fin.§. Sed quis C.de fid.Inſtrum.*
nam hic agitur de cauſa grauiſſima maximi
36 intereſſe, & ab aliqua ſuſpicione non immuni,
quo enim caſu tale Iuramentum non attendi-
tur licèt iurans nobilitate, & honeſtate cętero-
quin polleat iuxtà diſtinctionem factam per
Gratian. diſcept. 262. *num.*31. *cum ſeq. Ridolph.*
*in prax. par.*2. *cap.* 3. *num.* 58. *Vrſell. concl.* 61.
num. 9. *Add. ad Buratt. deciſ.* 260. *numer.*11.
& 12. *Rot. poſt ſecundum vol. conſil. Farin.*
*dec.*278. *num.*7. *&* 8. quæ eſt *Canaler. dec.* 83.
num. 7. *&* 9. vbi de ſimili Iuramento Equitis,
& Baronis Hiſpani, *& coram Card.Cerr.dec.*243.
num. 19. vbi de alio Marchionis Francipani;
& penes *Marant. reſp.* 40. *num.* 13. *par.*3.
Potiſſimè cum exiſtentia fuerit ab ipſo Mar-
chione, vt ſupra confeſſa: nam tunc Iuramentū
37 contra propriam confeſſionem in conſidera-
tione non habetur per ea, quæ firmat *Caſtill.*
*contr. Iur. lib.*8. *cap.*20. *num.* 37. *§. Exiſtentia,*
*& Rot. penes Marant. vbi ſupra num.*2.

Et ita Dominis omnibus ſuffragantibus poſt ſecū-
dam Cauſę propoſitionem reſolutum fuit Par-
tibus acerrimè in vtraque informantibus.

R. P. D. CAPRARA.

Romana, ſeu Florentina Commendæ.

Lunæ 5. Iulij 1694.

A R G V M E N T V M.

Commendæ fundatio à teſtatore demandata eſt
omnibus viribus curanda, adeundo miniſtros
ad id deputatos. Impeditus quando quis di-
catur, vt liberetur ab onere iniuncto.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ex reuolutione acto-*
rum.
2 *Reſtitutio in integrum denegatur, vbi non adeſt*
læſio.
3 *Religioni militari quæritur ius pro erectione*
commendæ, vbi teſtator pro illa certa bona
deſtinauit.
4 *Conditio impoſſibilis habetur pro non adiecta.*
5 *Vnius teſtis, etſi nobilis dictum non ſufficit.*
6 *Officiali non creditur niſi de re ſpectante ad pro-*
prium officium.
7 *Impedimentum remouere debens, tenetur omnes*
vires adhibere.
8 *Commendam erigere debens tenetur inſtare coram*
miniſtris ad id deputatis, antequam abſolua-
tur ab hoc onere.
9 *Impeditus non liberatur ab onere iniuncto, niſi*
adhibeat omnes poſſibiles diligentias.
10 *Poſſibilitas contraria excludit probationem.*
11 *In* Religione *D. Stephani generoſa nobilitas*
probari debet ab ijs, qui per viam iuſtitiæ
ad illam admitti petunt.
12 *Non autem à fundatoribus Commendarum.*
13 *Impoſſibile reputatur quod pendet à libera vo-*
luntate Principis.
14 *Commendæ erectio fieri debet iuxta formam à te-*
ſtatore præſcriptam.

DECISIO XLIV.

POſtquam Religio militaris Equitum S.Ste-
phani ex tribus Rotalibus ſententijs à
clar. mem. Cardinali Matthæio, & Reueren-
diſſimo Decano, ac bon. mem. Rondinino
prolatis, immiſſionem obtinuerat ad ſexaginta
loca montium, quæ ad formam codicillorum
Albani Ferragalli deſtinata fuerant per iſtius
hæredem pro erectione vnius Commendæ in
eadem Religione pro familia, & domo de
Ferragallis, & quæ executioni fuit demandata
per actualem poſſeſſionem Religionis in locis
montium prædictis, & ſucceſſiuam erectionem
Commendæ, eiuſque collationem Equiti Tho-
mę Magnano, Signatura Iuſtitiæ iterum mihi
commiſit cauſam appellationis, ad cuius nor-
mam propoſito per me dubio — *An conſtaret*
de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in
integrum. Domini dixerunt conſtare de re iu-
dicata, non tamen abſolutè, ſed cum modo
inferius explicando.

1 Ex reuolutione Actorum vulgata *deciſ.* 206.
coram Caputaq. non fuit dubitatum de validi-
tate ſententiarum, nec de iuſtitia ex quinque
decisionibus in prędictis inſtantijs emanatis,
2 ex quibus excluditur prætenſa læſio, qua ſemo-
ta reſtitutio in integrum denegatur *Abbas in*
cap. ex litteris de reſtit. in integrum Rot. deciſ.
365. *num.*5. *par.* 18. *& deciſ.*33. *num.*2. *par.* 19.

Clara enim ſemper fuit habita Albani vo-
luntas ſuper eo, quod ex ſc. 6000. detrahen-
dis ab eius hæreditate erigeretur Commenda,
quæ ſemper, & in perpetuum ſtare deberet in
domo, & familia de Ferragallis, qua ſtante
3 ius quęſitum fuit Religioni pro illius erectio-
ne, ita vt neglecto implemento voluntatis co-
dicillantis, immiſſio ad prędicta loca mon-
tium concedi debuerit eidem Religioni, cui
tam ex proprijs ſtatutis, quam ex iuris com-
munis diſpoſitione, fuit quæſitum ius irreuo-
cabiliter, vt optimè firmant omnes decisiones
in prioribus inſtantijs emanatæ, & præcipuè
prima coram Cardinali Matthæio 28. *Aprilis* 1679

§. Ar-

Digitized by Google

§. Arridet, & ſecunda 19. Ianuarij 1680. §. 1. coram eodem.

Nec releuat, quod conſiderato per codicil-
lantem caſu non erectionis Commendæ ex
quolibet impedimento, ſpecialiter diſpoſuerit,
quod tunc ſc. 6000. remanere deberent ad be-
neficium Domus, & familię Ferragallię, atque
ideo ob denegatam à Sereniſſimo M. Magiſtro
licentiam deueniendi ad erectionem Com-
mendæ, vt prætendebatur, euenerit caſus ſuc-
4 ceſſionis perſonæ per teſtatorem ad Commen-
dam erigendam vocatæ, & fuerit aperta ſub-
ſtitutio perſonæ de domo, & familia *ad Text.
in l. ſi quis ita ff. de condit. inſtit. Card. de Luc. de
fideicom. diſcurſ. 155. per tot. Rota decif. 107.
num. 6. & 7. & decif. 84. num. 38. par. 13. rec.*

Nam de aſs. impedimento erectionis Com-
mendę per Sereniſſimum Magnum Ducem, &
Magiſtrum interpoſito non conſticit ſufficien-
ter ex epiſtola Com. Marij de Carpineo, quæ
ſupponitur reſponſiua Antonio Ferragallo, qui
eum requiſiuerat, vt ſupplices preces Magno
Magiſtro eius nomine porrigeret pro erectio-
ne Commendæ, licet referat ibi — *ne hò parlato
à S. A. Sereniſſima con ſupplicarlo della gratia,
e ne haurei data ſupplica per l'erettione, ma con
mia ammirazione hò hauuto vna negatiua, che
mi ha laſciato confuſo*; Cum ad ſummum ha-
5 beat vim dicti vnius teſtis, quod etſi fuerit ve-
re nobilis viri, non fuit ſufficiens ex *Text. in
cap. veniens il primo in fin. cap. licet, & iuris iu-
randi de teſtib.* vt conſideratum fuit *in decif. bo.
me Rondinini 2. Maij 1682. §. Quatenus*, & teſti-
monium ipſius vere non fuit circa concernen-
tia proprium officium, dum illud erat reſtri-
ctum ad Pręfecturam Palatij clar. mem. Card.
Caroli Medicei Sac. Collegij Decani, Patrui
ipſius Magni Ducis, & Magiſtri Religionis,
6 vnde res ab eodem acta fuit nomine ſupplicis
poſtulatoris, & ſic vis ex epiſtola elicita frige-
ſcit *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 83.
num. 20. Rota decif. 231. num. 10. par. 15. & decif.
277. num. 2. par. 16. recent.* & ad ſummum con-
cluderet, primas preces fuiſſe perfunctoriè
porrectas Magno Magiſtro, cum tamen ad
7 demonſtrandam impedimenti difficultatem,
& aperiendam viam ſucceſſionis liberæ familiæ
Ferragallæ opus fuiſſet inſtanter, & inſtantiùs
preces renouare, vt in ſimilibus *Rub. in defenſ.
vedinino cap. 3. Rota coram Alexand. VIII. in
dec. 11. num. 11.* quam ſequitur deciſio *ſub die
2. Maij 1682. coram bon. mem. Rondinino §. Ta-
le autem.*

Fuit enim conſideratum, quod hæc ſimplex
requiſitio non fuit ſufficiens non tantum quo-
ad modum, ſed nec etiam quo ad locum, quia
8 inſtantiæ ab Antonio prius porrigi debuiſſent
D. Auditori Religionis ad hęc ſpecialiter de-
putato, alijſque miniſtris iuxta praxim in
erectione harum Commendarum ſeruari ſoli-
tam, coram quibus Antonius debuiſſet omnem
poſſibilem diligentiam adhibere pro erectione
Commendæ, antequam declararetur abſolutus
ab hoc onere, vt in terminis obligati ad ere-
ctionem maioratus tradit *Mieres de maioratu
par. 4. quæſt. 40. num. 57. Caſtill. controu. iur. lib.
5. cap. 7. num. 22. & ſeqq.* & regulare eſt, quod
9 impeditus non liberetur ab onere iniuncto, ni-
ſi adhibeat omnes poſſibiles diligentias *Alto-
grad. conſil. 45. num. 23. lib. 2. Gayll. obſeruat. 143.
nu. 3. verſ. nec ſufficit lib. 1. Rota coram Alexand.
VIII. d. decif. 11. num. 12. cum alijs in decif. 743. in
fine coram Buratto ibique Adden. litt. B.* quas
prædicta epiſtola non exhibuit, ignorumque
eſt, an potuerint eſſe ſufficientes, cum ibi nul-
las cauſas expreſſerit, itaut tunc non potuerit
dignoſci fundamentum denegationis licentiæ
ad effectum indagandi, an ſupereſſet alia via
10 pro remotione impedimenti erectionis Com-
mendę appoſiti, vt requirebatur ex deductis à
*Decio conſil. 37. ſub num. 9. verſic. Præterea Card.
de Luc. de benef. diſcurſ. 8. num. 8. & de alienat. di-
ſcurſ. 36. num. 9. Rota coram Greg. decif. 353. nu.
2. & coram Buratto decif. 948. num. 3. & coram
Celſo dec. 161. num. 3.*

Minuſque impedimenti probatio deſumi
poteſt à qualitate, ſeu conditione familiæ Fer-
ragalliæ, quæ tamquam noua non poſſet ad-
mitti ad dignitatem Commendę Equeſtris Or-
dinis S. Stefani requirentis generoſam nobi-
litatem, quia quicquid ſit de maioribus Anto-
nij Ferragallij, certum fuit ipſum in ſua Patria
honorificos gradus conſecutum fuiſſe, vt ex at-
teſtatione Secretarij Communitatis Brittone-
11 rienſis, quod ſatis fuit ad remotionem obie-
cti, dum generoſa nobilitas ex pręſcripto Sta-
tutorum in hoc ampliſſimo Ordine cum ſuc-
ceſſionibus, & continuatis deſcendentijs per
tot gradus nobilitatis requiritur tantum in
illis, qui per Iuſtitiæ viam hoc habitu militari,
& Cruce inſigniri poſtulant ex deductis à *Fran-
ciſco Anſaldo conſil. 138. num. 172. & num. 176.*
12 nec extenditur ad alios, qui per viam extraor-
dinariam erectionis Commendæ gratioſam
admiſſionem poſtulantes ex indulto Sereniſſi-
mi Magni Magiſtri remiſſo probationum no-
bilitatis rigore, petunt admitti ex diſpoſitione
Statuti eiuſdem Ordinis ex *cap. 9. de fundatori-
bus commendarum Patronatus* relat. *in Summario
Religionis num. 9.* & refert *Anſald. d. conſil. 138.*

Nec releuat quod admiſſio vti pendens to-
13 taliter à libera Magni Magiſtri voluntate pro
impoſſibili haberetur reſpectu Antonij, ita vt
liberetur ab obligatione ſupplicationes reno-
uandi per *Text. in l. apud Iulianum 5. Conſtat ff.
de legat. 1. Caſtill. controu. iur. lib. 3. cap. 7. ſnu. 44.
Andreol. controu. 215. num. 12. Rota coram Coc-
cin. decif. 2222. num. 29.* Quia hęc aſſerta im-
poſſibilitas ceſſat ex facto, dum admiſſio ad
Commendæ erectionem cum diſpenſatione
probationum erat de ſolitis concedi à Magno
Magiſtro prout fuit poſt triginta annos ex fa-
cto admiſſa in perſonam Thomæ Magnaui cum
diſpenſatione nobilitatis, *vt in Summar. Ioſe-
phi num. 9.*

Fuit itaque apud DD. inconcuſſum, quod
14 erectio Commendæ debuerit fieri, ſed retenta
forma præciſa per Albanum Ferragallium pręſcrip-

Digitized by Google

ſcripta, prout erat iuri conſentaneum iuxta *Text. in l. in conditionibus ff. de condit.* & fuit dictum *in Romana multiplici 18. Iunij 1693. §. Cum enim coram me*; Et cum Dominis non ſatis conſtiterit, An de tempore erectionis ſupereſſet adhuc aliquis ex prędilectis à codicillante, in quorum beneficium erat ordinata erectio Commendę, quæ ſemper, & in perpetuum remanere debebat in Domo, & familia de Ferragallis, Hinc exiſtimarunt, temperandum rigorem rei iudicatæ quo ad erectionem Commendę, itaut contendentibus ad Commendam via non pręcludatur, An & quis eorum ex diſpoſitione Teſtatoris nunc debuerit præferri.

Et ita deciſum fuit inclita Religione S. Stephani, & Equite Magnano, ac Ioſepho de Comitibus informantibus &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1694.

ARGVMENTVM.

Obligatum ad aliquid faciendum, nec adimplentem, ad intereſſe eſſe condemnandum deciditur, abſque eo quod ſit locus purgationi morę, poſtquam lis fuit conteſtata.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum non adimplens cogitur ad intereſſe, & num. 4.*

2 *Obligatus facere intra certum tempus non liberatur faciens illo elapſo.*

3 *Cedens creditum cum obligatione agendi, & conſummandi executionem non liberatur ex ſola expeditione mandati.*

5 *Mandatum iuſtum eſt exequendum.*

6 *Obligatus ad factum poteſt cogi tantum grauatorie, quouſque adimpleat.*

Intellige id procedere ſolum in iudicio facti tranſeuntis, non autem facti permanentis, & ſucceſſiui num. 8.

7 *Diſcretiua oratio operatur, quod conſultò tacitum quid fuerit.*

Illa tamen non operatur, vbi verba ſunt clara num. 9.

10 *Obligatio ad factum committitur, non impleto facto.*

11 *Inuentarium probat contra conficientes, non contra tertios.*

12 *Solutio facta non fuiſſet ab eo, qui rem promiſſum non recepiſſet.*

13 *Promiſſio facti eſt indiuidua.*

14 *Obligatus ad factum non liberatur implemento partis.*

15 *Purgatio morę poſt litem conteſtatam ſuper intereſſe nunquam admittitur.*

16 *Et obligatus poteſt præcisè ad factum, vel ad intereſſe condemnari.*

DECISIO XLV.

REV. P. D. Ranuccius, & alij Fratres Comites de Marſciano, vt liti iam diù agitatę in hoc noſtro Auditorio inter ipſos Fratres, & Comitiſſam Dorotheam Eleonoram de Marſciano matrem Com. Iulij, & fratrum de Buſſis, tam ſuper fideicommiſſo Alberti, quàm ſuper hereditate Com. Antonij Franciſci vtriuſque de Balleonibus, vltimam manum imponerent, die 7. Iulij 1691. Concordiam iniuerunt, cum prædictis Com. Iulio, & fratribus de Buſſis, in qua inter cętera conuentum fuit per iſtos ſoluenda eſſe Fratribus de Marſciano ſc. 5. mil. videlicet ſc. 3900. in pecunia numerata, ſuper quibus nulla adeſt controuerſia; & pro remanentibus ſc. 1100. Fratres de Buſſis ſe obligarunt aſſignare vnum creditum ſc. 800. contra Innocentium Galeonum, & alterum ſc. 300. contra Communitates Volſinij, Criptarum, Gradularum, locorumque vicinorum cum declaratione per hęc verba; *Che li Signori Buſſi habbino l'aſſunto di far le diligenze fra vn' anno da oggi proſſimo per l' eſattione de' medemi crediti ſino alla ſpeditione de' mandati, & eſecutione conſumata, e perfetta di eſſi, e debbano mantenere detti crediti non ſolo veri, e ſuſſiſtenti ſino alla ſomma di ſcudi 1100. come ſi è detto di ſopra, mà ancora eſigibili &c.* & vt latius in dicta concordia, *Summ.* Fratrum de Marſciano *n. 1.*

Elapſis duobus annis, & vltra, neque adimpleto ex parte fratrum de Buſſis prædicto pacto tam ſuper excuſſione nominum debitorum tempore præfinito facta, illorumque conſummata executione, quam ſuper realitate, & exiſtentia creditorum ceſſorum, vt prætendebant fratres de Marſcianis inſtiterunt iſti coram A. C. & ab eo reportarunt mandatum ad factum, pro adimplemento, & loco facti executiuum, à quo reclamantibus Fratribus de Buſſis, *iſti* reportarunt à Signatura Iuſtitiæ mihi cauſam appellationis committi in deuolutiuo tantum quoad ſc. 550. & quoad alias ſc. 550. ad vtrumque effectum; Vndè dedi dubium, an mandatum A. C. eſſet exequendum, & conſulti Domini affirmatiuè reſponderunt.

Iuſtitia enim mandati, cuius validitas inter partes non controuertebatur, ex eo viſa fuit reſultare, quod cum Fratres de Buſſis promiſerint infrà annum Debitores ceſſos pulſare vſque ad plenã mandati conſummationem, & in hoc defecerint, clara apparuit actio illorum
1 de Marſciano cogendi Buſſios ad implementum, ſeu ad factum, & loco illius ad intereſſe *l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. l. Promiſſis C. de Tranſact. Rot. dec. 1008. num. 1. cor. Dunozett. & deciſ. 600. num. 8. par. 18. & dec. 207. num. 1. par. 19. rec.*

Adimplementi verò deficientia Incontrouertibilis erat; Nam licèt Fratres de Buſſis manda-
2 tum contra Galeonum obtinuerint 13. Octobris, & 19. Nouembris 1692. eorum *Sum. n. 3.* vltrà quod hoc non ſufficiebat, eo quia fuerat

actum

actum poſt annum conuentum, & conſequen-
ter poſtquam iam erant conſtituti in mora, &
nata actio ad intereſſe, *Honded conſ.* 50. *n.* 5. *lib.*
1, *Sperell. deciſ.* 107. *n.* 21. *Adden. ad Buratt. dec.*
64. *num.* 25. adhùc ſola mandati expeditio,
3 quatenùs etiam fuiſſet intra tempus conuen-
tum ſecuta, non importat verum implemen-
tum, pro quo, vt in *Sum.* de Marſcianis *n.* 1.
vltra expeditionem mandati requirebatur il-
lius integra, perfecta, & conſummata executio
Rot. deciſ. 393. *num.* 5. *par.* 19. *rec.* De qua cum
neque in præſenti doceant Fratres de Buſſis,
idcò, ſtante d. deficientia, benè potuerunt
4 agere Fratres de Marſciano ad intereſſe, quod
loco facti promiſſi, & non impleti ſuccedit
Rot. poſt Zacch. de obl. Camer. *dec.* 262. *n.* 9. &
10. *Fontanell. dec.* 204. *n.* 4. & 5. & mandatum ab
5 eis obtentum tanquam iuſtū executioni deman-
dandum venit *Rot. dec.* 752. *num.* 2. *par.* 18. &
dec. 182. *num.* 1. *par.* 19. *rec.*

Non releuante, quod cum Fratres de Buſſis
ſe obligauerint tātummodò facere diligentias,
neque promiſerint de proprio, aut damna
6 præſtare, cum ſolita clauſula *ità quod* &c. hinc
ſolum teneantur facere diligentias, ſeu preſta-
re expenſas pro diligentijs faciendis, itaut con-
tra ipſos ſolummodo Grauatoria poſſet rela-
xari, quoſque adimpleuerint, ex *deciſ.* 468.
num. 21. *coram Bich.* & *deciſ.* 696. *num.* 9. *par.* 18.
rec.

Præcipuè cum d. clauſula, *ita quod*, vbi fuit
7 volita, in eadem Concordia legitur expreſſa,
vndè vbi non fuit expreſſa, dicendum ſit con-
ſulto de voluntate Partium omiſſa ex nota
vi diſcretiuæ locutionis de qua *in cap. ad Au-
dientiam de Decim.* Rota coram Coccino *dec.* 2121.
n. 143.

Quia modus procedendi per viam grauato-
riæ contra obligatum ad aliquod faciendum,
8 habet ſolummodo locum In iudicio facti tran-
ſeuntis, non autem quando factum eſt perma-
nens, & ſucceſſiuum, vt in præſenti, in quo
cum Fratres de Buſſis ſe obligauerint per con-
ſummatam executionem intrà ſtatutum tem-
pus Debitores ceſſos excutere, non ſufficit quod
illos moleſtare cæperint, ad effectum conſe-
quendi ſolutionem, ſed vſque ad conſum-
matam executionem illos excutere debent,
quod cum non fecerint, non poteſt dici adim-
pleuiſſe Rot. *deciſ.* 131. *num.* 19. & 28. *cor.*
Alex. VIII. & *deciſ.* 393. *num.* 5. *par.* 19.
rec.

Neque viſa fuit illis ſuffragari vis diſcretiuę
9 deducta, ex defectu clauſulæ, *ità quod*, quia
clara exiſtente conuentione, & ipſorum obli-
gatione parum releuare poterat vis huiuſmodi
diſcretiuæ, ad effectum illos liberandi ab actio-
10 ne de ſui natura promanante ab obligatione
faciendi, quo caſu abſque alijs pactis, aut co-
niecturis ſufficit ſimpliciter non fuiſſe adim-
pletum, *Bart. in d. l. ſtipulat. non diuiduntur quæſt.*
6. *num.* 33. *ff. de verb. oblig. Rot. coram Buratt. de-
ciſ.* 808. *num.* 8. & *poſt Zacch. de oblig. Camer.*
deciſ. 262. *num.* 9. & 10.

In adimplementum verò obiectum illis de
Marſcianis, conſignationis nempè ſcriptura-
rum, ex facto apparuit non ſubſiſtere, dum pro-
batur fuiſſe conſignatas eorum *Summar. nu.* 18.
quod verò aliæ vltra conſignatas adeſſent, non
viſum fuit probari per particulam Inuentarij
11 confecti à Comitiſſa Eleonora, quia vltra
quod illud non eſt in actis, probaret quidem
contra conficientem, non autem contra Acto-
res, qui ſunt Tertij per *text. in l. fin. C. de arbitr.
tutel. Grat. diſcept. top.* 767. *num.* 65. Rot. *dec.* 259.
nu. 2. *par.* 17. *rec.*

Prout etiam non potuit comprehendi, quo-
modo fratres de Buſſis velint illos de Marſcia-
nis redarguere de non implemento conſigna-
tionis ſcripturarum, quæ fieri debebat in actu
ſubſcriptionis Apocę, quando hæc non ſolum
ſubſcripta fuit, ſed inſuper tot diuerſis ſolutio-
nibus executioni demandata, abſque eo quod
fuerit, vel minima requiſitio facta pro d. con-
12 ſignatione, ex quo clara apparuit irrelenantia
huiuſmodi exceptionis, dum tot ſolutiones non
feciſſent Fratres de Buſſis, ſi ſcripturæ promiſſę
ipſis non fuiſſent conſignatæ *Caſtren. conſ.* 108.
num. 1. *lib.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt*
182. *num.* 9.

Nec demum diligentiæ vltimo loco factæ
contra aliquos ex debitoribus ceſſis, fratres de
Buſſis liberare valent ab huiuſmodi mandato;
Cum enim ſecutæ non fuerint intrà tempus in
tranſactione conuentum, contra omnes debi-
tores ceſſos, & vſque ad conſummatam execu-
13 tionem mandatorum, habitę fuerunt pro in-
ſufficientibus, agebatur enim de promiſſione
facti, quæ cum ſit de ſui natura indiuidua ad
text. in l. in execut. §. *item ſi ita ff. de verb. oblig.*
Gomez. var. reſol. tom. 2. *cap.* 10. *nu.* 25. *Grat. di-
ſcept. cap.* 641. *num.* 24. Niſi in totum fuerit exe-
14 cutioni demandata obligatus ad illud præſtā-
dum non liberatur, *Rota deciſ.* 121. *num.* 28. *co-
ram Alex. VIII.*

Quo vero ad prętenſam purgationem morę,
cuius beneficio iuuari credebant dd. Fratres
de Buſſis, petentes ad illam admitti ſaltem ex
æquitate canonica ex *dec.* 232. *num.* 3. *coram
Verall. par.* 2.

Placuit reſponſio, quod purgationi moræ,
15 poſt litem conteſtatam ſuper intereſſe num-
quam eſt locus ex *text. ſatis claro in d. l. ſi inſu-
lam* ibi: *Quod ſi litem iam conteſtatus ſim, nihil
prodeſſe tibi ſi ædifices, ff. de verb. obligat. Mon-
ter. deciſ. Aragonen.* 48. *num.* 13. vbi quod licet
Debitor ante litem conteſtatam moram pur-
gare poſſit, & rem dare, vel factum præſtare,
poſt verò litem conteſtatam, obligatio ad æſti-
mationem ſuccedit; Ideoque moram purgare
16 non poteſt, ſed præcisè prout Actor maluerit
poterit, vel ad factum, vel ad intereſſe condem-
nati, & *Rota deciſ.* 88. *num.* 3. *par.* 17. *rec.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MVTO.

Romana Dotis, & Fructuum.

Lunæ 5. Iulij 1695.

ARGVMENTVM.

Dotis fructus debentur, etiam abſque interpellatione, vbi illa promiſſa fuit correſpectiuè ad renunciationem ſucceſſionis, quæ ad dotatam poterat deuenire.

SVMMARIVM.

1 Ex *promiſſor facti aleini ratione priuilegij dotis ad obligationis implementum tenetur.*

2 *Bona defuncti in heredes obuenta, heredum hypothecis ſubduntur.*

3 *Fœmina non excludebatur per ſtatutum a ſucceſſione Clerici.*

4 *Fructus dotis debentur etiam non facta interpellatione, vbi dotans renunciauit ſucceſſioni correſpectiuè ad ipſam dotem, & num. ſeq.*

5 *Quia dos videtur permutata, ſeu ſubrogata loco ſucceſſionis.*

6 *Dotis filia renuncianti à patre promiſſa fructus debentur, licet adhuc legitima non debeatur.*

7 Renunciatarius *non debet gaudere commodo ſucceſſionis, dum non vult ſubire incommodum, quod renuncians gaudeat effectu renunciationi correſpectiuo.*

8 Correſpectiuus *contractus eſt inſeparabilis.*

9 *Dos correſpectiuè conſtituta ad renunciationem ſucceſſionum deferendarum eſt præuentiua illarum ſolutio.*

10 *Hæreditas renunciata ſtatim ac defertur, præſumitur in eodem inſtanti per renunciantem adita, & ab ipſo in renunciatarios tranſlata.*

11 Renunciatio *facta cum clauſulis translationem, & ceſſionem importantibus dicitur tranſlatiua.*

12 *Etſi facta fuerit de hæreditate deferenda.*

13 *Preſertim cum eſt facta correſpectiue ad dotem promiſſam.*

14 *Teſtatoris Clerici clara voluntas deſideratur, quod voluerit in ſui ſucceſſione ſe vniformare cum Statuto Vrbis.*

Potiſſimum vbi decedit inteſtatus, quia tunc potius præſumi debet ſe vniformare cum diſpoſitione iuris num. 16.

15 Relatio *ad vnam partem ſtatuti non operatur generalem relationem ad totum Statutum.*

17 *Prima ſolutio cedit in ſatisfactionem debiti anterioris, tanquam durioris.*

18 *Ad dotem ſuccedentem in partem loco legitimæ, & ſic fructiferæ referri debet ſecuta fructuum exactio, non ad partem infructiferam.*

DECISIO XLVI.

CLar. mem. Cardinalis Martius Ginnettus nomine R. P. D. Ioannis Franciſci poſtmodum ad Cardinalatus apicem pariter euecti R. P. D. Ioannis Pauli, & Marchionis Martij Nepotum anno 1659. priuata prius, & deindè ſolemni ſtipulatione promiſit, atque aſſignauit dotem ſcut. 17. mil. certis temporibus, ac formis ſoluendam Lauræ alteri Nepti, & reſpectiuè Sorori in matrimonium cum Fabio de Maximis copulatæ, reportata ab eadem promiſſione ampliſſima renunciationis omnibus, & quibuſcumque hæreditatibus, & ſucceſſionibus tam paternis, ac maternis, quàm Auitis, Patruorũ, & Fratrum, prout ad illam intuitu receptæ dotis incontinenti deuenit. Diſſoluto autem de anno 1682. marimonio per obitum Lauræ, Domina Marchioniſſa Iulia filia, & hæres relicta per plures annos portionis reſidualis eiuſdem dotis adhùc non ſolutæ fructus exegit à dictis DD. de Ginnettis Patruis, ac vltimo loco, & de anno 1691: ad computum tam ſortis, quàm fructuum recepit ſummam ſc. 1520. 45. in quodam prunario argenteo, ſed renuentibus deinde eiſdem Patruis tam fructus, quàm complementum ſortis perſoluere, coacta fuit nominata Marchioniſſa iudicium deſuper inchoare coram A. C. à quo fauorabile mandatum reportauit pro ſc. 4979. 55. reſidualibus ſortis contra bona hæreditaria memorati Cardinalis Martij, aduerſus quod commiſſa per Signaturam Iuſtitiæ cauſa bo. me. Benincaſæ cum clauſula -- *Si quid exequendum* -- coram eodem propoſitum fuit ſub die 15. Martij præteriti dubium -- *An mandatum A. C. pro antedicta ſorte ſit exequendum, & nouum per fructibus relaxandum* -- quod fuit affirmatiuè in vtraque parte reſolutum fauore D. Marchioniſſæ, ſed conceſſa DD. de Ginnettis noua audientia, conſului hodie DD. tanquam in defuncti Auditoris locum ſubrogatus ſuper viribus anteactæ reſolutionis, quibus ſolidiſſimis profecto recognitis pro illius confirmatione reſpondendum exiſtimarunt.

Quod enim attinet ad mandatum A. C. in præmiſſa ſumma relaxatum, exequutio retardanda viſa non fuit, tam attenta illius validitate non controuerſa, quam iuſtitia reſultante ex dicta promiſſione ſolemni dotis per Cardinalem Martium confecta, obligatione Camerali præmunita, quæ reddit rem claram, & manifeſtam, viamque executiuam agenti tribuit; non attento, quod idem Cardinalis dictam do-
1 tem Nepotum nomine conſtituerit, nam etſi
alieni facti ex promiſſor, ratione priuilegij dotis ad huiuſmodi obligationis aimplementum tenetur, ſuperaddito, quod cum dicti de Gin-
2 nettis Cardinali Martio ſucceſſerint, iſtius bona tamquam hæredum effecta, fauore Creditorum hypothecata remanſerunt, licet ex poſt acquiſita, vt aduertitur in deciſione, quæ reuidetur §. *Quoniam*.

Ne-

Digitized by Google

Neque pro diminuendo huiuſmodi dotali
credito iterum excipi valuit, quod fructus per
Marchioniſſam fuerint indebitè exacti poſt
obitum Matris, non facta Debitoribus inter-
pellatione, qui proindè ceſſerint in extinctionē
ſortis; Etenim cum Laura Marchioniſſæ Ma-
ter, & Authrix intuitu dotis vt ſupra promiſſæ
deuenerit ad ampliſſimam renunciationem, ſi-
gnanter hæreditatis, & ſucceſſionis Patruorum
inter quas opulentiſſima fuerit Cardinalis
Martij ab inteſtato defuncti annui redditus in
totum ſc. 10. mil. & vltra, vt præſeferunt quam-
plures acquiſitiones ſtabilium, iudicialis Peri-
tia, alijque actus ex parte Marchioniſſæ addu-
cti, & ab exceptionibus vindicati, à cuius
tamquam Clerici ſucceſſione Laura non fuiſſet
3 excluſa ex magiſtrali *deciſ. 149. coram. ſa. mem.
Alexandero VIII. & dec. 521. vtrobique per tot.
coram Bich.* iuſtè, rectèque fructus per Marchio-
niſſam Lauræ filiam, & hæredem exigi potue-
runt, nam dotis aſſignatio, & correſpectiua ac-
ceptatio in hoc caſu vicem fungitur tacitæ
permutationis, ſeu ſubrogationis bonorum,
vt pecunia pro dote præſtari promiſſa, bono-
rum ſtabilium renunciatorum naturam aſſu-
mat, ad effectum producendi fructus, non ſecus
4 ac ſi ex eiſdem bonis peterentur, iuxtà theori-
cam originariam ab *Alex. in l. Pactum ſub
num. 7. C. de collationibus*, quam amplectitur
Rot. in recent. deciſ. 110. *num. 23. & 24. par. 8.* re-
petita *coram Dunozett. iun. dec.* 528. *& deciſ.* 391
*ex num. 34. par. 15. & in Camerinen. Dotis 8. Iu-
nij 1674. §. Atque idipſum, coram bo. me. Rondini-*
cum alijs in deciſione, quæ confirmatur alle-
gatis *§. Sique etiam*.

Aſque eo, quod contra præmiſſam theoricā
vrgere viſa fuerint quamplura per Defenſores
Reorum conuentorum oppoſita ad euertendū
dictæ tacitæ permutationis, ſeu ſubrogationis
pondus. Non quidem primò, quod illa dum-
taxat procedat in renunciationibus hæredita-
tum, ſeu ſucceſſionum iam delatarum, ſecus ve-
ro in deferendis prorſus euentualibus, ac ſpe
omninò incertis, prout eſſet illa Cardinalis
Martij viuentis de tempore dotationis, qui
potuiſſet Lauram hæredem non relinquere,
quaſi tunc ceſſet ſubiectum dictę ſubrogatio-
nis, & correſpectiuitatis, quoniam, vt benè re-
ſpondet deciſio, quæ reuidetur *§. Animaduerte-
bant enim DD. cum ſeqq.* Marchioniſſa fructus
non petijt, minuſque exegit ante obuentum
caſum d. ſucceſſionis Cardin. Martij, ſed poſt-
quam Patrui illius hæreditatem adiuerant
etiam in portione per Matrem renunciata, il-
liuſque redditus exigere inceperant; Vndè in
5 hac facti ſpecie videntur applicabiles termini
recenſitæ permutationis, ſeu ſubrogationis in
pręterita deciſione amplexi, cum dicta ſpes
euentualis, & incerta ſucceſſionis deferendę,
fuerit ad certitudinem redacta ob iam ſequutū
ſucceſſionis caſum, & nullus in contrarium af-
feratur Doctor, qui in hypoteſi iuſtitiam fructuū
impugnet, ſed imò eadem *Rota in dicta dec.* 110
num. 26. par. 6. recent. in ſpecie etiam ſe fundat
ſuper huiuſmodi ſpe incerta, & euentuali pro
condemnatione ad fructus, idemque in filia
6 conſimili renunciatione dotem recipiente à
Patre, quod fructus, eidem debeantur, licet ad-
hùc immaturus fuerit legitimæ titulus obſer-
uant deciſiones in ea, quę reuidetur, allegatę
§. Præterquamquod.

Aliàs enim redolere videretur abſurdum,
quod Renunciatarij commodo ſucceſſionis,
licet à principio euentualis, ſed poſtmodum
7 ad caſum deuentæ, frui deberent, & tamen in-
commodum ſubire nollent, quod renuncians
gaudere poſſet eiuſdem renunciationis corre-
ſpectiuæ effectu contra iuris regulas, de quibus
*Rota in recent. dec. 391. num. 2. par. 15. & deciſ.
116. nu. 2. par.* 10. Et naturam correſpectiuorum,
8 quæ eiuſdem contractus effectum inſeparabi-
lem reddit, vt ad propoſitum obſeruat *Rot. cor.
Coccin. dec. 1471. num. 69. cum ſeqq.*

Et quamuis replicatum fuerit attendi de-
bere tempus renunciationis, de quo cum ſuc-
ceſſio adhuc eſſet acerba, & immatura, fru-
ctus produci non potuerint, id tamen apud Do-
minos non obtinuit, eo quia auctoritates ad
hunc effectum allegatæ, procedunt in diuerſis
terminis, & ſignanter pro regulanda, ſeu ex-
cludenda læſione, quæ nihil commune habet
cum facti ſpecie, & certum eſt, quod dos hoc
modo conſtitura correſpectiuè ad renunciatio-
9 nē ſucceſſionū deferendarum, quæ illarum præ-
uentiua ſolutio, & ſatisfactio dicitur, vt conſi-
derat *Rota penès Maſol. in eius trimegiſtr. legal.
deciſ. 63. num. 7.* non excludit, quin relata cor-
reſpectiuitas etiam reguletur à futuro tempo-
10 re, ſed potius id pernecesse fatendum eſt, nam
ſtatim ac hęreditas renunciata defertur, præſu-
mitur in eodem inſtanti per renunciantem
adita, & ab ipſamet in Fratres renunciatarios
ſucceſſiuè tranſlata, iuxtà doctrinam *Paul. de
Caſtro in l. Si Autæ, C. de iur. delib. Rot. apud
Torr. de pact. futur. ſucceſs. deciſ.* 127. *num. 8. & 9.
& in Maceraten. Hæreditatis 27. Maij 1658. §.
Nec bona ceſſa coram Veroſpio*.

Minuſque ſecundò ſubſiſtere apparuit, quod
huiuſmodi renunciatio fuerit abdicatiua, ſeu
abſtenſiua, adeout Renunciatarij non ſucce-
dant ex perſona Lauræ renunciantis, ſed mini-
ſterio legis, & proinde ceſſet contemplata per-
mutatio, ſeu ſubrogatio productiua fructuum,
animaduerſum ſiquidem fuit renunciationem,
11 & ceſſionem importan. quo enim caſu perpe-
rā prætenditur illam fuiſſe abdicatiuam, & ab-
tenſiuam, ſed dici omninò debet tranſlatiuam
ex auctoritatibus cumulatis in deciſione, quæ
confirmatur *§. Quandoquidem*. Non attentò,
12 quod renunciatio facta fuerit de hæreditate
deferenda, nam nihilominus renunciatio tranſ-
latiua non excluditur, vt reſpondet *Giouagnon.
conſ. 91. num. 13. & 19. lib. 1. Verceol. conſult. for.
98. num. 57. & ſeqq.* vbi contrarias auctoritates
reijcit *& Rota in Bonon. Bonorum. ſeu Succeſſio-
nis de Segbicellis 2. Maij 1664. in fin. §. Quia ceſ-*
13 *ſionem, coram Ottobona*. Præiertim, quia dicta
renunciatio fuit correſpectiuè facta quoad do-

rem promiſſam, quod prorſus repugnat naturæ repudiationis, ſeu abſtenſionis, quæ debet eſſe libera, vt firmauit *Rota in Cauallicen. Legitimę 10. Februarij 1680. §. Potiſſimè, coram bon. mem. Albergato*.

Tertiò opponi neque voluit Cardinalem Martium vniformare ſe voluiſſe in eius ſucceſſione cum ſtatutaria diſpoſitione Vrbis in excluſionem Lauræ neptis, nam deficit eius volun
14 tas clara, & expreſſa, quæ neceſſaria fuiſſet, vt benè ponderat *Rota in ea. deciſ. 38. num. 15. par 19.* quinimmò coniecturalis, & implicita, quæ ſufficienter non elicitur ex relatione ad partem
15 Statuti de dote à Fratribus profecta in capitulis, & inſtrumento dotalibus habita, nam nõ ex indè generalis relatio deſumi poteſt, potiſſimè attento obitu eiuſdem Cardinalis ab inteſta-
16 to, quem pręſumi debet ſe vniformare voluiſſe cum diſpoſitione iuris in eius ſucceſſione, non autem cum ſtatutaria, & municipali iuxta auctoritates in deciſione, quæ confirmatur, allegatas §. *Etenim*.

Denique DD. releuare non cenſuerunt, quartam, & vltimam exceptionem deſumptam ex compræhenſione legati ſcut. mille in conſtitutione prædictę dotis, pro quo fructus nullo modo debeantur, & in præteritum ſoluti tamquam indebiti ceſſeriut in cauſam ſortis; Etenim dictum legatum ſatisfactum remanſit in
17 prima ſolutione ratæ eiuſdem dotis ſcutorum ſex millium, vtpotè durioris qualitatis, ex quo erat antiquius ipſa dote, ad *Text. in l. 1. & 2. ff. de ſolut. Surd. deciſ. 186. num. 5. Rot. coram Seraph. deciſ. 1454. num. 1 & coram clar. mem. Card. Cerr. deciſ. 13. numer. 18.* Non aduerſante, quod ad impediendum curſum vſurarum præualere debuiſſet cauſa dotis; nam de eo tempore nulli currebant fructus dotales, pendente dilatione ſolutionis, ex ſpecifica conuentione in capitulis matrimonialibus appoſita.

Cęterum ſecluſa etiam dicta tacita permutatione, ſeu ſubrogatione in vim prænominatæ renunciationis inducta, putarunt DD. iuſtitiam fructuum pariter deſumi ex eo, quod cum hu-
18 iuſmodi dos ſucceſſerit in parte loco legitimę tamquam inſimul conſtituta ex bonis paternis, vt præſeferunt promiſſionis verba, præſumi debet portionem iam ſolutam ceſſiſſe in cauſam augmenti à Fratribus profecti, ac dicti legati, reſidualem verò remanſiſſe in cauſam fructiferam legitimæ, nè dicatur fructus per longum tempus nulliter, & illicitè fuiſſe exactos, & reſpectiuè ſolutos, vt benè probat *Rot. in Bononien. Pecuniaria 16. Iunij 1688. §. Tertia denique, coram Reuerendiſſimo Turonen.*

Ex his igitur corollaria deſcendit etiam reſolutio quoad fructus, pro quibus meritò in deciſione, quæ reuidetur *§. fin.* relaxatum fuit nouum mandatum, nam excluſa imputatione exactorum in ſortem, & conſtito de portione reſiduali dotis, fructifera, eorumdem ſolutio retardari non poteſt.

Et ita reſolutum fuit Partibus hinc indè informantibus &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Multiplicorum.

Lunæ 5. Iulij 1694.

ARGVMENTVM.

Confirmatis præcedentibus deciſionibus 30. & 32. reijcitur rationum redditio notulis in confuſo exaratis, ac libris contra ſtylum artis ſcriptis facta, & ob culpoſam, ſuſpectamque adminiſtrationem prouiſionaliter, & Rotæ arbitrio duraturus deputatur adminiſtrator, etiam ad referendum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus præſumuntur percepti ex poſſeſſione, & adminiſtratione.*

2 *Loco obligationis ad factum ſuccedit obligatio ad damna, & intereſſe.*

3 *Redditio rationum debet ſingillatim, & ſpecificè fieri, non in confuſo.*

4 *Contrarietas inter ſcripturas, vtriſque fidem adimit.*

5 *Et ſuſpicionem inducit aduerſus illas exhibentem.*

6 *Adminiſtratio probatur culpoſa ex magna inuεriſimilitudine.*

7 *Libri non ſpecificantes quid, & ex quibus cauſis, & quibus, & à quibus, & quo tempore datum, receptumue fuerit, non ſufficiunt pro redditione rationis.*

8 *Nec relatio ad ſyngraphas ſupplet defectum librorum.*

9 *Adminiſtrator non debet confundere in libris negocia propria cum illis adminiſtrationis.*

10 *Heres in multiplico ſibi à teſtatore iniuncto cenſetur adminiſtrator.*

11 *Libri laborantes poſtpoſitionibus partitarum, defectibus foliorum, & reportatione partitarum libri manualis ad librum magiſtrum non probant.*

12 *Adminiſtrator dicitur in dolo conuertens in proprios vſus bona adminiſtrata.*

13 *Aut expendens contra præceptum teſtatoris in emptionem bonorum mobilium.*

14 *Adminiſtrator tenetur remouere ſequeſtra, & fructus conuertere in cauſam à teſtatore demandatam.*

15 *Et debet facere, quantum poteſt in exigendo.* *Et ad hunc effectum non ſufficit expeditio, ſed requiritur executio mandatorum n. 18.*

16 *Adminiſtratoris defectus ſtat in committendo, & in omittendo.*

17 *Præſertim, vbi omiſſio verſatur circa ea, quæ iniuncta fuerunt à teſtatore.*

19 *Adminiſtratio vbi redditur ſuſpecta, Iudex debet prouidere, ne res adminiſtrationis pereant.*

20 *Potiſſimum, cum adminiſtrator iam diu adminiſtrauit.*

21 *Admi-*

21 *Adminiſtrator, & tutor eodem iure cenſentur.*

22 *Etiam ad effectum prouidendi, ne culposè adminiſtrent.*

23 *Adminiſtrator remoueri nequit, niſi ſtante mala fide, ac dolo.*

24 *Contrarium, quod remoueri valeat etiam propter culpam, & rationabilem ſuſpicionem.*

25 *Non obſtante quauis dilectione teſtatoris erga eumdem adminiſtratorem.*

26 *Vtilitas hæreditatis eſt ſequenda, non circumuentum teſtatoris iudicium.*

DECISIO XLVII.

OB neglecta per D. Marchioniſſam in duobus annis 1688. & 1689. qui nunc ab obitu Teſtatoris efluxerant, multiplica pro domibus Mariſcotta, & Ruſpola à Teſtatore ordinata, egit D. Comes Alexander Capizucchus nomine ipſius filiorum habentium immediatam auſam in ambobus multiplicis ſuccedendi, adcuerſus illam pro eorum reintegratione coram R. P. D. Caffarello, qui deputato Perito ad ad effectum conferendi ſuper ſtatu hæreditatis & adminiſtratione D. Marchioniſſæ, ac facta ſibi per ipſum relatione, exhibitiſque iudicialiter coram ipſo per D. Marchioniſſam duabus notulis in genere complectentibus introitus, & exitus vtriuſque anni, Sententiam tulit abſoluentem D. Marchioniſſam ab imperitis ac declarantem, multiplica per eam fieri nequiuiſſe reſeruato D. Comiti quo cumque Iure ipſi tam ex relatione Periti, quàm ex adminiſtratione D. Marchioniſſæ quomodolibet competente, à qua, deuoluta per appellationem cauſa ad Rotam, & commiſſa R. P. D. meo Caprara, propoſuit hic die 12. Ianuarij anni præteriti Dubium an conſtet de credito, itaùt potuerint fieri multiplica? Et Domini attendentes notorias opes hæreditatis Ruſpolæ, quas Peritus in prima inſtantia deputatus, Inuentarium hæreditarium ſequutus retulit aſcendere ad annuum redditum ſcut. 50240. & rurſùs non modò preteritam, verum etiam ſucceſſiuam, in qua dietim continuabatur, omnimodàm ceſſationem confectioni multiplicorum, ſuſpicanteſque proindè, ne ipſa, forsàn ex induſtria Miniſtrorum D. Marchioniſſæ magis, quàm deficientia rei hereditarię negligerentur, reſcripſerunt, quod per D. Marchioniſſam traderetur notula diſtincta introitus, & exitus hæreditatis per totum annum 1691. nec non exhiberentur Libri adminiſtrationis penès Ponentem ad inſtructionem ipſorum propriam infra menſem, quo longè ſuperelapſo, vnacum altero deinceps ipſi ad maiorem indulgentiam conceſſo, neque tamen illa reſcripto parente, demandarunt, cauſam reproponi, & die 17. Aprilis eiuſdem anni reſponderunt, conſtare de credito ad effectum conficiendi multiplica in ſumma, quæ ex annuo redditu hæreditatis in ſcutis 50240. per Peritum firmato quot annis ſuperſtes eſſet, detractis annuis præſtationibus, & legatis, quæ pariter per ipſam iuſtificarentur, creditiſque, ſi quę verè conſtaret, exigi non valuiſſe, & cum eadem reſolutione tranſierunt die 19. Iunij ſubſequentis quoad alia multiplica ſimili modo neglecta annorum 1690. 1691. & 1692. ſuper quibus D. Marchioniſſa contenderat redire ad R.P.D. Caffarellum, & coram eo exhibuerat notulam tertij anni, ac per reſcriptum Signaturæ Iuſtitiæ ad noſtrum Tribunal remiſſa fuit, cauſaſque ſubindè per Sententias expediuerunt. Interpoſita autem ab his appellatione per D. Marchioniſſam, ac delata cauſa R. P. D. meo d' Hernault; perque eius promotionem ab Archiepiſcopalem Sedem Turonen. de vtriuſque Partis conſenſu, mihimet ipſi, dedi dubium die 11. Decembris proximè tranſacti: An Sententiæ Rotales ſint confirmandæ? Cumque ne tum quidem lapſo iam ferè ſeptimo ab obitu Teſtatoris anno, vel minimus quadrans multiplicis reperiretur adſcriptus, inſtitum fuit ex parte D. Comitis per ſupplicem libellum pro aliqua prouiſione ne ſic licitum fieret hæredi totalitèr euertere iudicia defuncti, ac in tanta contumacia cum nimio, fortaſſis irreparabili præiudicio vocatorum, diutiùs perſeuerare; At ſpem dante D. Marchioniſſa, quod tandem diſtinctas notulas, de quibus ſupra, traderet, ac libros exhiberet, viſum fuit Dominis in omnibus ſuperſedere, hodieq; notulis mihi extraiudicialitèr traditis, ac Libris in Ædibus meis exhibitis, & ex eorum perſcrutatione, ac alijs circumſtantijs inferiùs recenſendis, comperto, quod iam dudum timebatur adminiſtrationem eſſe valde culpoſam, atque ſuſpectam, concluſum fuit, confirmandas eſſe Sententias Rotales iuxtà modum, de quo infrà, & interim per modum prouiſionis, & ſine præiudicio ambarum Partium, deputandum Aminiſtratorem arbitrio Rotæ duraturum, etiam ad referendum.

Confirmandę ſiquidem viſę ſunt Sententiæ Rotales, quia clarum, & litterale eſt præceptum Teſtatoris, quod D. Marchioniſſa, ſolutis annuis pręſtationibus, & legatis conficiat duo multiplica, vnum annuorum ſcutorum 10. mil. vſque complementum ſcut. 100. mil. ad fauore Domus Mariſcottæ, & alterum omnium reſiduorum fructuum fauore Domus Ruſpolæ, & clarum eſt etiam iuxtà memoratam relationem Periti, quod hæreditas conſtat annuo redditu ſcut. 50240. Vndè dum D. Marchioniſſa poſt obitum Teſtatoris hæreditatem poſſedit, & adminiſtrauit, ac multiplica non modò non confecit, ſed ne cæpit, quidem, condemnanda eſt in eo, quod, demptis ad formam Sententiarum annuis præſtationibus, ac Legatis & expenſis, ac creditis non exactis, reliquum 1 eſt vſque ad ſummam ſcut. 50240. ex poſſeſſione enim, & adminiſtratione præſumitur, fructus percepiſſe ad *Tex. in l. Cum defunctus C. Arbitr. Tutel. Neguſant. de Pignor. 2. membr. 3. par. nu. 19. Rota deciſ. 173. num. 3. coram Buratt. & deciſ. 2249. num. 2. coram Coccino*, cum hac tamèn declaratione, in qua ſtat ſuperiùs indicatus modus, quod pro tempore, quo ipſa

fiu-

fructu; bonorum multiplicare, & capitalia hæ-
reditatis ſibi reſtituta reinueſtire potuit, ac de-
buit, & non fecit, condemnanda ſit non ad
rationem ſcut. 50240. ſed ad eam, in qua hære-
ditas reperiretur, ſi fructus debitis temporibus
multiplicati, & Capitalia reinueſtita fuiſſent;
nam ex præfato teſtatoris præcepto tenetur ad
2 factũ, cuius loco ſuccedit obligatio ad damna,
& intereſſe, iuxtà *Textum*, & notata per *DD. in
l. Stipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat.*
tantique intereſt Vocatorum in Multiplicatione
fructuum, & capitalium reinueſtimentis ceſſa-
tum fuiſſe, vt in terminis dixit *Rota deciſ. 259.
num. 4. & deciſ. 294. num. 14. coram Priol. & in
Romana Cenſus 26. Iunij 1684. §. Cumque Im-
poſitores, coram Me.*

Nec ad euadendam huiuſmodi condemna-
tionem allegare valet notulas introitus, & exi-
tus, ac libros adminiſtrationis nouiſſimè exi-
hibitos, quia tantùm abeſt, quod ij releuent,
quod potiùs vehementer grauant D. Marchio-
niſſam, deteguntque (vt præfertur) valde cul-
poſam, ac ſuſpectam illius adminiſtrationem;
3 Incipiendo enim à notulis (vltra quod iſtæ
omnia referunt in confuſo, nec diſtinguunt
quoad introitus quantitatem fructuum, & eo-
rum pretia, ac perſonas, quibus ipſi venditi
fuerint, & quoad exitus, quas in cauſas ſingil-
tìm, ac ſpecificè pro neceſſaria bonorum ma-
nutentione, & cura, tot impenſæ fieri debue-
rint, vt ad effectum inſtruendi nos metipſos
de bona adminiſtratione, & re fidelitèr geſta,
diſtinguendum fuiſſet, vt tradit *Bartol. conſ.
150. num. 9. Surd. conſ. 391. num. 35. Menoch.
de arbitr. caſ. 208. nu. 19. & 20. Rot. deciſ. 626.
num. 6. coram Dunoz. Iun. & deciſ. 168. num. 3.
coram Cerro*) aperte contrariantur alijs in pri-
ma inſtantia exhibitis R. P. D. Caffarello,
tùm quoad Introitum, & Exitum generalem,
dum in prioribus notulis Introitus, & Exitus
anni 1688. conſtituitur in ſcut. 13359. 44. &
Exitus in ſc. 7704. 16. ÷ Introitus anni 1689.
in ſc. 9971. 56. & Exitus in ſc. 7149. & Introi-
tus anni 1690. in ſcutis 23740. 06. & Exitus in
ſcutis 15098. 81. in poſterioribus autem introi-
tus anni 1688. in ſc. 12108. 59. ÷ & Exitus in
ſc. 15950. 56. ÷ Introitus anni 1689. in ſc.
11653. 83. & Exitus in ſcut. 20375. 03. & In-
troitus anni 1690. in ſcutis 23974. 51. & Exi-
tus in ſcut. 35242. Non obſtante quod ad Exi-
tum certorum annorum in poſterioribus notu-
lis relatæ fuerint partitæ non contentę in prio-
ribus, & quod quandoque introitus auctus, &
exitus diminutus legatur in præiudicium Do-
minæ Marchioniſſæ, quia ſupputatis etiam hiſ-
ce partitis, & Introitus augumento, ac diminu-
tione exitus præiudiciali Dominę Marchioniſ-
ſæ, adhuc ſemper collato vno anno cum alte-
ro, liquet, priores notulas per poſteriores di-
uerſificari in detrimentum hæreditatis in nota-
bilibus ſummis.

Tum etiam quoad particulares partitas exi-
tus expenſarum pro re agraria, ac ſalarij mini-
ſtrorum, quoniam in prioribus notulis pro pri-
mo anno expenſę rei agrariæ recenſentur in
ſcut. 4688. 95. & ſalaria miniſtrorum in ſcut.
1020. in poſterioribus autem pro eodem primo
anno expenſæ rei agrariæ augentur ad ſc. 6683.
07. & ſalaria miniſtrorum ad ſc. 3535. 01. Et
ſimilitèr in prioribus pro ſecundo anno expen-
ſæ rei agrariæ deſcribuntur in ſc. 4179. 21. &
ſalaria in ſcut. 924. in poſterioribus autem pro
eodem ſecundo anno expenſæ rei agrariæ aſ-
ſeruntur in ſc. 7276. 64. & ſalaria in ſc. 963. 16.
÷ Et demum in prioribus pro tertio anno ex-
4 penſæ rei agrariæ allegantur in ſc. 12253. 21. &
ſalaria in ſc. 1090. in poſterioribus autem pro
eod. tertio anno expenſæ rei allegantur in ſc.
12473. 93. & ſalaria in ſc. 970. hæc enim contra-
rietas inter vtraſq; notulas cunctis fidem adimit
ad *Text. in l. Scripturæ diuerſæ 14. C. de fid. inſtrum.
cap. imputare eodem tit. Rot. deciſ. 140. num. 10.
par. 4. tom. 2. & deciſ. 451. num. 11. par. 13. re-
cent.* ac ſuſcipionem præſeferta aduerſùs Domi-
nam Marchioniſſam, quæ illas exhibuit, ad
5 tradita per *Soccin. ſen. conſ. 223. num. 5. lib. 2.
Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3 num. 53.
Eſcobar. de ratiocin. cap. 6. num. 71. & 72.*

Hoc amplius notulę magnam inuoluunt im-
probabilitatem, & inuerìſimilitudinem, ſeù
veriùs abſolutam impoſſibilitatem reſpe-
ctum redditnum, & expenſarum Caſtri
Cerueteris, & Caſalis Turris Angelæ; nam in
illis redditus vtriuſque corporis pro quinque
annis, compræhenſis etiam in ijs rubris 9000.
circitèr frumenti ex Terris Caſtri Cerueteris re-
collectis à Teſtatore, referuntur in ſumma ſcut.
50493. 47. ac expenſæ in non multum inferio-
ri ſumma ſcut. 46745. 20. Et tamen conſtat,
quod Caſtrum Cerueteris emptum fuit pretio
ſcut. 550. m. quod ad rationem vnius ſaltem
cum dimidio pro centenario, prout bona iuriſ-
dictionalia taxari ſolent, annuatim ferre debe-
ret ſcuta circitèr 9000. Et quod paritèr Caſale
Turris Angelę ęſtimatum fuit valoris ſc. 33. m.
ac ſucceſſiuè ſemper locatum pro annua pen-
6 ſione ſcutorum 1000. huiuſmodi quippè in-
uerìſimilitudo ſuperans prorsùs audientium
fidem, culpoſam, & ſuſpectam comprobat ad-
miniſtrationem Dominę Marchioniſſæ, vt per
Mandell. Alb. conſ. 224. num. 7. & 9. Rot. *in
Romana, ſeù Collen. Hæreditatis 14. Iunij 1680.
§. Accedit. etiam magna inuerìſimilitudo coram
bo: me: Cardinali V. Comite*: Non ſuffragante
replicatione, quod idemmet Teſtator in quin-
que annis, pręcedentibus eius mortem occaſio-
ne ipſorum corporum minùs perceperit, ac
plus impenderit. Domina Marchioniſſa, quo-
niam introitui addenda ſunt frumenta per
ipſum (vt præfertur (in horreis relicta, & ab
exitu demendæ conſiderabiles impenſæ pro
exornando, & ampliando Palatio, ac ſternen-
da, & arboribus conſerenda via, quæ ducit ad
Mare.

Eiuſdem farinæ depræhenduntur libri quo-
niam ipſi vndique ſcatent confuſionibus, &
grauaminibus. Confuſionibus, quia non ſpe-
cificant, vt ex mox de notulis dictum fuit, quid

in

Digitized by Google

in ſingulos annos, menſes, ac dies, quibus,
7 & à quibus, & quibus ex cauſis datum, & acceptum fuerit, vt præter ſupra citatos requirunt *Angel. conſ. 277. num. 5. Gozzadi 1. conſ. 17. num. 17. Malaaſ. conſ. 113. num. 6. & ſeqq.* Rot. *deciſ.* 189. *num. 2. & ſeqq. coram Merli-*
8 *no*. Non attento, quod præſeferant relationem ad ſingraphas exiſtentes in ædibus, in quibus exercetur ratiocinatio, quia relatio non ſupplet defectũ librorũ, neſciturq; an eadem, quæ libris objicitur, ſingraphis forſàn etiam ipſis objici non valeant. Præterea continent vna cum ne-
9 gotijs hæreditatis etiam negocia propria Dominæ Marchioniſſæ, quod multum eſt adminiſtratoribus imputandum, ex rationibus redditis per *Soccin. conſ. 190. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 90 num. 29. lib. 1. Alciat. conſ. 46. num. 6. lib. 6. Stacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 260. Gait. de credit. cap. 2. tit. 4. num. 864. Gen. de ſcript. priuat. tit. de tut. nu. 25. Rota Ianuen. dec. 173. num. 12. & Rot. noſtr. deciſ. 53. num. 12. coram* Cerro. Non releuante quod Domina Marchioniſſa dicatur heres grauata, quia in
10 eo, quod tangit obligationem multiplicandi fructus, cenſetur adminiſtratrix *Capr. de exequut. vlt. volunt. membr. 4. n. 7. Rot. deciſ. 53. num. 7. coram Coccino*. Et denique dignoſcuntur in ijs poſt poſitiones partitarum, defectus foliorum contra ſtylum artis, ac intermiſſæ per duos integros annos reportationes partita-
11 rum Libri manualis ad Librum magiſtrum, licèt ad exitum hæreditatis non deſint pinguia ſalaria pro ratiocinatoribus. Omnia ob diffidentiam, quæ ex litibus partim terminatis, & partim pendentibus, orta eſt inter Partes, ordinata ad effectum intermorandi multiplica, ac preripiendi vocatis facultatem aſſequendi redditionem rationis.

Et grauaminibus, quia in ipſiſmet Libris deſcriptæ leguntur ad creditum D. Marchioniſſe reſponſiones quędam, *Caſæ nuncupatæ*, quę ad hereditatem ſpectabant. Non ſubſiſtente earum donatione D. Marchioniſſe facta per Teſtatorem, quia de illa non conſtat, niſi per ſimplicem fidem Archipresbyteri Cerueteris, quę ex vulgatis fidem non facit, preſertim quia omnia quęcumque Teſtator relicta voluit D. Marchioniſſæ, ſingillatim expreſſit in Teſtamento; Vnde alia cenſetur denegaſſe, vt inter eaſdem Partes dictum fuit in *Romana Trebellianicæ coram Me*, & latiùs *coram R.P.D. meo Priolo*. Et ſimiliter ad debitum hereditatis relatę, vltrà ſcut. 12. mil. ex diſpoſitione Teſtatoris ſibi pręcepta, plures expenſę videlicet veſtimentorum, medicaminum, Chocolatis, ruſticationum, venationum, munerum, & alię huiuſmodi vnitim conſtituentes ingentes ſummas, quę omnes ſunt proprię D. Marchioniſſę. Et quod notandum eſt, ex pecunijs hereditarijs emptę gemmę in ſumma ſcutor. 5000. & mobilia in ſumma ſcutorum 23000., ex quibus certè pluſquam culpoſa, ac ſuſpecta redditur
12 adminiſtratio, quia in dolo dicitur adminiſtrator, approprians ſibi ſubſtantiam rei quàm adminiſtrat; aut illam in proprios vſus conuertens, *Soccin. Sen. conſ. 159. num. 10. lib. 2. Gozzaddin. conſ. 17. num. 13. Roland. conſ. 49. num. 26. lib. 1. Malvaſ. conſ. 113. num. 21. & ſeqq. Marcabrun. conſ. 51. num. 93. Farin. conſ. 96. nu. 6. lib. 1. Eſcob. de ratiocin. cap. 14. num. 4., Maſtrill. deciſ. 124. num. 4. & 5.* & contrà pręceptum Teſtatoris impendens in emptio-
13 nem Bonorum mobilium, vt per *Honded. conſ. 82. numero 22. verſiculo Quibus non obſtat lib. 2.*

Sed creſcunt vltrà ea, quæ ex notulis, ac Libris hucuſque deduximus, culpę, ac ſuſpiciones adminiſtrationis D. Marchioniſſæ ex alijs etiàm documentis, & adminiculis. Et primò quidem ex eo, quod depoſita pecuniarum in Banco Sancti Spiritus plura expleta fuerunt in confuſo, abſque vlla deſignatione cauſę, ac perſonarum, ex quibus pecunię prouenIebant, quod adeò verùm eſt, vt Peritus de pluribus partitis certificari nequiuerit, an pręſeferrent fructus maturatos antè, vel poſt obitum Teſtatoris. Et in confuſo etiàm facti fuerunt ordines ſolutionum nonnulli Pręfecto Domus directi *per darne conto*, perque ipſum ceſſi Eminentiſſimo Domino Cardinali Bichio. Secundò ex eo, quod D. Marchioniſſa ex fructibus maturatis antè obitum Teſtatoris ſuppoſuit exegiſſe ſcuta 84379. 44. & ex his ſcut. 57212. 85. ÷ erogaſſe in Legata, celebrationes Miſſarum, Viduile, Veſtes, & apparatus lugubres; ac reliqua ſcut. 27166. 58. ÷ in annuas expenſas Domus in defectum annui redditus, imperceptibile eſt enim, quod in tàm opulenta hæreditate mendicari debuerint pecunię pro quotidianis indigentijs ex fructibus maturatis in vita Teſtatoris, vel quod nihil ſaltèm ex hac ſumma ſcutor. 27166. 58. ÷ inueſtiri valuerit. Et tertiò ex eo, quod centum, ac tria Loca Montium ex fructibus primi, & ſecundi anni per D. Marchioniſſam empta, quę ſub Vinculo multiplicorum emi debuerant, empta competiuntur ad liberam diſpoſitionem Dominę Marchioniſſę: Et licèt replicetur, quod in litteris patentibus expreſſum fuerit, emptiones fieri de fructibus primi, & ſecundi anni, quodque in liberculo particulariter retento, & inſcripto pro multiplico Mariſcotto, emptiones tributę legantur eidem multiplico, id tamèn non excludit, quin ſemper, & quandocumque per D. Marchioniſſam diſponi poſſet de eiſdem locis, & ſic multiplicum fieri de vento.

Nec obſtat, quod dicitur per Scribentes pro Domina Marchioniſſa, quod hereditas conſtat ex triplici genere Capitalium, ſcilicet ex Locis Montium, ex Cambijs, ac Cenſibus, & ex Caſtro Cerueteris, ac Caſale Turris Angelæ, quodque fructus Locorum Montium extiterint ſub ſequeſtro ad inſtantiam Eminentiſſimi D. Cardinalis Mariſcotti, ac D. Comitis Actoris pro ſatiſfactione eorum Legatorum; Cambia, & Cenſus exigi non potuerint, & redditus Caſtri Cerueteris, & Turris Angelæ conſumpti fuerint in ne-

neceſſarias Domus expenſas: quia quoad Loca
Montium tenebatur D. Marchioniſſa ſuper ijs,
quæ ſupererant, ſatisfactis Legatis, obtinere
14 reuocationem ſequeſtri, eorumque fructus exi-
gere conuertendos in confectionem Multipli-
corum, vt per *Montan. de Tutel. cap. 39. num. 21.*
& quoad Cambia, & Cenſus non ſufficit, quod
15 non exegerit, niſi vlterius doceat, quod fecit,
quantum potuit, vt exigeret, vt tradit *Cyriac.*
controu. 432. num. 6. Rota deciſ. 421. num. 5. &
16 *dec. 893. num. 2. & 4. coram Cerro*. Defectus
enim adminiſtrationis non ſtat ſolum in com-
mittendo, ſed etiam in omittendo, *Fontanell.*
17 *dec. 547. num. 6. lib. 2.* præcipuè vbi omiſſio ver-
ſatur circa ea, quæ iniuncta fuerunt à Teſtato-
re, *Aymon. conſil. 132. num. 5. Surd. de Alimen. tit.*
9. queſt. 26. num. 6. Montan. de Tutel. cap. 39. num.
22. Non obſtante, quod aduerſus debitores
dicantur expedita mandata, quia inſiſtendum
erat prò executione; Nam alias ſimplex expe-
18 ditio, propter expenſas ad huuc effectum requi-
ſitas, vergit in detrimentum potius, quam vti-
litatem hæreditatis, vt per *Mangil. de euict. qu.*
78. num. 8. Nec ſimiliter reſiſtente, quod Teſta-
tor non conſueuerit expedire mandata contra
Barones, quia non eadem Indulgentia, quæ
Teſtatori licebat tanquàm arbitro rei ſuæ, licet
Aminiſtratori; Immò illa aduerſari videtur
voluntati Teſtatoris, qui ſingulis annis ſuppo-
ſuit fieri poſſe, ac debere multiplica.

Et ex his viſæ ſunt confirmandæ non modò
ſententiæ Rotales, verum etiam, vt præmiſſum
fuit, deputandus per modum prouiſionis, & ſi-
ne præiudicio partium Adminiſtrator arbitrio
Rotæ duraturus, etiam ad referendum, quia
quoties culpoſa, ac ſuſpecta redditur admini-
19 ſtratio, prout ex præfatis reddi viſa eſt illa
Dominæ Marchioniſſæ, tenetur Iudex prouide-
re, nè res adminiſtrationis depereant, & inter-
cidant voluntates Teſtantium, *iuxtà Text. in l.*
eum quem C. de ſuſpect. Tut. vbi Barboſ. num. 1. &
ſeqq. Angel. in l. quod ſi fortè, §. ſunt quidam num.
3. ff. de ſolut. Montan. de Tutel. cap. 36. reg. 9. num.
1. & ſeqq. Guttierez eodem tract. par. 2. cap. 18. n.
10. Afflict. deciſ. 357. num. 5. Vrſill. ad ipſum nu.
2. & ſeqq. & alias ſimilem prouiſionem am-
plexa eſt *Rota deciſ. 144. num. 11. & 12. coram ſa.*
mem. Alexandro VIII. & deciſ. 34. num. 12. par.
13. recent. Pręcipuè quia in huiuſmodi culpis, ac
20 ſuſpicionibus verſata fuit D. Marchioniſſa per
ſpatium ſeptem circiter annorum, quo, nec in
obulo ſatisfecit præcepto Teſtatoris, ſed cun-
cta protelauit, atque confudit, deque iiſdem
culpis extant aduerſus ipſam ſententiæ con-
demnatoriæ, vt ponderat *Angel. in l. quod ſi*
fortè, §. ſunt quidam num. 3. ff. de ſolut. & confe-
runt firmata per *Rotam deciſ. 13. num. 1. par. 2. di-*
uerſ. deciſ. 136. num. 3. par. 1. recent. & deciſ. 155.
num. 1. & 2. penès Paſib. de manut.

Nec officit, quod concluſio procedat in
Tutore ſuſpecto allegato, in quibus terminis
loquuntur præcitatæ authoritates, non autem
21 in Adminiſtratore, quia eadem ratio, quę vi-
get in Tutore, viget etiam in alio quouis Ad-
miniſtratore *l. Tutor in fine, ff. de furt. Roman.*
conſ. 414. num. 1. Gratian. diſcept. 762. num. 1. Rot.
deciſ. 585. num. 2. & ſeqq. coram Amat. Dunoz.
& in ſpecie ad effectum capiendi ſimiles proui-
ſionas *Roccacc. de interdict. vti poſſid. cap. 3. num.*
8 Rota deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat. in antiq. Sanfelic.
22 *dec 61. num. 9.* Prout nec turbat, quod remotio
Adminiſtratoris ſonet in dedecus, & ideo fieri
23 nequeat, niſi vbi quis mala fide, ac dolo ſe ge-
rit in adminiſtratione, iuxtà *deciſ. 936. coram*
Dunoz. Iun. quia fieri valet etiam propter cul-
pam, & rationabilem ſuſpicionem ex facto re-
24 ſultantem aduerſus Adminiſtratorem, vt tenet
Gozzadin. conſ. 17. num. 5. & per tot. Maluaſ. conſ.
113. num. 6. 21. & ſeqq. Eſcobar. de ratiocin. cap.
6. num. 6. & ſeq. præſertim quando (prout hìc)
non fit per ſententiam diffinitiuam, ſed ſolum
per modum prouiſionis etiam ad referendum.
Nec denique releuat, quod agatur de Vxore,
quam Teſtator dilectiſſimam nuncupauit, & de
cuius integritate valdè confidit, quia non præ-
uidit Teſtator acerrimas lites poſt eius obitū
inter Patres exortas, ob quas frigeſcere potu-
iſſet animus D. Marchioniſſæ erga opus ijs,
quibus cum tot lites ſubſtinet, profuturum, vt
prouidè aduertit *Deciſio 17. Aprilis 1692. §. Hinc*
25 *iuſtus timor, coram D. meo Caprara*, & ſic in his
terminis non obſtante quauis dilectione, &
confidentia locus eſt remotioni, vt per *Maluaſ.*
d. conſ. 113. num. 27. Fontanell. deciſ. 546. num. 24.
non enim ſequendum circumuentum Teſtato-
26 ris Iudicium, ſed vtilitas hæreditatis, & voca-
torum, vt admonet *I.C. in l. vtilitatem ff. de con-*
firman. tut. l. 1. ff. vbi pup. educ. deb. & notat Pic-
card. in §. Oſtendimus num. 2. Inſt. de Suſpect. Tut.
& Curat.

Et ita in reliquis approbando fundamenta
Deciſionum æditarum 17. Aprilis 1692. & 19.
Iunij eiuſdem anni coram D. meo Caprara
reſolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. TAVRVSIO.
Poſtea S.R.E. Cardinali.

Neapolitana Deuolutionis.

Veneris 22. Aprilis 1695.

A R G V M E N T V M.

Conceſſionem factam ab Eccleſia fuiſſe ad cen-
ſum, ſeu locationem perpetuam reſoluitur in
hac deciſione, quæ vlterius expendit neceſſi-
tatem adhibendi beneplacitum Apoſtolicum,
vna cum cauſa, ac vtilitate Eccleſiæ, harumque
rerum verificationem.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura ſecunda non tenet in præiudicium*
antiquioris inueſtituræ, quæ adhuc durat.
2 *Conceſſio ad perpetuum cenſum non reſtringitur*
ad aliquam certam lineam.
3 *Vel cum eſt ad fauorem ſucceſſorum quorumcum-*
que.

4 Con.

Digitized by Google

4 *Contractus talis cenſetur, qualis denominatur à contrahentibus.*
5 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro hæredibus, & ſucceſſoribus includit ſolos hæredes ſanguinis.*
6 *Conceſſio tamen in cenſum, ſeu locationem perpetuam prodeſt quibuſcumque ſucceſſoribus cuiuſcumque generis.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in conceſſione emphyteutica perpetua.*
8 *Nec illud præſumitur niſi per centenariam.*
9 *Limita ante Conſtitutionem Vrbanam, quia tunc ſufficit minus tempus.*
10 *Beneplacitum præſumitur lapſu centum annorum.*
11 *Cauſa, ac vtilitas Eccleſiæ requiruntur cum Beneplacito in conceſſione perpetua Eccleſiaſtica.*
12 *Vtilitas Eccleſiæ eſt in conceſſione per ipſam facta ad meliorandum.*
13 *Verificatio cauſæ præſumitur ex lapſu temporis per quod præſumitur Beneplacitum.*
14 *Deuolutio non committitur, cum alienatio non eſt effectuata.*
15 *Prælatio reſeruata in caſu alienationis ſupponit facultatem alienandi.*
16 *Deuolutio non committitur, vbi adeſt facultas alienandi.*
17 *Sententia inter alios lata non præiudicat.*
18 *Abſolui debet reus, actore ſuam actionem non iuſtificante.*
19 *Poſſeſſio probatur per teſtes.*
20 *Conceſſio in cenſum, & locationem perpetuam tranſit in quemcumque poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem.*

DECISIO XLVIII.

ARchibresbyter, & Rector Eccleſiæ Parochialis S. Io: Baptiſtę Terræ Scrofani ex fundamento extinctionis Lineæ Horatij de Carolis, & Sebaſtiani Milleteſij Inueſtitorum Anno 1627. de quodam petio Terræ de Dominio directo memoratæ Eccleſiæ petierunt coram A. C. aſſociationē ad idem petium terræ vti deuolutum contra Ioſephum, & alios de Palmerijs modernos poſſeſſores. Cumque ad iſtorum fauorem emanauerit ſententia abſolutoria, ideò commiſſa mihi Cauſa Appellationis dedi Dubium, An conſtet de deuolutione, quod in hodierna Audientia negatiuè fuit reſolutum.

Quoniam Palmerij poſſeſſores nullam habent cauſam ab Horatio, & Sebaſtiano inueſtitis de anno 1627. ſed quidem propriam poſſeſſionem tuentur ex iure antiquioris conceſſionis in cenſum, ſeu locationem perpetuam factæ anno 1560. Franciſco Valtrino pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque. Vndè quamdiù non doceatur de extinctione, ſeù abolitione huius antiquioris tituli nequeunt perturbari dd. moderni Poſſeſſores, neque contra eos prætendi deuolutio ſub prætextu termi-
1 natio nis d. recentioris Inueſtituræ ipſos non afficientis *cap. quamuis in fine de reſcript. in ſexto Fulgin. de emphyt. quæſt. 39. num. 1. & ſeq. Rota coram Mantic. deciſ. 373. num. 1. & coram Royas deciſ. 339. num. 12. & coram Greg. deciſ. 105. num. 19. & coram Card. Cerro deciſ. 281. num. 31. & in recent deciſ. 128. num. 16. par. 7. & deciſ. 517. num. 4. par. 13.*

Quod conceſſio Anni 1560. non ſit in emphyteuſim neque ad certam lineam reſtricta, ſed indefinita in perpetuum cenſum, ſeu locationem pro quibuſcunque ſucceſſoribus, patet ex illius lectura, in qua nedum nullum ſit
2 verbum de Iure emphytheutico, ſed expreſsè conceditur Petium Terrę controuerſum *Ioanni Franciſco Valtrino præſenti, &c. ad annuum perpetuum Cenſum ad habendum &c. Rota coram Celſo deciſ. 328. num. 2. & 6. cum ſeq. ac in rec. deciſ. 510. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 548. num. 8. & ſeq. par. 4. tom. 3. & dec. 268. num. 6. & ſeq. par. 12. & deciſ. 332. num. 7. & ſeqq. par. 19.*

Idque clarius explicatur per verba imme-
3 diatè ſequentia ibi -- *Cum pacto tamen, & conditione, quod idem D. Ioannes Franciſcus hæres, & ſucceſſores quicumque &c.* quæ optimè declarant, quod per antecedentia verba facta fuerat locatio omninò perpetua ſine vlla reſtrictione ad lineam, ſeu aliquam ſanguinis contemplationem *Gabriel conſ. 76. num. 15. lib. 2. Pacion. de locat. cap. 53. num. 52. Rota deciſ. 309. num. 3. par. 15. & deciſ. 225. num. 11. & ſeqq. par. 17. recent.*

Iuuante etiam nota iuris regula, quod con-
4 tractus talis iudicari debet, qualem ipſi contrahentes denominarunt, & expreſſerunt, *ad Text. in l. Qui fundum 40. §. Qui Agrum ff. de contrahen. empt. Rota coram Celſo deciſ. 328. num. 2. in rec. deciſ. 64. num. 3. par. 4. & deciſ. 14. nu. 4. & ſeqq. par. 6.*

Quamuis autem in emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus regulariter incluſi præſumantur ſoli hæredes ſangui-
5 nis, vt ex *Baldo in Auth. defuncto num. 2. Cod. ad Tertullian. Fulgin de emphyt. tit. de contract. quæſt. 2. num. 7. Card. de Luca de emphyt. diſc. 16. nu. 5. Rota in rec. deciſ. 191. num. 2. par. 13. & in Rauennaten. emphyt. 12. Febr. 1694. §. non obſtat, confirmata 14. Martij 1695. §. Nec merctur coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Tamen vbi conceſſio facta legitur in cenſum, ſeu locationem perpetuam pro hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, receptiſſima eſt concluſio illam prodeſſe indiſtinctè omnibus, & quibuſcumque
6 Succeſſoribus cuiuſuis generis, & qualitatis *Pacion. de locat. cap. 53. num. 46. & 51. Card. De Luca de emphyt. diſc. 32. nu. 5. Add. ad deciſ. 26. n. 19. par. 3. & deciſ. 452. num. 9. & ſeqq. par. 9. ac d. deciſ. 191. num. 3. par. 13. & deciſ. 309. num. 3. par. 15. recent.*

Non obſtat, quod dicta conceſſio anni 1560
7 vti perpetuitatē continens indigeret beneplacito Apoſtolico iuxta *extrauag. ambitioſæ de reb. Eccl. non alienan. Rot. poſt Poſth. de manut. dec. 215. 14. & ſeqq. & deciſ. 219. num. 2. & 3. par. 10. rec.* & tamen illo deſtituta appareat, neque illius

præſumptio allegari valeat, niſi per Centena-
8 tiam prçſcriptionem ex celebri Conſtit. ſan.
men. Vrbani VIII. Imprçſs. in Bullario la
145.tom.5. Rota deciſ 350. num. 15. par. 16. & de-
ciſ. 354. num. 10. par. 17. rec. & in Romana Domus
10. Martij 1692. §. neque à tam patenti, coram
R. P. D. meo Molines.

Etenim ſi conſideretur annus 1627. quo
emanauit dicta recentior inueſtitura, cui in
præſenti Iudicio innituntur moderni Recto-
9 res, iam lapſi fuerant anni 67. à die d. anti-
quioris conceſſionis factæ anno 1560. qui iun-
cti cum obſeruantia vtique ſuperabundabant
vt in dicto anno 1627. quo adhuc non ſuperue-
nerat dicta Conſtitutio Vrbana, præſumeretur
Beneplacitum Apoſtolicũ in ipſo Inſtrumento
præſeruatum, omniſque alia ſolemnitas Adden.
ad Pamphil. deciſ. 153. ſub num. 14. Rota deciſ. 7.
num. 27. & deciſ. 309. num. 9. & ſeq. par. 15. &
deciſ. 328. num. 13. par. 17. rec. ac proindè indubi-
tanter aſſequimur, quod ob prætenſum Bene-
placiti defectum neutiquam affirmari poterat
Anno 1627. nullam, atque irritam fuiſſe d.
conceſſionem perpetuam factam anno 1560.
neque ex hoc capite ſubſtineri, aut validam ef-
fici dictam poſteriorem Inueſtituram anni
1627. quę alioquin durante priori nullatenus
fieri potuit vt ſupra.

Si autem conſideretur tempus præſentis In-
dicij aſſociationis introducti anno prçterito
10 coram A.C. occurrit lapſus 130. et vltra anno-
rum ſufficiens ad præſumptionem Beneplaciti,
omniumque ſolemnitatum etiam ad præſcrip-
tum Conſtitutionis Vrbanæ, Rota coram Celſo
deciſ. 328. num. 8. & ſeqq. & coram Priolo deciſ.
393. num. 9. Add. ad. deciſ. 12. num. 33. par. 3. &
deciſ. 398. num. 4. par. 12. & deciſ. 255. num. 8. &
ſeqq. par. 15. recent.

Minus ſubſiſtit defectus cauſæ, atque vtilita-
11 tis Eccleſiæ copulatiuè cum Beneplacito requi-
ſitæ ad validitatem perpetuæ conceſſionis ad
notiſſimam extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ.
non alienan. Rota deciſ. 191. num. 5. par. 13. &
paſſim alibi.

Quoniam in Inſtrumento Conceſſionis An-
ni 1560. ſpecificè narratur Cauſa vtilitatis Ec-
cleſiæ in eo conſiſtentis, quod huiuſmodi Pe-
tium Terrę operarum octo eſſet valdè deterio-
ratum, & penè deſertatum, ac locari ſolitum
12 ſolis quatuor ſalmis muſti annuis. Ideoque in
euidentem Eccleſiæ vtilitatem ceſſura foret
conceſſio in perpetuum cenſum Franciſco Val-
trino ad meliorandum ſub præſtatione annui
cenſus ſcut. ſeptem, ac cum onere perpetuæ
manutentionis ruralis Eccleſiæ S. Marię de
Valle, talem enim cauſam eſſe de iure ſuffi-
cientem ad Eccleſiæ vtilitatem probat Textus
ſpecialis in cap. Ad aures de reb. Eccleſ. non alie-
nan. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 2. num. 59. Rota co-
ram eodem deciſ. 17. num. 5. & coram Priolo deciſ.
393. num. 11. verificatio autem prænarratæ cau-
ſæ inter Partes in Inſtrumento exprçſſæ præ-
ſumi omninò debet perlapſum tanti tempo-
13 ris, per quod prçſumitur ipſum Beneplacitum
Apoſtolicum, proquo neceſſaria erat verifica-
tio memoratæ cauſæ, & vtilitatis Add. ad
Buratt. deciſ. 45. num. 7. Rota coram Bichio deciſ.
441. num. 13. ac coram Priolo d. deciſ. 393. num.
10. & in rec. deciſ 268. num. 18. & ſeq. par. 12. &
deciſ. 193. num. 4. & ſeqq. par. 18.

Vindicata ab obiectis primordiali conceſ-
ſione Anni 1560. nullatenùs ſubſiſtit ſuperue-
niſſe deuolutionem de tempore nouę inueſtitu-
ræ factæ anno 1627. ob quandam donationem
factam anno 1625. à Petro Paulo Palmerio
ad fauorem Marchionis Pallauicini ſine con-
ſenſu Domini directi.

Primo, quia non docetur hanc Donationem
habuiſſe effectum, neque illius vigore corpora-
lem, & naturalem poſſeſſionem tranſiuiſſe in
14 donatarium, immò neque in nouos inueſtitos
dicto anno 1627. ac proindè ſatis probabile
redditur ipſos contrahentes ſtatim receſſiſſe, &
rem in eodem ſtatu permanſiſſe, quod ſufficit
ad tollendum deuolutionis prætextum, Salyceт.
in l. 3. C. de Iur. emphyt. Bero. in cap. potuit num.
164. & ſeqq. de locat. Fulgin de emphyt. tit. de
alienat. quæſt. 1. num. 35. & ſeqq. Rota coram Se-
raphin. deciſ. 794. num. 16.

Secundo, quia non verſemur in emphyteuſi,
ſed in cenſu, ſeu locatione perpetua, ſine vlla
alienationis prohibitione, immò cum illius
permiſſione, reſeruata ſolum fauore Rectorum
prælatione in caſu alienationis, quæ per neceſ-
15 ſarium antecedens alienandi poteſtatem præ-
ſupponit, Card. de Luc. de emphyt. diſc. 29. num. 3.
Rot. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. deciſ. 81. nu. 3.
& in rec. deciſ. 510. num. 3 par: 13. nec intrat in
Donatione Capyc. Latr. deciſ. 46. nu. 2. & ſeqq.
Rota coram Greg. deciſ. 520. num. 1. ibique Add.
litt. A. & coram Amat. Dunoz. deciſ. 538. num. 4.
& ſeqq: cum alijs adductis per Corradin. de præ-
lat. quæſt. 16. num. 207. Ideò prænarrata Dona-
16 tio nullum præbere valuit deuolutionis titulũ,
Iaſon. in l. final. num. 135. C. de Iur. emphyt. Fulgin.
de emphyt. in prælud. quæſt. 8. num. 28. & 30. Ca-
pyc. deciſ. 103. num. 7. Cardin: de Luca de emphyt:
diſc. 39. num. 2. verſ. Quibus ſtantibus.

Ex his inutilis redditur Sententia ſuper exe-
cutione Beneplaciti Apoſtolici expediti pro
confirmatione dictæ Inueſtituræ anni 1627.
quia cum iſta Inueſtitura neutiquam afficiat
modernos Poſſeſſores ſe tuentes ex dicta anti-
quiori conceſſione perpetua anni 1560. nec
vllam habeant Cauſam à dicta recentiori In-
17 ueſtitura, ita pariter ipſis non citatis, præiu-
dicare non valet præfata ſententia nullum ef-
fectum contra ipſos ſortita tanquam res inter
alios acta, l: 1. & tot. tit. C. res inter alios acta,
Andreol. contr. 301. num. 10. Rota deciſ. 370. num.
4. par. 9. & deciſ. 392. num. 5. par. 18. rec.

Tandem nullius momenti viſa fuit exceptio
nunc excitata, quod moderni Poſſeſſores non
plenè probauerint per ſingulos diſtinctos gra-
dus ſe eſſe ſucceſſores Franciſci Valtrini, cui
facta fuit conceſſio de anno 1560.

Tum quia cum moderni Rectores præſens
iudicium fundauerint in inueſtitura anni 1627.
reſtri-

reſtricta ad certas lineas, illarumque terminarione ſatis videtur pro iuſta abſolutoria poſſeſſorum, quod ex ſuperius deductis pateat hanc Inueſtituram nullatenus prodeſſe Rectoribus ex adductis per Rotam *coram Seraph. dec. 1458. num. 2. & apud Torr. de pact. fut. ſucceſ. deciſ. 14. num. 5.*

Tum etiam quia ex omnibus facti Circumſtantijs ſimul iunctis appareat calumnioſam potiùs eſſe huiuſmodi exceptionem propoſitam poſt lapſum, & obſeruantiam 130. & vltra annorum.

Siquidem in ipſa inueſtitura facta anno 1627. cui innituntur moderni Rectores recenſetur prior inueſtitura Anni 1560. nec non Donatio facta à Petro Paulo Palmerio Marchioni Pallauicino, & ſic agnoſcitur dictus Petrus Paulus in ſucceſſorem d. Valtrini, quod etiam confirmatur ex decreto Epiſcopi Nepeſini facto anno 1620. contra eumdẽ Petrum Paulum Palmerium ſuper reſtauratione, & manutentione d. Eccleſiæ S. Mariç de Valle ſummario illorum de Palmerijs num. 4. quod euenire non potuiſſet, niſi ex quo ipſe Petrus Paulus Palmerius eſſet Succeſſor conceſſionis factæ Valtrino.

Quod autem Palmerij nunc Poſſeſſores ſint deſcendentes, & ſucceſſores d. Petri Pauli & ſignanter quoad controuerſum Petium Terræ conſtat ex ipſorum *Summario num. 5. & ſeqq.* in quibus recenſentur plures actus poſſeſſorij, & comprobant ipſi Teſtes examinati pro Rectoribus Summario illorum de Palmerijs nu. 8. *Poſth. de manut. obſeru. 19. num. 5. & ſeqq. Rota poſt eumdem deciſ. 20. num. 2. & coram Greg. deciſ. 160. num. 2. & coram Priol. deciſ. 12. num. 3.*

Facilius, quia verſamur in conceſ-
ſione in Cenſum, & locationem perpe-
20 tuam pro ſucceſſoribus quibuſcumque ſine
vlla alienationis prohibitione, immò cum il-
lius permiſſione, vt ſupra, quç vtpotè nullam
requirens ſpecialem qualitatem prodeſt cui-
cumque Poſſeſſori, & Succeſſori etiam ſingu-
lari, ad *Text. in l. fluminum 24. §. Adijcitur ff. de
damno infect. Pacion. de loc. cap. 53. num. 51. Rota
coram Mantic. deciſ. 18. num. 5.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MVTO.

Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum.

Lunæ 13. Iunij 1695.

ARGVMENTVM.

Manutentio decernitur filio, & hæredi vltimi inueſtiti de bonis Eccleſiæ ob immemorabilem conſuetudinem coactiuam renouandi, ſufficitque dubietas, quod illi talis renouatio competere valeat, præſertim cum agitur de bonis Eccleſiæ appodiatis, vel adeſt Conſtitutio cogens ad renouandum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtituti transfert veram, & manutenibilem poſſeſſionem.*

2 *Hæredi emphyteutæ in poſſeſſione exiſtenti datur manutentio etiam contra Dominum directum.*

3 *Poſſeſſio capta non citato alio exiſtente in poſſeſſione eſt ſpoliatiua.*

4 *Nec eſt manutenibilis.*

5 *Manutentio datur domino directo ciuiliter poſſidenti, cum deuolutio eſt omnino indubitata, nec vlla competit exceptio, quæ deuolutionem impediat, ſecus cum aliqua turbiditas adeſt.*

6 *Renouatio emphyteuſis poteſt probabiliter ſperari à proximiore in iudicio petitorio.*

7 *Præſertim attenta qualitate bonorum.*

8 *Et ad obtinendam manutentionem proximiori ſufficit ſola poſſibilitas renouationis, ſeu probabilis occaſio dubitandi, quod competere potuiſſet.*

9 Card. de Luc. de emphyt. diſc. 61. in ſuppl. *reprobatur.*

10 *Immemorabilis probatur ex pluribus enunciationis antiquis emiſſis à perſonis non ſuſpectis.*

11 *Immemorabilis probatio renouandi importat neceſſitatem coactiuam renouandi, licet Eccleſia renouare contenderet.*

12 *Ac etiam, vbi vult pro ſe retinere.*

13 *Immemorabilis probatur ex confeſſione facta in Inſtrumento concordiæ.*

14 *Confirmatio dicitur ex certa ſcientia ob inſertionem actus confirmati.*

15 *Concordia confirmata à Sede Apoſtolica ligat etiam ſucceſſores, præſertim cum ipſorum quoque nomine geſta fuit.*

16 *Error debet plenè, & concludenter probari.*

17 *Prælatus acriter Iura ſuç* Eccleſiæ *defendens non præſumitur, quod illis præiudicare voluerit.*

18 *Confeſſio adminiculata facta à Prælato ligat etiam ſucceſſores.*

19 *Manutentio non denegatur proximiori, quouſque re dubia exiſtente in petitorio deciſum non eſt, ſpem illi non eſſe renouationem obtinendi.*

20 *Immemorabilis conſuetudo renouandi non excluditur ex quo ſecundæ conceſſiones factæ fuerint extraneis, quia adhuc poterant eſſe proximiores, vel in illos bona tranſire per viam alienationis cum conſenſu Domini directi.*

21 *Proximioribus non inſtantibus valet dominus directus extraneos inueſtire.*

22 *Renouatio non debetur, quando res deuoluitur ob commiſſum, & ſic ob culpam emphyteutæ.*

23 Renunciatio *in inueſtituris facta conſuetudini cogendi dominum ad renouandum reſtricta caſui non ſolutionis canonis, vel pactorum non ſeruatorum, non excludit onus renouandi in caſum terminationis lineæ.*

24 *Dictio* aut alias *eſt repetitiua ſimilium qualitatum.*

25 R*enunciatio conſuetudini, & præſcriptioni etiam*

longiſſima non comprehendit immemorabilem.

26 *Immemorabilis conſuetudo cogendi ad renouandum excluditur ex renunciatione inueſtituræ factu ab emphyteuta.*

27 *Intellige id non procedere, vbi renunciatio non fuit facta ab vltimo inueſtito, neque agitur de renouatione occaſione deuolutionis.*

28 *Conſtitutio ſa. me. Vrbani VIII. la 51. prohibet, renouationes fieri abſque beneplacito Apoſtolico.*

29 *Documenta informia non probant.*

30 *Exceptiones petitorium reſpicientes non admittuntur in iudicio manutentionis.*

31 *Renouare cogi valent Eccleſiæ Status Vrbini vigore Breuis ſa. me. Vrbani VIII.*

32 *Et ad fruendum beneficio d. Breuis ſat eſt habitatio, ſeu domicilium.*

33 *Cardinales ex licentia Summi Pontificis abſentes dicuntur in Vrbe domicilium habere.*

34 *Ab Vrbe ſine Papæ licentia recedere non valent.*

35 *Verba* poſſint, & valeant *ſecundum ſubiectam materiam neceſſitatem quandoque importunt.*

36 *Actio realis competit pro petenda renouatione in vim ſtatuti, ſeu conſuetudinis immemorabilis.*

37 *Manutentio debetur filio, & heredi vltimi emphyteutæ, preiectis ad petitorium exceptionibus concurrentium.*

38 *Pluribus ad fideicommiſſum vocatis, bona relaxantur vni tantum comparenti.*

DECISIO XLIX.

CAſtrum Leonis, mediamque Turrim Miralbelli cum alijs bonis, iuriſdictionibus, & pertinentijs ſuis de directo Dominio Ven. Monaſterij, ſeu Abbatiæ S. Laurentij in Campo, quæ prætermiſſis antiquioribus inueſtituris Dux Vrbini Franciſcus Maria de Ruuere, deindeque Marchio Hippolytus, & demum anno 1621. Duciſſa Liuia eius filia pro minimo, ac ſolito canone, & pro ſe, filioque ſuo Principe Federico, & nepotibus maſculis ex eo naſcituris, & vſque in eius tertiam generationem renouari obtinuerant iuxta ſtylum, & conſuetudinem Abbatiæ, per iſtius Duciſſæ obitum, & per præmorientiam dicti Principis Federici deuoluta, præſupponens clar. mem. Cardinalis Franciſcus Barberinus tunc Abbas Commendatarius dicti Monaſterij, eadem bona de facto occupauit, per pluresque annos poſſedit, quod triangularem controuerſiam excitauit inter ipſum, ac Sereniſſimam Victoriam Liuiæ hæredem, & ex antedicto Federico filio neptem, Magnamque Duciſſam Hetrurię in celata inueſtitura anni 1621. comprehenſam, necnon Marchionem Hippolytum Lantem ex Lucretia nominatæ Liuiæ ſorore ortum; immiſſionem ipſi in his Bonis priuatiuè debitam contendentem, quæ cum per ſpecialem commiſſionem à ſa. me. Innocentio X. reportatam huic Sacro, Supremoque Tribunali delegata extiterit, aſſumpta fuit coram bo. me. Meltio die 14. Martij 1647. ſub duplici, diſtinctoque dubio diſputatio — *An præfato Marchioni Hippolyto, ſiù Magnæ Duciſſæ Victoriæ in his bonis danda eſſet immiſſio*, quæ reſoluta remanſit fauore Magnæ Duciſſæ, prout ex *deciſionibus impreſſis penès Paitell. in expedit. Cauſ. Ciuil. deciſ. 35. & 36.* Repropoſita verum cauſa, & impugnante Abbate Commendatario ſolitum, ſeu conſuetudinem immemorabilem recenſita bona renouandi proximioribus vltimi inueſtiti ſub eodem Canone, dilata fuit reſolutio, atque iniunctum, vt ſuper huiuſmodi ſolito ſtrictè informaretur, vt propterea compilatis deſuper Proceſſibus, ac compulſatis nonnullis iuribus, cum Partes poſtmodum abſque vlteriori examine in Sacra Rota contentionem oretenus prȩuio aſſenſu ſa. me. Alexandri VII. compromiſerint in RR. PP. DD. Caietanum, & Fanum, iſti plenè, ac maturè diſcuſſis meritis cauſæ, atquȩ per ſpatium quatuor ferè annorum recognitis ſingulis Proceſſibus ſuper dicta immemorabili conſuetudine, ac defenſoribus vtriuſque Partis pluries auditis, Papæ retulerunt, inueſtituram præfatam eſſe validam, & immiſſionem eſſe concedendam Magnæ Duciſſæ Victoriæ, ſicuti coram Meltio in Tribunali noſtro deciſum fuerat, iniuncto onere Cardinali Commendatario, vt de fructibus vſque tunc perceptis teneretur emere tot Bona annui redditus ſc. 300. ad beneficium Abbatiæ, & in huiuſmodi laudi ſequelam ſtipulata fuit ſolemnis concordia ab eodem Pontifice in forma ſpecifica confirmata, in qua dimiſſa fuerunt Magnæ Duciſſæ bona; & in eius narratiua expreſsè habetur, quod *dicta conſuetudo* (ſunt verba concordiæ Summario Eminentiſſimi D. Cardinalis Medicei *num. 13. litt. D.*) *poſtmodum plenè iuſtificata fuit, tàm particulari reſpectu dd. Caſtrorum, & bonorum per plura inſtrumenta inueſtiturarum ab anno 1303. & ex enunciatiua, quæ legitur in inueſtitura anni 1493. quàm generaliter reſpectu Abbatiæ, & Monaſterij Sancti Laurentij, ac Menſæ Epiſcopalis Foroſempronien. ac aliarum Eccleſiarum Status Vrbini, quę à 200. annis citra renouauerunt pro eodem Canone, & pluries renouare coactæ fuerunt, vt ex inſtrumentis, & iuribus, de quibus in duobus Proceſſibus compulſatis vigore Compulſoriæ Rotalis, & ex alijs Inſtrumentis, & Iuribus productis*, ac infra dicto *Summ. ſub litt. E.* ſubiungitur, quod nominati Iudices Compromiſſarij eandem immemorabilem conſuetudinem recognouerunt, referendo etiam Papæ merita Cauſæ ibi — *Qui viſis omnibus Iuribus vtriuſque Partis cognita probatiuae dictæ Immemorabilis. & eorum Agentibus, Procuratoribus, & Aduocatis pluriès auditis, & Cauſæ, & illius meritis ſpatio ferè quatuor annorum maturè diſcuſſis, oretenùs partibus dixerunt, & Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ retulerunt, inueſtituram præfatam eſſe validam, & immiſſionem eſſe dandam Sereniſſimæ D. Magnæ Duciſſæ*, ac

ad eiuſdem Concordiæ, & Tranſactionis obſeruantiam Cardinalis Barberinus poſtquam renunciauerat liti, vt ſupra in Rota vertenti coram Meltio, ſtrictiſſimè etiam Succeſſorum nomine, pariter quoad enunciata, ſub obligatione Camerali ſe adſtrinxit, *citato Summ. litt.* N. ibi -- *inualidari, ſeu quomodolibet impugnari, & illius executio quomodolibet, & ſub quouis prætextu, quoad præmiſſa, & conuenta ad fauorem Sereniſſimæ D. Magnæ Duciſſæ nullatenus retardari poſſit, ſed ad eius fauorem, quoad omnia in inſtrumento aſſerta, enunciata, conuenta, & promiſſa, executioni ſemper demandari debeat,* & infra litt. O. -- *quam Concordiam, Tranſactionem &c. cum omnibus, & ſingulis in hoc inſtrumento contentis d. Ius Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Franciſcus Barberinus vti Abbas, & perpetuus Commendatarius dicti Ven. Monaſterij S. Laurentij in Campo, ac eiuſdem Monaſterij, & ſuorum Succeſſorum in eo nominibus &c. ſemper, & perpetuo rata, grata &c. obſeruare promiſit, & pro quibus &c. idem Eminentiſſimus D. Cardinalis Barberinus ſeipſum, eiuſque in Abbatia Succeſſores, & Abbates, ac dictum Monaſterium S. Laurentij &c. in forma Cameræ obligauit &c.*

Huiuſmodi tranſactione ſecuta, ſtatim Magna Ducisſa Victoria facultati ia eadem tributæ inhærens, poſſeſſionem relatorum bonorum accepit, illamque continuauit ad annum 1689. quo tempore per actum inter viuos ſolemniter geſtum eandem tranſtulit in Eminentiſſimum D. Cardinalem de Medices filium, atque in his, & alijs bonis in Statu Vrbini degentibus, hæredem ab ipſa inſtitutum præſentem, & acceptantem, adiecta conſtituti clauſula, quam etiam repetijt in Codicillis; deinde conditis de anno 1693. eaque poſtmodum defuncta de anno 1694. dictus Dominus Cardinalis filius, ac hæres ad abundantiorem cautelam, & abſque præiudicio poſſeſſionis ſibi per Sereniſſimam Matrem, vt ſupra translatæ, denuo poſſeſſionem apprehendit; & Eminentiſſimum D. Cardinalem Nigronum modernum Abbatem Commendatarium, tàm coram R. P. D. Auditore Sanctiſſimi, quam coram me interpellauit ad ſibi renouationem concedendam, *dicto eius Summar. num.* 22. & 23. ſed prætendens Eminentiſſimus Abbas, per dictæ Magnę Duciſſæ obitum factum fuiſſe deuolutioni locum, neque Abbatiam ad renouandum teneri, ſeu compelli poſſe, renouationem repetitè poſtulatam denegauit, quod nouam excitauit quæſtionem inter d. D. Cardinalem Mediceum, & D. Cardinalem Abbatem Commendatarium, quæ cum tandem præuia Commiſſione auocatoria à Tribunali A. C. manu Sanctiſſimi Domini Noſtri ſignata, & mihi directa delegata pariter fuerit Sacræ Rotæ in Summariſſimo poſſeſſorio, & petitorio, prout iuris fuerit, appellatione remota, cum omnium DD. Voto decidenda, propoſui in hodierna audientia dubium -- *An, & cui ſit danda manutentio,* quam PP. perpenſis iuribus hinc inde luculenter deductis, ac totius facti circumſtantijs maturè penſatis, D. Cardinali Mediceo concedendam eſſe exiſtimarunt.

Moti ex eo, quod ipſe docet de anteriori
1 poſſeſſione iſtorum bonorum acquiſita, tàm in vita Magnæ Duciſſę Matris ex translatione ſibi, vt dictum fuit, per eandem geminatè facta cum Conſtituti clauſula, quę veram, & manutenibilem poſſeſſionem transfert, vt aduertit Rot. *in recent. deciſ.* 335. *num.* 1. *par.* 9. *in Foroſempronien. Manutentionis* 14. *Ianuarij* 1592. §. *Stetit decidendi coram R. P. D. meo Molines, in Bononien. ſeu Imolen. Bonorum* 28. *Ianuarij currentis anni* §. *De poſſeſſione coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in ſpecie coram Martin. Andr. deciſ.* 35. *num.* 7. *ac deciſ.* 61. *num.* 1. 2. & 7.
2 quam ſtatim ſecuto eius obitu; propterea, licet contra Dominum directum agatur, manuteneri in hac poſſeſſione debet, ad notata per *Gratian. diſcept. foreuſ. cap.* 736. *num.* 1. *cum ſeqq. Manſ. conſult.* 8. *num.* 3. *de Luca de Emphyt. diſc.* 7., & *in ſupplem. diſc.* 61. & *diſc.* 67. *vtrobique num.* 2. *Thomat. deciſ.* 56. *num.* 1. *Rot. poſt Marcheſan. de commiſſ. par* 1. *fol.* 959. *num.* 1. & *apud Poſth. de manut. deciſ.* 111. & 163. *in vtraque num.* 1.

Abſque eo, quod obſtare viſa fuerit aſſerta
3 poſſeſſio Abbatis Commendatarij, nam actualiter capta, redditur poſterior, & ſpoliatiua, tamquam de facto apprehenſa, non citato D. Cardinali de Medices in poſſeſſione exiſtente, per ea, quæ firmat *Rota coram Mantica deciſ.* 194. *per tot. Martin. Andr. deciſ.* 36. *num.* 8. *Gregor. deciſ.* 105. *num.* 20. *Coccin. deciſ* 984. *num.* 6. *Merlin. deciſ.* 41. *num.* 10. & *Celſ. deciſ.* 15. *num.* 4
4 Proindeque nullatenus manutenibilis vulgato *cap. licet cauſam* 9. *circa fin. de probat. Bartol. in l. ſi duo num.* 4. *ff. vti poſſidetis, Rota coram* Gregor. *deciſ.* 449. *num.* 1. & *in rec. deciſ.* 435. *num.* 17. *par.* 13. & *deciſ.* 50. *num.* 2. *par.* 16. & *deciſ.* 140. *num.* 19. *par.* 18.

Nec Ciuilis animo retenta pro recuperatione naturalis, ſecuto obitu poſtremi inueſtiti,
5 opitulari poteſt Abbati Commendatario Domino directo, nam recepta communiter diſtinctio eſt, quod, aut deuolutio eſt omnino clara, & indubitata, eo quia conſtat de Dominio, & certo ſiue conceſſionis, quodque nulla competit exceptio, quæ impediat deuolutionem, & conſolidationem Dominij vtilis cum directo, ac vnionem poſſeſſionis naturalis cum ciuili, adeout poſſeſſor dicatur in mera contumacia reſtituendi, & tunc nedùm manutentio denegatur hæredi vltimi emphyteutæ, ſed illa conceditur Domino directo, quamuis poſſeſſionem appræhendiſſet auctoritate propria; ſeù dd. requiſita, vel eorum aliquod ceſſat, aut turbidum adhuc eſt, tuncque manutentio debetur emphyteutæ, aut illius hæredi, & ſucceſſoris cui ad euitandos inanes circuitus, ſola poſſibilitas victoriæ, ſuique iuris iuſtificatio in petitorio iudicio ſufficit, vt interim eidem ſit concedenda manutentio; nam vbi caſus deuolutionis non eſt omninò clarus, & indubitatu,

hu-

huiuſmodì poſſeſſor minimè debet eius poſſeſſione de facto ſpoliari, iuxta diſtinctionem, quam faciunt *Gratian. diſcept. for. cap. 736. num. 7. & 8. Fenzon. ad Stat. Vrb. cap. 147. num. 24. Card. de Luca de emphyt. citato diſc. 7. num. 3. & in ſupplem. diſc. 67. num. 16. alter de Luca de lin. legal. par. 1. art. 22. ſub num. 2. §. Recepta diſtinctio eſt; Poſth. de manut. obſer. 16. num. 41. cum ſeqq. Manſ. conſult. 8. num. 3. Adden. ad Gregor. deciſ. 105. litt. A. Thomat. deciſ. 16. num. 16.* illamque ſemper amplexa fuit Rota, & ſignanter *coram Mantic. deciſ. 194. à num. 2. ad 12.* vbi, quod priùs examinari debeat, an poſſeſſio naturalis Domini directi ſit reuerſa, & habeat locum pactum eam ingrediendi propria auctoritate, *in Ariminen. deuolutionis 16. Februarij 1609. coram Sacrato penes Marchcſan. de commiſſ. par. 1. fol. 459. num. 1. & 2. penes Poſth. de manut. deciſ. 111. num. 8. & deciſ. 168. num. 8. & 9. & dec. 227. num. 6. deciſ. 282. num. 7. deciſ. 336. num. 8. poſt Paricll. in expedit. Cauſ. Ciuil. dicta dec. 36. n. 34. & 35. in recent. dec. 421. num. 22. cum ſeqq. par. 11. & dec. 54. n. 21. par. 16.*

In hypotheſi, quidquid ſit de terminatione lineæ, deuolutio, vel excluditur, ſeù redditur prorſus dubia in hoc Summariſſimo poſſeſſorio, nàm agitur de Bonis ab Immemorabili tempore ſemper renouatis, atque Eccleſiæ per laicos ſubiectis, ſeu appodiatis, ità quod D. Cardinalis Mediceus filius, & hæres Magnæ Ducıſſæ Matris vltimæ Emphyteutæ probabili-
6 tèr poteſt in petitorio iudicio renouationem ſperare, tàm iuxtà huiuſmodi ſolitum conformè etiàm ęquitati deſumptæ ex littera *Text. in l. 1. §. Permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiua*, ibique *Bartol. cæteriqueſcribentes, Cald. de Iur. Emphyt. lib. 1. quæſt. 8. num. 1. Gratian. diſcept. cap. 477. num. 17. Mareſcott. lib. 1. var. reſol. cap. 3. num. 1. cum ſeqq. Rota coram Coccin. deciſ. 1145. num. 1. in recent. deciſ. 317. num. 8. & 9. par. 9. deciſ. 306. nu. 4. par. 13. dec. 66. n. 1. par. 15. & deciſ. 358. num. 2. par. 19.* quam ac-
7 cepta ponderata qualitate Bonorum, vt ſunt *text. in l. quicumq; & in l. fin. de omn. agr. deſert. lib. 11. & in cap. ad aures de reb. Eccleſ. non alien.*

Igitur cum probabilis eſſet ſpes D. Cardinalis Medicei renouationem obtinendi, non poterat Abbas Commendatarius poſſeſſionem de facto præoccupare, neque eiuſ poſſeſſio-
8 ne, ac reconſolidatione dominij vtilis cum directo iuuari, nàm ſola poſſibilitas renouationis, ſeù probabilis dubitandi occaſio, quod competere potuiſſet, ſatis erat Domino directo ſe à poſſeſſione abſtinendi, ac D. Cardinali Mediceo, tamquàm proximiori, & hæredi vltimæ Emphyteutæ, atque etiàm poſſeſſori manutentionem obtinendi, vt de communiori Sententia, quam firmant *Valaſcb. conſult. 159. num. 29. cum ſeqq.* vbi ſubdit, non teneri illum, qui renouationem petit, diſcedere ab Emphyteuſi, nàm dimiſſa difficiliter renouatur à Domino, *Cald. de renouat. lib. 1. quæſt. 10. ſub num. 17. §. Ex quibus iuſtiſſimum eſt, de Luc. de Emphyt. diſ. 7. num. 8. in fin., & in Supplem. diſc. 67. num. 2. & 15. cum ſeqq. Rot. apud Poſth. de manut. deciſ. 111. num. 8. in fin. coram Bich. deciſ. 411. num. 2.* vbi, quod eo tantùm caſu conceditur manutentio Domino directo, quandò incontinenti apparet, hæredem vltimi Emphiteutæ renouationem petere non poſſe, *in rec. deciſ. 211. num. 3. circa med. par. 3.* vbi quod ſicuti ſupèr renouatione facienda eſt diſcuſſio in petitorio: ità durante huiuſmodi diſcuſſione manutentio hoc interim danda eſt hæredi, *in Senogallien. Bonorum 21. Iunij 1684. §. Verum coram Cardinali Matthæio*, in qua licèt decreta fuerit Domino directo manutentio, tamèn in illa conditionatè conceſſa apparet, quatenùs Emphytheuta intrà terminum duorum menſium renouationem non petierit, & nouiſſimè *in Eugubina, ſeù Senogallien. Deuolutionis 14. Ianuarij currentis anni §. His in Articulo cum ſeqq. coram R. P. D. meo Vrſino*; cui communiori Sententiæ quidquam non obſtat *Card. de Luc.*
9 *diſc. 61. de Emphyt. in Supplem.* aſſerens, quod quoties prætenſio renouationis non eſt clara, non competit hæredi vltimi Emphyteutæ manutentio, minùſque inſiſtentia in re, cum actio deuolutionis eſſet clara, exceptio verò renouationis turbida; nàm quidquid ſit de illius applicatione, contradicit opinioni tot Doctorum, & Sac. Rotæ, & eſt ſibimet ipſi contrarius, nàm oppoſitum præcedentèr firmauerat *in diſc. 7. num. 8. in fin.* & poſteà *in diſc. 67. nu. 2. & 15.*, adeòut, cum conſulendo ſcripſerit ad opportunitatem Cauſarum in propoſito attendi non debet, ſed quod Sacra Rota firmauit, *Surd. conſ. 403. num. 83., & 84. Gratian. diſcept. 103. num. 59. Poſth. reſol. Ciuil. 103. num. 35.*

Quod autè in receſitis in bonis adſit renouādi ſolitū ſeù conſuetudo, & quidè coactiua ab immemorabili tempore, patentèr emergit ex confeſſionibus ipſorum Abbatū ſuperlatiuam probationem conſtituentibus, & quidem in proportionatis actibus Renouationum emiſſis ſignantèr in illa anni 1493., *Summ. D. Cardinalis de Medices num. 5.*, vbi aſſeritur, quod dd. Bona erant ſolita, & conſueta concedi à tanto tempore, cuius contraria hominum memoria non exiſtit, ac in ſubſequùtis factis de Annis 1502., 1573., & 1598; *d. Summ. num. 6., 8. 9.* in quibus exprimitur, quod eædem fiebant iuxtà
10 conſuetudinem, & ſtylum Abbatiæ; tales enim enunciationes per Abbates emiſſæ in re adeò eiſdem præiudiciali probant immemorabilem, cum vim famæ potiantur, ex allegatis per *Add. ad Greger. deciſ. 51. num. 11. Rota in rec. deciſ. 245. num. 52. par. 9. deciſ. 509. num. 13. cum ſeqq. par. 14. deciſ. 244. num. 9. & 9. par. 16., & coram ſa: me: Alexando VIII. deciſ. 125. num.*
11 *2. & 3.* & iſta probatio importat etiàm neceſſitatem coactiuam, licet Eccleſia renouare contenderet, *Bald. in Auth. ſi quas ruinas ſub num. 6. verſ. ſecundo C. de Sacroſ. Eccleſ. Iaſ. in l. fin. ſub num. 35. C. de Iur. Emphyt. Bero. conſ. 116. num. 4. lib. 1. Corn. conſ. 250. num. 3. verſ. tamèn ſtante conſuetudine lib. 3. Gozadin. conſ. 75. num. 18.*

18. ſub princ. verſ. quid poteſt, Rota deciſ. 28.
num. 9. apud Salgad. labyrint. Credit. & in deciſ.
11. par. 2. recent., imò quando eriam Eccleſia
12 vult prò ſe retinere Falgin. de Emphyt. tit. de
renonat. quæſt. 1. num. 30. in fin. Mantic. de tacit.
lib. 22. tit. 30. ad fin. verſ. quod intelligitur, vbi
teſtatur, ſic coràm ipſo fuiſſe deciſum in Rota.

Vlteriùs, & quod tollit omnem dubietatem
in relata concordia inita intèr Magnam Duciſ-
ſam Victoriam, & Cardinalem Barberinum
tùnc Abbatem Commendatarium, hęc imme-
morabilis, & coactiua conſuetudo renouandi
narratur, ac confitetur intèr Partes, vt ex ver-
bis in principio expreſſis, & quod magis eſt,
recognira fuit per RR. PP. DD. Caietanum, &
Fanum Iudices Compromiſſarios, ex proceſſi-
bus alijſque Iuribus tùnc compilatis, ac com-
pulſatis, eademque attenta Cardinalis Barbe-
rinus Commendatarius, cæteroquin acerrimus
Propugnator Iurium ſuę Abbatię, quorum de-
fenſionem ſtrenuè ſuſceperat, tàm in tribunali
noſtro ſubſtinendo litem, quàm quadriennio
circiter coram Iudicibus Compromiſſarijs, de-
indè controuerſię, ac liti renunciauit, conſen-
tiendo, Magnam Duciſſam hęc Bona poſſidere,
ac ex fructibus hoc medio tempore per ipſum
perceptis, emi tot Bona annui redditus ſc. 300.
ad commodum Abbatię; ex qua quidem Con-
cordia adeò qualificata non poteſt hęſitari de
13 vera, & concludenti probatione Immemorabilis
etiàm coactiuæ, vt elegantèr Rota in rec. deciſ.
271. num. 15. in fin. cum ſeqq. par. 10., & poſt
Salgad. in labyr. Cred. deciſ. 28. num. 9. Atque
afficitne dum Cardinalem Barberinum tùnc
confitentem, ſed & eius in Abbatia Succeſſo-
res, ſtante confirmatione Apoſtolica dictæ
Concordię, per ſa: me: Alex. VII. facta, in qua
cum fuerir inſertus illius tenor, vt confirmatio
14 dicatur ex certa ſcientia, ad gloſ. in cap. Paſto-
ralis §. Prætereà, verbo ex certa ſcientia de offic.
deleg., Rota in recent. deciſ. 157. num. 7. par. 6.,
& coram Bich. dec. 57. n. 4., ligat etiam ſucceſſo-
res, potiſſimè cum tranſactio ipſorum etiã no-
15 mine geſta fuerit, vt reſpondit Alexander III.
in cap. Veniens de Tranſact. ibique gloſ. ſub verb.
confirmatam, Ferret. conſ. 230. ſub num. 2. Ad-
den. ad Greg. deciſ. 152. num. 4. Rot. in rec. deciſ.
159. num. 4. par. 1. deciſ. 220. num. 29. par. 7.
deciſ. 256. num. 3. par. 8. deciſ. 271. num. 14. &
15. par. 15., Royas dec. 335. n. 3. Merlin. dec. 480.
num. 1., Celſ. deciſ. 68. num. 2. & 3. Bich. deciſ.
57. num. 5., & deciſ. 70. num. 1., & 2. Cerr.
deciſ. 162. num. 8., & in Romana Funeralium 4.
Martij præteriti §. Quia illa vnita coram R.P.D.
meo Molines; Quin turbet, quod in relata con-
firmatione Apoſtolica legatur clauſula — citrà
innouationem, aut extenſionem antiquarum Inue-
ſtiturarum — nàm huiuſmodi clauſula nihil ob-
ſiſtit huic immemorabili ſtylo renouandi
ab antiquis Inveſtituris etiàm deſumpto, & per
tranſigentes confeſſo, reſpectu cuius non inno-
uantur, minuſque extendantur antiquæ Inueſti-
turę.

Neque hujuſmodi confeſſio Immemorabilis
ſoliti emiſſa in memorata Concordia tàm ma-
turè, ac circumſpectè geſta prætendi poteſt
erronea; vltra quod enim obſtat generalis re-
16 gula, quod error debet plenè, & concludenter
probari per claras, & præcipuas probationes
Bart. in l. 2. num. 10. C. de Iur. fiſc. lib. 10. Rota
coram Gregor. deciſ. 220. num. 4., coram Royas
deciſ. 73. num. 4. In propoſito nedùm talis pro-
batio non concurrit, ſed potius error remoue-
tur, ex quo confeſſio multiplicitèr adminicula-
tur, & ſignantèr ex qualitate, vt infrà, Bono-
rum, quod fuerint de illis per laicos Eccleſiæ
appodiatis ex Inueſtituris illorum incæptis ab
anno 1303. ex dd. enunciativis emiſſis in Inueſti-
turis annorum 1573., 1598., & 1621. ex lapſu
quatuor, & vltrà Sęculorum, quibus numquam
apparet Abbates, tàm Monaſteriales, quàm
Commendatarios, Bnna penès ſe retinuiſſe, ſed
ſemper eadem renouaſſe necnon ex Proceſſibus
deſuper compilatis, & per dd. Iudices Com-
promiſſario recognitis, ex Laudo in iſtius Im-
memorabilis ſolitis ſequelam emiſſo, & per
Partes mediante dicta Concordia ſpecialitèr
emologato, ex Confirmatinne Apoſtolica ſa:
me: Alexandri VII., atque demũ ex probitate
Cardinalis Franciſci Barberini tùnc Abbatis
Commendatarii tranſigentis, & confitentis, quē
veriſimile non eſt pręiudicare voluiſſe Iuribus
17 ſuæ Eccleſię, quandò contrà Magnam Duciſſam
illorum defenſionem ſuſceperat, atque acritèr
litem in Tribunali noſtro, ac diſcuſſionem qua-
triennio circiter coram Iudicibus Compromiſ-
ſarijs ſubſtinuerat, vt de alijs Præſulibus dixit
Rota in rec. deciſ. 329. num. 8. par. 9. deciſ. 809.
num. 17. & 18. par. 18. & in Marſicana ſeù Nul-
lius Beneficij 7. Iunij 1585. §. Duplici alia, in fin.
coram Reuerendiſſimo Turonen., & in Firmana
Iuriſdictionis 14. Iunij §. Minùs obſtat coram
bo: me: Roudinino, vt confeſſio ex his admi-
niculis ſuffulta nullo modo dici poſſit erronea,
18 quinimò, pręcluſa etiam confirmatione
Apoſtolica, liget tàm Abbates cnnfiten-
tes, quàm eius Succeſſores, ad gloſ. in cap.
dudum il ſecondo, ibique Doctores de Elect., latè
de Angelis de confeſſ. lib. 3. quæſt. 2. num. 6. Rota
coram Dunoz. Sen. deciſ. 215. num. 6. coram Carill.
deciſ. 126. num. 3. coram Gregor. deciſ. 506. pari-
ter num. 3. coram Card. Cerr. deciſ. 161. num. 6.
19 & in rec. deciſ. 340. num. 6. & 7. par. 15. Vel
ſaltèm dùm error non eſt clarus, ſed diſputa-
bilis ex prædictis, dici non poteſt, quod defi-
ciat in hærede ſpes renouationem obtinendi,
& quouſque in petitorio deciſum ſit, prædictam
confeſſionem eſſe erroneam, retardari non
debet manutentio, vt notat Poſth. de manut.
obſer. 65. num. 12. Rota deciſ. 205. in fine coram
Seraph.

In nihilo refragante, quod Abbates prò tem-
pore poſt terminatas lineas Inueſtitorum Bona
conceſſerint Perſonis extraneis, cum primo
loco inueſtiuerint Ranaldum Brunſurr, ſecun-
dò illos de Caſtracanis, & tertio DD. de Ruue-
re, vt ſi dicta Immemorabilis conſuetudo reno-
uandi extaret, proximiores inueſtiti fuiſſent;
quo-

20 quoniam non exinde excluditur, quod Caſtra-
cani fuerint proximiores de Brunfort, & ab
illis ad Familiam DD. de Ruuere Bona tranſi-
uerint per viam alienationis in hoc Caſu licitę
conſentiente Domino directo, etiàm in præiu-
dicium proximiorum *Cald. de Iur. Emphit. lib.
1. quæſt. 5. num. 3. Rota in rec. deciſ. 357. num.
83. par. 11. & deciſ. 218. num. 13. par. 16.* quod-
que hi omnes non eſſent hæredes vltimi Inue-
21 ſtiti, prout talis excluſiua probatio errorem
allegauti incumberet, & inſuper non probatur,
proximiores inſtetiſſe prò renouatione, adeoùt
ijs non inſtantibus, valeat Dominus Directus
etiàm renouare adſtrictus, alterum inveſtire,
*Rota coram Merlin. deciſ. 353. num. 54. vbi con-
cordan.*

Minùs aduerſautur pacta adiecta iu antiquis
renouationibus, ſeù Inueſtituris, in quibus Em-
phyteuta renunciaſſe præſupponitur cuilibet
conſuetudini, aut præſcriptioni etiàm longiſ-
ſimi temporis cogendi Dominum ad renouan-
dum, ac facultatem Abbatibus tribuiſſe poſſeſ-
ſionem bonorum propria authoritate accipere,
& illa retinere, vel alijs concedere etiàm ad ex-
cluſionem hæredis vltimi Inueſtiti; nàm omiſſo,
quod in quamplurimis renouationibus talis
poteſtas non legitur conceſſa Domino Directo,
in nouiſſima conceſſione anni 1621., de cuius
terminatione diſputatur, facultas videtur Ab-
bati Commendatario tributa dumtaxat in caſu,
quo res deuolueretur ob Canones non ſolutos,
vel ob pacta non ſeruata, aut aliàs proptèr ſi-
milem caducitatem reſultantem ex Commiſſo,
ibi -- *Si aliquo tempore res, & Bona prætacta
ad eandem Abbatiam deuoluerentur per Canonem
non ſolutum, vel pacta non ſeruata, aut alias &c.*
22 *Summ. D. Card. Medicei Num. 10. litt. L.* Quod
eſt conforme diſpoſitioni Iuris, nàm renoua-
tio non debetur, quando res deuoluitur ob
Commiſſum, & ſic ob culpam Emphytheutæ,
*Surd. conſ. 181. num. 19. & ſeqq. Gratian. diſcept.
88. num. 31. Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de re-
nouat. quæſt. 1. num. 15. Rota coram Duran. dec.
351. num. 3., & in. rec. deciſ. 218. num. 7. par.
16. & deciſ. 107. num. 1. par. 17.* & non exclu-
23 dit Immemorabilem renouandi in Caſum, vt
hic terminationis lineæ, qui ſub altero deuolu-
tionis ob commiſſum minimè compræhendi-
tur, in ſpecie *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap.
3: num. 25. in fin.*, benè *Rota coram Seraphin.
deciſ. 610. num. 2. cum ſeqq.*: Non attenta illa
24 dictione -- *aut aliàs* -- nàm eſt repetitiua ſimi-
lium qualitatum, culpam, & dolum Emphyteutæ
involventium, non autem ſe extendit ad ca-
ſum terminationis lineæ prorsùs diuerſum,
*Barboſ. vot. 26. num. 2. cum ſeqq.; Surd. deciſ.
274. num. 4. Sperell. deciſ. 159. ſub num. 41. &
ſeqq. Rota coram Triol. deciſ. 221. num. 6. &
deciſ. 378. num. 14. ac coram Coccino deciſ. 443.
n. 3.* Neque obſiſtentibus antiquioribus Inueſti-
turis, in quibus legitur pactum vtrumque Ca-
ſum amplectens, quia eędem in hac parte nul-
lum ſortitæ fuerunt effectum, nam Abbates
numquam prò ſe ipſis Bona retinuerunt, ſed
ſemper renouarunt; etiam prò paruo Cano-
ne, prout oſtendunt quatuor Inueſtiturę anno-
rum 1493. 1573. 1598., & 1621., ac recognoue-
runt Iudices Compromiſſarii, qui nihilominus
immemorabilem conſuetudinem adfuiſſe retti-
lerunt, ac laudarunt, & Cardinalis Franciſcus
Barberinus, cui hęc omnia innotuerant, nedùm
liti renunciauit, ſed quod magis eſt, in Con-
cordia hanc immemorabilem conſuetudinem
confeſſus fuit, ipſamque Concordiam cum om-
nibus enunciatis, etiàm ſucceſſorum nomine
obſeruare promiſit. Renunciatio vero conſue-
25 tudini, & præſcriptioni etiàm longiſſimi tem-
poris non compręhendit immemorabilem, quę
eſt ſpeciali mentione digna, plenè *Cancer. var.
reſol. par. 3. cap. 4. num. 39. cum ſeqq. & Rota
coram Coccin. deciſ. 864. num. 4., & 5.*

Rurſus dicta Immemorabilis nec ex-
26 cluditur ex renunciatione Inueſtiturę, quam
Dux Franciſcus Maria Iunior cum ſorori-
bus fecit anno 1598. in manibus Abbatis
tùnc temporis, vt ex hac remiſſa cenſeatur Im-
memorabilis renouandi ex *deciſ. 357. num. 88.
& ſeqq. par. 11., & deciſ. 202. num. 4. par. 18.*
27 Quoniàm renunciatio facta non fuit ab vltimo
Inueſtito, neque agitur de renouatione occa-
ſione deuolutionis, in quibus terminis loqu-
untur Deciſiones in obiecto adductę, ſed de re-
nouatione ſequuta ad ſolum finem, & effectum,
vt per Dominù directum fieri poſſet renouatio,
quod non tollit Immemorabilem conſuetudi-
nem renouandi tùnc vigentem, pręſertim in
pręiudiciùm D. Cardinalis Medicei, qui reno-
vationem non petit tamquam hæres, ſeù pro-
ximior dicti Renunciantis, ſed Magnę Duciſ-
ſæ Matris vltimæ Inueſtitę.

Iſtamque conſuetudinem Immemorabilem
ſuper his Bonis Iuriſdictionalibus nec tollit di-
cta Conſtitutio ſa: me: Vrbani VIII. *in ordine*
28 51., nàm eadem ſolùm prohibet, renoua-
tiones in his Bonis fieri ſinè Beneplacito Sedis
Apoſtolicæ, vt explicat *Rota poſt Salgad. in La-
byr Credit. deciſ. 28. num. 15. §. Minùs obſtat
cum ſeqq. & deciſ. 29. num. 23. in fine, ac num. 24.*
& ità cum D. Cardinalis Mediceus habeat Be-
neplacitum ſa: me: Clementis X. relatum in
eius *Summ. Num. 26.* eidem Conſtitutio non
obſtat, vt aduertitur in mox citatis Deciſioni-
bus.

Quò verò ad qualitatem Bonorum, quod
ſint de illis Eccleſię per laicos, vt ſupra appo-
diatis, ſeu ſubiectis prò reportandis ipſorum
conſeruatione, & defenſione, reſultare viſum
fuit tum ex minima recognitione duorum ſoli-
dorum, ſub initio conuenta ratione Canonis
prò bonis Iuriſdictionalibus, & redditus valdè
conſiderabilis; tùm ex firmata conſuetudine
Immemorabili renouandi, tùm etiàm ex pecu-
lari conuentione, ſeù prouiſione contenta in
Inueſtitura anni 1303. *Summ. D. Card. de Medi-
ces Num. 1. litt. D.* quod ſi inter hæc Bona re-
perirentur aliqua ad Conceſſionatios ſpectare,
intelligerentur donata: iunctis præſertim obli-
gatione deſuper ab Eccleſia ſuſcepta, defen-
den-

dendi , & authorizandi Bona ab omni prę-
tenſione hominum in Iudicio , & extrà ,
quę ſonat in Tutelam , & protectionem
ac famam huiuſmodi appodiationis : Non ſu-
bſiſtentibus præſuppoſita conceſſione iſtorum
Bonorũ per Othonē Imp. Eccleſię facta, ac Sen-
tentia Epiſcopi Fauen., ſeu Breuibus Gregorij
IX., Gregorij XI., & Leonis X., cum docu-
menta deſuper exhibita ſint informia , & tam-
quàm talia nullum gradum probationis conſti-
29 tuant in contrarium , *Rota coram Pamphil. deciſ. 586. numer. 6. & coram Bich. deciſ. 33. num. 32.*

Sed quatenus prædicta dubium aliquod pa-
terentur in petitorio, ſufficiunt tamen, & ſuper-
abundant ad fauorem Domini Cardinalis Me-
dicei in hoc ſummariſſimo Iudicio manuten-
tionis, ex ſuperius allata regula , quod ſola re-
nouationis poſſibilitas, ſeu probabilitas ſuffi-
cit ad manutenendum in poſſeſſione hæredem
30 vltimi inueſtiti , & quia exceptiones contrà
hanc immemorabilem conſuetudinem , vt ſu-
pra firmatam oppoſitę, petitorium reſpiciunt,
inefficaces proindè remanent manutentionem
atque aliud priuilegiatum remedium eidem
impediendi , *Rota in dicta deciſ. 36. num. 43. & 47. poſt Paitell. & coram Bichio deciſ. 670. num. 24.*

Ex his itaque fruſtraneum PP. cenſuerunt
examen aſſumere , an etiam in prædictis Bonis
competat Domino Card. Medices renouatio
vigore alterius Breuis ſan. mem. Vrbani VIII.
31 prohibentis ſingulis Eccleſiis Status Vrbini
Bona etiam Iuriſdictionalia retinere, eoſdem-
que coarctantis ad renouandos hæredes vltimi
Inueſtiti, de quo penès *Paitell. in expedit. cauſ. Ciuil. deciſ. 7.* & meminit *Card. de Luca de Emphyt. diſc. 5. & 8. Rota in recent. deciſ. 90. & 154. par. 15. ac coram Celſo deciſ. 192. num. 3.*
Animaduertentes tamen ex hoc capite ; nec
denegandam pariter dicto Domino Cardinali
Manutentionem, cum deducta per Defenſores
Abbatis Commendatarij pro declinanda diſ-
poſitione huius Breuis altiorem exquirant in-
daginem ad opportunum petitorij Iudicium
propterea remittendam ; nam licet firmare
conentur, Breue non comprehendere, tam hæc
bona, cum ante illius publicationem eſſent in
recenſita lite inter Magnam Duciſſam, & Car-
dinalem Barberinum , & extra Statum Vrbini
exiſtant; quam d. Cardinalem de Medices tam-
quam forenſem , Replicant tamen è contra
Scribentes pro Domino Cardinali, quod reſpe-
ctu Bonorum prædicta lis remanſerit per con-
cordiam extincta , vt facto loco nouæ de-
uolutioni, renouatio ſit concedenda, & exiſten-
tia Bonorum extra Statum Vrbini deſumpta ex
nonnullis enunciatiuis , quod ſit in Diœceſi
Fauen. deſtruatur ex alijs, quod exiſtant in Dię-
ceſi Senogallien. magis recognoſcendis in pe-
titorio Iudicio . Quo verò ad D. Cardinalem ,
quod ſimilis forenſitatis obiectio data etiam
alias fuerit Magnæ Duciſſæ , & per Rotam ad
petitorium remiſſa , *vt in d. L. deciſ. 45. num. 43. poſt Paitell.* quodque habitatio, ſeu domici-
32 lium ſufficiens ad fruendum beneficio relati
Breuis Vrbani ex *Rot. in recent. deciſ. 90. in fine par. 15.* in eodem D. Cardinali concurrat ratio-
33 ne Cardinalitiæ Dignitatis , quam ſuſtinet ,
in vim cuius ſit perpetuo addictus Romanæ
Curiæ, in qua retinet Palatium apertum, & in-
ſtructum , & ab eadem Curia abeſſe non poſ-
ſit abſque licentia Papæ per notam Conſtitu-
tionem ſan. mem. Innocentij X. in ordine 15.
Bullar. tom. 5. vt licentia deſuper obtenta con-
currente dici debeat in Curia domicilium ha-
34 bere, iuxta deducta per *Gratian. diſcept. 484. n. 16. cum ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſc. 73. nu. 11. Laurent. deciſ. Auen. 240. num. 4. & 5. Rot. in rec. deciſ. 188. num. 7. & ſeqq. par. 17. & deciſ. 90. num. 5. & 6. & deciſ. 431. num. 1. cum ſeqq. par. 18.*
Omnemque difficultatem ſubmoueri ex diſpē-
ſatione obtenta per Breue ſan. mem. Clementis
X. vigore cuius D. Cardinalis licèt forenſis
habilitatus fuit ad recipiendam iſtorum Bono-
rum renouationem, quod Breue licet directum
fuerit Abbati Commendatario cum verbis --
poſſit & valeat renouationem facere ; nihilomi-
nus diſpenſatio prętendi nequeat facultatiua
35 Abbatis, ſed ſimplex, & abſoluta, nam ex ſupe-
rius adductis , Abbas renouare tenetur ab im-
memorabili, vt ſecundem hanc ſubiectam ma-
teriam huiuſmodi verba neceſſitatem impor-
tent, ex *Aretin. in l. Gallus ſub num. 3. ff de liber. & Poſth. Gratian. diſcept. 630. num. 6. Cyriac. controu. 548. num. 15. & controu. 689. num. 112. Surd. deciſ. 268. num. 13. Rot. in rec. deciſ. 48. num. 6. par. 2. & coram Dunoz. iun. Deciſ. 342. num. 5.* vt
ex his replicationibus ambigendum non ve-
niat Breuis Vrbani articulum exquirere altio-
rem indaginem, & proinde manutenendum in
poſſeſſione hæredem vltimi inueſtiti ex ſupe-
rius firmatis .

Quæ omnia remouere non valuit præſuppo-
ſita incompetentia actionis realis in Domino
Cardinali Mediceo pro petenda renouatio-
36 ne, nam contrarium oſtenditur, quidquid enim
ſit de renouatione debita vigore pacti , ſeu æ-
quitatis, quoties, vt in hypotheſi, renouatio pe-
titur in vim conſuetudinis immemorabilis ha-
bentis efficaciam Legis, Statuti, vel alterius cu-
iuſcunque Tituli melioris de Mundo ad *Bald. in Auth. ſi quas ruin. num. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ. Andreol. controu. 145. num. 39. Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de renouat. quæſt. 1. num. 30. in fin. Rota in rec. deciſ. 11. num. 2. cum ſeqq. par. 2.* & in ſpe-
cie *coram Cocin. deciſ. 1009. num. 1.* hoc enim
caſu cum ex imperio Legis, vel Statuti oriatur
fortior parendi obligatio, competit etiam actio
realis, ſeu rei perſecutoria, vt ex Theorica *Bartol. in l. 1. §. Permittitur ff de aqua quotid.* pūn-
ctualiter diſtinguendo tradunt *Card. de Luca de Emphyt. diſc. 67. num. 16. & 17. Rota diſcuſſo maturè Articulo coram Ninot. deciſ. 48. num. 10. cum ſeqq. coram Priol. deciſ. 387. num. 20. & 21. deciſ. 232. num. 8. cum ſeqq. par. 14. deciſ. 81. num. 42. & ſeqq. par. 19.* Et nouiſſimè in *Eugubina , ſeu Senogallien. Deuolutionis 14. Ianuarij currentis anni*

§. *Hæc namque eſt differentia cum ſeqq, coram* Re-*ner. P. D. meo Vrſino*, vbi de ratione, & in fortioribus terminis; nam in illius caſu Dominus Directus poſſidebat auctore Prætore in vim mandati de aſſociando confirmati per aliud de manutenendo, & nihilominus hæres vltimi Inueſtiti poſt longam poſſeſſinnem Domini directi reintegrationem obtinuit in actione reali.

Demum minoris ponderis detegitur altera exceptio fundata ſuper concurſu ad renouationem Domini Principis Lantes, & forſan aliorum, vt dum diſcutienda ſint Concurrentium
Iura hoc interim manutentio dari debeat Ab-
37 bati Commendatario Domino Directo, tum
quia hodie quæſtio eſt ſuper Articulo ſimplicis
manutentionis, in qua, cum D. Cardinalis Mediceus poſſideat, habeatque pro ſe immemorabilem renouandi, ac ſit filius, & hęres Magnę Duciſſæ poſtremæ Inueſtitæ, manutentionem obtiuere debet, poſthabitis, ſeu remiſſis concurrentium exceptionibus ad petitorium, vt in ſpecie *Rota dicta deciſ. 46. num. 47. poſt Baitell.* Tum etiam quia dictus D. Princeps, & alij in Tribunali noſtro non ſunt in Cauſa, ſed tantum ex pretenſoribus, D. Cardinalis Mediceus pro manutentione inſtat, vt eidem propterea liceat bona retinere ad excluſionem Eccleſiæ Dominę Directæ, cui nullum preiudicium generatur potius vnum, quàm alterum renouādi, exemplo plurium ad fideicommiſſum voca-
38 torum, vt ſi vnus tantum compareat, eidem
bona relaxantur iuxta modum, de quo *Surd. conſ. 359. num. 15. cum ſeqq. Rota coram Durano deciſ. 448. num. 10. coram Royas deciſ. 378. & in recent. deciſ. 318. num. 4. cum ſeqq. par. 17.*

Et ità Manutentionem Domino Cardinali Mediceo concedendam eſſe PP. omnes Suffragantes authumarunt, auditis Partibus acerrimè hinc inde Informantibus.

R. P. D. CAPRARA.

Romana, ſeu Florentina Commendæ.
Veneris 17. Iunij 1695.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

8 *Ordini militari quæritur ius pro erectione Commendæ à teſtatore demandatæ.*
2 *Et in* Ordine *D. Stephani tale ius quæritur etiam ex peculiaribus ipſius priuilegijs.*
3 *Commenda habetur pro erecta in odium negligentium petere illius erectionem.*
4 *Dictio* qualſiuoglia *comprehendit quemcumque modum, ſiue extrinſecum, ſiue intrinſecum.*
5 *Dictum vnius teſtis, etſi nobiliſſimi non probat.*
6 *Etiam ſi ſit fides iurata coram Notario, & teſtibus à Cardinali emiſſa.*
7 *Dignitas, & qualitas teſtis non operatur niſi præſumptionem maiorem in teſtimonio.*
8 *In Ordine militari D. Stephani M. Magiſtri pro illius ampliatione diſpenſationes concedunt in admiſſione perſonarum ad commendas gratiæ.*
9 *Inſtantię in maximis ſunt renouandæ.*
10 *Allegans impedimentum debet docere omnem diligentiam adhibuiſſe pro illo remouendo.*
11 *Nec ad hunc effectum ſufficit affectata, & malè adhibita diligentia.*
12 *Commendæ militares ſtipendijs militaribus ſubrogantur.*

DECISIO L.

Conſultis omnibus Dominis in hodierna reuiſione Deciſionis ſub die 6. Iulij præteriti ad formam mihi preſcriptam, fuit reſponſum, conſtare de re iudicata.

Cum enim ex codicillis Albani Ferragalli
declaratis validis die 28. Iunij 1641. coram bo.
1 me, Pirouano fuerit ius quęſitum inclito Or-
dini S. Stephani pro erectione Commendæ tam
de iure communi *Dunozett. Iun. deciſ. 4. è num. 8. Rot. deciſ. 771. num. 2. par. 2. rec.* & ex relatis in deciſionibus *ſub die 28. Aprilis 1679. & 18. Ianuarij 1680. coram clar. mem. Card. Matthaio*,
2 quàm ex peculiari Iure dicti Ordinis ex *Conſti-*
tutione 60. ſan. mem. Pij IV. & priuilegijs ibi immediatè impreſſis §. 10. & ex relatis à *Franciſco Anſald. conſ. 15. num.* 34. Commenda fuit
3 habita pro erecta in odium Antonij, & aliorum
de Ferragallis, qui neglexerunt petere illius erectionem per *Text. in l. Iure Ciuili 24. & l. Iulius Paulus 81. in fine ff. de cond. & demonſtr. & in l. ſi mihi la 5. de contr. empt. Buratt. deciſ. 110. num. 7. & 8. & in d. deciſione 28. Aprilis 1679. & 18. Ianuary 1680. §. Neque officit cor. clar. mem. Card. Matthaio.*

Etſi enim Antonius putauerit ſe ex notorijs circumſtantijs temporum ſatis excuſatum à porrectione ſupplicum precum Sereniſſimo Magno Duci, & pariter Magno Magiſtro Ordinis pro Commendæ erectione, & ſui gratioſa admiſſione, nunquam tamen fuit abſolutus ab obligatione notificandi Miniſtris eiuſdem Ordinis legatum Albani Patruelis pro erigenda Commenda gratiæ cum præſeruatione ſuorum iurium, quouſque opportuniori tempore poſſet preces pro ſui admiſſione porrigere. Quę tantum abeſt, quod fecerit, dum intempeſtiuè exegit fructus locorum Montium pro dote Commendæ deſtinatorum, & ſuos fecit, abſque quo præcedenter fuerit actum pro erectione Commendæ, vel præceſſerit aliqualis declaratio, quod eſſet purificatus caſus impedimenti erectionis Commendæ in Codicillis admiſſus, & conſecutiuè factus locus iuri ſucceſſorio ad fauorem eius de familia Ferragalla, qui erat ſucceſſurus in Commenda.

Non obſtat, quod Antonius, vt potuit, Sereniſſimo Magno Magiſtro porrexerit ſupplices preces pro admiſſione ad Commendam mediante Comite Mario de Carpinea, qui per epi-

epiſtolam ſub die 2. Maij 1648. reſpondit, pre-
ces fuiſſe reiectas. Vnde Antonius putauit,
fuiſſe ſibi, & familiæ apertum ius ſucceſſionis
ad formam Codicillorum ibi -- *E caſo che per
qualſiuoglia impedimento non ſi poſſa effettuare
detta Commenda*, tunc inueſtimentum ſc. 6000.
fiat in beneficium eius de familia, qui ſucceſ-
ſiſſet in Commenda. Hinc Cauſa conſiſtit in
hoc impedimento, ſiue accidentali, ſiue extrin-
ſeco, cum Teſtator de quouis ſit contentus ibi:
4 *per qualſiuoglia impedimento*, vt de dictione
*qualſiuoglia Bart. in l. 2. §. quoad ait Prætor. ff.
qui ſatis dare cogantur Altograd. conſ. 3. num. 35.
& num. 37. lib. 1.* cuius probatio elicitur ex hac
vnica epiſtola Comitis Marij, quæ hodiè fuit
recognita à Duciſſa vxore, & ab alijs Teſtibus
habentibus notam Marij manum, ſed hæc epi-
ſtola non continet niſi ſimplicem, & puram aſ-
ſertionem teſtis, cuius probitas egregia, & ge-
5 neroſæ familiæ nobilitas non ſuffragatur in iu-
dicijs, vbi agitur da præiudicio Tertij *cap. ve-
niens il primo de teſtibus Vbald. deciſ. 222. Gre-
gor. deciſ. 178. Rot. deciſ. 353. par. 18. rec.* & fuit
dictum *in deciſ. Cauſa coram Card. Matthæio, &
bo. me. Rondinino*, & in terminis fortioribus fi-
6 dei iuratæ coram Notario, & teſtibus viri vn-
dequaque ſumme conſpicui, & etiam Eminen-
tiſſimi dignitate coruſcantis *Adden. ad Greg. de-
ciſ. 214. num. 3. Coccin. deciſ. 4. Priol. deciſ. 387.
num. 6. Rot. deciſ. 73. num. 3. & 4. tom. 2. rec.* ob
illam vniuerſalem rationem, quod qualitas, &
7 dignitas Teſtis non operatur, niſi præſumptio-
nem maiorem in teſtimonio, quæ non eſt ſatis
in hac materia præiudiciali, vbi probationes
debent eſſe perfectę, & plenę *Dec. in cap. cauſam
num. 25. & num. 26. de offic. deleg. Antonell. conſ.
1. num. 16. Rot. deciſ. 498. num. 6. par. 1. rec.*

Animaduertebant DD. quod ex hac epiſto-
la non ſatis apparuit quid nomine Antonij
fuerit Sereniſſimo Magno Magiſtro expoſitum
An ſupplices preces aliquali conditione limita-
tæ, vel liberæ, An fideliter narrata ſubſtantia
diſpoſitionis Albaui de inueſtiendis ſc. 6000.
pro Commenda, An expreſſerit, vel tacuerit
intruſionem Antonij in effectiua perceptione
fructuum locorum montium, quod potuit di-
ſplicere Magno Magiſtro, & auertere à con-
ceſſione gratiæ, An ſpecificè narrauerit virtu-
tem Antonij, & munera præcipua, quæ in ſe-
cretaria Pontificia cum Laude exercuerat, Vn-
dè licet homo nouus in humili fortuna natus,
verè tamen nobilitas, quæ in eius perſona in-
ceperat, erat talis, vt ipſe videretur ad habi-
8 tum admittendus ex illa clementia, qua Ma-
gni Magiſtri pro ampliatione Ordinis diſpen-
ſationes concedunt *Anſald. conſ. 17. num. 18. &
conſ. 138. num. 181. & num. 182.* ex qua expreſſio-
num diuerſitate, & ſimiliter taciturnitate po-
tuit retardari gratia admiſſionis, cum iuxta
diuerſum modum exprimendi contingat varia-
ri reſcripta Principum, quę modò ſubreptionis,
modo obreptionis vitio laborant.

Pręterea ex ſimplici enunciatiua non benè
apparuit qualitas negatiuæ admiſſionis ad
Commendam, An ſimpliciter, & perfunctoriè
probata, vel potiùs ex conſultò, & animo de-
9 liberato, vt patere debebat, ad hoc vt digno-
ſceretur, an Inſtanter, & inſtantius eſſent reno-
uandę preces, vt in maximis fieri ſolet, vt di-
ctum fuit *in noſtra deciſione §. nam de aſſerta in
10 fin.* & præſertim in materia remotionis impe-
dimenti, vbi pro intereſſe aliorum quis tene-
tur adhibere conatus, & diligentias ad *text. in
l. quibus diebus ff. de cond. & demonſtr. Bald. conſ.
395. num. 3. verſ. 4. lib. 2. Camil. Medic. conſ. 127.
num. 1. Pamphil. Iun. deciſ. 581. num. 4. Rot. deciſ.
206. num. 13. par. 11. rec. & in deciſ. ſub die 2. Maij
1681. coram bo. me. Rondinino*.

Quæ omnia patere potuiſſent, mediante te-
ſtimonio Comitis Marij tunc formiter exami-
nandi, ſi Antonius ſubdolè eius epiſtolam pro
toto tempore, quo ſuperuixit, non occultaſſet
contumaci ſilentio per tam longum tempus
omnia obuoluēdo, vt facilius in iniuſta intru-
ſione, & perceptione fructuum locorum mon-
tium permaneret, inſcijs officialibus Religio-
nis, & nullatenus interpellatis, quibus præiu-
dicari non potuit.

Cæterum tam ſollicitudo Antonij in repor-
tanda emptione locorum montium pro pretio
ſc. 6000. & eorum vinculatione pro Commen-
da erigenda, quam intruſio eiuſdem in percep-
tione fructuum addictorum Commendæ per
teſtatorem volitæ, imò ſerotina inſtantia ere-
ctionis Commendæ, & nimis facilis acquie-
ſcentia ab eo mendicatę negatiuæ ſatis euin-
cunt intentionem Antonij à principio inhiandi
commodo priuato ex inueſtimento ſc. 6000.
retrahendo, & apertam animi reſiſtentiam, ne
ſe ſubijceret Sereniſſimo Magno Magiſtro pro
11 diſpenſationibus impetrandis, ex quibus im-
probè, & affectatè procuratis non potuit iuua-
ri, nec vllo modo excuſari *Roſ. conſ. 47. num. 35.
lib. 2. Surd. conſ. 32. num. 3. Ninot. dec. 43. num. 3.
Rot. deciſ. 492. num. 5. par. 9. rec.* in præiudicium
12 Incliti Ordinis, cui ius eſt quæſitum, dum
ſplendor illius coruſcat in Commendarum ma-
nutentione, quæ ſtipendijs militaribus ſubro-
gantur, vt animaduertit *Fran. Anſald. conſ. 57.
num. 67. & conſ. 78. num. 13. & num. 35. & conſ.
140. num. 15.*

Hinc DD. cenſuerunt conſtare de re iudica-
ta. In reliquis deferendo deciſionibus coram
clar. me. Card. Matthęio, & bo. me. Rondinino,
& Reuerendiſs. P. D. meo Decano.

Et ità vtràque &c.

R. P. D. MVTO.

Romana Septuagenariæ.

Lunæ 27. Iunij 1697.

A R G V M E N T V M.

Senes Septuagenarios propter reuerentiam, ac imbecillitatem non eſſe ex cauſa debiti carceri mancipandos, deciditur, dolo non probato.

S V M M A R I V M.

1 *Senes ſeptuagenarios Princeps admittere ſolet ad beneficium, ne propter debitum carcerentur.*
2 *Quamuis in Vrbe contrarius ſtylus vigeret de tępore Card. de Luc. Auditoris ſa. me. Innoc XI.*
3 *Nec huic beneficio renunciatum dicitur per generalem renunciationem contentam in obligatione Camerali, ſed requiritur ſpecialis, & expreſſa.*
4 *Imò nec illi renunciari valet.*
5 *Dolus probari debet.*
6 *Non probatur ex omiſſione partitarum, quæ potuit ex errore contingere.*

D E C I S I O LI.

PRO reliquatu adminiſtrationis bonorum atque reddituum Ven. Monaſterij S. Laurentij in Pane, & Perna Franciſcus Belardus olim illius Factor, atque Exactor declaratus fuit in arbitramentali ſententia debitor ſcut. 835. pro quibus Iudex ab Eminentiſſimo Vicario Vrbis deputatus mandatum executiuum relaxauit, quod deinde Tribunal noſtrum legitimæ executioni demandandum reſcripſit pręuia deciſione coram me ędita die 26. Aprilis anni pręteriti, & ſucceſſiuè per Signaturam confirmatum cum clauſula ſine præiudicio, ac demum in perſona debitoris in ętate annorum 75. conſtituti executum mediante ipſius mancipatione in carceribus pluribus ab hinc menſibus ſecuta, à quibus tamen egredi curans Franciſcus preces porrexit Sanctiſſimo Domino noſtro pro conceſſione ſeptuagenariæ, atque eiſdem Rotæ pro voto remiſſis, exquiſiui hodie à PP. an eſſet locus ſeptuagenariæ, & affirmatiuè reſponſum fuit conſulendo Sanctiſſimo pro gratioſa illius conceſſione, cum Princeps ſoleat huiuſmodi ſenio confectos, in-
1 firmiſque æquiparatos ad huiuſmodi beneficium admittere iuxta caſus relatos per *Ridolphin. in eius praxi par. 1. cap. 14. num. 346.* atque ita æquitas, & pietas expoſcit iuxta communiorem Doctorum opinionem, anteſignanus quorum eſt *Anchar. conſ. 336. num. 2. Intrigliol. conſ. 18. num. 1. Gratian. diſcept. 328. per tot. Graſs. de except. in prælud. 177. cum ſeq. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 243. num. 6. Taſſon. in obſer. ſuper pragm. de anteſat. obſ. 2. num. 102. Card de Luc. de credit. & debit. diſc. 122. num. 14. Ridolphin. in eius prax. vbi ſupra d. num. 346. Narbon. de ætat. aduot. 70. quæſt. 10. num. 2.* quibus non
2 aduerſatur deciſio edita *in Romana Cambij 10. Decembris 1691. coram* R. P. D. *meo Vrſino*, cum ſit reſtricta ad peculiare tempus, & ſtylum Card. de Luc. tunc Auditoris ſa. me. Innocentij XI.

Neque ab huiuſmodi beneficio Franciſcus arcere videtur qualitas debiti obligationi Camerali muniti, cuius vigore cuicunque exceptioni renunciatum fuerit, & pręſuppoſitus dolus in huiuſmodi admiſſione, nam reſpectu
3 primæ non ſufficere generalem renunciationem in obligatione Camerali contentam, ſed requiri expreſſam, & ſpecialem tuentur *Zacch. de oblig. Cam. quæſt. 28. num. 30. Carunncul. deciſ.*
4 *41. num. 4. & 9. cum ſeqq.* quinimò aliqui putant, nec poſſe huiuſmodi beneficio renunciari tanquam conceſſo miſericordię cauſa, ac propter ętatem, & reuerentiam perſonæ, vt vltra *Zacch. & Carunncul.* mox adductos firmant *Valaſc. de priuil. pauper. par. 2. quæſt. 18. num. 63. Gratian. diſcept. for. 506. num. 17. cum ſeqq. Spada in theatr. viduil. diſquiſ. 44. num. 60. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 95. à num. 24.*

Quo verò ad pręſuppoſitum dolum in adminiſtratione commiſſum de eo nullatenus
5 conſtat, & tamen debuiſſet plenè, & concludenter probari, cum ille de iure non præſumatur ad *text. in l. dolum. C. de dol. Rot. coram Gregor. deciſ. 169. num. 1. cum ſeqq. coram Coccin. deciſ. 1034. num. 2. & coram Card. Cerr. deciſ. 38. num. 17.* quin illius probatio deſumi valeat ex omiſſa adnotatione in libris introitus Monaſterij nonnullarum partitarum Canonum, & penſionum per Franciſcum exactarum, nam
6 huiuſmodi omiſſio potius tribuenda eſt errori, quam dolo iuxta doctrinam *Alex. in l. fin. ſub num. 2. verſ. vltima reſponſio C. de iur. delib. Surd. deciſ. 222. num. 14. & Rot. coram Gregor. d. deciſ. 169. num. 3.*

Facilius DD. ad conceſſionem ſeptuagenariæ inclinarunt, ex quo Franciſcus poſſidet bona, quorum ſubhaſtationi, & deliberationi conſenſit, vt ex ijs monaſterium de d. eius credito ſatisfactionem reportare poſſit.

Et ita partibus auditis reſolutum fuit &c.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Romana, ſeu Veneta Immiſſionis.

Lunæ 14. Maij 1696.

ARGVMENTVM.

Amentia perpetua inualidat teſtamentum, ſecus lucidis interuallis interrupta. Onus probandi amentiam de tempore teſtamenti incumbit illam alleganti. Sanitas mentis dicto tempore teſtamenti quibus probetur, & quomodo excludatur amentia. In condendo teſtamento non

non eſt neceſſaria perfecta prudentia, & iudicium, ſed ſufficit abeſſe poſitiuam amentiam. Iracundia non vitiat teſtamentum, quod teſtator diù ſuperſtes non reuocauit.

ARGVMENTVM.

1 *Hæres legitimus non admittitur, quamdiu adeſt hæres ſcriptus.*

2 *Teſtamentum factum ab amente eſt nullum.*

3 *Etiamſi inſtituta in illo ſit cauſa pia.*

4 *Amentiæ teſtatoris exceptio dicitur turbida, & altioris indaginis, & ideo reijcienda ad petitorium.*

5 *Quæſtio inualiditatis teſtamenti ob dementiam teſtantis, eſt inuoluta.*

6 *Et ſubtilis inquiſitionis,*

7 *Amentia plenè probata, & firmata, non accidentaliter, & ad modicum tempus, ſed ſimpliciter, & cum longa permanentia præſumitur continuata.*

8 *Et Teſtamentum, & quilibet alius actus in eo ſtatu conditus, eſt inualidus.*

9 *Niſi concludenter probetur recuperatio perfecti iudicij tempore diſpoſitionis.*

10 *Amentia nondum perfectè probata, vel quod illa lucidis interuallis rumpatur non impedit factionem teſtamenti de tempore lucidi interualli.*

11 *Onus probandi teſtamentum fuiſſe conditum tempore quietis incumbit alleganti illius validitatem.*

12 *Contrarium. quod tale onus reijciatur in illum, qui teſtamentum impugnat.*

13 *Amentia de præciſo tempore conditi teſtamenti probanda eſt ab illam allegante.*

14 *Potiſſimum, cum adeſt aliqua, licet imperfecta probatio ſanitatis mentis in diſponente.*

15 *Hominem ſapere ſecundum naturam eſt, deſipere verò repugnat humanæ naturæ.*

16 *Probationes, teſtamentum factum fuiſſe tempore furoris, vti contrariæ præſumptioni iuris, & naturæ, facillimè confunduntur alijs probationibus, & argumentis.*

17 *Amentia cum lucidis interuallis probatur à teſtibus de illa deponentibus.*

Teſtes probant contra inducentem.

18 *Amentia probata, illa cenſetur cum lucidis interuallis, quoties ea non fuerunt excluſa.*

19 *Matrimonium permittitur iniri viro ſtupido hebetioris ingenij, vel furioſo lucida habenti interualla.*

20 *Non autem perpetuò furioſis, & inſanis.*

21 *Sanitas mentis probatur aſſertione à Notarij deſuper miſſa in confectione inſtrumenti.*

22 *Et talis aſſertio transfert onus liquidiſſimæ probationis in eum, qui contrarium dicit.*

23 *Præſertim dum diſpoſitio eſt bene ordinata, & num. 24.*

25 *Maximè ſi ab hærede inſtituto procul abſit ſuſpicio fraudis, aut machinationis.*

26 *Teſtamentum bene ordinatum eſt validum, etſi in furore confectum.*

Contrarium num. 27.

28 *Diſtingue, vt prima opinio procedat in eo, qui habet lucida interualla, ſecunda verò in illo, qui perpetuo mentis eſt expers.*

29 *Amentiam non ſapit præceptum teſtatoris hæredi iniunctum tuendi ſuam diſpoſitionem aduerſus eos, qui illum vti fatuum adminiſtratione priuare voluerant.*

30 *Teſtamentum, vt dicatur conditum à viro ſani intellectus, ſpectatur ſolum illius ſubſtantia, non autem inſcitia iuris, aut alia ſigna leuitatis in Teſtatore, & teſtamento.*

31 *Obſeruantia Teſtatoris, qui teſtamentum non reuocauit, probat in illo firmitatem iudicij.*

32 *Idemque probat obſeruantia cohæredum ab inteſtato, qui à teſtamenti impugnatione deſtiterunt.*

33 *Et ideo non valet poſtea ab aliis impugnari ex capite amentiæ.*

34 *Vnuſquiſque eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.*

35 *Teſtamenti factio permittitur viro perfecta prudentia, & iudicio non pollenti, dummodo abſit poſitiuum impedimentum dementiæ, & num. 39.*

36 *Et ſufficit ea ſanitas mentis, quam habet puer 14. annorum, & puella duodecim annos egreſſa.*

37 *Ac quæ creditur ſupereſſe maioribus proximæ mortis cogitatione perculſis.*

38 *Teſtamentum condere licet hominibus ſtupidis, ac rudibus, ac hebetis, craſſiorisque ingenii.*

40 *Amentiæ perpetuæ probatio non reſultat ex deputatione curatoris ad inſtantiam conſanguineorum.*

41 *Amentia non probatur ex deputatione curatoris furioſo habenti lucida interualla.*

42 *Furioſus tempore induciarum, vt ſanus in pleriſque habetur.*

43 *Amentia probatur ex datione curatoris pro tempore, quo fuit conſtitutus, ſed non ſequenti.*

44 *Amentiæ perpetuæ coniectura non eſt diſpoſitio paterna, in qua ſcriptis hæredibus nepotibus, filium in ſola legitima inſtituit.*

45 *Amentia excluditur, ſi pater filium de curatore non prouidit.*

46 *Non probatur ex quo quis plura matrimonia re infecta tractauit.*

47 *Nec ex detruſione in hoſpitale ſtultorum.*

48 *Præſertim in Vrbe, in qua ad hoſpitale ducuntur tum amentes perpetui, tum furioſi cauſa curæ.*

49 *Excluditur ex dimiſſione à dicto hoſpitali.*

50 *Amentiæ probatio deprompta ex publica voce, & fama, plurimum à Iudicis circumſpectione pendet.*

Amentis in nomine imponendo vulgus liberalius eſſe ſolet.

51 *Fama plerumque mendax cedit veritati.*

52 *Iudicium medicorum in probanda amentia debet attingere tempus conditi teſtamenti.*

53 *Amentiæ probatio per teſtes eſt difficilis.*

54 *Et periculoſa, & fallax.*

Dementes, & fatui vulgo groſſolani, *ita ſunt in confinio, vt teſtes facile aberrare poſſint.*

55 *Nec talis probatio reſultat ex informibus te-*

ſtium

ſtium depoſitionib..,
56 *Amentia non probatur ex ſermone inordinato, nec ex inceſſu cum veſtimentis laceris.*
Non deſumitur, ſed quædam animi leuitas ex quolibet actu viro ſanæ mentis omnino non conuenienti.
57 *Teſtamentum calore iracundiæ conditum non valet.*
58 *Limita ſi poſt remiſſum iracundiæ calorem teſtator diù ſuperſtes illud non reuocauit.*

DECISIO LII.

DOmini cenſuerunt, confirmandam eſſe Sententiam Rotalem R.P.D. Vrſini, in qua cõceſſa fuit immiſſio Ven: Conuentui PP. Sancti Auguſtini Venetiarum hęredi ſcripto in Teſtamento Franciſci Antonij, cuius bona hæreditaria titulo inteſtatæ ſucceſſionis occupantur à Ioanna Druſilla eius Amita, cum legitimus non admittatur quamdiu adeſt ſcriptus hæres,
1 *l. quamdiu 39. ff. de acqu. vel amitt. hæred. & leg. 89. ff. de reg. Iur. l. antiquam 8. C. commun. de ſucceſſ. Rota coram* Remboldo *decif. 203. num. 1. in* Romana, *ſeu Fanen. Donationis 12. Iunij 1693. §. Vlterius coram* R.P.D. Molines.
Nec tamen iuuare valet exceptio nullitatis Teſtamenti ob dementiam, qua Franciſcum Antonium laboraſſe, ideoque inteſtabilem fuiſ-
2 ſe dicebatur, *l. 2. & l. In aduerſa 17. ff. qui Teſtam. fac. poſſ. l. furioſum 9. C. eodem §. Furioſi autem Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facer. Teſtam.* Ramon. *conſ. 42. num. 10. 10. Andr. Frommanne de Iur. furioſor. fol. mihi 52.* etiamſi in illo inſtituta legatur pia Cauſa, cuius fauor haud tantus eſt, vt supplere valeat defectum naturalis conſen-
3 ſus, & voluntatis, ob quem furioſi, & dementes inteſtabiles fiunt, *cap. finali de ſucceſſ. ab inteſt. Decius d. l. furioſum num. 15. clar. mem. Card. de Luca de Teſtam. diſc. 38. num. 2. Reuſner. eodem tract. par. 2. cap. 8. num. 9. Scalona eodem pariter tract. lib. 2. cap. 7. §. 8. Manſ. conſultat. 29. num. 5. & ſeqq. Barry de ſucceſſ. lib. 1. tit. 7. num. 41. Martius Med. examin. 9. num. 22. Bocr. decif. 23. num. 50.*
Quia omiſſo, quod huiuſmodi exceptio tã-
4 quam de vitio non viſibili, turbida dicitur, altioremque requirit indaginem, ideoque ad petitorium reijcienda, *Angel. conſ. 85. num. 2. Ramon. dicto conſ. 42. num. 11. Gratian. diſcept. 531. num. 84. Rocc. reſpon. 75. num. 1. & ſeq. Rota coram Buratt. decif. 211. num. 2. & ſeq. ibique add. & coram Celſo decif. 166. in fine.*
Viſum fuit Dominis, in huiuſmodi quæſtione inualiditatis Teſtamentorum ob dementiã, furoremque Teſtantis, quam propter varieta-
5 tem Scribentium inuolutam dicit *Card. de Luc. d. diſc. 38. loco citato*, & propter difficultatem probationum dementiæ, quæ per æquiuoca ſi-
6 gna menti offertur, ſubtilis inquiſitionis reputarunt, *Menoch. conſ. 82. num. 211. & ſeqq. Ramon. dicto conſ. 42. num. 13. de Luc. ad Gratian. diſcept. 843. num. 8. Scalona de Teſtam. lib. 2. cap. 7. §. 6. in princ.* diſtinguendum eſſe caſum, quo amentiæ ſtatus iam plenè probatus, & perfectè firmatus fuerit, non quidem accidentaliter, & ad modicum tempus, ſed ſimpliciter, & cum longa illius permanentia, ab alio caſu, in quo vel amentiæ ſtatus nondum perfectè probatus ſit, vel idem, tametſi probatus, lucidis tamen interuallis, furoriſque iudicijs interrumpi doceatur.
Primo quippè caſu, cum præſumptio ſtet
7 pro continuatione dementiæ ſemel inductæ ex regula, de qua apud *Pinhiera de Teſtam. diſp. 1. ſect. 1. §. 2. num. 8. Scalona eod. tract. lib. 2. cap. 7. §. 7. num. 93. Manſ. conſult. 29. nu. 40.* Teſtamentum proinde, ſeu quicumque alius actus
8 in ſtatu celebratus, inualidus cenſetur ex Iuribus ſub initium allegatis, adeout is, qui huiuſmodi actus tamquam validum ſubſtinere contendit, certis probationibus demonſtrare te-
9 neatur, teſtantem, ſedato iam furore, mentiſque tumultu, quieti, ac tranquillitati cum perfecta Iudicij recuperatione, diſpoſitionis tempore fuiſſe reſtitutum *Card. de Luca diſc. 38. num. 2. verſ. quartus caſus, alijque congeſti per Rocc. diſp. Iur. ſelect. cap. 135. num. 25. & ſeq. Martius Med. decif. 17. num. 31. & ſeqq.*
Secundo verò Caſu indubij iuris eſt, furioſum, & dementem in ſuis inducijs vltimum
10 condere elogium poſſe, vt ſanciunt, *Imper. in l. furioſum 9. C. qui teſtam. fac. poſſ. & in §. Præterea inſtit. Ioan. Andr. Frommann. de Iur. furioſ. fol. 69. num. 6. & ſeqq. Pinheir. de teſtam. diſput. 1. ſect. 1. §. 2. num. 5. Reuſner. eodem tract. par. 2. cap. 8. num. 29. Barry de ſucceſſ. lib. 1. cap. 7. ſub num. 40. Manſ. conſultat. 29. num. 32. Petr. Royz. Mauranes decif. Lituan. 1 num. 109. & ſeq. & decif. 4. num. 340. Rota coram* Remboldo *decif. 203. num. 8. & coram Cerra decif. 127. num. 16.* ſed ſolum diſputant Doctores, cuinam incum-
11 bat onus probandi, num Teſtamentum quietis, vel furoris tempore fuerit ordinatum, illudque incumbere alleganti illius validitatem ſenſerunt, *Menoch. conſ. 82. num. 220. Pinheiro de Teſtam. diſput. 1. ſect. 1. §. 2. num. 9. Rocc. dicta cap. 135. num. 30. vbi concordan.* Contra verò huiuſmodi onus reijciendum eſſe in eum, qui im-
12 pugnat Teſtamentum, cum pro illius validitate non minus naturæ, quam Iuris ſimiliter præſumptio, ſubſtinent, *Ruin. conſ. 145. num. 7. lib. 1. Ramon. conſ. 42. num. 45. Manſ. conſult. 29. num. 33.* Reuſner. *de* Teſtam. *d. par. 2. cap. 9. nu. verſ. ſed contrariam ſententiam. Baccac. ad Conſtit. Marcb. gloſ. 3. num. 121. Rota decif. 570. num. 26. par. 4. tom. 3. rec. coram Bich. decif. 305. num. 14. coram Merlin. decif. 772. num. 11. & 12. coram Cerro decif. 681. num. 15. in Tudertina Donationis 10. Martij 1692. §. Maximè quia, vbi concordan. deciſiones coram Eminentiſſimo Caccia*; Ideoque is, qui dicit Teſtamentum tamquam ab inſano conditum non ſubſiſtere, inſaniam probare te-
13 neatur, & quidem præciſo tempore conditi Teſtamenti *Corn. conſ. 261. num. 21. lib. 4. Ramon. d. conſ. 42. num. 25. Barboſ. Vot. decif. 11. nu. 12. Andreol. controu. 223. Caren. reſol. 171. nu. 14. Rota coram Duran. decif. 178. num. 10. & ſeq. & num.*

num.15.& ſeqq.Carill. deciſ.64. num.12. & 16. Cerr.deciſ.127.num.15.& deciſ. 681. num.1. & 2.deciſ.137. num.3. par. 14. recent. in Ariminen' Bonarum ſuper Remiſſoria 23. Februarij 1693. ſub initium coram Reuerendiſſimo Heruault Archiepiſcopo Turonen.

Quæ ſecunda opinio, omni ſubmota contradictione, locum apud omnes ſibi vindicat, quando aliqua, imperfecta licet, & ſemiplena
14 probatione, adſtruitur in diſponente ſanitas mentis, probaturque, dum morbus conquieſcebat inter inſaniæ, furoriſque interualla Teſtamentum exaraſſe, *Card. de Luca de Teſtam. d. diſc.38.ſub nu.4.& diſc.39.num.5.& ſeqq.* Nam hominē ſapere ſecundum naturam eſt, deſipere verò, & rationis eſſe experrem, id humanæ repugnat naturę; *l.nec Codicillos quinta*, ibique *Gloſſ.C.de Codicillis, Ramon.dicto conſ.42. num.*
15 *11.Manſ.conſult.29.num.11.& ſeq.Barboſ.dicto V ot.11. num.7. & 8.Reuſner.de Teſtam. par. 2. cap.9.num.1.& Petr.Ruiz dicta deciſ. Lithuanię prima num.119.& ſeq. Rota deciſ.348. num.10, & 11.par.16.coram Celſo deciſ. 166. num.5. cor. Cerro deciſ.127.num.4.& ſeq.in dicta Tudertina Donationis 10.Martij 1692.§.Prout nec in contrarium coram Eminentiſſimo Caccia, & in Romana, ſeu Fanen.Donationis 12. Iunij 1693. §. Penultimo coram R.P.D.Molines*, quo fit, vt probationes impugnātis Teſtamentum tamquam facti in tempore, quo mens furoris ęſtu tumultua-
16 bat, vtpotè contrariæ Iuris, & naturæ præſumptioni, facillimè confundantur alijs probationibus, & argumentis illi famulantibus: *Pariſ.conſ.88.num.49.lib.3.Corn. conſ.261. nu. 20.lib.4..Andreol.controu.223. Gratian. diſcept. 843.num.11.ibique de Luca, Vrceol. de tranſact. quæſt.35.num.27.& ſeqq.Manſ.conſult.29.num. 51.& ſeqq.Pinheiro de Teſtam. diſput.2. ſect.1. §.2.num.7.Cerr.deciſ.127.num.21.& 22.& deciſ. 681.num.14.Celſ.dec.166.num.14.dec.348. num.11. & 12.par.16.recent.in dicta Tudertina Donationis §. Eo magis*, paſſim aientes, facilius credi duobus Teſtibus de ſana mente deponentibus, quàm mille de inſania.

Cauſam verò Teſtamenti, de quo agitur, in ſecundo Caſu verſari, Domini deducebant ex
17 ipſis Teſtibus à Ioanna Druſilla inductis, qui datas à furore inducias, lucidaque Franciſco Antonio effulſiſſe interualla, diſertè deponunt *dicta dec.137. num.3. par. 14. deciſ.348. num.7. par.16.recent.* licet ad id probandum ſatis ſit
18 loqui de eo genere dementiæ, quæ illa non excludat, *Manſ.dicta conſult.29.num.32.*

Rurſus id comprobatur ex Matrimonio ab eodem contracto haud multo ante conditum Teſtamentum, quod certè iniri permittitur ſubſtupido habetioris ingenij, vel furioſo luci-
19 da habenti interualla, benè *Io: Andr. Frommann.in tract. de Iur. furioſ. fol. mihi 69, num.7. Dec.conſ.122.num.1.deciſ.107.num.28.par.2. diuerſ.* Non verò ijs, quibus, furor, & inſania, cum perpetua mentis alienatione peruer-
20 tit, *Pariſ.conſ.88.num.40. & ſeq. lib.3. Surd. conſ.89.num.31.& ſeq.Boer.deciſ.23.num.68.& 69.deciſ.107.num.13.cum ſeqq.& num.29.par.2. diuerſ.* vt etiam ſimili argumento ducto ab emiſſione Profeſſionis in Religione pro excludenda dementia vtitur, *Barbat.conſ.59. lib.2.*

Quod autem idem Teſtamentum quietis, &
21 ſanitatis tempore exaratum fuerit, facilius probatur; Illud enim longè ante obitum Teſtatoris exceptum fuit à Notario, qui dixit, eum ſibi optimè *cognitum ſanum Dei gratia mente, ſenſu, loquela, viſu, & intellectu, ac etiam corpore*: Quam Notarij aſſertionem, iuncta præſentia ſeptem Teſtium, coram quibus actus gerebatur, in propoſito expendunt, *Caren.reſol. 171. num.4.Card.de Luc.diſc.39.num.7. & 8.* illamq; ſemper magni fecit Rota, vt apud *Cerr. deciſ. 681.num.5.& 4.Celſ. deciſ.166. num.15. deciſ. 137.num.5.par.14.dec.167.num.4.par.18. recent. in Firmana Legatorum 29.Ianuarij 1691. §. Non ſubſiſtit coram R.P.D.Priolo*, adeòut ſi ab impiæ dementiæ nota, & nullitatis vitio Teſtatorem, & Teſtamentum vindicare prorſus non
22 valeat, efficiat tamen, vt contrarium probare contendens liquidiſſimas probationes afferre teneatur, *Barry de ſucceſſ. lib.1. cap.7. num.42. in fine*; Maximè quando, vt optimè ad rem
23 noſtram aduertit *de Luca diſc. 38, ſub num. 2.* cum illa concurrit benè ordinata ſeries diſpoſitionis Teſtamentariæ, quæ quam iuſta, æqua, & prudens fuerit in noſtro Caſu, depræhenditur ex concinna illius enarratione facta in prima Deciſione *R. P. D. Vrſini edita 28. Iunij 1694.*

Ex qua aliud omnium præſtantiſſimum elici argumentum pro ſubmouenda ſuſpicione, quod Teſtamentum conditum fuerit ab homi-
24 ne, qui ſana mente, rectoque iudicio caruerit, perperuò tenuit, *Rota coram Remboldo deciſ. 203.num.8. & num.20.& ſeqq. coram Celſo dec. 166.num.16.Cerr. deciſ.127. num.23. & ſeq. & deciſ. 681.num. 18, deciſ. 348. num 16 part.16. deciſ.167.num.5.par.18.recent.in Romana, ſeu Fanen.Donationis 12.Iunij 1693.§. Nec ſubſiſtit coram R.P.D. Molines in Firmana Legatorum 29. Ianuarij 1691. §. Verùm coram R.P.D.meo Priolo, & 9.Iunii 1692.coram R.P.D.meo Pio, & in Tudertina Donationis 10.Martii 1692. §. Eo magis coram Eminentiſſimo Caccia & in Ariminen. Bonorum 23. Februarii 1693. §. Maximè verò coram Reuerendiſſimo D.Heruault*
25 *Archiepiſcopo Turonen.* maximè ſi ab hærede inſtituto procul abſit ſuſpicio fraudis, aut machinationis, vt in caſu noſtro, in quo agitur de pia cauſa, & de Conuentu ſito Venetijs.

Atque hæc coniectura tanti fit, vt ex ea validitatis robur plerique tribui crediderint Teſtamento, quamuis in furore condito, quaſi
26 magis quod ſcriptum eſt, quamquis ſcripſerit, ſpectandum eſſe videatur; iuxta opinionem, quam communiorem, & auctoritate Romani Senatus approbatam *Teſte Valer.Max.* ait *Rot. deciſ.129. num.15. & ſeqq. par.2. diuerſ. coram Remboldo deciſ.203.num.21.&* licet contrariam Sententiam, veriorem eſſe rectè ſenſerint, *Card. de*

27 *de Luca dicto diſc.38.num.1.in fine, Pinheir.de Teſtam.diſp.1.ſect.1.§.2.num.10 Scalona eodem tract.lib.2.cap.7.§.3. Martius Medic.exam.9. nu. 27.& 18.Duran.deciſ.178.num.55.& ſeqq.* vtra-
que tamen Sententia conciliatur: diſtinguē-
28 do prudentem diſpoſitionem factam à furio-
ſo ob perpetuam mentis alienationem omni carente intellectu ab alia, quæ ab eo,cui furor intermiſſus ſit, morbuſque det inducias, ordinata legitur, vt primo Caſu, ſecunda ratione, ideoque in quiete concepta,atque edita cenſeatur, *de Luca de Teſtam.dicto diſc.38.num.2.diſcur.39.num.10.& 18.Scalona eodem tract. dicto lib.2.cap.7.§.7.num.92.Reuſner.par.2.cap.8.nu. 31.& cap.9.num. verſ.aliud verò, Pinheir.diſput.1.ſect.1.§.2.num.10. Caren.reſol.171.num. 7.Mſinger.obſern.41.cent.2. Barboſ. Vot. deciſ. 11.num.9.& ſeqq.iuncto num.18.& ſequen. Ioan. Andr.Frommann. de Iur. furioſ. fol.81. num.22. Manſ.conſult.29.num.55.& 56.Vrceol. de Tranſact. quæſt.35. num.23. & ſeqq.Martius Medic. examin.9.num.55.& deciſ.17.num.27.& 40.Petr.Royz.deciſ.Lithuàniæ prima num.110.& ſeqq. & num.155.Rota deciſ.129. nu.17.par. 2.diuerſ. & coram Merlin. deciſ. 772. num.11.& 12. coram Buratt. deciſ. 256. num.14., Duran. dicta deciſ. 178. num.24., & ſeq.*

Neq; huic diſpoſitioni prudentèr, ac rectè ordinatæ quicquam detrahere viſum eſt enixum præceptum hæredi iniunctum exigendi rationes à quodam Conſanguineo prò tempore, quo ſua bona adminiſtrauerat, necnon etiam
29 ſuam Teſtamentariam diſpoſitionem tuendi
aduersùs omnes, quos contrà ſe conſpiraſſe crediderat, vt tamquàm fatuus rerum ſuarum adminiſtratione priuaretur, timebatque eodem colore ſuum vltimum quoque elogium impugnaturos.

Quià hæc omnia tamquàm prudenti, & iuſta ex Cauſa imperata furorem, & dementiam minimè redolent, *Ramon conſil. 42. num. 21. cum ſeqq. Celſ.deciſ.166.num.9.* inſtar enim ſapientis hominis voluit ſuum Teſtamentum perpetuò valiturum, & non fatuo, ſed ſano, & recto Iudicio reputauit acerbitatem iniurię ſibi irrogatæ Curatoris deputatione, acritèr proindè grauiterque de illa conqueſtus, vt ex ſimilibus actibus ſanæ mentis argumentum eliciendo ratiocinatur Rota *in dicta Tudertina donationis 10. Martij 1692. §.Et ſanè coram Eminentiſs. Caccia.*

Vt etiam parui facienda viſa ſunt quędam ſigna Crucis in Teſtamento præfixa nomini
30 prædicti Conſanguinei, quem magis ſibi in-
fenſum ſuſpicabatur, quodque ſe ſanę mentis dixerit, ac nonnulla deniquè alia pratèr, ſeù contrà Iuris regulas diſpoſuerit; Cùm in propoſito ſpectetur ſolùm an ſubſtantia diſpoſitionis rectæ congruat rationi abſque eo, quod illi derogare valeat inſcitia Iuris, aliaque leuitatis ſigna, quibus Teſtator, & Teſtamentum notatur, cum & viros ſani intellectus ipſo tempore actus geſti aliqua facere, quæ à recta ratione deficiant haud rarò contingat, *Manſ. conſult 27.num. 25., & ſeq. Barboſ. vot. deciſ. 11. num. 14,* optimè ad rem noſtram *Rota coram Duran. dicta deciſ. 178. num. 22. & ſeqq. & coràm Remboldo deciſ. 203. ſub num. 21. cum ſeqq.*

His deniquè omnibus Magnum contulit adminiculum ſubſequuta obſeruantia elicita,
31 tùm ex facto ipſius Teſtatoris, tùm etiam alio-
rum Cohæredum ab inteſtato, ille enim ratum ſempèr habuit firmumque eſſe voluit Teſtamentum à ſe conditum, cuius exemplum tradidit Patribus S. Gregorij in Monte Cœlio, in quorum Eccleſia ſepulturam ſibi delegerat,pluribus eorum fauore ſcriptis legatis, quo facto innuitur conſtans, firmumque eidem fuiſſe iudicium, non autem ſtultorum more mobile, ac varium, *Rota in dicta Firmana legatorum 8.Februarij 1692. in fine coràm Reuerendiſſi-*
32 *mo Turonenſi.* Hi verò cauſam hanc nullitatis
Teſtamenti ab ipſo litis exordio deſeruerunt, agnoſcentes à viro ſanæ mentis re vera illud
33 conditum; vndè ab alijs ex capite dementiæ
impugnari ampliùs non poſſe videtur, ad tradita per *Pariſ. conſ.88. num.47. & ſeqq. lib.3. Ramon. conſ.42. num.42., de Luca. de Teſtam. diſc.39. num.13. Rota coram Cerro d. deciſ.681. num.6. deciſ.348. num.20. & ſeqq. par.16., in Ariminen. Bonorum ſuper Remiſſoria 23. Februarij 1693. §. Nec paritèr coràm Reuerendiſs. Turonenſe.*

Quę ſanè omnes probationes, & argumenta ſimul iuncta fortiùs vrgere viſa ſunt ex ea viua ratione à naturalis,Ciuiliſque Iuris ducta principijs, Iuxtà quàm cù à natura rei quiſq; ſuæ
34 ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata*
C. mandati, huiuſmodi proindè naturalis libertatis vſum, & exercitium diſponendi de rebus ſuis per actus extraiudiciales teſtandi Iura cuique permittere debent, licèt perfecta prudentia,& Iudicio in præcellenti gradu minimè polleat, dummodò tamèn abſit ab eo poſitiuum dementiæ impedimentum, tollens in radice
35 conſenſum,& voluntatem, quæ ſunt naturalia
principia humanarum actionum, argumento *Text: in l. hac conſultiſſima §. At cum humana C. qui Teſtam fac. poſſ., Pariſ. conſ.88. num.41. lib. 3. Corn. conſ. 85. num. 5. lib. 2. & conſ. 261. num. 21. lib.4. de Luca de Teſtam diſc.38. num. 2., Barry de ſucceſſ.lib. 1. cap.7. num. 43.* Rota *coram Cerro deciſ. 127. nu. 10. & 11. & coram* Remboldo *deciſ. 203. num. 4.* adeoùt ſatis ſit,
36 Teſtatorem, ea valere ſanitate mentis, qua
præditus videtur Puer 14-annorum, & Puella duodecimum annum egreſſa, quibus Leges Teſtamentum condere poſſe permittunt, *Pariſ. d. conſ 88. num. 38. Manſ. conſult. 29. num.24.* & qui ſupereſſe creditur maioribus morti pro-
37 ximis, quibus teſtandi facultas non adimitur
licèt mortis cogitatione eorum animus, iudiciumque peruertatur, ac conturbetur; *Corn. d. conſ.261. num.21. lib.4. Pinheir. de Teſtam. diſput.1. ſect.1. §.2. num.14. & ſeqq., de Luca ad Gratian. diſcept. 843. num.7. & 10. Rota coram Cerro deciſ. 127. num. 12.,* & paſſim apud alios.

Quo

Digitized by Google

Quo fit, vt apud omnes iàm prò regula tra-
38 ditum, receptumque ſit ſtupidos, rudeſque ho-
mines, ac hebetis, craſſiorisque ingenijs teſtari
poſſe, quià licèt infirmi iudicij, imbecillisq; ſint
animi, poſſunt nihilominùs tueri mediocrita-
tem officiorum, & vitę communem cultum,
Auctore Tullio *lib. 2. quæſt. Tuſculan.* apud *Reu-
ſner. de Teſtam. par. 2. cap. 10 nu. 4.*, *Ramon. conſ.
42. num. 29. & ſeq. Manſ. conſult. 29. num. 24.
& ſeqq. Ioan. Andr. Frammanu. de Iur. furioſor.
fol. 52. num. 15.*, *Martius Medic. examin. 9. nu.
8.*, *Petrus Royz. deciſ. Lithuanic. 4. num. 341.
Rot. deciſ. 577. num. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 384.
num. 5., & 6. par. 1. rec.*, *& coram Cerro deciſ.
127. num. 9. & ſeqq., in Tudertina donationis 10.
Martij 1692. §. Proùt nec coràm Eminentiſs.
Caccia, & in Fauen. donationis 12. Iunij 1693. §.
Prout nec refragantur, coram R. P. D. Molines.*

Cùm igitùr ex his omnibus pateat non ob
qualemcumque dementiam, ſed ob illam ſo-
39 lummodò, quæ perpetua mentis alienatione iu-
dicium penitùs peruertit, reddi aliquem inte-
ſtabilem, totque inſuper argumentis probatum
iàm fuerit Franciſcum Antonium, licet aliqua-
li mentis defectu turbatum, attamèn inducia-
rum tempore de ſuis rebus, vt poterat, diſpoſuiſ-
ſe, futilis proindè ſuperfluuſque videri poſſet
labor refellendi argumenta, & probationes
contrarias, cum illę penitùs confundantur co-
niecturis allatis prò mentis ſanitate, ſuffultis
præſumptione naturæ, & iuris plenum animi
40 robur, & iudicij firmitatem ad validitatem hu-
iuſmodi actus minimè deſiderantis, nihilomi-
nùs tàmen, vt confutatis obiectis, validitas con-
trouerſi Teſtamenti magis, magiſque clareſ-
cat.

Ineſſicax primò viſum eſt argumentum de-
mentiæ elicitum ex deputatione Curatoris ad
inſtantiam Conſanguineorum facta Franciſco
Antonio, cùm huiuſmodi auxilio ſuccurratur
etiam imbecillitati minorum, quos tamèn lex
teſtabiles eſſe vult, ideòque meritò poſt *Io: Fab:
in §. Præterea inſtit. quibus non eſt permiſſum
Fac. teſtā* huiuſmodi coniecturā reiecit *Iaſon. in
l. furioſum num. 2. verſ. tertiò ſingulariter limita
C. qui teſtam fac. poſſ. Pariſ. conſ. 88. num. 40.
lib. 3.* *Caren. reſol. 171. num. 12. Barboſ. vot. dec.
11 num. finali, Barry de ſucceſſ. lib. 1. cap. 7. num.
43.*, *Rocc. diſp. Iur. ſelect. cap. 135. num. 13.,
& 14.*, *de Luca de Teſtam diſc. 38. in fine* illam-
41 que penitùs contemnendam in cauſa furioſi ha-
bentis lucida interualla, ex *Rot. coram Rem-
boldo deciſ. 203. num. 11. & ſeqq. & coràm Mer-
lino deciſ. 772. num. 8.* ſcripſit *Vrccol. de tranſact.
quæſt. 35. num. 21.* induciarum enim tempore
42 furioſus, vt ſanus in plieriſque habetur, ideò-
que licet interim Curatoris nomen maneat,
ipſum tamèn officium quieſcit, vt inquit *From-
mann. de Iur. furioſarum fol. 69. num. 8.* quo fit,
43 vt datio curatoris probet quidem dementiam
pro tempore, quo fuit conſtitutus, ſed non pro
ſequenti *Manſ. conſ. 29. num. 39. Cerr. deciſ. 127.
num. 19.*

Minùs verò vlla perpetuæ dementię conie-
44 ctura elici valet ex paterna diſpoſitione, in
qua ſcriptis hæredibus vniuerſalibus nepoti-
tibus, Franciſcus Antonius in ſola legitima
45 inſtituitur, cùm imò pater ſi prò demente
filium habuiſſet, eidem de Curatore prouidiſ-
ſet, vt poſt *Pariſ ſepiùs citato conſ. 88. num. 69.
& ſeqq.* ratiocinatur *Ramon. conſ. 42. num. 32.,
& ſeq.* ex huiuſmodi iudicio patris potiùs eru-
ens argumentum prò comprobanda ſanitate
mentis *Dec. conſ. 448. num. 34. Caren. reſol. 171.
num. 13. & 14.* *Rot. in Tudertina donationis 10.
Martij 1692. §. penult. cor. Eminentiſſ. Caccia* in
cuius caſu agebatur de patre, qui filio relique-
rat ſcut. 10. in cauſam legitimæ, data matri fa-
cultate illum reintegrandi ad ſucceſſionem, ſi
meliùs ſe gereret, haberetque, ibidemque benè
animaduertitur, ex huiuſmodi diſpoſitione non
excludi ſubſequutam reconualeſcentiam pro
tempore actus celebrati.

Longè verò leuior eſt alia coniectura dedu-
cta ex pluribus matrimonijs re infecta tractatis,
46 cū etiam ſanæ mentis viris id frequentèr acci-
dat, *Pariſ. d. conſ. 88. nu. 64.* Quinimò huiuſmo-
di argumentum retorquetur, nàm ſimiles tra-
ctatus præſupponunt capacitatem ineundi ma-
trimonium, quod ſinè mentis ſanitate contrahi
nequibat, quodque re vera deindè contra-
ctum fuit.

47 Nec paritèr vrget detruſio eiuſdem in hoſpi-
tale ſtultorum. Tùm quià ſimilis detentio in
priuato carcere ob eandem furoris cauſam ne-
48 glecta fuit in ſepiùs laudata *Tudertina Donatio-
nis*, vt conijci poteſt ex *§. Et ſanè*; Cum etiàm
quià notorium in Vrbe eſt ad huiuſmodi
hoſpitale deferri non ſolum amentes per-
petuo furore percitos, ſed curæ cauſa furoris
tempore ibidèm degere eos etiàm, quos mor-
bus non ſinè laxamento aggreditur, & de-
mùm quià ſubſequuta deindè dimiſſiò à Parē-
49 tibus procurata mentis ſanitati eumdem reſti-
tutum fuiſſe ſuadet, eo fermè modo, quo
cū demētiæ ſtatus iudiciali, & publica auctori-
tatu firmatus eſt, contraria ſententia ſanitas
recuperata probatur ad tradita apud *de Luca
de Teſtam diſcurſ. 38. num. 4. & 5.*

Deueniendo deniquè ad probationes de-
mentiæ, quæ ex publica voce, & fama, Medi-
corum iudicio, & Teſtium dictis depromeban-
tur.

Quod attinet ad primam, Iudicis circum-
50 ſpectione opus eſt, cum vulgus in nomi-
nibus eiuſmodi imponendis liberalius eſſe ſo-
leat, vt monet *Fromman. de Iur. furioſ. fol. 52.
51 num. 15.*, & fama plerumque mendax cedit ve-
ritati, *Alex. de Neuo conſ. 37.*

Medicorum verò Iudicio licèt in his Cauſis
52 pręcipuè deferendum ſit, illud tamèn attinge-
re debet tempus conditi Teſtamenti, *Corn. conſ.
261 ſub nu. 21. lib. 4. de Luca ad Gratian. diſcept.
843. ſub num. 10. verſ. potiſſimum quando.*

Et tandē quod attinet ad poſtremā probatio-
53 nē elicitā ex dictis Teſtiū, prætérquā quod nemo
nō videt, quā difficile ſit, ex illis parare conclu-
dentem dementię probationem, ob ea quę ad

eandem perficiendam requiri tradiderunt *Ramon. conſ.42. num.12. & ſeqq. Caren. reſol.171. num.15. Pinheir. de Teſtam. diſput.1. Sect. 1. §. 2. num.12. Scalona eodem tract. cap.7. §.6. lib.2. Manſ. conſult.29. num. 17. & ſeqq. Cerr. deciſ. 127. num. 7. & 8. Duran. deciſ. 178. num. 17.*
54 quamque ſit periculoſa, & fallax, cum dementes, & fatui, vulgò *groſſolani, & obtuſi*, ità ſint in confinio, vt facilè Teſtis aberrare poſſit, ſcitè poſt *Pariſ. d. conſ. 88. num. 56. lib. 3. Romon. conſ.42. num.17. ibique Adden.* huiuſmodi probationis ſpecies in noſtra facti ſpecie parui facienda viſa eſt; Primò, quià conuellitur Iuris præſumptione, contrarijs probationibus, & quidem præſtantioribus. Rurſùs eruitur
55 ex informibus Teſtium depoſitionibus, ideòque vix probationis nomen meretur *Rot. coram Cerro deciſ.681. num. 14. deciſ.348. num. 17., par.16. deciſ.167. num. 9. par.18.* Poſtremò quià inordinatus ſermo, & Verba Franciſci Antonij, inceſſus cum laceris, & inconcinnis veſtimentis, quod tamquàm furioſus illuderetur, cæterique actus, de quibus Teſtes deponunt, præſeferunt potiùs quamdam animi leuitatem,
56 quàm dementiam, quæ elici minimè valet ex quolibet actu viro ſanæ mentis omninò non conuenienti, *Manſ. conſult. 29. num.23. de Luca de Teſtam. diſc.40. num.7. & ſeq.* Rot. *coram Buratto deciſ.256. num.12. & 13. Cerr. deciſ.127. num.13., & ſeq. & in Tudertina donationis 10. Martij 1692. §. Prout nec coram Eminentiſſ. Caccio.*

Vindicato iàm Teſtamento, de quo agitur ab oppoſita dementiæ nullitate, faciliùs reiecta fuit altera nullitas, ob quam irritandum dicebatur tamquàm ſcilicèt conditum calore ira-
57 cundiæ, qua Teſtator exardebat contrà Conſanguineos, qui, vt dictum eſt, curatorem illi deputari obtinuerunt per ea, quæ latè tradit *Altograd. conſ.55. lib.1.*, quia nec effrenatus iræ motus, qui inſtàr furoris Teſtatoris mentem perturbauerit, probatur, nec rursùs huiuſmodi exceptio obijci ampliùs poſſet aduersùs Teſtamentum poſt remiſſum calorem iracundiæ approbatum, aut perpetuitate quadam animi confirmatum per plures annos, quibus Teſtator ſuperſtes fuit, *Barry de ſucceſſ. lib.1. cap.7. num. 44., Reuſner. de Teſtam. par. 2. cap. 13. in fine.*

Et ità vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Locorum Montium.

Mercurij 20. Iunij 1696.

ARGVMENTVM.

Attergatio Locorum Montium poteſt fieri rogitu Secretarij Montium abſque licentia Theſaurarij, nec eſt neceſſariò facienda in tergo litterarum patentium, ſed ſufficit illam deſcribere in Broliardo, & Regeſtris.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus ſententiam validam, & iuſtam.*
2 *Loca Montium non ſunt in in commercio hominum ſine licentia Pontificis.*
3 *Sufficit tamen licentia Theſaurarij, vel Officialis deputati.*
4 *Attergatio, ſeu alio diſpoſitio Locorum Montium ſufficit, quod facta fuerit rogitu Secretarij Montium.*
5 *Dictio aut vtrumque extremum diſiungit, & in vnoquoque diſpoſitionem verificat.*
6 *Facultas, in quibuſdam caſibus limitata, cenſetur in cæteris relicta, ſeu confirmata.*
7 *Lex poſterior emanata per viam declarationis trahitur ad preterito.*
8 *San. mem. Vrbani VIII. Conſtitutio de Locis Mont. declaratur.*
9 *Loca Montium poſſunt attergari à Secretariis, abſque licentia Theſaurarii.*
10 *Obſeruantio eſt optima interpres Conſtitutionum.*
11 *Effectuatio preſumitur ex actuum multiplicitate.*
12 *Loca Montium non ſunt neceſſario atterganda in tergo litterarum patentium, ſed ſufficit deſcribi vincula in Broliardo, & Regeſtris, & num.14.*
13 *Forma poteſt adimpleri per æquipollens, dummodo per illud eodem, vel pinguiori modo finis à lege expreſſus habeatur.*

DECISIO LIII.

ADuerſus Sententiam latam in Tribunali A.C. abſoluentem Equitem Bartholomęum Giaccherinum Creditorem attergatarium, ſeù hypothecarium à petita per D. Camillum de Palagio executione mandati ad eius fauorem relaxati pro credito anteriori ſuper locis 24. Montium contra Dominicum Guiottum eorumdem originarium Poſſeſſorem, ſeu Dominum, commiſſa fuit poſt longum decem annorum ſilentium Cauſa appellationis in gradu reſtitutionis in integrum R.P.D. Lancettæ eiquæ ſuperuenta ob grauitatem articuli nunquam in his terminis ab hoc S. Auditorio examinati commiſſione procedendi de Voto Rotæ cum vnica deciſione, propoſui hodiè de more dubium *An conſtet de re iudicato, ſeu potiùs de cauſis reſtitutionis in integrũ*-- Quod Domini re maturè diſcuſſa affirmatiuè reſoluerunt, quoad
1 primã partẽ, & negatiuè quoad ſecũdã; Cõſtitit enim ipſis de validitate, & iuſtitia ſententiæ in iudicatũ trãſactæ oblapsũ fataliũ, proindeq, ceſſare crediderunt fũdamentum reſtitutionis in integrum, vt per *Text. in capit. 1. ibique Abb. de reſtit. in int.* dixit *Rota coram Buratt. deciſ.323. num. 1., & deciſ. 293. num. 1. par. 8. recent.*

Nec

Nec Iuſtitia vnicè inter Partes controuerſa
offuſcari viſa fuit ex quo attergatio facta fa-
uore Equitis Bartolomæi fuerit nulla, ſiue tan-
quam facta per ſimplicem rogitum Segretarij
Montium, non impetrata licentia Theſaurarij,
ſiuè tanquam nō regiſtrata in tergo litterarū
patentiū. Quoniā neutra ex hiſce nullitatibus
ſuſtinetur; non quidem prima, quia tametſi
2 Loca Montium, vti de regalibus Principis non
ſint in commercio hominum, ſine ipſius, aut
Officialis ab eo deputati licentia, non tamen
3 neceſſe eſt quod iſta concedatur immediatè à
Theſaurario, ſed ſufficit attergationem, ſeu
aliam eorum diſpoſitionem fieri, aut factam
4 fuiſſe mediante rogitu ipſius Secretarij, qui
ratione proprij officij talem habet facultatem
prout ſatis clare deducitur ex reforma-
tionibus, ſeu prouiſionibus Cardinalis Serræ
olim Protheſaurarij, confirmatis à ſa: me: Pau-
lo V. impreſſis penes *Card. de Luc. de Loc.
Montium fol. 95. §. E per togliet via num.* 8. vbi
cauetur -- *In euento, che alcun Montiſta, ò Cre-
ditore de dd. Mōti voleſſe per qualche riſpetto obli-
gare, ipotecare li ſuoi luoghi à fauore de Creditori, ò
altre Perſone in qualſiuoglia modo, ouero ſottoporli
à vincoli, e conditioni, ſi ordina, e commanda,
che li detti Segretarij e Proſegretarij, hauuta prima
diligente, & eſquiſita conſideratione, in vedere ſe
li Luoghi de Monti, che vogliono obligare ſia-
no liberi e capaci d'obleghi, e vincoli, ò altre con-
ditioni, e ritrouatili tali ſi debbano alla preſenza
de Teſtimonij, conforme il ſolito, rogare di detti
obleghi, & hipothece, e diſpoſitioni* -- Quibus ad-
ſtipulatur ſubſequens Conſtitutio Vrbani VIII.
impreſſa penes *ipſum de Luca de Loc. Montium
fol.* 111. diſponens -- *quaſlibet prouiſiones, &
pactiones inter particulares perſonas &c. factas ab-
ſque noſtra, vel Protectorum, aut Officialium ad
id, & ad conficiendum litteras patentes deputato-
rum licentia non eſſe attendendas* -- Ex his enim
5 verbis benè deducitur, facultatem, ſeu licen-
tiam attergandi fuiſſe cumulatiuè collatam in
Protectores, & Officiales per alternatiuam
aut, cuius virtus eſt, vtrumque extremum di-
ſtingere, & in vnoquoque diſpoſitionem veri-
ficare, ad notata per *Iaſ. in l. ſi ita quis ſub
num. 3. ff. de verb. oblig. Altograd. conſ. 70. num.
62. Rota deciſ. 58. num. 6. & ſeqq. coram Bi-
chio*.

Neque his aduerſatur reſponſio, quod Re-
formationes, ſeu Prouiſiones Cardinalis Serræ
iniungentes Secretarijs onus inquirendi dili-
genter; an Loca Montium, ſuper quibus peti-
tur fieri attergationem, ſint libera, & vinculo-
rum capacia reſpiciant actum materialem, ſeu
executiuum, non autem formalem, & autho-
rizatiuum reſeruatum Theſaurario; Quoniam
ex toto illarum tenore benè perpenſo, patet,
quod vltra actum materialem inquiſitionis ſu-
peraddita fuit poteſtas ſeſe rogandi de eiſ-
dem obligationibus, & hypothecis, quæ pote-
ſtas ſecum fert etiàm actum formalem ſubſtan-
tiatiuum ipſius atergationis, præſertim quando
in eiſdem Reformationibus nemini alteri legi-
tur reſeruatus; Idque benè declaratur ex nouiſ-
ſima Conſtitutione ſa: mem: Innocentij XI.
edita 30. Aprilis 1689. in qua, confirmatis in
hoc puncto per eadem prorſus verba,
Reformationibus Cardinalis Serræ, præſuppo-
ſitaque in Secretarijs omnimoda facultate reci-
piendi, & admittendi per ſeipſos quaſcumque
attergationes nulla requiſita licentia Theſau-
rarij In *cap.* 13. hanc facultatem limitauit in
particularibus tantū caſibus ibi -- *S'ordina an-
cora eſpreſſamente à Segretarij, e Proſegretarij,
che non poſſano da ſe ſteſſi ammettere, ò riceuere
raſſegne, ò attergationi de Luoghi de Monti ſpet-
tanti à Donne ò Minori, ſe non per quei Luoghi de
Monti, che le Donne, e Minori haueſſero compra-
ti con loro proprij danari &c. mà per altri Luoghi
de Monti, che haueſſero le Donne ò Minori non poſ-
ſano ammettere loro raſſegna ò diſpoſitione alcuna,
ſe non con legitimo mandato di procura &c. ouero
con mandato di Monſignor Teſoriere* -- Ex hoc enim
validè infertur, quod ſicuti facultas fuit limita-
ta tantum in quibuſdam particularibus caſibus,
in iiſque ſolis requiſita licentia, ſeu auctori-
tas Theſaurarij, ita in reliquis omnibus cenſe-
tur relicta, ſeu veriùs confirmata; iuxtà com-
mune axioma, quod exceptio firmat regulam
6 in caſibus non exceptis, de qua *Text. in l. nam
quod liquidè §. ſi prime ff. de præt. l. & in l. quæ-
ſitum §. Denique in fin. ff. de fund. inſtir.* & licèt
hæc Cōſtitutio Innocentiana ſit poſterior atter-
7 gatione de qua agitur, quia tamen emanauit
per viam declarationis, ſeu confirmationis, in-
ſertoque tenore ipſarum Reformationum, ſeu
Prouiſionum Cardinalis Serræ benè trahitur
etiam ad præterita, vt notat *Iaſ. in l. non du-
bium num. 10. verſ. tamen quando C. de leg. Alex.
conſ. 7. num. 4. circa fin. verſ. ſed ita eſt lib. 2.
Gabr. de reg. iur. concl. 3. num. 3.*

Minùs officit ponderatio elicita ex recenſita
8 Conſtit. Vrbani VII. in illis verbis -- *Factas ab-
ſque noſtra, vel Protectorum, aut Officialium ad
id, & ad facien. literas patentes, deputatorum li-
centia in eiſdem literis patentibus exprimenda non
eſſe attendendas &c.* quaſi non facultas conce-
den. huiuſmodi licentias reſeruata fuerit The-
ſaurario ſoli ad ſuſcriben. eaſdem litteras de-
putato; quià tametſi litteræ patentes ſolùm
ſuſcribantur per Theſaurarium, non indè ta-
men validè infertur, quod attergationes ſine
9 Expreſſa illius licentia, & approbatione non
poſſint recipi per Secretarios de quibus Papa
indiuidualiter loquutus fuit nomine Officia-
lium communiter pro Secretarijs intellecto-
rum, vt teſtatur in propoſito *Card. de Luca de
loc. Mont. cap. 2. num.* 4. Non releuante, quod
incongruum videatur huiuſmodi facultatem
attribuere Secretarijs, qui ſunt ijdem met, qui
debent tales licentias in litteris patentibus ex-
primere. Cùm enim de tempore emanatæ
Conſtit. pactiones, & obligationes ſuper locis
Montium paſſim, etiam fierent per acta alio-
rum Notariorum, verba illa abſque noſtra,
vel Protectorum, aut Officialium ad id depu-
tatorum licentia in eiſdem literis exprimenda

non ſunt trahend a vltrà pactiones, & obliga-
tiones factas per A pochas priuatas, vel acta
aliorum Notariorum, pro quibus reſtringendis
ſolum emanauit eadem Conſtitutio, etiam ad
rogitus Secretariorum, qui ſecum ipſis inuolu-
unt licentiam à Pontifice volitam.

Et hæc omnia eo fortiùs vigere viſa ſunt
apud DD. accendente inconcuſſa praxi, &
obſeruantia probata ex reuolutione librorum
Secretariarum, ſeù Officiorum Montium, in
quibus nulla reperitur attergatio, facta cum li-
centia Theſaurarij, ſed è conuerſò plurimæ le-
10 guntur factæ per ſolos Secretarios, quæ ob-
ſeruantia in hac materia adeò frequenti eſt op-
tima interpres Conſtitutionum deſuper edita-
rum, vt paſsim dixit Rot. *deciſ.59. num.12. co-
ram Mant. & deciſ. 83. num.9. coram Bich. &
deciſ.842. num.12. coram* Cerro, *& deciſ. 352.
num.12. par.15. & deciſ. 441. num. 9. cum ſeq.
par.* 18. *recent.* Non releuante reſponſione,
quod iſtæ attergationes, non probeantur effe-
ctum ſortitæ cum prælatione Creditoris atter-
gatarij in concurſu anterioris: Tum quià datæ
fuerunt plures ſententiæ illas effectui deman-
dantes *Summario Equitis num.* 3. Tum etiam
quià ex illarum tenore conſtat, omnes fuiſſe
factas imò in dies practicari pro maiori cau-
tione obligationum contractatum, & ſic ad ef-
fectum acquirendi ſuper locis Montium hypo-
thecas ſpeciales aduerſus quoſcumque Credi-
11 tores; Tum demùm, quia ex illarum multipli-
citate, & frequentia præſumendum eſt, etiàm
alias effectum fuiſſe ſortitas, nemínemque au-
ſum fuiſſe aduerſùs ipſas quidquam in Iudico
tentare.

Multòque minùs ſuſtinetur ſecunda nullitas
in eo fundata, quod hæc attergatio non ſit fa-
cta in tergo litterarum patentium: Quià licèt
talis forma regulariter ſeruetur, & ab iſta ipſa
12 etiàm ſumpſerit denominationem, non tàmen
vllibi præſcriptum eſt, quod non poſſit fieri at-
tergatio per deſcrptionem vinculorum in Bro-
llardo, & in Regeſtris, vt fieri poſſe præcisè reſ-
pectu reſignationum præſcripſit ſan. mem.
Clemens VIII. in eius conſtitutione impreſſ.
apud eumdem *De Luc. de Loc. Mont. fol.* 87.
Ne alias præcluſus remaneret aditus, & liberras
Montiſtarum, qui ſine culpa literas amiſerant,
aut de tempore contractuum ineundorum repe-
rire nô potuerunt attergandi, & hypothecandi
eorum loca.

Neque in hoc conſiderabilis viſa eſt fraus,
quæ dicitur committi poſſe per Poſſeſſores Lo-
corum Montium, oſtendendo ſecum contra-
here volentibus literas patentes nullo vinculo
affectas, vt illos ad hoc facilius inducant con-
tra mentem ipſarum Conſtitutionum expreſsè
editarũ ad obuiandũ fraudibus, quia ſatis illis
conſultum remanet in hoc caſu, in quo appo-
nitur in ipſa attergatione vinculum loco cau-
tionis ob non exhibitionem litterarum paten-
13 tium, ſufficit enim formam adimplere per æqui-
pollens, dummodò per illud eodem, vel pin-
guiori modo finis a lege expreſſus habeatur ad
firmata per *Rota coram Bich. deciſ.451. num.21.
& ſeqq. & in recent. deciſ.455. num. 5. par. 9.
deciſ. 254. num. 7., & deciſ. 416. num. 16.
par.* 18.

Maximè quia in hoc etiàm puncto concurrit
obſeruantia poſitiua deducta ex eiſdem libris
Secretariarum, ex quibus conſtat, quod in ſi-
14 milibus caſibus non fuit, prout faciendum eſſe
contenditur, habitus recurſus ad Pontificem
adhoc, vt deſuper prouideretur, ſed per ſim-
plicem rogitum Secretarij in Broliardo
regeſtris cum appoſitione, & recenſiti
vinculi ob non exhibitionem literarum
patentium factæ fuerunt attergationes contra
quas non docetur, quod, quod vllus hactenùs
in Iudicio obtinuerit.

Et ità vtraque &c. deciſum fuit &c.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Romana, ſeu Limana Cambiorum.

Lunæ 10. Decembris 1696.

ARGVMENTVM.

Procurator cum libera, & cum alijs ampliſſimis clauſulis conſtitutus poteſt pecunias ſub vſuris comparare, ſi aliter rem mandatam abſoluere nequit. Mandatum ſpeciale, quando dicatur traditũ. Contrahens cum procuratore habente mandatum ſpeciale non tenetur de veritate cauſæ, ſeu de verſione pecuniæ eſſe ſollicitus.

SVMMARIVM.

1 *Sequentia ſine præcedentibus non præſumuntur demandata Mandatum continet totum id, ſine quo nequit actus expleri.*

2 *Præpoſitus emendis mercibus obligat præponentem mutuanti pecunias in eam cauſam.*

3 *Vel ſi illas acceperit ad ſoluendam penſionem pro taberna.*

4 *Procurator poteſt pecunias ſub vſuris comparare, ſi aliter rẽ mandatã nequit conſummare.*

Neque mandatum ſpeciale ad id requiritur num.34. & 36.

5 *Et ſicuti potuiſſet illas mutuo accipere, quas quia difficile eſt inuenire, potuit illas ſub vſuris quærere.*

6 *Mandatum ſpeciale conceſſum intelligitur non ſolum verbis expreſſis, ſed etiam æquipollentibus vim expreſſionis habentibus.*

7 *Speciale requiritur ad ſolutionem recipiendam, & faciendam.*

8 *Mandatum continens caſus mandatum ſpeciale requirentes, cum facultate faciendi etiam alia ſpecialia, extendi valet ad actus, & modos ſimiles.*

9 *Mandatum cum libera traditum ab homine porrigitur ad actus exigentes mandatum ſpeciale, cui æquiparatur.*

10 *Mandatum ſpeciale inducitur ex conceſſione poteſtatis, quam mandator habebat.*

11 *Mandatum cum libera, & cum poteſtate, quam ipſe*

ipſe mandator habet, cenſetur mandatum generale ad omnes actus, nullo ſpeciali negocio demandato.

12 Et valet mandatarius excepta donatione gratuita Dominum in cæteris contractibus obligore ſpeciale mandatum requirentibus.

13 Ac Cambia paſſiua contrahere pro re mandata perficienda.

14 Mandati dependentium, & incidentium nomine veniunt pecuniæ mandati perficiendi cauſa ſub vſuris quæſitæ.

15 Procurator peragens annexa mandata, non dicitur illius fines excedere.

16 Mandatum ſpeciale oritur à conceſſiane poteſtatis peragendi omnia, donec res mandata integrè perficiotur.

17 Permiſſio ampliſſima de toto facta à mandante æquiparatur mandata ſpeciali, & cum libera.

18 Et multomagis ſi ſit iuncta dictæ clauſulæ cum libera, aliiſque.

19 Mandatum ſpeciale datum cenſetur, cum inutiles, & ſuperflu æfuiſſent ampliſſimæ clauſulæ, ac verba effrenata in mandato appoſita.

20 Cauſæ Beatificationum peraguntur abſque figura iudicii.

21 Nec in eis vllum mandatum exigitur.

22 Mandatum continens ampliſſimam poteſtatem extenditur ad omnia negotia mandato annexa, & quæ abſque ſpeciali mandato procuræ explicari non valent.

23 Mandatum ſpeciale ad quærendas pecunias ſub vſuris cenſetur datum ex veriſimili mente cōſtituentium, cū alias negocium ardenter exoptatum perfici non poſſet.

24 Ac etiam cum non licet ſuſpicari Procuratorem ignoraſſe facultates ſibi tributas.

25 Procurator non preſumitur, quod mandatum exceſſerit.

26 Mandatum ad capiendas pecunias ad cambium reſultat ex verſiane earumdem pecuniarum in cauſam principoliter demandatam.

27 Item reſultat ex ſolutione partis cambij facta à principali.

28 Facultas quærendi pecunias ad cambium, vt dicatur contenta inter appendices rei mandata, plura concurrere debet.

29 Clauſula cum libera, & cum facultate, quam habet mandans, & ſimiles operantur quoad ſimilia, non quoad maiora expreſſis.

30 Neque quoad ea, quæ maximo præindicio forent mandanti.

31 Procurator cum mādata ſpeciali abſque alijs requiſitis mandantem obligat pro pecunijs in cauſam mondati ſuſceptis.

Bald. conſ. 583. lib. 3. explicatur.

Alexand. conſ. 44. lib. 2. expenditur.

32 Nec cantrahens cum tali Procuratore tenetur inquirere de veritate cauſa, ob quam pecunias accipit, nec de verſione.

33 Amplia id procedere, etſi pecunia credita fuerit Pracuratori Eccleſiæ, vel ſimilis perſonæ priuilegiatæ.

35 Mandati appendices, & conſequentia ſunt ſuſceptio pecuniarum ad cambium pro perficienda re mandata.

37 Doctores ex profeſſo materiam tractantes, ſi de aliquo oſſ. requiſito mentionem non faciant, ſignum reuera eſt, illud non requiri.

38 Procurator cum facultate capiendi pecunias ad cambium, validè contrahit cambia maritima ſecundum conſuetudinem locorum.

39 Procurator ad lites, ſolum litis, & inſtantiæ, non autem totius rei adminiſtrationem habet.

40 Procurator verò vnius negocij, vel plurium, vel omnium cuncta agere poteſt, quæ negocij commiſſi ratio exigit, eiuſque factum mandanti obeſt.

41 Procurataris fides probanda, & ſpectanda eſt à mandante.

42 Procuratoris culpa, aut dolus mandanti potius, quam contrahenti debet nocere.

43 Idque procedit, & ſi mandans fuerit Monaſterium.

44 Procurator nequit pecunias ad combium accipere cum mandans ſuis pecunijs negocium abſolutum iuſtè credidit.

Intellige id ſolum procedere in procuratore præſumpto carente ſufficienti mandaso num. 47.

45 Procurator nequit pecunias ſub vſuris comparare, cum mandans deſignauit modum habendi pecunias.

46 Et deficiente modo deſignato, debuit mandanti interpellare.

Intellige, id, non procedere, vbi mandotum eſt ſpeciale num. 52.

47 Card. de Luca diſc. 72. de cred. explicatur.

48 Demonſtrotina deſignatio, non autem taxatina facta fuit, cum nulla adeſt dictio taxatina.

49 Quod procedit non ſolum in legatis, ſed in omni genere diſpoſitionis.

50 Decius conſ. 183. declaratur.

51 Specialitas ſine dictianibus taxatiuis appoſita in generali canceſſione mandati non reſtringit facultatem indefinitè tributom, ſed maioris declarationis gratia cenſetur expreſſa.

53 Interpellatio requiritur, cum cambia petuntur ratione mora debitoris.

54 Non eſt autem neceſſaria od validitatem Cambij contracti cum legitima Procuratore.

55 Procurator nequit redargui, cum geſſit ea, ſine quibus res demandata, & ardenter exoptata abſolui nequibat.

56 Cambia nundinalia ſalum debentur, cum fuerunt alternatiuè promiſſa maritima, & nundinalia.

DECISIO LIV.

DOmini cenſuerunt dare modum deciſioni editæ die 14. Maij labentis anni coram bo: mem: Emerix; firmata enim ſorte Cambiorum in petijs 14422. in cauſam fructuum dixerunt deberi Cambia nundinalia dumtaxat, non autem maritima.

De credito Equitis Syluæ non fuit dubitatum; cum de eo conſtet Inſtrumentis publicis, idoneæ verò facultates in Canonico Franciſco

Val-

Valladolid, qui nomine Archiepiſcopi, & Ca-
pituli Limani cum illo contraxit, deſumeban-
tur ex natura negotij, cui fuit admotus, ex ple-
nitudine clauſularum, de quibus in mandato
Procuræ, alijſque in hanc rem congeſtis.

Ille enim, vnus de gremio Limanę Eccle-
ſiæ è remotis noui Orbis Regionibus legatus
fuit ad Vrbem, vt in Sacra Congregatione Ri-
tuum, & apud Sanctam Sedem Cauſam ageret
ſolemnis Apotheoſis Beati Turribij Mogroue-
ſij Limani Antiſtitis ingenti Archiepiſcopi,
Cleri, & Populi ſtudio, ac precibus ſummoperè
efflagitatę, quibus facturus ſatis Procurator
alio non potuiſſet modo rem mandatam gere-
re, niſi etiam media ſibi data fuiſſent, ſequen-
tia enim ſine præcedentibus demandata præ-
1 ſumenda non ſunt ex *Text. in l. Ad rem mobi-
lem 56. & leg. Ad legatum 52. ac vtrobique
Gloſſ. ff. de Procurator. leg. Tres Tutores 55. ff. de
administrat. & peric Tutor. l. Illud 77. ff. de ac-
quir. vel omitt. hæred.* latè *Iaſon. in leg. Si Procura-
tor, C. de Procur. Paſſeria. cap. Qui generaliter 5. n.
10. de Procurat. in 6. Ladereh. conſ. 90:* Roman.
*conſ. 94. in fin. Capyc. Latr. conſ. 108. numer. 15. &
& ſeq cl. mem. Card. de Luca de credit. diſc. 84. n.
4. & ſeqq.* Roto coram *Seraph. deciſ. 1196. num. 2.
& in recent. deciſ. 344. num. 7. par. 10, & deciſ.
201. num.. 11. & ſeqq. par. 12.* Hinc præpoſitus
emendis mercibus pecunias in eam cauſam
2 mutuanti obligat præponentem *l. final. ff. de exer-
cit. act.* vt etiam obligat ſi ad penſionem pro
Taberna ſoluendam illas acceperit, *leg. Qui-
3 cumque 5. §. Tamen. ff. de inſtit. act.* miſſis alijs
quamplurimis exemplis, quæ his titulis recen-
ſentur.

Cum autem Canonicus Valladolid rem ſibi
à Capitulo mandatam conſummare non poſ-
ſet abſque pecunijs pro Cauſa Beatificationis
in Sacra Congregatione promouenda, eadem-
que ſolemni pompa ad Vaticanum celebran-
4 da, dicendum eſt pecunias ſub vſuris potuiſſe
comparare iuxta elegans *conſil. Bald. 383. num.
5. lib. 3.* & egregiam *deciſ. Maſtrill. 204.* quam
ſequuntur *Contri. contron. forenſ. contron. 81. nu.
23. Antonin. de amat. reſol. 99. in fin.* quæ opinio
placuit etiam Magnæ Curiæ teſte *Saafelic. deciſ.
181.* & ſequendo *conſ. Bald.* illam probauit hoc
Sac. Tribunal coram *Coccin. deciſ. 1541. num. 8.
& ſeq.* Eam ſanè ob rationem, quia cum perdi-
fficile ſit inuenire, qui gratis mutuas det pecu-
nias, Procurator proinde, cui ex prææallegatis
iuribus, vt rem mandatam perficeret, licuiſſet
5 illas mutuò quærere potuit etiam eaſdem ſub
vſuris accipere, *Noguerol. allegat. 2. num. 68. &
ſeqq. Cyriac. contron. 189. num. 28. & 29. Capobl.
de Baron. tom. 2. pag. 12. num. 9. Salgad. in labyr.
credit. par. 2. cap. 8. num. 19. Paſchal. de patr. poteſt.
par. 1. cap. 7. num. 59. Adden. ad Golin. de Procur.
par. 5. cap. 3. num. 6. Altimar. ad Ronit. conſ. 41. nu.
37. de nullit. rubr. 11. quæſt. 25. ſub num. 39.,
Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 7. tit. 2. num. 15.,
Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 4. quæſt. 104.
num. 4. Maſtrill. dicta deciſ. 204. num. 5. & 7.*

Et præſumptæ facultati ex natura rei geſtæ
accesſit grauior ex duplici mandato, in quo,
6 vt ſpecialiter conceſſa intelligeretur nominatim
expreſſiſſe non oportuit actum, ipſum acci-
piendi pecunias ad cambium, ſed ſatis fuit, vt
ex æquipollentibus verbis proprij nominis,
ac ſpecificæ expreſſionis vim habentibus iu-
dicari poſſet mandatarium etiam ad hunc
actũ ſufficiens mandatum virtualiter habuiſſe
*Ludouic. comm. concluſ. concluſ. 30. ſub initium
verſ. ſufficit tamen., & deciſ. Peruſ. 35. num. 3,
par. 1.* quem ſequitur *Capyc. Latr. conſult. 108.
num. 19. Rota in Romana Societatis Officij coram
Iuſto in fine apud. Marcheſ. de commiſſ. par. 2.
fol. 583.*

In primo namque mandato Capitulum ex-
plicauit facultates, quas Procuratori ſuo im-
partiebatur his verbis *Gli diamo facoltà acciòche
domandi al Sig. Don Giouanni di Gabreda Teſorie-
re di detta Santa Chieſa, e Caualiere dell' Habi-
to di S. Giacomo tutta la quantità di pezze da
otto, che ſi trouarà in poter ſuo, toccante all'effet-
ta di detta Rotolo di Beatificatione di detto Santo
Arciueſcouo &, e ciò che riceuerà lo ſpenda il det-
to Baccelliere D. Giouan Franceſco Vagliadolid
per il medeſimo effetto delle ſudette Lettere Remiſ-
ſoriali, e Beatificatione, ſuoi ſpacci, & altre
diligenze con la facoltà, che per tutta la materia
ſudetta, ſue dependenze, e per fare le diligenze
giuditiali, & eſtragiuditiali, neceſſarie, e doman-
dare tutto ciò, che li parerà conueniente, e concor-
rere in fauore di detta Chieſa, e ſua Fabrica, e Ca-
pitolo, & ottenere le ſudette Lettere Remiſſoriali,
ciò faccia ancorche ſiano coſì, che nõ ſiano cõpreſe
in queſta Procura, e nell' Inſtructione noſtra, che por-
ta, e come ſe per qualſiuoglia coſa di tal maniera
haueſſe queſta Procura clauſole, e mandato ſpeciale,
già che l'iſteſſa poteſtà, che il detto Capitolo hà,
perciòche ſi e detto parimente in tutto ampla, e le-
gitima formola le diamo e concediamo con inciden-
ze, e dependenze, e con libera, e generale ammi-
niſtratione.* Quæ ampliſſimæ facultates confir-
matæ leguntur etiam in ſecundo mandato ei-
dem Francisco, eiuſque Nepoti inſolidum da-
to, vt Cauſam iam fœliciter captã proſeque-
rentur *ſin tanto quello ſi è detto ſortiſca plenario
effetto*, ſubijciendo demum in vtroquẽ manda-
to ampliſſimam promiſſionem de rato, cum
obligatione bonorum omnium, & reddituum
Capituli.

Quot autẽ verbis illa concepta ſunt, tot pro-
pe modũ clauſulis ſpeciale mandatũ ad actũ,
7 de quo agitur, datum videtur, vt in litterali
facultatę Procuratori impartita exigẽdi à The-
ſaurario Capituli quęcumq; pecunię quantitatẽ
erogandã in Cauſam Beatificationis, quam cer-
tè ſine ſpeciali mandato nec Procuratori acci-
pere, nec Theſaurario tradere licuiſſet, *l. Vero
Procuratori 12, & l. Hoc iure 86. ff. ſolut. Nogue-
rol. alleg. 46, n. 61. Ludou. d. concl. 30. verſ. 18. Bar-
boſ. de clauſ. clauſ. 35. n. 16. Duran. dec. 227. n. 6.* Cũ
autem huiuſmodi actui, qui abſque ſpeciali
mandato explicari nequibat, addita deindè
fuerit generalis clauſula, & facultas facien-
8 di etiam alia ſpecialia, perindè ac ſi, Procu-
rator

Digitized by Google

tator ad illa peculiare mandatum habuiſſet,
Procul dubio mandatum extendi valuit ad
actus, & modos ſimiles tendentes ad eumdem
effectum comparandi pecunias, tametſi man-
datum ſpeciale exegiſſent, iuxtà *Text.*
apertum in cap. Qui ad agendum 4. §. *Sed ſi ali-*
quis vbi *Gloſ. de Procurat. in* 6., ibique *Barboſ.*
*num.*3. latè *Paſſerin. ex nu.*9. *Oldrad. conſil.*332.
*num.*9., *latiſſimè* Berous *conſ.*25. *ex num.* 15. *lib.*
3., *Couar. variar. reſolut. lib.*1. *cap.* 6. *num.* 3.
*verſic.*4., *Pariſ. de reſignat. lib.*9. *quæſt.*17. *num.*
62. *Ludouic. dicta concluſ.*30. *verſic.* 64. Rot. *in*
Ciuitatis Caſtelli Fideicomm. 25. *Februarij* 1630.
§. *Quia cum mandatum*, & 16. *Maij* 1631. *coram*
Pironano.

Certiùs verò, quia præter expreſſionem hu-
9 ius caſus ſpecialis Procuratori conceſſa etiam
fuit libera negocij, & cauſæ mandatæ admini-
ſtratio, quæ clauſula appoſita mandato, quod
ab homine traditum eſt illud porrigit ad actus
exigentes ſpeciale mandatum, cui æquiparatur,
vt proſequitur *Bonifacius Octauus dicto cap. Qui*
ad agendum §. *final. leg. Procurator* 58. *ibique*
ſcribentes, ff. de Procurat. Aretin. inſtit. de his, per
quos agere poſſumus num. 3. *Decius conſ.* 493.
*num.*2. *Alex. conſ.*92. *num.*2. vbi de procurato-
ratore Capituli *lib.*6. *Vant. de nullit ſentent. ex*
*defect. iuriſd. ſeu mandat. num.*87., *Mantic. de*
*tacit. & ambiguis lib.*7. *tit.* 16. *num.* 35. *Barz.*
*deciſ.*154. *num.*16. *Cornaz. deciſ.*22. *num.*14 *Rot.*
*deciſ.*137 *num.* 15. *poſt Mel. obſeruat. & in rec.*
*deciſ*73. *num.*3. *par.*15., præſertim quando, vt
benè monuit *Guttier. de contract. iurat. cap.*50.
10 *num.* 9., Procuratori cum libera &c. deman-
data præterea fuit eadem poteſtas, quam man-
dator ipſe habebat, qua pariter induci manda-
tum ſpeciale probatur argumento *Text. in leg.*
creditor. 60. §. *Lucius Titius ff. mandati, vel con-*
tra, ibiq; *Bartol.* & idem in *dicta leg. Procurator.*
*num.*3., *Dec. in cap. Intelleximus num.* 70. *de*
*iudic. Grat. conſil.*159. *nu.*8. *lib.*2. *Fulgoſ. conſ.*
186. *num.*4. *Speculat. tit. de procurat* §. *Vt autem*
*num.*15. *Couar. var. reſolut. lib.*1. *cap.*6. *num.* 3.
*verſ.*6. *Ludouic. comm. concluſ. concl.* 30. *verſ.*
65. §. *ſi autem*, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.*
7. *num.*62. & *ſeqq.*, *Coſta in prax. conuentio-*
nal. tract. de clauſ. par. 2, *clauſ.*61. *numer.* 5.
& 6. *Afflict. deciſ.* 305. *num.* 4. & 5. *Viuius*
*deciſ.*34. Rota *coram Comitul. deciſ.*68. *num.*16.
*cor. Dunoz. inn. dec.*986. *num.*13. & *in rec. dec.*463.
*n.*3. *par.*4. & *dec.*58. *n.*11. *par.*16. *cor. Merlin. deciſ.*
11 17. *in fin.* vbi quod præfatæ clauſulæ ſimùl iūctæ
idem operantur, quod efficeret generale man-
datum ad omnes actus nullo ſpecialiter de-
mandato negotio, nec aliqua lege præſcripta;
12 Cumque hìc Procurator excepta gratuita do-
natione Dominum obligare valuiſſet in con-
tractibus, alijſque actibus, qui cæteroquin ſine
13 mandato ſpeciali celebrari non potuiſſent, ritè
proindè eumdem obligauit contrahendo cam-
bia paſſiua, pro re mandata perficienda, *Ruin.*
conſ. 93. *lib.*5. *Amat. dicta reſol.* 99. *in fin.*
*Maſtrill. dicta deciſ.*204. *num.*2.

Eo pariter ſpectat tùm libera facultas Pro-
14 curatori tributa ad omnia rei mandatæ depen-
dentia, & incidentia, quorum nomine cum ex
Bald., *Maſtrill.*, *Sanfelic.* alijſque ſupra citatis
comprehendantur pecuniæ mandati explican-
di cauſa ſub vſuris quæſitæ, Procurator eaſdē ac-
15 cipiēdo dici nequit illius fines exceſſiſſe, ſed
manus appoſuiſſe ad ea, quæ mādato annexa
erant *Gloſs. in Canon. Licèt* 15. *verb. Præcepiſſet*
*cauſ.*8. *qu.*1. *Caſtrenſ. in dicta l. Ad rem mobilem*
56. *ff. de Procurat. Iaſon. in. leg.*1 *num.* 3. *Cod.*
de tranſact. Marſil. de fideiuſſor. quæſt. 25. *num.*
189. & *ſeqq. tract. de aſſecurat. diuerſor. Bon. de*
Curtil. de nobilit. quæſt. 2. *num.*37. *tract. magn.*
*tom.*6. *fol.*5., *cl. mem. Card. de Luca de credit.*
*diſc.*84. *num.*4. & *ſeqq.*, & *ſeqq.* Rota *coram*
Puteo deciſ. 366. *in fin. lib.*1.
16 Tùm etiam confert plena poteſtas peragēdi
omnia *ſino à tanta quello ſi è detto ſortiſca ple-*
nario effetto, vt benè ſimilibus ex verbis arguit
*San felic. deciſ.*181. *nu.*1. *verſic. Quibus non ob-*
ſtantibus & faciunt tradita à *Iaſon. in dicta leg.*
*Procurator ſub num.*11, *verſic. Idem ſi ſit dictum*
*Oldrad. conſ.*332. *num.*9. *circa medium*.

Ac denique idipſum confirmat ampliſſima
17 promiſſio de rato facta à Capitulo, quàm man-
dato ſpeciali, & cum libera æquiualere
docuit Ramon. *conſ.* 94. *num.*7. *Franc. in dicto*
*cap. Qui ad agendum num.*4. *in fin de Procurat. in*
6. & licèt contrarium ſenſerint *Bartol. in. leg.*1.
verſ. Expediti ſumus de 3. *artic. ff. de offic. Pro-*
curat. Cæſaris Iaſon. in l. Tranſactione num. 8.
C. de tranſact., *Abb. cap. Contingit num.*3. *eo-*
dem tit., *Couar. var. reſol. lib.*1. *cap.* 6. *num.* 4.
18 Attamen cum in caſu noſtro promiſſio de rato
iuncta ſit præfatis alijs clauſulis, procul dubio
importat ſpeciale mandatum, *Pariſ. conſil.*68.
*nu.*31. & 32. *lib.*1. certiùs, quia, vt animaduer-
tit præcedens *deciſ.* 5. *Inſuper attentis in fin.*
promiſſio illa in Cauſa Beatificationis ad nullā
aliam referri poterat, niſi ad obligationem diſ-
ſoluendam, ideoque neceſſariò trahenda erat
ad indemnitatem Procuratori debitam ex obli-
gationibus, debitiſque omnibus conſtituentis
nomine contrahendis.

Quæ quidem omnia clariora redduntur, eo
19 quia tot ampliſſimæ clauſulæ, totque effræna-
ta verba totiès geminata, totieſque inculcata,
& repetita in vtroque mandato ſuperflua, &
inutilia cæteroquin fuiſſent, vt ad effectum
eliciendi ex huiuſmodi clauſularum, & verbo-
rum geminatione ſimilē facultatem benè argu-
mentatur, *Scacc. de commerc. & camb.* §. 7. *gloſs.*
3. *num.*17. *cum pluribus ſeqq. Merlin. deciſ.* 17.
20 *num.* 18. haud enim referri poterant ad ſolam
petitionem Beatificationis, quia cum in ſimili-
libus cauſis abſque figura iudicij procedatur,
nullum propterea mandatum Procuræ pro illa
21 impetranda requirebatur teſte *Contiloro de Ca-*
*nonizatione Sanctorum. cap.*25. *num* 50. & *ſeq.*
minuſque adeò effrenatam poteſtatem Procu-
ratori conceſſiſſe oportebat, quæ idcircò re-
ferenda eſt ad alia huiuſmodi negotio annexa,
22 cæteraque omnia, in quæ Procurator incidere
poterat, & quæ abſque ſpeciali mandato Procu-

Digitized by Google

ræ explicari non valebant.

Quod ſi demùm pręter verba, quibus in
vtroque mandato adeò apertè explicata legitur
controuerſa facultas quęrendi pecunias ſub vſu-
ris, ad eandem probãdam aliundè petenda ſint
argumenta, ea ſanè vberrimè ſuppetunt, pri-
23 mò ex veriſimili mente conſtituentium, qui
Procuratorem ad Vrbem ablegarunt, vt nego-
cium perageret, quo nil iucundius, ſi perfice-
retur, nil verò triſtius Capitulo accidiſſet, ſi
infectum derelinquendum fuiſſet ex defectu
pecuniarum, quas tamen cum prænidiſſent in
Cauſa diù duratura, facilè defecturas, & eaſ-
dem nonniſi quadriennij ſpatio cum Hiſpanica
claſſe traijci poſſe, omnis proindè recta agendi
ratio ſuadet Capitulum Procuratori dediſſe fa-
cultatem vndècumque quærendi pecunias om-
nes, quas ratio temporum, locorum diſtantia,
Cauſęque neceſſitas exigebant.

Deindè idipſum ſuadetur ex qualitate Pro-
24 curatoris electi è gremio Eccleſiæ Limanæ,
cuius ſolertia, ac fides Capitulo iàm benè no-
ta, ac probata, & virtus, probitaſq; toti Vrbi
iàm diù ſpectata, ſuſpicari non ſinunt, vel igno-
raſſe facultates ſibi tributas in deputatione,
quàm præſens acceptauerat, vel in damnum Ca-
pituli, & fraudem creditorum bona fide ſecũ
contrahentiũ illas exceſſiſſe, quod numquã prę-
25 ſumitur, *Rocc. diſput. iur. ſelect. cap. 252. num.
11.*, alijque allegati in §. *Idque etiam primæ de-
ciſionis*.

Ac poſtremò comprobatur alio validiſſimo
argumento elicito tùm ex verſione pecuniarum
26 in Cauſam Beatificationis verificata legalibus
documentis recenſitis in alia *deciſ.*, & latiùs à
ſcribentibus pro Equite Sylua demonſtrata in
vtraque cauſæ propoſitione, *Summario num. 5.
& tribus ſeqq. iuncto num.* 11 ex qua verſione re-
ctè argui ad mandatum ex *Maſtrill.* animaduer-
titur in *dicta deciſ. §. Tertia deſumitur.*: Tùm
etiã ex eo, quod Archiepiſcopus, cuius nomine
27 mandatum conceſſum, & cambiũ contractum
fuerat, Procuratori creditoris partem debiti
Limę perſoluit, qua ſolutione nedùm totum
debitum agnitum dicitur, ſed etiam inducta
declaratio, ſeu ratificatio mandato ęquipollens,
ad latè tradita à *cl. mem. Card. de Luca de cam-
bijs diſc. 13.*

Hinc corruere viſa ſunt argumenta omnia,
quibus impugnabatur validitas obligationis
nomine Capituli ab illo contractæ, quam ſcri-
bentes exaduerſo inualidam eſſe dicebant, eo
quia vel facultas contrahendi cambia, de qui-
bus agitur, licèt in mandato nominatim non
expreſſa, in eodem tamen tacitè comprehenſa
diceretur inter indiuidua ſpeciei commiſſæ, at-
que appendices rei mandatæ, iuxtà præcitatũ
28 *conſ. Bald.* 383. & hoc caſu ad validitatem
contractus plura deſiderabantur, ſine quibus
eorum, quæ incidunt rei mandatæ non conſtat
effectus, vt inquit idem *Bald. dicto conſ. num.
5.* & latiùs explicat *Alexand.* in celebr. *conſ.
44. lib. 2.* quem omnes communiter ſequuntur,
etenim præ alijs deficere dicebatur probatio
verſionis, & vrgentis neceſſitatis accipiendi pe-
cunias ſub vſuris.

Aut verò eadem cambia validè celebrata aſ-
ſerebantur vi mandati ſpecialis per æquipol-
29 lens eliciti ex clauſulis in generali mandato ap-
poſitis, & neq; hoc caſu valida dici potuiſſent,
cũ huiuſmodi clauſularum vis, & efficacia ſem-
per reſtringatur ad ſimilia, numquàm verò por-
rigatur ad maiora expreſſis, *Paſſerin. in cap.
Qui ad ad agendum 4. nu. 31. in fin. de Procurat.
in 6. deciſ. 64. num. 15. & 16. par. 17. recent.* ne-
que ad ea, quæ mandatori maximum allatura
30 eſſent præiudicium, *Barboſ. de clauſ. clauſ. 35. n.
38.* quale certè Capitulo illatum fuiſſet ex hu-
iuſmodi contractibus, quibus nautico fœnori
ſubijciebatur.

Idque aliam quoque habet rationem, nàm ſi
præfatis clauſulis tanta ineſſet virtus, & effica-
cia, vt Procuratoris officium extendere poſſent
ad ſimiles actus, quilibet Procurator hic in
Vrbe conſtitutus ad lites, vel aliam cauſam,
poſſet Clientem ſuum, & mandatorem ſimilium
obligationum nexibus perniciosiſſimè illa-
queare.

Verùm hęc omnia argumenta in prima *dec.*
iàm planè ſublata, neque etiam hodie vrgere
viſa ſunt, nil quippè deerat, vt cambia, de
quibus agitur, validè cõtracta dici poſſent vir-
tute facultatis præſumptæ ex rei mandatæ na-
tura, nàm indigentia pecuniarum, illarumque
verſio, quæ tantummodò exaduerſo impugna-
batur, ſufficienter probata apparent in prima
deciſ. atque etiam confirmabitur ex ijs, quæ in-
frà ſubijcientur, tametſi fruſtrà de his quęra-
tur, dùm agitur de Procuratore habente ſpe-
31 ciale mandatum Procuræ, qui proptereà ab-
ſque requiſitis traditis à *Bald.* & *Alex.* man-
datorem efficaciter obligare poterat pro pecu-
nijs in Cauſam rei mandatæ ſuſceptis, *Aretin.
in §. Si igitur num. 6. inſtit. quod cum eo Felic.
de Societ. cap. 30. nu. 12. cum ſequentibus, Stracc.
de mercat. tit. de mand. num. 27. cum ſeqq. Gen. de
ſcript. priuat. lib. 4. tit. de lib. rat. inſtit. num. 38.
& 48. Capic. Latr. conſult. 73. nu. 23. & conſult.
95. num. 4. & ſeqq. & conſult. 105. num. 37. &
ſeqq.* Rocc. *de ſociet. & mercat. num. 64. Giurb.
ad conſuetud Meſſ. cap. 9. gloſſ. 1. num. 19. &
21. cum ſequentibus & deciſ. 89. nu. 13. & ſeqq.
Maſtrill. dicta deciſ. 204. num. 21. & ſeqq.*

Abſque eo, quod Eques Sylua, qui pecunias
credidit inquirere teneretur de veritate cauſæ,
in quam illę creditæ fuerunt, aut de illius ver-
32 ſione curare, quaſi ſibi imputare debuiſſet mã-
dator, cur talẽ rebus ſuis præpoſuiſſet, *leg. 1. §.
Non autem*, ibique *Bartol. num. 2. & leg. Lucius
7. ff. de exercit. act. Barb. conſ. 18. col. 7. Capyc.
Latr. conſult. 95. num. 4. & ſeqq. Merlin. de pignor.
lib. 2. quæſt. 76. num. 6. Adden. ad Buratt. deciſ. 85.
num. 13. & ſeq. Giurb. deciſ. 68. num. 10. & ſeqq.
Rota coram Comitulo deciſ. 61. numer. 17. cum
ſeq. & num. 23. & deciſ. 73. num. 1. & ſeqq. par.
15. recent.*

Quæ iura locum ſibi vindicant, etiamſi pecunia
fœneraticia credita fuerit Procuratori Eccle-
ſiæ,

ſię, vel ſimilis perſonæ priuilegiatæ, *Mantic.de*
33 *tacit.& ambign.lib.8.tit 3.num.7.& 16. Amat.*
dicta reſol.99. num.10. Card.de Luca de credit.
diſc.82.num.3.Staiban.de intereſſe in ſpecie lib.2.
de intereſſ.mutui quæſt.vnica num.104. 105. &
110.Modern.Salent.conſult.Canon.95.num.92.&o.
6.Panimoll.decis.54.adnotat.2.num.3. 12.& 39.
Bich.decis.599.num.5.& in Romana Pecuniaria,
ſeu Cambij 21.Februarij 1687. §.Conſtito itaque
coram Reuerendiſſimo Vrſino Decano.

Nec officere viſum eſt, quod nominatim
conceſſa non fuerit facultas capiendi pecu-
nias ad cambium, id enim iure noſtro cautum
34 non reperitur, quinimmò contrarium probant
Maſtril.dicta decis.204. num.9. aliaque iura, &
auctoritates allegatæ in *§. ille enim cum ſeqq.*,
in quibus ſuſceptio pecuniarum ad cambium
ponitur inter conſequentia, & appendices, quæ
35 ſequuntur rem mandatam, eamdemque com-
prehendi ſub clauſulis, de quibus in *§. Quot*
autem verbis, & ſeqq. diſertè probant iura ibi
cumulata, nec iſte actus vllibi annumeratur in-
ter cauſas requirentes expreſſum mandatum,
inter illas enim non recenſetur apud celebrem
Glaſſ.in dicto cap.Qui ad agendum 4.de Procurat.
36 *in 6.* non apud *Franc. ibidem §.final. Speculat. de*
Procurat.§.1.num.4.Aretin.inſtit.de his, per quos
agere poſſ.Nepot.de Monte Albano de except.act.
8.inter tract. magn. tom.3. par.2. fol.110: Ludou.
concl.30. enumerantem *93. Caſus, Barboſ. de*
clauſ.clauſ.35. alioſque, qui ex profeſſo egerūt
de caſibus ſimile mandatum requirentibus, vn-
37 dè argumentari licèt hunc actum non requi-
rere expreſſum mandatum, quo argumento
vtuntur, *Rip. in cap. Cum M. Ferrarienſis num.*
136.de conſtit. Alexand. conſ.133.num.3. & 10.
lib.6.Cranett conſ.748. num:12. & ſeqq. Rota
decis.27.num.2.de Procurat.in nouis.

Nec in propoſito idem neceſſarium redde-
bat peculiaris ratio vitandi maximum præiu-
38 dicium ex huiuſmodi cambijs inferendum
Capitulo ob exceſſiuitatem nautici fœuoris,
cum enim his ſub vſuris ex America in Euro-
pam, atque hinc in Americam pecuniæ traie-
ctitiæ paſſim inuehantur, conſurgit vt Procu-
rator contrahendo cambia maritima ſecundū
conſuetum morem locorum validè Dominum
obligauerit, *Roman.conſ.94 num. 7.Rum.conſ.*
93.ſub num.4.lib.5.Merlin. de pignor. lib.2. tit.
4.quæſt.104.num.1.Mantic.de tacitis, & ambiguis
lib.3.tit.9.n.63. Maſtrill.dicta dec.204.num.7.
& ſeqq.

Quemadmodum etiam in conſideratione
habenda non eſt alia poſtrema ratio petita ex
facili abuſu huiuſmodi mandatorum, quia, vt
benè monet *Cuiacius in lib. 3. Paul. ad edict.*
oper. poſth.tom.2.fol.mihi 54.lit.D.& E. alia eſt
conditio Procuratoris negociorum, cui vniuer-
ſa, vel vnum negocium tantum mandata fue-
runt, alia conditio Procuratoris litis, conſti-
tuti ſcilicet ad agendum, vel defendendum,
huic enim cum actio tantum mandata ſit, litis,
& inſtantiæ, non autem totius rei adminiſtra-
39 tionem habebit, nilque præterea Domino ob-
eſſe, aut prodeſſe poterit; At Procurator nego-
cij vnius, vel plurium, vel omnium cuncta
agere poterit, quæ ei demandati negocij ratio
exigit, eiuſque factum mandatori oberit, vel
40 proderit, vt docuit etiam *Bertal.in l. Qu Ro-*
ma 122.§.Callimachus ff.de verb. obligat. Iaſon
in l.Tranſactionis num.7.Cod.de tranſact. Paſter.
In cap. Qui ad agendum 4. n.31. de Procura. in
6. Coſt. in prax. conuention. par.2.clauſul.61. nu.
2. & ſeqq. neque id iure, æquoque abſonat, ea-
dem enim æquitate, qua mandatoribus fauc-
tur, ſuccurrendum quoque eſt contrahentibus
bona fide cum Procuratore, cum iura noſtra
æquè velint hos cautos eſſe in diligenter inqui-
41 rendis facultatibus Procuratoris, cum quo
contrahunt, quam illos vigiles eſſe iubeant,
in probanda, ſpectandaque fide perſonæ, cui
ſua mandant negocia, *dicta leg.1. §. Non autem,*
cum ſeq. ff. de exercit. act. Quinimmò Procu-
ratoris culpam, aut dolum mandanti potiùs,
42 quàm contrahentibus nocere oportere, pro-
bant iura per *Giurb. dec. 83. num. 10. & 13.*
Card. de Luca de credit. dicto diſc.82. num. 8. lo-
43 quens de Procuratore Monaſterij *R.P. D. An-*
ſaldus Collega meus de commerc. & mercat. diſc.
30 num.4. & ſeqq.

His conſequenter ceſſare etiam viſa eſt repli-
catio, qua pro parte Capituli excipiebatur
ipſum poſt acceſſum Procuratoris ad Vrbem
tranſmiſiſſe ingentes pecuniarum ſummas, ma-
gnamque auri, gemmarumque vim, & inſuper
illi dediſſe, vt dictum eſt, facultatem exigendi
alias pecunias neceſſarias à Theſaurario Capi-
tuli; Quamobrem vel pecuniæ iàm tranſmiſſæ
ſufficiebant, & Procurator quamuis ampliſſi-
mo inſtructus mandato rigoroſis vſuris ſu-
44 bijcere nequibat mandatorem, qui ſuis
pecunijs negocium abſolutum fuiſſe iuſtè cre-
didit, *cl. mem. Cardin. de Luca de credit.diſc.72.*
num.9. ſin autem ſatis non erant, & ſupplemen-
tum aliundè quærere non licebat, quàm à The-
ſaurario. Deſignauerat enim mandator quo è
loco petendæ eſſent pecuniæ in huiuſmodi Cau-
45 ſam neceſſariæ, *Dec. conſ.183. per tot.* eoque
recuſante, vel non valente illas tradere, media
interpellatione denunciandum id erat Capitu-
lo, vt Cauſæ neceſſitati, ſuæque indemnitati con-
ſulere poſſet, vitando ſi vellet grauiſſimas vſu-
46 ras, *Rota decis.346. num.6. par.10.* Quæ qui-
dem interpellatio potiori iure requirebatur in
hac Cauſa, quæ tamquàm poſtularitia nullà
neceſſitate cogebat Procuratorē, vt tanta cum
feſtinatione ageret, cum notorium ſit ſimiles
Cauſas non niſi ad inſtantiam poſtulatorum
promoueri, ideòque commodè protrahi pote-
rat, donec aliæ pecuniæ ex America tranſmiſſæ
fuiſſent.

Huiuſmodi enim exceptionum vis licèt ſum-
moperè vrgeret, ſi ageretur de præſumpto
Procuratore carente ſufficienti mandato, in
quibus terminis loquitur *Card. de Luca dicta*
47 *diſc.72.* & clariùs explicat *Rot. decis.9.par.16.*
edita in eadem Cauſa, in qua Cardin. reſpon-
dit, inania autem ſunt argumenta, ſi eiſdem im-

pugnatur contractus legitimè celebratus à mandatario habente mandatũ cum libera &c. vnà cum facultate faciendi ea omnia, quæ conſtituens ipſe facere potuiſſet, vt fusè ſupra probatum eſt, nihilominùs aliæ ſuppetunt peculiares rationes, quibus illa reſoluta, ac penitus eliſa remanent.

Pecuniæ enim, quæ reuera ad Procuratorem tranſmiſſæ probantur non excedunt ſcuta 378:0: 80. vt in *Summar. n.16.* ex qua ſumma ſubductis ſcutis 10701. erogatis pro pluſquàm frugali ſuſtentatione Procuratoris, qui ſpatio 30.annor. huic negocio incubuit hic in Curia, reſiduũ procul dubio ſatis non fuit pro inſtruẽda, proſequendaq; Cauſa vſque ad publicationẽ Beatificationis incluſiuè, ſed diſcuntis rationibus Procurator repertus fuit creditor ingentis quantitatis ſcutorum 19802. 47. vt in dicto *Summario num.16.* quarum ſane expenſarum legalitas, & veritas legitimis documentis probata, dicto *Summario num.16. & 17.* mirificè confirmatur, quia, vt aliquis ex Dominis animaduertebat, nouus Procurator, qui poſt Beatificationem Cauſam reaſſumpſit acturus pro impetranda ſolemni Apotheoſi ſpatio ſex dumtaxat annorum, reque adhùc infecta, expendiſſe faſſus fuit ſcuta 48605 *Summario num.18.*

Alia verò, quæ tam in pecunia, quàm in ſpeciebus Canonico Valladolid ſubminiſtrata afferuntur, carent legitimis probationibus, ſed contra ex parte Equitis Syluæ probatur illum, gemmas, aurum, pecuniaſque proprias ex America ſecum attuliſſe, quibus pro ipſius pietate, ac munificentia, iuxtà temporum neceſſitatem in Cauſæ vtilitatem erogatis, penituſque abſumptis, non tenebatur pro ſubminiſtratione aliarum pecuniarum, quæ adhùc requirebantur recurrere ad Theſaurarium, quia deſignatio loci, & perſonę, à qua pecuniæ accipiendæ erant, facta nulla adhibita dictione
48 taxatiua, demonſtraſſe ſolummodò dicitur modum habendi pecunias pro re mandata exequenda, non autem taxatiuè limitaſſe facultatem, eaſdem quauis alia ratione quærendi, hæc enim non vna eademque, ſed diuerſa penitùs oratione conceſſa fuit, ideòque abſque vlla demonſtratione loci, aut perſonę perfectè tributa intelligebatur ex ratione ducta à *Text. in l. Quidam Teſtamento 69.* ibique *Bartol. ff. de legat.1*, benè *Cuiac. in §. 1. leg. Si homo iuſſus 73. ff. de legat.1. fol. mihi 1121. lit. A. to.4. par. 1. oper. poſthum., Dec. conſ.325. & conſ.500. in fine, Ferrett. conſ.241. num. 2. Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit.19. ſub num. 6. Marta de ſucceſſ. legal. par.4. quæſt.18. artic.11. num.66. Roſa conſult. 61. Hodiern. ad Surd. deciſ.337. in fin.* Quæ iura, & auctoritates, licèt loquantur de legatis, ipſa
49 tamen iuris ratio in omni diſpoſitionis genere recipitur, *Carz. de expenſ. cap.4. nu.38. Caſtill. de coniect. & interpret. vltim. volunt. cap. 54. n. 19. Gaſpar Manſius in ſuis diſſertationibus diſſert. 1. quæſt. 2. numer. 8., & numer. 14. & per tot.*

50 Nec vllum faceſſit negocium doctrina *Decij dicto conſil.183.* quia ibi diſpoſitio vnica oratione concepta legebatur, atque inſuper aderant dictiones taxatiuę, quibus ceſſantibus dicti Auctoris deciſio non applicatur, ſed eſt lo-
51 cus regulę, quâ ſtatuitur ſpecialitatem ſine dictionibus taxatiuis appoſitam in generali conceſſione mandati non reſtringere facultatem indefinitè tributam, ſed maioris declarationis gratia expreſſam cenſeri, *Rota coram Cerro dec. 171. num.1. cum ſeqq. repetit. in recent. dec.367. par.9.*

Vtque vna ſemper, eademque reſponſione, omiſſis alijs cuncta tollantur obiecta, illud petitum ex neceſſitate interpellationis ſubmouetur ex ſępiùs memorata qualitate mandati,
52 quod tamquàm ſpeciale, & cum nulla conditionis reſtrictione conceſſum mandatarium eximebat ab onere interpellandi mandatorem, illaque licet requiratur, quando cambia petun-
53 tur ratione moræ debitoris, numquàm tamen neceſſaria reputatur ad validitatem cambiorum, quæ cum legitimo Procuratore debitoris contracta fuere iuxtà diſtinctionem inconcuſ-
54 sè receptam in hoc Sacro Auditorio, ceſte *Rot. coram Peutinger. deciſ.9. num.6. coram Merlin. deciſ.636. num.16. & ſeqq.* & poſt *Bonden. dec. 55. nu.7. tom 1. & in recent. deciſ.234. num. 3. & 413. ſub. num. 23. verſ. Hinc vrgere par. 13. & deciſ.126. num.25. par.14.*

Iniuſtèque redargui viſum eſt Procuratorem de imprudenti feſtinatione, qua Capitulum adeò magno ære alieno grauauerit in Cauſa, quam opportunè protrahere potuiſſet; animaduerſum enim eſt prudenter illum ſe geſſiſſe ſpectata veriſimili mente Capituli ſibi vndequaque nota, & inculcata in Procuræ mandato ampliſſimis, & conceptiſſimis clauſulis redundante, ex quo reſultabat vehemens, atque totius moræ impatiens deſiderium rem deducere ad finem, cui vna ſupererat publicatio Beatifica-
55 tionis, & in quam tot impenſæ expoſitæ fuerant ab ipſo Capitulo, tot imploratæ preces, omnium Procerum Europæ, Principum, Regum, & Populorum conſpirauerant, Impropetrandum enim fuiſſet Procuratori, ſi rem, pro qua hæc tanta ſuſcepta fuerant ad vltimam periodum perductam dimiſiſſet infectam ex defectu impenſarum, ſi enim Capitulum tot expoſuerat in præcedentia, inueriſimile fuiſſet non abſoluturum, quod tanto operere intenderat, redarguiſſetque Procuratorem, ſi diffidiſſet de mandante omniũ ditiſſimo, cui Indigenæ terrę auriferę exprobrauiſſet ſibi impictam maculam illiberalitatis, vel dilatæ voluntatis in Beatũ Turribium, quem ſuum Apoſtolum, & Thaumaturgum in Patronum Limæ, & totius Americæ meritis, & communibus votis implorauerant, & qui propterea quamcumque impenſarum iacturam æquius tuliſſent, quàm remoratam rei conſummationẽ, vt in ſimili argumentatur *Ruin. dicto conſ.93. num.6 verſ. Et tantò lib.5.*

Illa

Digitized by Google

Illa verò tandem, quæ obijcebantur contra realitatem crediti, ex quo controuerſa cambia nedum contracta fuerant longè poſt celebratam Beatificationem, ideòque quum nulla vrgere ampliùs poterat neceſſitas pecuniarum, verùm etiam, quia creata fuerant ſine pecunia, ſoluta longè poſt ſtipulata Inſtrumenta cambiorum, facilè ſublata fuerunt, ex facto, quo probatum eſt partem pecuniæ ceſſiſſe in extinctionem debiti contracti cum Menſa Nũmularia Sancti Spiritus, quæ pecunias ſubminiſtrauerat pro ſolemnioribus pompis Beatificationis *Summario num. 8. & 9.* realis verò alterius partis numeratio apertè euincitur ex ſubſecuta verſione liquidiſſimis, & diſtinctis probationibus ab Actore demonſtrata, *Summario num. 11.* in quo ideò aliquę ſolutiones factæ apparent poſt creata cambia, quia pecuniæ relictæ fuerunt in Nummularia Equitis Syluæ, qui, prout vrgebant Operarij, alijque creditores mercedes illis debitas dietim ſoluebat.

Iàm verò vindicata ab omnibus obiectis realitate, & validitate crediti Equitis Syluæ agendum ſupererat de illius acceſſionibus, quas Domini in prima deciſione ad menſuram cambiorum maritimorum ex partium conuentione, & iuſtitiæ rigore deberi cenſuerant, verùm hodiè æquiori iudicio cauſam hanc reputantes ſummum hunc rigorem temperarunt, redigendo Cambia Maritima ad Nundinalia, iuxtà
56 modum, & æquitatem, quam alias in ſimili Cauſa amplexum fuit hoc S. Tribunal, vt apud *Rota dec. 413. n. 28. par. 13. & dec. 126. num. 4. & ſeq. par. 14. recent.* Hæc enim quoque alternatiuè promiſſa fuerant, & his æquus etiam creditor contentabatur, eoquelibentiùs Domini iuerunt in hanc ſententiam, quia pro validitate Cambiorum Nundinalium concurrebant omnia neceſſaria requiſita contra verò in dubium venerat an illa, quæ pro validitate Cambiorum Maritimorum requiruntur ſeruata dici poſſent.

Et ità Partibus reſponſum fuit.

R. P. D. ANSALDO

Bononien. Tranſactionis.

Lunæ 10. Decembris 1696.

ARGVMENTVM.

De validitate, & iuſtitia ſequeſtri relaxati contra bona obligati de euictione pro releuatione indemnitatis, non obſtante quod idem ſequeſtrum tripliciter redargueretur, primo ſcilicet de illiquiditate crediti; Secundo ex quo prætendebatur illud non poſſe relaxari contra bona ſtabilia; & tertio, quia euitari contendebatur mediante cautione: Et aliqua de intellectu Statuti Bononien. mandantis, quod duæ Sententiæ habeant vim trium, & faciant rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Duæ Sententiæ conformes in Ciuitate Bononiæ habent vim trium, & faciunt rem iudicatam vigore Statuti.*

2 *Idemque Statutum fuit à Gregorio XV. extenſum etiam ad Cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas.*

3 *Idque procedit quamuis vna tantum ex dictis Sententijs lata ſit Bononiæ, & altera in Curia.*

4 *Dicuntur inter ſe conformes, quando vna alteram confirmat.*

5 *Amplia id procedere, licet adſit de medio contraria ſententia.*

6 *Mandatum ad factum competit contra obligatum de euictione, ſtatim ac ſecuta eſt euictio.*

Et loco mandati ad factum decerni poteſt ſequeſtrum aduerſus bona promittentis ibidem.

7 *Sequeſtratio fructuum ex Conſtitutionibus Fori Epiſcopalis Bononiæ prohibetur aduerſus poſſidentem bona ſtabilia.*

Non tamen ad hunc effectum ſufficit poſſeſſio bonorum, niſi etiam probetur, quod illa ſint æquiualentia debito num. 11.

8 *Sequeſtrum etiam Vigore Statuti permiſſum euitari poteſt mediante cautione.*

Limita, ſi agatur de ſequeſtro relaxato in vim rei iudicatę num. 12.

9 *Sequeſtratio fructuum fieri poteſt etiam abſque præcedenti liquidatione crediti, dummodo liquidatio fiat ante conſignationem.*

10 *Mandatum ad factum pro refectione damnorum, & intereſſe non indiget præcedenti eorumdem liquidatione, quæ fieri poteſt ante executionem, vel conſignationem.*

DECISIO LV.

SEcuta ad normam Teſtamentariæ diſpoſitionis Com: Aloiſij de Griffonibus ſeparatione bonorum liberorum ab illis ſubiectis fideicõmiſſo per Mattheum pariter de Griffonibus, ad quod vocati fuerunt Fratres de Razzalibus, inita fuit ſucceſſiuè tranſactio inter eoſdem de Razzalibus, & Comitiſſam Mariam Hieronymam Manzinam Vxorem præfati Com: Aloiſij, ab eoque hæredem inſcriptam, in qua Comitiſſa vltra bona fideicommiſſaria, dimiſit præfatis de Razzalibus quamplura bona libera; & è conuerſo iſti ceſſerunt ad fauorem Comitiſſæ quamdam portionem domus, ſeù Palatij Fideicommiſſarij ſiti in Ciuitate Bononiæ; cum ampliſſima promiſſione, & obligatione liberandi eamdem Comitiſſam ab omnibus moleſtationibus, quas vnquam ſuper huiuſmodi portione ſibi ceſſa pati poſſet, ſignanter ex cauſa fideicommiſſi, cui Palatium obnoxium, vt ſupra, reperiebatur.

Cum autem ſubindè Comitiſſa ceſſionaria actualiter moleſtias experta fuerit ſuper antedicta portione à PP. S. Gregorij Congregatio-

nis Clericorum Regularium Miniſtrantium In-
firmis ex perſonis PP. Franciſci Mariæ, & Io:
Auguſtini de Razzalibus, veluti ęqualiter co-
rum vita naturali durante ſuccedere prætendē-
rium ad memoratum fideicommiſſum familiæ
Griffoniæ; hinc præſati Fratres de Razzalibus
congruè intimati in ſequelam, & executionem
propriæ obligationis litem in ſe ſuſcepere, ac
denuò iudicialiter ſeſe adſtrinxerunt ad tota-
lem liberationem, & indemnitatem Comitiſ-
ſæ, vſque ad conſentiendum mandato pro re-
fectione omnium damnorum, expenſarum, &
intereſſe, quod in caſu effectiuæ euictionis Iu-
dex relaxauit.

Et quoniam poſt reportatas à PP. Sancti
Gregorij geminas Sententias ſuper immiſſione
ad enunciatam portionem Palatij fideicom-
miſſarij canonizatas inſuper à Signatura Iu-
ſtitiæ cum clauſula *ſine præiudicio*, ſucceſſiuè
expediri curarunt contra Comitiſſam manda-
tum pro reſtitutione penſionum pendente lite
perceptarum, & pro earum ſatisfactione am-
plius ſequeſtrari obtinuerunt omnia bona ad
eandem Comitiſſam ſpectantia, prout ipſa do-
cuit in eius *Summario Additionali num. 1. & 2.*
Hinc Comitiſſa ſe, vt par erat conuertere ſtu-
duit aduerſus Razzalios, inſtetitque in partibus
pro conſimili ſequeſtratione contra eorum
bona, eamque per binas Sententias confirmari
eſt aſſecuta, alteram nempe Vicarij Generalis
Bononien. & alteram A.C. Thomati; Cumque
Signatura ad inſtantiam fratrum de Razzali-
bus vlteriorem cauſæ diſcuſſionem huic Sacro
Tribunali remiſerit, cum clauſula, *Conſtito,
quod ſit locus Statuto de duabus*, propoſui idcir-
co de more dubium, An eſſet locus tali Statu-
to, & affirmatiuum habui reſponſum.

Præcipua reſolutionis ratio verſabatur in
1 validitate, conformitate, & Iuſtitia vtriuſque
Sententiæ, quæ proindè habent vim trium, rem-
que iudicatam efformant, non minus ex ſan-
ctione Statuti Bononien. in *Rub. de Appellat. §.
pratere à*, quam inſpecta peculiari Conſtitutio-
2 ne San. mem. Gregorij XV. quæ eamdem ſta-
tutariam cenſuram extendit etiam ad cauſas,
& perſonas Eccleſiaſticas ex animaduerſis per
*Rot. in Bononien. Iuriſpatronatus de Ghiſlerijs 31
Ianuarij 1595. §. 2. coram R.P.D. meo Pio. & in
Bononien. manutentionis 20. Iunij cadentis anni §.
1. in fin. coram R.P.D. meo de Vlmo*, non ob-
ſtante, quod altera ex prædictis Sententijs la-
ta, prout lic, foret in Curia in gradu appella-
3 tionis interpoſitæ à Sententia de partibus iux-
ta rationes optimè perpenſas per *Rot. coram
Pentinger. deciſ. 185. & deciſ. 15. par. 18. rec.* vtro-
bique *nu. 2. & in Bononien. fideicum. de Iinis 10.
Aprilis 1682. §. Validitas coram clar. mem. Card.
Mattheio, & in Bononien. Dotis 27. Iunij 1685. §.
Validitas coram R.P.D. meo Muto*.

Et ſanè circa validitatem de ea non fuit
4 quęſtio inter partes; Conformitas verò eluce-
re viſa eſt, ex quo ſententia A. C. Thomati
confirmat illam Vicarij Generalis Bononien.
Et licet abſit de medio contrarium decretum
latum in Curia Legationis ſuper relaxatione
ſequeſtri obtenti per Comitiſſam ſub motiuo
oblatæ cautionis ex parte fratrum de Razzali-
5 bus, Nihilominus dum tale decretum expreſ-
ſe reuocatum legitur in ſententia A. C. hoc
ſuperabundat ad effectum, vt primum iudica-
tum de Partibus, & poſtremum latum in Curia
inter ſe coniungi valeant ad pariendã confor-
mitatem, quemadmodum affirmat *Card. de Luc.
de Iudic. diſc. 36. num. 56. & dixit Rota deciſ.
616. num. 1. par. 18. rec.* vbi concordan &c.

Iuſtitiam autem, ad quam in ſubſtantia tota
diſputatio reſtringebatur, euidenter emerge-
re DD. cenſuerunt ex clara, & literali obliga-
tione fratrum de Razzalibus in præcitato In-
ſtrumento tranſactionis contenta, & ampliſſi-
mè confirmata in Iudicio occaſione ſuſcipien-
di defenſionem Comitiſſæ aduerſus mole-
ſtias PP. Sancti Gregorij, Cum enim Razzalij
promiſerint illam releuare ab omnibus, & qui-
buſcumque moleſtationibus, quas pati con-
tingeret ſuper portione Palatij ſibi ceſſa in
Inſtrumento Tranſactionis contemplatione
bonorum liberorum, aliorumque iurium, quæ
eadem Comitiſſa ad eorum fauorem relaxa-
uit, & vlterius ſeſe obſtrinxerint eidem Comi-
tiſſæ reficere omnia damna, & intereſſe, ac ex-
penſas, quas ex cauſa præmiſſarum moleſtiarũ
ſubire compelleretur, de plano ſequebatur,
quod dum Comitiſſa per PP. Sancti Gregorij
non ſolum ſpoliata extitit pręcitata portione
6 Palatij fideicommiſſarij, verum quoque paſſa
fuit ſequeſtra ſuper alijs bonis proprijs pro re-
ſtitutione fructuum, ſeu penſionum pendente
lite perceptarum, ſtatim apertus fuerit locus
ſtipulationi, & retroſimili actioni ad factum
aduerſus bona promittentium mediante il-
lorum ſequeſtratione ad *trad. per Rotam coram
Dunozett. Iun. deciſ. 795. num. 1. & coram Bi-
chio deciſ. 266. num. 1. & ſequent. & in rec. deciſ.
77. num. 2. par. 11. & deciſ. 572. num. 2. & ſeq.
par. 19. & in Bononien. Immiſſionis 25. Martii
1694. §. Denique coram R.P.D. meo Muto*.

Agnoſcentes fratres de Razzalibus effica-
ciam propriæ obligationis, ſolummodò pro
eorum defenſione recurrebant ad triplicem
exceptionem, alteram nimirum ex defectu li-
quidationis crediti Comitiſſæ ante ſequeſtra,
alteram, ex quo ipſi poſſiderent bona libera,
quę mediante ſuperius enunciata tranſactione
conquiſiuerant, & conſequenter iactarent di-
ſpoſita per Conſtitutiones Fori Archiepiſco-
7 palis Bononiæ in *Rub. 19. ſub num. 54.* vbi pro-
hibentur huiuſmodi ſequeſtrationes aduer-
ſus poſſidentes bona æquiualentia Debito;
8 Tertiam denique, quia in omnem caſum in
vim earumdem Conſtitutionum *ſub. num. 55.*
teponi debuiſſet ab iniuncta ſequeſtratione,
mediante cautione per eos exhibita, & admiſſa
per Decretum D. Prolegati.

Verum non obſtitit prima ſuper neglecta
liquidatione damnorum, & intereſſe, omiſſis
namque cæteris reſponſionibus datis per in-
formantes pro Comitiſſa, animaduertebant

Domi-

Domini, quod dum Iudex de Partibus ad huiuſmodi ſequeſtrationem deuenit ad effectum ſubhaſtandi fructus bonorum ſequeſtratorum, eoſque poſtmodum conſignandi Comitiſſæ in
9 caſu euictionis, ſuperabundaret idcircò, quod liquidatio crediti ſuperueniret ante actualem conſignationem, vt præter generalia, de quibus *Rota coram Gregor. deciſ. 220. num. 1. & Rot. Lucen.* penes modernum *Foroliuien. in addit. ad conſ. Ramon. tom. 4. deciſ. 69. num. 11. & 12.* in præciſis terminis Mandati, vel non diſſimilis
10 præcepti relaxati pro refectione damnorum, & intereſſe habetur ex *Bartol. in l. 2. num. 5. C. de ſenten. quæ ſu. cert. quant. Iaſ. in l. 1. num. 31. ff. de eden. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 9. num. 25. & ſeq. Rota coram Coccin. deciſ. 677. num. 10. & coram Buratt. deciſ. 545. num. 3.*

Quo vero ad nullitatem ſequeſtri ex eo deductam, quod Razzalij poſſiderent bona ſtabilia, placuit reſponſio, quod cum Comitiſſa medio Iuramento illos allegauerit ſuſpectos ex eo quod aliundè ſatisfieri poſſe non putabat, quam per huiuſmodi ſubſidiarium reme-
11 dium, ſatis idcirco eſſe non videtur ad mentem Statuti Fori Archiepiſcopalis, quod Razzalij doceant de poſſeſſione ſtabilium, niſi etiam inſimul oſtendant, quod illa ſufficerent pro ſatisfactione Comitiſſæ; vt in propoſito ſimilis ſtatuti eiuſdem Ciuitatis Bononiæ benè reſpondit *Rota coram Pamphil. deciſ. 56. num. 6. & ſeq. & ſignanter num. 8.*

Denique reſpectu tertiæ exceptionis, ſiue cautionis oblatę per Razzalios, & in partibus admiſſę per Dominum Prolegatum, ac poſtea reiectæ in ſententia A.C. Thomati, ceſſare exiſtimarunt quamlibet difficultatem, attenta re
12 iudicata aduerſus Comitiſſam reportata per PP. *Sancti* Gregorij; In his namque terminis potiùs retorquebatur, ad Comitiſſæ intentum ſummopere conferens ipſamet Ordinatio Fori Archiepiſcopalis Bononien, cui fratres de Razzalibus excipiendo, vt ſupra, innitebantur, dum in *ea ſub num. 56.* expreſsè demandatur, quod ſequeſtra, quæ fieri contingant vigore iudicati non relaxentur, niſi mediante effectiua ſolutione *Summario* eorumdem de Razzalibus *num. 7. in fin.* quod, & iuri communi optimè, & adamuſſim conſonat ex *trad. per Bart. in l. ſi pecunia §. fin. ff. vt in poſſ. legat. ſeu fideicom. Iaſ. in l. fideiuſſor. §. ſi ſatis datum num. 17. ff. qui ſatiſd. cog.* Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 14. num. 164. & 171. Sabell. var. reſ. cap. 95. nu. 15. & 16.* Rot. dec. 218. *num. 10. & 11. poſt Zacch. de oblig. Camer. & deciſ. 81. num. 19. par. 17. recent. &c.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MVTO

Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper Manutentione.

Mercurii 23. Ianuarij 1697.

ARGVMENTVM.

Nouo examini ſuppoſitis fundamentis antecedentis Deciſionis 49. illa confirmatur, nonnulleque ſituationis bonorum in aliquo loco probationes referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentia danda eſt heredi, ſeu proximiori vltimi emphyteutæ, dum deuolutionis ius eſt dubium, & litigioſum.*

Heredi, ſeu proximiori vltimi emphytheutæ in poſſeſſione exiſtenti ob probabilem ſpem renouationis, quæ reddit dubium ius deuolutionis, competit manutentio.

2 *Intellige id procedere, vbi ius renouationis eſt clarum, & indubitatum.*

Contrarium, quod ſufficiat probabilis ſpes, poſſe obtineri renouationem num. 4.

3 Card. de Luca de emphyt. diſc. 4. *reprobatur.*

5 *Clauſula* Conſtituti *transfert poſſeſſionem etiam bonorum feudalium, & emphytheuticorum fauore proximioris ſeu heredis probabiliter renouationem ſperantis.*

6 *Etſi Conſtituens fuiſſet vltimus de inueſtitura, & in ipſa legeretur prohibitio alienationis.*

7 *Clauſula* Conſtituti *vt operetur, ſufficit, articulum eſſe dubium.*

8 *Poſſeſſio poſterior propria authoritate capta, eſt ſpoliatiua in concurſu anterioris.*

9 *Renouatio concedenda eſt ob immemorabilem coactiuam illam concedendi.*

10 *Et ob originariam appodiationem bonorum.*

11 *Ac ob Conſtitutionem id præcipientem.*

12 *Immemorabilis coactiua renouandi probatur confeſſione emiſſa in inſtrumento tranſactionis.*

13 *Error confeſſionis eſt plenè probandus ab allegante.*

14 *Immemorabilis probatur actibus complectentibus tempus infinitum.*

15 *Et pluribus enunciatiuis antiquis.*

16 *Dictio* alias &c. *extendi non valet ad caſum diuerſum ab antecedenter expreſſis.*

17 *Pacta effectum non ſortita non attenduntur.*

18 Renouatio *excludit præcedentem ammenſationem, quam includit noua conceſſio.*

19 *Immemorabilis conſuetudo renouandi includit coactiuam.*

20 *Coactiua renouandi probatur ſententijs antiquis renouationem decernentibus.*

21 Ordinarius *præſumitur defenſor, & conſeruator iurium ſuæ Menſæ.*

22 *Situatio probatur ex Cartis Geographicis.*

23 *Appodiatio bonorum quomodo probetur.*

24 Con-

24 *Confirmatio non immutat factum, ſed ſolum roborat iur.*
25 *In Statu Vrbini ex indulto ſan. me. Vrb. VIII. bona ſeudalia, & emphytheutica Eccleſiarum ſunt renouanda proximioribus.*
26 *Situatio probatur teſtibus.*
27 *Ac cunnciatiuis.*
28 *Concordia litem perimit.*
29 *Concordia operatur, totum retentum cenſeri retentum primæuo, & præexiſtente titulo ante motam litem.*
30 *Verbum* derogamus eſt *præſentis temporis, ac de præſenti remouet obſtaculum.*
31 *S. R. E. Cardinales abſentes de licentia Papę habentur pro præſentibus.*
32 *Retinens habitationem in aliquo loco habetur pro præſenti.*

DECISIO LVI

DEfuncta de anno 1694. Sereniſſima Victo-
ria de Ruuere Magna Duciſſa Hętrurię, po-
ſtrema in inueſtitura Caſtri Leonis, ac medie-
tatis Turris Miralbelli, cum pertinentijs, & Iu-
riſdictionibus ſuis compræhenſa; ſtatim ſuper 2
his bonis acerrima iudicialis contentio ſubor-
ta extitit inter Eminentiſſimum, & Reueren-
diſſimum D. Cardinalem Nigronum, vti Abba-
tem Commendatarium Monaſterialis Eccleſię
Diui Laurentij in Campo Dominæ directæ,
manutenere poſtulantem ex capite prætenſæ 3
Deuolutionis, & Eminentiſſimum, ac Reue-
rendiſſimum Dominum Cardinalem Medice-
um antedictæ Magnę Duciſſæ filium, atque
hæredem pro Inueſtiturę renouatione pluries
inſtantem, & vlteriùs pro Manutentione in an-
teriori poſſeſſione per duplex conſtitutum, vi-
uente adhùc Magna Duciſſa ſibi tranſlata, nec- 4
non poſtmodùm actualiter apprehenſa; Quæ
controuerſia in hoc Supremo Tribunali, Do-
minis omnibus videntibus, definienda per San-
ctiſſimum Dominum Noſtrum mihi delegata,
dedi Dubium in Audientia diei 13. Iunij
1695. -- *An, & cui ſit danda manutentio?* fauo-
rabileque responſum obtinuit D. Cardinalis
Mediceus, ſed Deciſionis editæ fundamentis ad
nouæ diſputationis trutinam reuocatis in Ro-
ta 11. Maij ſubſequentis, cum tunc ſuſpenſa
fuiſſet reſolutio, ſolumque dictum, quod po-
nerentur hinc indè Iura in actis, hodiè DD.
mei, præuio quo decet ſtudio, in hac grauiſ-
ſima Cauſa veritatem ſedulò inquirentes, cen-
ſuerunt perſiſtendum eſſe *in deciſis*.

Debita ſanè viſa fuit iterum manutentio D.
Cardinali Mediceo, nam docet de eius ante-
riori poſſeſſione controuerſorum bonorum, ac
vti proximior, & hæres Magnæ Ducißę Ma- 5
tris renouationem ſperare probabiliter poteſt,
quo caſu cum ius deuolutionis, ſeu ammen-
ſationis fauore Eccleſiæ Dominæ directæ red-
1 datur dubium, & litigioſum, quouſque in pe-
titorio Iudicio diſcutiatur, *An renouatio competat nec ne*, talis proximior, aut hæres in ſua
poſſeſſione præcedenter acquiſita veniç con-
ſeruandus, iuxtà veriorem opinionem, de qua
Corn. conſ. 193. num. 3. lib. 3. Giourgnou. conſ. 44. num. 2. lib. 2. Gabr. conſ. 67. num. 17. lib. 2. Valaſc. conſult. 157. à num. 29. Vrceol. conſult. 33. num. 18 Pinheyr. de Cenſ. & Emphyt. par. 2. diſp. 7. ſect. 1. ſub num. 12. Poſth. de manut. obſeru. 16. num. 42. 47 & 48. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 76. in addit. ad Bull. Gregor. XII. num. 130. Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 7. num. fin. alter de Luca de lin. legal. par. 1. artic. 25. num. 2. Flores de Men. in addit. deciſ. Gam. 4. num. 2. circa med. Pereyr. deciſ. 31. num. 8. & deciſ. 128. num. 1. circa fin. Thomat. deciſ. 16. num. 16. Adden. ad deciſ. 131. à num. 88. vſque ad 100. par. 8. Rota coram Martin. Andr. deciſ. 36. num. 6. cum ſeqq. & deciſ. 61. num. 7. coram Gregor. deciſ. 105. num. 12. coram Celſo deciſ. 15. num. 5. cum ſeqq. coram Priol. deciſ. 218. num. 15. coram Cerr. deciſ. 70. & deciſ. 673. vtrobique num. 16 penès Poſth. de manut. deciſ. 111. num. 8. deciſ. 168. num. 9. deciſ. 283. num. 7. & deciſ. 646. num. 68. ac in Eugubina ſeu Senogallien. Bonorum 27. Iunij 1695. §. 3. coram clar. mem. Card. Taurusio

Abſque eo quod D. Abbas Commendata-
rius, cum deuolutionem claram prætendat ob
concurſum trium requiſitorum, ſcilicet non
controuerſi dominij directi, identitatis Bono-
rum, & extinctionis lineæ, valeat opponere, ne-
ceſſe eſſe in hoc caſu Ius certum, & indubitatũ
renouationis. Quandoquidem, quidquid di-
xerit *Card. de Luca* ſibi contrarius *in citat. diſc. 7. pariter de Emphyt. num. fin.* cæteri omnes DD.
admittunt, ac ſuprema Tribunalia obſeruant, ſa-
tis eſſe, quod Iudex, omnibus conſideratis cre-
dat probabiliter poſſe heredem, vel proximio-
rem vltimi Inueſtiti prætendere, & obtinere
renouationem, ex quo per talem probabilem
ſpem deuolutio eſt ſolum reuocabiliter ſequu-
ta, & ſuſpenditur illius effectus conſiſtens in
irreuocabili conſolidatione, vſque dum decla-
retur in Petitorio nullam deberi renouatio-
nem Hæredi, vel Agnato vltimi Emphyteutæ,
ita *Valaſc. conſult. 157. à num. 29. Card. de Luca de Emphyt. dicto diſc. 7. num. 8. in fin. & in Supplement. diſc. 62. num. 2. 15. & 16. Pinheyr. de Cenſ. & Emphyt. dicta par. 2. diſp. 7. ſect. 1. ſub num. 15.*
vbi id paſſim in Tribunalibus admitti *Gam. deciſ. Luſitan. 333. per tot. ſignanter num. 4. & 5.*
vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum *Pereir. dicta deciſ. 31. num. 8. Rota poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 100. num. 3. verſ. ex alia etiam, penès Poſth. de manut. deciſ. 111. num. 8. in fin. coram Mantic. deciſ. 194. num. 3. & 6. Bich. deciſ. 411. num. 1. 2. & 21.*

Conſtat ſiquidem de anteriori poſſeſſione D.
Cardinalis Medicei, tàm ex geminis Conſti-
tutis in vita Magnæ Duciſſæ Matris expletis,
altero de anno 1689. per actum inter viuos, al-
teroque in Codicillis ſub anno 1693. transfe-
rentibus ſtatim veram, & manutenibilem poſ-
ſeſſionem bonorum etiam feudalium, ac Em-
phyteuticorum fauore proximioris, ſeù hære-
dis probabiliter renouationem ſperantis, *Ancharan. conſ. 63. num. 4. Tiraquell. de Iur. Conſtit. poſſeſſ. par. 3. num. 5. & 6. Valaſc. de Iur.*
Em-

*Emphyt.qu.*10.*num*.10.*verſ. nec etiam* , *& quæſt.*
18. *num*.20. *Rot. coràm* Martin. *Andr. deciſ*. 61.
num.1. *&* 2. *& in Foroſempronien. Manutentio-*
nis 13. *Aprilis* 1693. §. *Similique modo cum*
*ſeqq.coram*Reuerendiſſimo *Zamoren*.tametſi Con-
ſtituens fuiſſet vltimus de Inueſtitura , & in ea-
dem legeretur adiecta prohibitio alienationis ,
6 quia in proximiorem , ſeu hęredem probabili-
ter renouandum , præuentiua poſſeſſionis tran-
ſlatio ſubſtinetur ex adductis per *Bartol. in l. ſi*
Domus §. *fin· in fin. ff. de legat. Clar. in* §.*Emphy-*
teuſis quæſt.24.*Corbul.de Iur.Emphyt.tit.de cauſ.*
priuat.ob alien.irrequiſ.dom.fact.limit.6.*n*.1.*&* 2.
Fulgin.de iur.emphyt.tit.de alien.quæſt.1. *n*.293.
cum ſeqq.Rot.coram Coccin. dec.611. *nu*.3.*& co-*
ram Pamphil.dec.658.*n*.2.quamuis ſufficeret,ad
7 hoc vt Conſtitutum operetur,articulum eſſe du-
bium, Rota *coram Bich. deciſ*.426.*num*.7. *&* 8.
in Melevitana Donationis 4. *Iunij* 1683. §. *Iſta*
namque coràm Eminentiſſimo Caccia , *& in Foro-*
ſempronien. Manutentionis 24. *Ianuarij* 1692. §.
Eiuſdem irrelevantię coram R.P.D. *meo* Molines :
Quam etiam ex actuali adeptione, illicò è vi-
8 uis erepta Magna Duciſſa , quæ perperàm tur-
batiua prætenditur.ob dictam probabilem
ſpem renouationis , & in vim cuius ſpoliatiua
potius emergit poſterior poſſeſſio propria au-
ctoritate per D.Cardinalem Abbatem apprę-
henſa ,*Menoch. conſ*. 213 *num*.3. *cum ſeqq. Gio-*
nagnon. conſ.44. *num*.2. *lib*.2. *Gabr. conſ*.88. *n*.
23.*lib*.1.*Gratian.diſcept*.378.*n*.25.*cumſeqq. Vr-*
ceol.conſult.33.*n*.14.*&* 18.*Conciol.adStatut.En-*
gub.Rub.76.*n*.125.*& ſeqq.lib*.2.*Rot.coràmMan-*
tic.dec.194.*n*.4.*coram Gregor. dec*.205.*nu*.15. *&*
17.*coràm Buratt. dec*. 193.*num*.6.*in recent. deciſ*.
409.*n*.7. *par*.1. *dec*. 385.*n*.25.*par*. 26.*& in Vr-*
binaten.ſeu Senogallien. Emphyteuſis 23. *Martij*
1690. §.*non reſiſtente corà m* R.P.D.*meo Molines*.
Ac probabilis ſpes renouationis effulget ,
tanquam deſumpta per D.Cardinalem Medice-
um ex tribus validiſſimis , & æque principali-
libus Titulis , coactiuæ nimirum immemora-
bilis, originariæ bonorum appodiationis , ac
ſpecialis Indulti ſa: me: Vrbani Octaui pro Ec-
cleſijs Status Vrbini, vnoquoque quorũ apto, &
9 ſufficiẽti pro renouatione obtinenda, vt de im-
memorabili, *Bald. in l.Si quas ruinas ſub num*.4.
& 6. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ*., *Bero conſ*. 270.
numer.3. *verſ· tandem ſtante conſuetudine lib*. 3.
Mantic.de tacit. & ambig. lib.22.*tit*.30. *ſub n*.
19. *Fulgin. de Iur. emphyt. tit, de renouat. quæſt*.
1. *num*.30. *in fin. Conciol. ad Statut. Eugub. lib*.
2. *Rubric*.76. *nu*.3. Rot. *in recent. deciſ*. 11. *per*
tot. par.2. & poſt *Salgad. in labyr. Cred. deciſ*.
10 28. *num*. 9. & de originaria appodiatione ,
Card. de Luc. de Emphyt. diſc.6. *num*.4. *& diſc*.
7. *nu*.5. *Modern. Piſtorien. de locat. & conduct.*
cap.68. *num*.59. Rot. *coram Celſ. deciſ*. 192. *&*
in recent. deciſ. 154. *vtrobique numer*. 1. *par*.15.
11 Ac de ſpeciali Indulto ſa: me: Vrbani Octaui
vltrà mox relatos, *Rota in Senogallien. Emphy-*
teuſis 23. *Martij* 1696. §. *Porrò in præſenti co-*
ram R. P. D. *meo Molines* .
Quod autem D. Cardinalis Mediceus pro-
babiliter renouationem ſperare poſſit ex im-
memorabili , videtur non dubitandum ex
12 confeſſione iſtius emiſſa in ſolemni Tranſactio-
ne inita de anno 1660. & per Sedem Apoſtoli-
cam vigore ſpecialis Breuis ſa: me: Alex. VII.
confirmata intèr memoratam Magnam Duciſ-
ſam,ac claræ me: Cardinalem Barberinum tunc
temporis Abbatem Commendatarium,& quod
magis eſt pręuia omni maturitate,& quadrien-
nali diſcuſſione per RR. PP. DD. Caietanum
& Fanum Arbitros aſſumptos , vt latè in Deci-
ſione , quæ reuidetur §. *Quod autem cum ſeqq*. ;
Quin vim,& efficaciam præadductæ confeſſio-
nis in hoc Summariſſimo Iudicio,& in his cir-
cumſtantijs eruendæ ſpei probabilis renouatio-
nis tollere poſſit exceptio D.Cardinalis Abbatis
quod ea fuerit erronea , ſignantèr ex quo Ar-
bitri hanc Immemorabilem malè deſumpſerint
ex Inſtrumentis inſertis in duobus antiquis
Proceſſibus , illam non concludentibus , quia
vltrà quod ex ipſa Concordia habetur , Arbi-
tros non sè fundaſſe dumtaxat in Inſtrumentis
13 inſertis in dictis Proceſſibus , ſed in alijs, & in
Iuribus extraiudicialitèr coràm ipſis commu-
nicatis , vt in *Summ. dato ex parte D.Cardinalis*
Medicei dictæ primæ Deciſionis Num. 13.*litt. E*.
D. Cardinali Abbati errorem alleganti onus
incumberet plenæ , & concludentis probatio-
nis , ex firmatis in dicta Deciſione §.*Neque*
huiuſmodi .
Tantùm autem ab eſt, quod hęc concludens
erroris probatio deducta fuerit, vt potiùs mul-
ta concurrant , ex quibus de facili in petitorio
reſultare poterit veritas eiuſdem Immemorabi-
lis ab Arbitris recognitæ, & à partibus contra-
hentibus confeſſatæ ex documentis ipſis in
enunciatis proceſſibus exhibitis; Quoniàm ,
vltra generale ſolitum totiùs Abbatiæ renouan-
di alia bona Emphyteutica deſumptum ex an-
tiquiſſimis renouationibus geſtis de anno
1120 & 1193. *Summario Domini Cardinalis Me-*
dicei Num.27. ac innumeris alijs continuatis à
duobus , & vltra retrò ſæculis per Abbates fa-
ctis cum enunciatiua huius ſoliti renouandi in
quemcumque caſum , *dicto Num*. 23. *& ſeqq*.
iunctis etiàm antiquo bannimento Abbatis an-
ni 1470, cum pari enunciatiua *Num*.28. ac de-
poſitionibus vndecim Teſtium formiter exami-
natorum de Anno 1617. in lite tunc vertente
inter Principem Vrbini , & Marchionem Hip-
polytum de Ruuere tale ſolitum referentium
Num.29. afferuntur etiàm particulares reno-
uationes illorum bonorum , abſque vlla indi-
catione principij , ſineque aliqua interruptio-
ne , vel contrarietate ab anno 1303. ad hæc
poſtrema tempora,*Summario D. Cardinalis Me-*
14 *dicei Num* 1. 2. 6. 7. 11. 15. *&* 16. quæ cum
complectantur tempus infinitũ regularitèr im-
memorabilem probant *Abb. in cap. cum nouus*
ſub num. 5. *verſ. Ego verò dico de præſcription.*
Rota *coram Buratt. deciſ*.435. *num*. 9. *in recent.*
deciſ.321. *num*.13. *&* 14. *par*.9. *deciſ*. 168. *num*.
36. *cum ſeqq. par*. 10. *deciſ*.279. *num*.13. *par*.12.
deciſ.224. *ex num*.3. *par*.13. *deciſ*. 391. *num*. 1.
par.

Digitized by Google

*par.*19. Permaximè, dùm in eiſdem Inueſtituris
enunciata fuerunt hæc bona ſolita eſſe renoua-
ri, vt in illis annorum 1303. 1463. & 1590.
Quinimò in renouatione facta dicto anno
1493. explicita fuit qualitas immemorabilis,
15 quas enunciatiuas ad propoſitum valdè conſer-
re conſiderat Rota in præcedenti deciſione §.
Quod autem.

Et quamuis in oppoſitum afferantur pacta in
ipſis renouationibus inſerta, quod in caſum
deuolutionis liceat Eccleſiæ Directæ poſſeſſio-
nem bonorum appræhendere, retinere, vel cui
placeret concedere, nihilominùs vrget reſpon-
ſio, quod illa non leguntur in poſtrema reno-
uatione, ſeu Inueſtitura Anni 1621. ſicut nec
etiàm in alijs 1303. 1386. 1493. 1510. 1573.;
& 1598. ſed ſolùm talis facultas competeret Ec-
cleſiæ, quoties deuolutio proueniret per Cano-
nem non ſolutùm, vel pacta non ſeruata, aut
aliàs &c. quod vti compræhendens caſus cul-
16 poſos, in quibus relata dictio *aliàs* &c. cæte-
rata verſatur, ſe extendere non valet ad diuer-
ſum caſum deuolutionis ob lineam finitam, vt
vltrà adductos in deciſione, quæ confirmatur
§. *Minùs aduerſatur*, *Ciroccb. diſcept.* 62. *ſub n.*
77. *Pac.on. de locat., & conduct. cap.*62. *num.*
92. *cum ſeq. Rot. coràm Seraph. deciſ.*610. *num.*
25. *& intèr diuerſ. deciſ.*195. *num.* 2. *verſ. hanc*
17 *limitationem par.*2. Clariùs cum hæc pacta num-
quàm ſortita fuerint effectum, quia Abbates
prò tempore ſemper renouarunt; Imò de An-
no 1510. Menſa Abbatialis per Senten-
tiam Vicarij Generalis coacta fuit renouare
proximiorem in alijs bonis, non curatis huiuſ-
modi pactis *dicto Summario Num.*36.

Tamerſi inſuper opponatur, quod Abbatia
Bona huiuſmodi ab anno 1371. ad annum
1493. & ſic ſpatio 100. annorum ammenſaue-
rit, ſeù retinuerit, non propreteà probabilis ſpes
renouationis excluditur ob intermediam reno-
uationem factam de anno 1396. per tunc tem-
poris Abbatem, Nicolao de Caſtracanibus,
ac Honuphriæ, & Catharinæ ſeminabus ſuper-
ſtitibus de Familia Brunfortia proximè præce-
dentèr inveſtita, vt ex actis datis in *Summario*
*D. Cardinalis Medicei Num.*2. *cùm ſeqq.* ex qua
18 dici non poteſt Eccleſiam prçcedenter ammen-
ſaſſe, cum iſto caſu proceſſiſſet per viam nouæ
conceſſionis, non autèm renouationis, *Valaſc.*
de Iur. Emphyt. *quæſt.*11. *num.*15. *ad fin. Caldas*
*de renouat. Emphyt. quæſt.*3. *num.* 1. *Gam. deciſ.*
222. *num.*7. Rota *in recent. deciſ.*154 *nu.*2. *par.*15.
Quodque etiàm non probetur qualitas coacti-
uæ prò eodem Canone; Præterquamquod
enim Doctores non deſunt firmantes, eamdem
16 præſumi in Immemorabili inuoluente ſub ſe
meliorem, magiſque proficuum titulum de
mundo, nempè *Crauett. conſ.* 111. *num.* 21. *&*
25. *Purpurat. conſ.*536. *num.*11. *cum ſeqq. lib.*2.
*Menoch. conſ.*887. *num.*54. *Capon. diſcept. forenſ.*
243. *num.*4. *&* 9. benè *Auendan.* de *Cenſib. cap.*
8. *num.*23. *&* 24. *Caſtil. de tertijs lib.*6. *cap.*29.
*num.*8. *cum ſeqq. Fulg u. de Emphyt. tit. de re-*
*nouat. quæſt.*1. *num.*30. *in fin. Card. de Luc. eodem*
*tract. diſc.*8. *num.* 3. & articulo diſcuſſo firma-
uit *Rota in recent. deciſ.*11. *per tot. par.* 2 *deciſ.*
101. *num.*8. *par.*10. *& deciſ.*71. *nu.*10. *par.* 19.
20 coactiua deducitur ex antiquis Sententijs Vi-
carij Abbatialis proximioribus renouationem
decernentibus *dicto Summario num.*33. *cum tri-*
bus ſeqq. in poſtremis quarum duabus citatus
quoque fuit Promotor Fiſcalis Abbatiæ de am-
menſatione bonorum excipiens, quæ porrò
Sententiæ tamquàm latæ non à Iudice extra-
neo, ſed à dicto Vicario Abbatiæ, qui nedum
informatus præſumitur de proprijs ſtylis,
& conſuetudinibus, ſed etiàm ſollicitus
21 cenſetur tuitionis, & conſeruationis Iu-
rium illius, quàm maximam animaduerſio-
nem promerentur *Fælin. in cap. ad aures ſub*
*num.*15. *de reſcriptis Rota coràm Mantic. dec.*87.
*num.*2. *coram Gregor. deciſ.*482. *num.*6. *& in re-*
*cent. deciſ.*509. *num.*14 *par.*14. Non ſubſiſten-
te diſtinctione inter conſuetudinem coactiuam
renouandi pro eodem Canone, & conſuetudi-
nem ſimplicem, ſeù præciſiuam renouandi, ex
quo, dùm ſupponitur coactiua quoad eumdem
Canonem, id implicitè præſupponit obligatio-
nem iàm exiſtentem renouandi, aliàs poſſet
Dominus directus eludere renouationem prò
eodem Canone, nolendo renouare, vt de ſe
patet nec etiam obſtante Conſtitutione 51. fa:
me: Vrbani VIII. cum eidem plenè reſpondeat
prima deciſio §. *Minuſque*.

Probabilis itidem ſpes Domini Cardinalis
Medicei renouationem obtinendi ex altero ti-
tulo originarię bonorum appodiationis, fun-
data quàm valdè recognita fuit ex vrgentibus
probationibus ad hūc effectū allatis, nā de an-
no 1127. Imelda, & Corradus filius, vna cū alijs
filijs, & reſpectiuè fratribus conceſſerunt Mai-
nardo tunc Abbati S. Laurentij in Cāpo, ſuiſque
ſucceſſoribus omnia, & ſingula ipſorū bona exi-
ſten. in vico Bulgarorū, in fundo Zeneſtellæ, &
in fundo Cartecoiæ, nominati prò confinibus in-
tèr cætera littore Maris, ac Fluuijs Metauri, &
Nebulæ, iſtaque bona concedentes vnico con-
textu retinuerunt in Emphyteuſim cū pacto re-
nouandi, & de anno 1146. quædam Pamphila
cū prçſentia, & conſenſu Martini Viri titulo do-
nationis irreuocabilis inter viuos conceſſit, tra-
didit Eccleſię, & Monacis S. Laurētij eius terras,
ſiluas, aliaque bona exiſtentia intèr eiuſdem
Metauri Montaneæ, Nebulæ, & Maris fines,
quę poſteà prò ſe, filijs, & nepotibus, ſuiſque
hęredibus cum clauſula *ad habendum*, & ſub
annua penſione, ſeù Canone recepit in Emphy-
teuſim ab ipſa Eccleſia, & Monacis, prout ex
Inſtrumentis datis in prçterito *Summario Nu.*
28. *cum duobus ſeqq.* & controuerſa bona hęc
eadem eſſe, deſumitur ex conuenientia confi-
nium Metauri, Montaneę, Nebulę, & Maris,
25 probata ex Cartis Geographicis Ducatus Vr-
bini per Ioannem Antonium Maginum con-
fectis, quas ſituationem concludere prçnotat,
*Rota coram Priol. deciſ.*28. *numer.* 37. *& in Sa-*
lisburgen. Iuris Metropolitici 26. *Nouembris*
1691. §. *Harum rerum coram R.P.D. meo Priolo,*
& in

Google

*& in Nullius Prouincia Tarraconen. Iuriſdictio-
nis 19. Iunij 1693.§.Et quidem cor. Reuerendiſs.
D. Decano , & in* Romana *Exemptionis* Calceo-
*latiorum 27. Iunij 1695. §. In hypotheſi co-
ram Me .*

Superadditis ſignantèr pluribus demonſtra-
tionibus , & adminiculis elicitis ex renouatio-
ne anni 1303. *dicto Summario Num.*1. , vbi fa-
23 cta legitur diſcretiua bonorum , quod ea , quæ
tunc renouationem obtinentes habebant intrà
primũ latus à flumine Saxano,quo exiſtebat Ca-
ſtrum Leonis , vt conſtat ex renouatione anni
1463. nominantur abſque aliqua adiectione
qualitatis Eccleſiaſticæ , ſeù Iuris Eccleſiæ,quę
tamèn non fuit omiſſa in alijs,& diuerſis bonis
Eccleſiæ ; ſimilitèr ſub vnica verborum ſtru-
ctura conceſſa fuerunt , non ſolùm bona , quæ
per Inueſtitos habebantur , ſed etiam ea , quæ
deinceps per ipſos , ſeù eorum hæredes haben-
da eſſent : tùnc per Inueſtitos expreſsè reſerua-
tę fuerunt perſonæ hominum , ſeù ſubditorum,
& mobilia tam ſua , quàm ſuorum hæredum
tamquàm de ijs , quæ ab eadem Eccleſia non
recognoſcebant ; cum talis reſeruatio præſup-
ponere videatur conceſſionem ab ipſis reſerua-
tarijs factam ; ſuſcepa fuit per Abbates defen-
ſio erga Inueſtitos,eorumque filios,& nepotes,
vel illos, qui eorum gradus ſuppleuiſſent , ab
omni perſona hominum,in Iudicio , & extrà ,
necnon pro Inueſtitura bonorum tenuiſſima
reſponſio , ſeù Canon duorum ſolidorum con-
tentus fuit , acceditque conſuetudo illarum
partium faciendi ſimiles appodiationes , vt te-
ſtatus fuit ſa: me: Vrbanus VIII. in infradicen-
do Indulto . & conſta t ex pluribus poſitiuis bo-
norum donationibus cum ſucceſſiuis Inueſtitu-
ris ab ea receptis *dicto Summario Num.*42. *cum
ſeqq.* atque de Cauſis deueniendi ad appodia-
tiones *Num.* 45. *&* 46. Nec huiuſmodi pro-
babilem appodiationem deſtruunt enunciatiuę
emiſſæ in dicta Inueſtitura , ſeù renoua-
tione anni 1303. ac in relato Inſtrumento
Tranſactionis , quod Bona ſpectant ad Abba-
tiam , nec minùs aſs.Priuilegia Othonis Impe-
ratoris , Summorũque Pontificum Paſcalis II.,
Anaſtaſij IV. & Vrbani III. ; enunciatiuæ por-
rò non excludunt qualitatem pertinentiæ ad
Eccleſiam vigore appodiationis , & Priuile-
gia,quidquid ſit de eorumdem legalitate, mul-
tiplicitèr controuerſa non deſignant,aut expri-
munt bona,de quibus agitur,ſed potiùs cõfun-
duntur ex Inſtrumentis ann.1117.& 1149.ac cũ
proceſſerint per viam confirmationis dominij
24 Eccleſiæ non excludunt, quin priùs eadem bo-
na fuerint appodiata ad doctrinam *Bald. in l.
nominationes in fin.C.de appell.*Rot.*cor. Seraphin.
dec.981.n.5. & coram Pamphil. dec.680. num.*17.

Opitulatur demum D. Cardinali Mediceo
indultum ſan.mem. Vrbani VIII. ſuper bonis
Emphyteuticis, ac feudalibus Eccleſiarum Sta-
25 tus Vrbini impreſſum penès *Paitell.in expedit.
Cauſ.Ciuil.*7.ad effectum eliciendi probabilem
ſpem renouationis , Quin prędicti Indulti diſ-
poſitio declinari valeat,ex eo,quod hæc Bona
non probentur exiſtere in Statu Vrbini , nam
hęc negatiua probatio non concluditur , ſed
potiùs pro affirmatiua , quamplura conſidera-
bilia deducuntur , nempè confeſſio emiſſa in
ſuperius mentionata Concordia inter Magnã
Duciſſam,& Cardinalem Barberinum per ſan.
mem. Alexandrum VII.confirmata , depoſitio-
26 nes tam decem Teſtium formiter examinato-
rum de anno 1549. quam aliorum ad perpe-
tuam optimè referentium compræhenſionem
in Statu Vrbini , quibus credendum eſſe conſi-
derant *Bald. conſ.*420.*num.*1.*verſ. interdum etiã
lib.*1.*Decian.Conſ.*40. *num.*67.*lib.*4. *Surd. conſ.*
429.*num.*1.*lib.*3.*Capyc. latr. conſult.*22. *num.*17.
lib. 1.*Rot.coram Caualer.deciſ.*161.*num.*6. & de
hac ſituatione , ſeu compręhenſione teſtantur
etiam Geographi , & Hiſtorici , nimirum
Antonins Magini *in ſua Ital.*& ſignantèr *in Ta-
bula Status Vrbini* ; Vincentius Maria Cimarel-
lus *in Hiſtoria eiuſdem Status cap.*6. concurrunt
quamplures enunciatiuæ ; nàm in Inſtrumento
renouationis anni 1619. Abbatia S.Laurentij di-
citur Prouinciæ Vrbinaten. & ità etiam deno-
minatur in referendo Breue ſa: me: Clementis
X. ac in Inſtrumento confirmationis Inueſtitu-
ræ anni 1466. Caſtrum Leonis dicitur Seno-
gallien. Diœceſis , quæ citra controuerſiam eſt
in Statu Vrbini , ac de hac Diœceſi nuncupa-
27 tur in quindecim publicis Inſtrumentis relatis
in *Summario D. Cardinalis Medicei Num.*8. quas
enunciatiuas deſeruire etiam in probatione
ſituationis , vel Territorij notant *Abb. conſ.
62. ſub num.*11. *in fin. lib.*2. *Valenzuel. conſ.*100.
num. 44. *&* 45. *lib.* 1. *Albert. Brun. conſ. feu-
dal.* 34. *num.*3. *Spad. conſ.*11. *num.*2. *lib.*1. *Kini-
chen. de Iur. Territor. cap.* 3. *num.* 12. *&* 13. *de
Luc. de ſeruit. diſc.*85.*num.*10. *& ſeqq. Panimoll.
deciſ.*25. *adnot.* 2. *num.*14.

Minuſque Pontificis Indulti , ſeù Breuis , &
efficacia valet euitari , tàm ex eo , quod in il-
lo exceptuata leguntur bona litigioſa , qualia
eſſe controuerſa prętenduntur, nàm ex lectura
eiuſdem Breuis manifeſtè depręhenditur, quod
dicta qualitas litigioſa conſiderata fuit quoad
bona deuoluta tempore Datæ dicti Breuis , vt
præſeferunt expreſsè verba , ibi -- *hactenus ſunt
deuoluta , ſuper quibus tamen lis adhuc mota non
fuit &c.* ea propter nullo modo conſiderabilis
eſt in hodierno caſu, vbi agitur de noua deuo-
lutione mox ſuperuenta , poſtquam dicta anti-
qua lis per Pontificem conſiderata, terminata
28 fuerat per relatam Concordiam inter Magnam
Duciſſam , & ipſum Cardinalem Barberinum ,
quæ totaliter litem peremit *ad cap.* 1. *de lit. non
conteſt.in* 6. *coram alijs in Bononien. Tranſactio-
nis* 12. *Maij* 1681. *in princ. coram Reuerendiſſimo
Floreꝝ* , habeturque ac ſi nunquam extitiſſet,
29 c in de effectu Tranſactionis ſit, quod totum
retentum cenſeatur retineri primæuo , & prę-
xiſtente titulo ante ipſam motam litem , vt cę-
teris adductis copioſe firmatum fuit *in Bononien.
Macelli* 19. *Nouembris* 1696. §.2. *& fortius co-
ram me* ; Nec ex quo D. Cardinalis Mediceus
ſit forenſis , & non habitet in ſtatu Eccleſiaſti-

co Siquidem vt fuit reſponſum in Deciſione
confirmata §. *Ex his itaque circa medium*, qua-
tenus pertinet ad forenſitatem D. Cardinalis
Mediceus allegat diſpenſationem obtentam per
Breue ſa: mem: Clementis X. ad recipiendum
horum bonorum renouationem, quod licet
directum fuerit Abbati Commendatario cum
verbis -- *poſſit*, *& valeat* renouationem facere;
nihilominus huiuſmodi verba reſpiciunt actum
renouationis, quam D. Cardinalis Mediceus
non petit vigore dicti Breuis, ſed ex antefatis
tribus titulis validiſſimis, & æque principali-
bus, non autem habilitationis ad renouationem
aſſequendam, quia in hac parte Papa loquutus
30 fuit per verbum derogamus, quod eſt verbum
pręſentis temporis, ac de pręſenti operatiuum
habilitationis ac remotionis obſtaculi, vt ad
propoſitum obſeruat *Rota in Romana Pecunia-
ria 22. Martij 1688. §. Nec valuit replicatio co-
ram bo: me: Emerix*, ſubnexis alijs ponderatio-
nibus in deciſione præcedenti factis *dicto §. Ex
his in fine*. Quò verò ad defectum habitationis
tranſierunt DD. ad effectum, de quo agitur,
ſpei probabilis, cum reſponſionibus datis in
pręterita deciſione *dicto §. Ex his itaque*, nimi-
31 rùm, quod, & Dominus Cardinalis Mediceus
habeatur prò præſenti; Dùm tamquàm S.R.E.
Cardinalis non poterat abeſſe ſinè licentia Pa-
pæ, & habitationem nè dùm in locis controuer-
32 ſis, ſed in ipſa Vrbe retineat, quod ad effectũ re-
quiſiti circa habitationem, quę pendet ab ani-
mo redeundi conſiderauit *Rota in dec. 90. n. 5. &
6. & deciſ. 431. num. 1. cum ſeqq. par. 18. cum alijs
in deciſione §. Ex his itaque*.

Et ità prælibatis his prò hoc Summariſſimo Judicio manutentionis ad ſolum finem deſumendi probabilem ſpem renouationis poſt ſecundam Cauſę propoſitionem Dominis omnibus videntibus, ac itidem partibus accerrimè informantibus concluſum fuit.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Romana Aſſecurationis Nauis.

Lunæ Die 4. Februarij 1697.

ARGVMENTVM.

Extrema neceſſaria ad proponendam ab aſſecuratis contra aſſecuratores actionem aſſecuratoriam, ſeu periculi auerſi recenſentur: Et crimen Barattariæ tum in Dominis mercium, tum in Nauis Gubernatore, nautiſque reijcitur, pluraque ad materiam aſſecurationis ſatis erudito calamo congeruntur.

SVMMARIVM.

1 *Actio aſſecuratoria, ſeu peculi auerſi oritur ex apocha aſſecurationis.*

2 *Aſſecuratio eſt nouum inuentum, quo mercatores certo præmio, quaſi pretio periculi redemptores ſuarum mercium alliciunt.*

3 *Aſſecuratores periculi auerſores, & emptores dicuntur.*

4 *Legitimatio perſonarum aſſecuratorum probatur mandato, ſeu litteris per ipſos datis ad ſuos Correſpondales, ac ex horum reſponſionibus, ac ex libris vtrorumque benè tentis, ac ex apochis* di Carico.

Vbi nulla ſubeſt fraus circa perſonas, & intereſſe perſonarum aſſecuratarum, aſſecurantes nequeunt refricare quæſtionem dominii ibidem.

5 *Maximè poſt receptum pingue præmium.*

6 *Quantitas rerum aſſecuratarum leuioribus probationibus liquidatur:*

7 *Et probatur apochis* di carico.

Ac ex computis expenſarum, & pretij legaliter factis num. 9.

8 *Scriba Nauis gerit vices Notarij.*

10 *Cambium Maritimum probatur ex Apocha.*

11 *Non requirit pecunias in Nauim fuiſſe illatas, ſed ſufficit illas fuiſſe erogatas in vſum Nauis.*

12 *Deperditio Nauis, & mercium probatur Conſulatu facto in portu viciniore, quo nautæ ab infortunio appulerunt.*

13 *Nec in examine teſtium ſunt citandi aſſecurantes in longinquis Regionibus commorantes.*

14 *Aſſecuratio dicitur commiſſa, probatis extremis.*

15 *Et contra aſſecurantes relaxatur mandatum.*

Apochæ aſſecurationis regulariter paratam habent executionem ibidem.

16 *Præſertim poſt denunciatum omnibus, vel ferè omnibus aſſecurantibus infortunium, & lapſum temporis conceſſum aſſecuratis.*

17 *Barattaria ſolet excipi in qualibet aſſecuratione.*

18 *Barattaria excepta ſi fuerit commiſſa, ceſſat obligatio.*

19 *Barattaria probatur, cum aſſecuratio facta fuerit longè maiori pretio, quam valerent Nauis, & merces illi impoſitæ.*

20 *Vel cum parua Nauis, & leuiter inſtructa longæ nauigationi committitur.*

21 *Nautarum genus hominum eſt ob frequentes fraudes legi ſuſpectum.*

22 *Baratteria probatur ex præcipiti, ac ſpontanea fuga.*

23 *Aſſecuratores nunquam tenentur ex culpa nauarchi, & nautarum.*

24 *Conſulatus fieri debet in loco proximiori infortunio.*

25 *Barattaria non præſumitur in mercatoribus boni nominis, & famæ.*

26 *Mercatores Veneti vacant omni ſuſpicione fraudis, & doli.*

27 *Baratteria debet concludenter probari.*

28 *Nec præſumitur, & per probabilitatem in contrarium excluditur.*

29 *Baratteria excluditur, cum infortunium ingens damnum aſſecuratis parit.*

30 *Non committitur, niſi ob certam, indubitatamque ſpem magni lucri.*

31 Na-

31 *Nauis Gubernator, nautæque non præſumitur, quod ſe committere velint certo naufragio, nulla ſpe proprij lucri, ſed ſolum in gratiam Dominorum nauis, & mercium.*

32 *Nauis bonæ qualitas probatur ex Iudicio Prælatiauit ſuper illa præmota.*

33 *Naues in Mediterraneo ob notam, facilemque nauigationem diriguntur à ſolo Magiſtro nauis, abſque Nauclero.*

34 *Naucletus conducitur transfertatis Gadibus in portu Cadicis, qui Nauim per Oceanum dirigat.*

35 *Nautis creditur ſuper re maritima.*

36 *Nauem malè inſtructam fuiſſe nequit dici ab eo, qui ante illius qualitatem benè nouit.*

37 *Nec cum ſiniſtrum paſſa eſt non ob naufragium, ſed ex alia cauſa.*

Culpa, propterquam caſus non euenit, nequit aſſecuratis imputari ibidem.

38 *Magiſter nauis à barattaria præſumitur immunis.*

39 *Barattaria à nauarco, nautiſque ſine præmio commiſſa non præſumitur.*

40 *Nec cum ipſi vix ex aggreſſorum manibus euadunt.*

41 *Barattaria non inducitur ex fuga, quæ ſola ſalutis ſpes ſupereſt.*

42 *Fuga ad propriam incolumitatem parandam ſuſcepta vacat dolo, & culpa.*

43 *Hoſtes iuſtè creduntur, qui Nauim bellicis tormentis vrgent.*

44 *Sola Baratteria excepta, omiſſio validioris defenſionis, ac cæteri caſus culpa etiam nautarum ſecuti cenſentur remiſſi.*

45 *In aſſecurationis contractu exceptio vnius caſus firmat regulam in omnibus alijs.*

46 *Aſſecuratores non debent ſarcire damnum illatum culpa dominorum mercium.*

47 *Barattaria formalis longe diſtant à culpa non imputanda aſſecuratis.*

48 *Nec comprehendit culpam nautarum.*

49 *Probatio facta iuxtà leges maritimas veritatem patefacit.*

50 *Præpoſitus Naui non probat pro ſcribente.*

51 *Scribæ Nauis defertur in re, quæ ad eum pertinet.*

52 *Conſulatus fieri debet in loco proximiori, quo vis tempeſtatis, aut hoſtium impetus appellere permiſit.*

53 *Aſſecuratio generaliter concepta commiſſa dicitur, ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè ab hoſtibus, vel amicis nauis capta fuerit.*

54 *Aſſecurati non tenentur ad iudicialem recuperationem Nauis captæ.*

55 *Aſſecuratio nequit extendi de vna re ad aliam.*

56 *In aſſecuratione calculantur naula, Nauis, eiuſque inſtrumenta, ac Cambium in apoca deſcripta.*

57 *Aſſecuratio indefinitè concepta pro itinere ad aliquem locum obligat quouſque res aſſecuratæ ad locum deſtinatum non perueniunt.*

58 *Aſſecuratores non tenentur ex contractu geſto poſt deperditionem nauis notam aſſecuratis.*

59 *Cambium agnitum in apoca, & pro quo præmium fuit receptum, nequit impugnari.*

DECISIO LVII.

NAVIM nuncupatam Madonna di Buon Camino ſoluturam ab oris Venetis pro emendis mercibus in inſulis Iacynthi, ac Cephaloniæ, iiſque euehendis Londinum, Meractus, & Gherardus Veneti, & Nouellius Placentinus Mercatores aſſecurari curarunt hic in Vrbe quatuor Apochis ad ſuos directis correſponſales, in quibus plures Aſſecuratores ſuſceperunt periculum omne Nauis, Merciumque, necnon etiam Naulorum, & Cambij pro inſtruenda Naue contracti, quę poſtquam cum alijs quinque Nauibus Anglis, ac Batauis, quibus ſe iūxerat, iam fœliciter emenſa Mediterraneum peruenerat ad oras Malagę incidit in bellicas Gallorum Naues, quas appellant Armatori, Hoſtium Naues ad Herculeum fretum aucupantes, atque ab his aggreſſa, facileque ſubacta Maſſiliam traducta fuit, elapſis tamen leui Cymba Nauis Gubernatore, cęteriſque Nautis in Portum Cadicenſem receptis.

Aſſecurati, accepto Nuncio infortunij, & fruſtrati ſpe omni recuperandi Nauem, & merces, quæ poſt acerrimam litem tribus arreſtis ęditis Marſilię, & ParíſijsFiſco adiudicatæ fuerunt, egérunt contra Aſſecuratores pro indemnitatis, & promiſſę aſſecurationis præſtatione coram R.P.D. Lancetta tunc A. C. Locumtenente, qui Cauſa non dum benè inſtructa, deſtitutiſque actoribus neceſſarijs probationibus iuſtè tunc Reos abſoluit, ſed illa per appellationem ad me delata, & propoſita die 4. Maij anni præteriti reſcriptum fuit *dilata, & adiungatur probationes*, quibus ab Aſſecuratis comparatis, & à DD. in hodierna diſceptatione maturè perpenſis reſponſum fuit *eſſe locum aſſecurationi, & relaxandum eſſe mandatum*.

Non enim dubitandum de obligatione Aſſecurantium, qui plenam auerſionem periculi in ſe receperant; & omne Maris infortunium, repręſalias, rubarias, tam ab Amicis, quam ab Inimicis, cœteroſque Caſus, vna tantum excepta Barattaria, pro qua ſe nolle teneri expreſsè cauerunt, vt in Apochis Aſſecurationis
1 *Summario primæ propoſitionis num. 1.* quibus contractū Aſſecurationis probari, partaque dici
Aſſecuratis actionem aſſecuratoriam, ſeu periculi auerſi tradit *Stypman. de Iur. maritim. par. 4.
cap. 7. num. 468. & ſeqq.* Mercatores enim hoc
nouo aſſecurationis inuento ſibi conſulturi in
2 periculis, quibus maritima negociatio ſubeſt,
Redemptores ſuarum mercium, & Nauium
alliciunt certo conſtituto præmio, quaſi pretio
periculi *Loccen. de Iur. maritim lib. 2. cap. 5. Griphiander. Oeconom. legal. lib. 2. cap. 12. num. 93. &
ſequen. Onnat. de contr. tom. 3. par. 2. tract. 36. diſp.
131. ſect. 2. num. 25. Rota deciſ. 420. num. 1. &
ſeqq. par. 16. deciſ. 420. num. 2. par. 17.* proindeq;
3 Aſſecuratores periculi auerſores, emptoreſque
rectè dicit *Rocc. diſp. Iur. ſelect. cap. 97. num. 5.
Giurb. obſeru. 73. num. 3.* & nouiſſimè in Romana

aſſecurationis 28. *Ianuarij* mox elapſi *§. Quemad-
modum enim in fine coram R.P.D. meo dell'Olmo.*
Nec etiam dubitari poteſt de legitimatione
perſonarum aſſecuratarum, ex eo quia in vna
ex Apochis legatur *Per conto di chi ſpetta*, quaſi
nomina non ſint expreſſa, & ſic incerta; Acto-
res enim ſe eſſe aſſecuratos oſtendunt ex mã-
dato, ſeu litteris ab Aſſecuratis datis ad ſuos
Correſponſales, ex reſponſionibus poſt exple-
tum mandatum ab his redditis, nec non ex li-
bris legali, ac mercantili more à mandanti-
bus, & mandatarijs retentis, ac denique ex
4 Apochis, quę nuncupantur *di Carico*, vnde
cum manifeſtè pateat, nullam ſubeſſe fraudem
circa perſonas, & intereſſe Actorum nequeunt
Aſſecurantes refricare quęſtionem Dominij
*Stypman. de Iur. marit. par. 4. cap. 7. num. 403. Vr-
ſell. concl. 131. num. 22: verſ. ſed eſt benè verum,
Gamm. decif. Luſitan.* 118. *num.* 3. Rota *coram Coc-
cin. decif.* 2215. *decif.* 217. *num.* 10. *& 11. par.* 18.
5 *decif.* 369. *num.* 33. *& ſequen. par.* 19. *rec.* ma-
ximè poſtquam iam pingue aſſecurationis
præmium lucrati fuerunt.
Rerum verò, & mercium aſſecuratarum
6 quantitas, & liquidatio leuioribus alioquin
ſemper admiſſa probationibus, vt in *Romana
Aſſecurationis ſuper negocio principali* 4. *Iulij*
1685. *§. nam cum verè coram Reuerendiſs. D. Her-
uault Archiepiſcopo Turonenſe* clarius habetur
ex Apocis onerarijs, & vt dicunt *di Carico*
7 *Summario num.* 4. à Nauis Gubernatore, &
8 Scriba gerente vices Notarij ſubſcriptis *clar.
mem. Card. de Luc. de credit. diſc. 106. num. 6, Rota
coram Coccin. decif. 66. coram Priolo decif. 479.
num. 1. decif. 420. num. 14. & 15. par. 16. decif.
400. num. 9. par. 17. decif. 369. num. 51. & ſeqq.
par. 19. rec.* cui probationi adduntur hodie
9 legalia computa expenſarum, & pretij
expoſiti in mercium emptione, & one-
ratione.
Et Cambium etiam maritimum plenè pro-
10 batur ex Apoca exhibita *d. nu. 4. litt. D. Scacc.
de Camb. §. 1. quæſt. 5. num. 15. & 16. Rot. decif.
369. num. 72. par. 19.* Cumque agatur de pecunijs
ad Cambium ſuſceptis pro inſtruenda Naui,
ad illius validitatem non requirebatur, eaſdem
11 fuiſſe in Nauem illatas, ſed ſufficiebat fuiſſe
erogatas in vſum Nauis, vt à pecunia traie-
ctitia benè diſtinxit R. P. D. *Anſaldus Collega
noſter in ſuo tract. de Commerc. & Mercatur. diſc.
70. ex num. 80. Rota coram Vbago decif. 99. num.
10. & d. decif. 369. num. 83. & ſequen. par. 19.*
12 Deperditio denique nauis, & Mercium
probatur ex Conſulatu facto iuxta leges mari-
timas in Portu Cadicenſi, quo Nauarcus, nau-
tæque appulſi poſt paucos dies ab infortunio
apud competentem Iudicem examinati fuerunt
ad normam *text. in l. 2. C. de naufrag. Chriſtin.
decif. Belgic. 65. lib. 5. d. decif. 369. num. 12.* cum
alijs Concordantibus penes *Rocc. dicta diſput.
97 num. 2. R. P. D. Anſald. dicto diſcurſ. 70. num.
15. & 16.* ad quod examen citaſſe non opor-
13 tuit Aſſecuratores Commorantes in longin-
quis Regionibus, vt diſtinguendo à Caſu, quo
Aſſecuratores pręſentes reperiuntur traditur
locis mox allegatis.
14 His autem probatis non eſt, cur aſſecuratio
commiſſa non dicatur *l. fænerator. ff. de nautic.
fœnor. vbi Cuiaci. ad lib. 25. quæſt. Paul. fol. mihi
1219. & ſeqq. tom. 2. oper. Poſth. l. 1. & vltima C.
eodem tit. Rocc. d. cap. 97. num. 4. & 5. Monach.
decif. Florent. prima num. 19. & ſequ. Rota coram
Dunozett. Iun. decif. 460. num. 1. Rota coram V-
bago decif. 99 num. 2. & in recent. decif. 220. nu.
5. par. 16. decif. 400. num. 4. par. 17. in Romana Aſ-
ſecurationis 4. Iunij 1681. § ſubſiſtit, & 19. Ianua-
rij 1682. §. primo coram bon. mem. Emerix, & in
alia Romana aſſecurationis ſuper negocio princi-
pali 4. Iulij 1685. in princip. coram Reuerendiſsi-
15 mo D. Heruault*, contraque Aſſecurantes man-
datum relaxandum eſt, His enim Apochis pa-
rata regulariter eſt executio *Pegaſ reſol. cap. 1.
d. num. 29. Stypman. dicta par. 4. cap. 7. num. 420.
& Fontanell. decif. 428. num. 7. Dunozett. Iun. dec.
513. num. 6. & decif. 913.* maximè poſtquam
illis omnibus, vel ferè omnibus denunciatum
16 iam fuit nauis infortunium tranſactumque
tempus Aſſecuratis datum petendi aſſecura-
tionem *Kurikbe ad Ius maritimum anſeaticum
Diatriba de aſſecur. verſ. 14. tenetur, & verſ. tem-
pus autem Stypman. de iur. marit. d. cap. 7. numer.
470. & ſeqq. Ripoll. de Magiſtr. logiæ maris cap.
21. num. 88. & ſeqq.*
At verò claram hanc obligationem, para-
17 tamque actionem ſcribentes pro aſſecuranti-
bus elidere conabantur exceptione Barattarię,
quæ cum in qualibet Aſſecuratione excipi ple-
rumque conſueuerit Rota *coram Vbago decif.
99. num. 4.* clariſque verbis in noſtra hypotheſi
18 excepta legatur, illa probata, ceſſat obligatio
quęlibet Aſſecurantium Rota *coram Dunozete.
Iun. decif. 441.*
Eamque interueniſſe probari aiebant ob
fraudem, ac deceptionem in perniciem Aſſecu-
rantium pręordinatam ab aſſecuratis, qui ex
nauis peremptione longe maius lucrum, quam
ex eiuſdem incolumitate conſecuturi erant, cũ
aſſecuratio facta fuerit longe maiori pretio,
quam valerent Nauis, ac merces illi impoſitæ,
19 videlicet vuæ paſſæ prauæ qualitatis, & mo-
dici valoris, hinc autem præcipuum elici ar-
gumentum pro inducenda Barattaria *coram
Priolo decif. 472. num. 7.*
Rurſus parua hæc Nauis, vix Capax 200.
Cadorum, & duodecim tantum inſtructa Ve-
ctoribus commiſſa fuit adeò longæ nauigatio-
20 nis difficultatibus, & periculis une nauclero,
quod vt benè notat *Oldemburgh. Iemerar. Iuri-
dic. tit. 3. §. 83. fol. mihi* 240. fieri neq nuit ſine
Culpa, aut Conſilio pręordinato ad Nauis, vi-
liumque mercium interitum, cuius fraudis,
dolique olim ſtructi a Poſthumio, & Lucio Põ-
ponio Publicanis Seuerus vindex fuit Populus
Romanus, vt ex Liuio refert *Loccen. de Iur. ma-
rit. d. lib. 2. cap. 5. §. Decim. in fine.*
Atque in hanc deceptionem magiſtrum
quoque Nauis, nautaſque genus hominum
21 ob frequentes fraudes legi ſuſpectum *Chriſtin.*

d.

d.decif.65. num. 17. lib. 5. Conſpiraſſe probari
dicebatur, eo quia ſtatim, ac in Bellicas Gal-
lorum Naues inciderumt, nullis exhibitis pa-
cis, amicitiæque conſuetis ſignis, ſed veluti
ſpontanea præda oblata pręcipiti fuga Nauem
22 diripiendam illis dereliquerunt, qua ſub fu-
ga ſi Barattariæ crimen latere ſcripſit *Monach.
decif. Flurent. prima num. 19. alijque apud* Rotam
decif. 54 num. 3. par. 14. & decif. 247. num. 7. par.
18. illud profectò non amplius latens, ſed ma-
nifeſtum reputandum erit ex deſertione Nauis
facta, vt deponit Teſtis *Summario* Aſſecuran-
tium *num.* 7. cum ſubſtractione Veneri Vexilli
litterarum Patentium, librorumque, ac ſcriptu-
rarum, ex quibus Aggreſſores cognita amicę
nationis Naui, merceſque euehi ex Amicis pa-
riter Regionibus, nil pænitùs hoſtile feciſſent,
prædaque ſeſe continuiſſent, quamobrem cum
nauarchi, & nautarum Culpa damnum omne
23 darum ſit, Aſſecuratores illorum facto non
tenentur, tametſi ampliſſima ſtipulatione pe-
riculum omne ſuſceperint *Odd. conſ. 31. Leonin.
conſil. 23. Vvames conſ. ciuil. 25. cent. 4. Ripol. de
Magiſtr. logia matis cap. 21. num. 75. & ſequen.
Giurb. obſer. 73. Muta decif. 3.*

Hiſque demum addebantur alia non minus
valida præmeditatæ fraudis indicia elicita
ex eo, quod Nauarcus, & Nautæ poſt captam
24 Nauem loco appellandi Portum Malagę, cu-
ius è conſpectu res geſta fuerat Cadicem di-
rexerunt: ibique peregerunt Conſulatum con-
tra diſpoſitionem *Iuris d. l. 2. C. de naufrag.* &
contra Statuta Maritima Sancientia, id in vici-
niori loco peragendum eſſe, ne fraus vlla fiat
Aſſecuratoribus, longinquis in Regionibus
plerumque commorantibus, deinde enauigan-
tes Maſſiliam ferè indefenſi in Tribunali Ad-
miralitatis prædam Fiſco addici paſſi ſunt, à
qua licet Aſſecurati procuraſſent, opportuuis
tamen neglectis defenſionibus duobus alijs
ſuccubuerunt Sententijs hæc autem legitimę
defenſionis omiſſio non leue præbet fraudis,
ac deceptionis argumentum.

Verum nullo iure probatiſſimis viris tanti
criminis notam inuri viſum eſt, quorum bo-
25 num nomen, & famam ſuperfluum viſum eſt
emendicatis argumentis vindicare, cum ea
DD: notior eſſet, quam vt minima probatione
aſſeri oporteret, vt in propoſito ait VVames
conſil. Ciuil. 23. num. 16. cent. 4. Vacant enim, ſem-
perque omni fraudis, doloque ſuſpicione vaca-
26 rūt Veneti mercatores tota Europa, Aſiaque nō
minus ſumma diuitiarum Copia, quam incor-
rupta ſemper fide ſpectatiſſimi, quos magnis,
nec immeritis effert laudibus *Reuerter. in obſer-
uat. ad decif.* 745. vt etiam vacabat Nouellius
Mercator Placentinus, qui amplis facultatibus
æquè, ac integritate notus in Italiæ Emporijs,
ac pendente lite ſupremum diem obije.

27 Nec impictum Crimen manifeſtis cætero-
quin probationibus euincendum *Rot. coram
Vbego decif. 99. num. 9. & in recent. decif. 120. n.*
28 *num. 2. 8. & 9. par. 14. decif. 420. num.* 11. vbi
nunquam præſumi, & per probabilitatem in
contrarium excludi *par. 16. decif. 369. num. 57.
& ſequen. par. 19. cum alijs congeſtis in dicta Ro-
mana Aſſecurationis Nauis 5. Hinc enim coram*
R. P. D. *meo dell' Olmu*, vllo modo probant, val-
dè à DD. improbata argumenta exaduerſo ad-
ducta; Ruit enim primum, quia ex Nauis
infortunio non ab Aſſecuratoribus exprobra-
29 tum lucrum, ſed certum, & ingens damnum
Aſſecurais euenit; Nauis enim ipſa aſſecu-
rata legitur ſcut. 1200. dumtaxat *Summ. pręte-
rita informationis num.* 1. licet ducatis 4000. à
Gherardo empta fuerit *eodem Summ. numer.* 2.
Merces verò, naula, & reliquus Nauis appara-
tus ad Merattum, & Nouellium pertinentes
aſſecurati leguntur ſcut. 3700. quamuis ſola
iuſtrumenta, Vaſaque Nauis comparata fuerint
pretio librarum Venetarum 1832. *Summar. Aſ-
ſecurantium numer.* 12. Merces in Inſula Hia-
cynthi emptæ fuerunt ſcut. 4620. *Summ. prateri-
to num.* 2. atque inſuper pro naulo Domino
Nauis ſoluti ducati 2400. *dicto Summariu num.
4. litt. C.* hiſque addenda ſunt ſcut. 690. in præ-
mium Aſſecurationis pręſtita Aſſecuratoribus
Summario num. 1. & ſeqq. ac ingentes litium
expenſæ, damnaque, quæ ſuperuenerunt ex
pluribus aſſecurantium Decoctionibus, quibus
30 perpenſis, inueriſimile prorſus ſit, Aſſecura-
tos tanta cum iactura moliri voluiſſe adeo de-
teſtabilem fraudem, quæ nonniſi ob certam,
indubitatamque ſpem magni lucri committi-
tur, vt probant Concordantes apud R. P. *D.
meum Anſaldum d. diſc. 70. num. 18. & ſeqq.*

Longè verò debilior viſa eſt coniectura prę-
ordinatæ fraudis deſumpta ex male inſtructæ
Nauis fragilitate, omiſſa enim inueriſimilitu-
dine, quod Nauis Gubernator, nauteq; certo
31 naufragio ſe committere voluerint, nulli ducti
ſpe proprij lucri, ſed gratia dūtaxat Dominorū
Nauis, & mercium, illa pænitus elidebatur. Pri-
32 mo quia idoneitatis, capacitatis optimęque
ſtructuræ Nauis iam probatæ præterito *Summ.
num.* 22. magnum prębuit argumentum, Iudicijs
ſuper pręlatione ab alio Conductore Venetijs
promotum *Summario num.* 23. prætereaque
frequenti experientia compertum eſt, Naues ſi-
miles, quinimo minores illa, de qua agitur hu-
iuſmodi nauigationem ſuſcipere, abſque eo
quod obijci poſſit, ſoluiſſe ab Oris Venetis ſi-
33 ne nauclero, quia per Mediterraneum, quo
nota, faciliſque eſt nauigatio, Naues dirigun-
tur à ſolo Magiſtro Nauis, & nonniſi transfre-
tatis Gadibus naucLerum conducunt in Portu
Cadicis, qui difficilioris nauigationis, nautiſ-
34 que Veneris incognitę curſum per Oceanum
dirigat, vt teſtantur nautæ omnes, & nauar-
chi *Summ. num.* 19. quibus plena fides exhiben-
35 da eſt *Rot. coram Gregorio decif. 126. num. 1. &
ſequen. Merlinus decif. 754. num. 10. & 11. & in
rec. dec. 571. n. 19. p. 5. dec. 369. n. 84. & ſeqq. p. 19.*

Deinde ſubdebatur, fruſtra de his diſceptari,
36 tum quia agitur de contractu Aſſecurationis
inito ſuper Naui, quam expreſſum fuit Aſſecu-
ratoribus nuncupare *Madonna di Buon Camino*,
expreſſo nomine Gubernatoris, qui eam rege-
bat,

Digitized by Google

baræ ac ſerie, & ordine nauigationis peragen-
dæ, ideoque ſciuiſſe debuerunt, & præſumun-
tur illius qualitatem, & an ſuſcipiendæ naui-
gationi apta foret, vt in ſimili argumentatur
Rota deciſ. 54. num. 11. & ſequen. par. 6 rec. Tum
etiam, quia vt cumque Nauis inſtructa fuerit,
aſſecuratio commiſſa non contenditur ob Na-
uis naufragium, ſed ob eiuſdem deprædatio-
nem, cuius nec fragilitas Nauis, nec naucleri
37 defectus cauſam vllam dare valuit, ideoque
nullo Iure aſſecuratis imputatur culpa, prop-
terquam caſus non euenit *Fontanell. deciſ. 534.
num. 9. & ſequent, & optimè Ramon. conſ. 39.
num. 4. & ſequen. Chriſtin. deciſ. Belg. 71. num. 21.
lib. 5.*

Vindicatis aſſecuratis à Barattariæ Crimi-
ne, illis inſcijs magiſtrum Nauis in eandem
conſpiraſſe non ſinit ipſius probitas pluribus
38 comprobata *Summario num. 12.* quamuis pro
ea aſſerenda ſola Iuris præſumptio exuberaret
ex *VVamesd. conſ. 23. num. 16.* Illumque plenè
diluit ſpecies ipſa caſualis pœnitus in fortunij,
quod nulla ratione ſtruxiſſe potuit cum Ducto-
39 ribus nauium, quos non nouerat, ſed caſu of-
fenderat, cum quibus propterea paciſci nequi-
uerat de ſceleris pretio, ſine quo illud à nauar-
co, nautiſque nunquam admiſſum præſumi-
tur *Rocc. d. cap. 97. num. 4. & ſequen. Monacb. dec.
Florentin. primo num. deciſ. 269. num. 58. par. 19.*
Cumque ipſe, alijque nautę cum ſacco panis, &
40 aquæ cado ex aggreſſorum manibus vix eua-
ſerint, miſer hic ſtatus ab impicti criminis no-
ta eoſdem vindicat *Rot. in Romano aſſecuratio-
nis 26. Februarij 1680. §. nec pariter coram bon. me.
Emerix, & deciſ. 120. ſub num. 8. par. 14. rec.*

Nullamque fraudis ſpeciem habet fuga ab
41 eis ſuſcepta, quia cum inopinati Caſus peri-
culo, terroreque, quem nox augebat, percul-
ſi amicas Naues dignoſcere non poſſent, ſed
Bellicis ab his exploſis tormentis, eorumque
ictibus, altera ex Socijs Nauibus quaſſata, litto-
rique alliſa, alijs verò defectis *Summario num.
6. & ſequen.* ſua etiam iam diſrupta periclita-
retur, Aggreſſoreſque altiori è Puppi incon-
ditis clamoribus, vt vela colligerent, demitte-
rentque, obſtreperent, nulla profectò alia iner-
mibus Nautis ſalutis ratio, aut ſpes ſupererat,
quam fuga ſe ſubripere, quæ ſemper dolo, ac
culpa vacat, cum ad propriam incolumitatem
42 parandam ſuſcepta eſt *Rota deciſ. 54. confirmo-
ta deciſ. 120. par. 14. rec.*

Nec error, ſeu timor, quos nox ingeſſerat,
43 tolli poterat, poſtquam illuceſcente die Galli-
ca ſigna emicuerunt, quia, vt in ſimili caſu benè
notauit *Reuerter. ad deciſ. 545. num. 4. & 5.* iu-
ſta credulitate falſo illa ſuppoſita fuiſſe ſuſpi-
cari potuerunt, cum amicis Vexillis longè ab-
ſonarent bellicorum tormentorum ictus, qui-
bus eorum Nauis ad exeidium vrgebatur, ideo-
que excuſandi, cur timorem, quo iuſtè per-
culſi non abiecerint.

Verū, tametſi turpi animi animi proſterna-
tione contracti Nauim deſeruiſſent, non id-
circo Aſſecuratores releuarentur à ſua obliga-
tione, quia cum in Apochis aſſecurationis
exceptus tantummodo fuerit caſus Barattariæ,
44 ſimplex proindè omiſſio validioris defenſio-
nis, quæ nulla ab inermi Naui fieri poterat,
cœterique caſus culpa etiam nautarum ſecuti
remiſſi cenſentur *Rocc. dicto cap. 90. num. 13.
Vrſell. concluſ. 151. num. 21. in fine Griphiſander
Oeconom. legal. lib. 2. cap. 12. num. 100. KuricKe
ad ius maritimum Anſeaticum d. Diatriba de aſ-
ſicur. §. Aut quio Aſſecuratio Priol. deciſ. 470.
num. 9. Rota deciſ. 54. num. 19. par. 6. deciſ.
369. num. 50. & ſequen. par. 19. rec.* cum alijs,
quos refert *Adden. ad Ramon. d. conſ. 39. num. 12.
& ſeqq.* cum etiam his in cauſis receptum ſit,
45 exceptionem vnius caſus firmare regulam in
omnibus alijs ſub exceptione non cadentibus
*Bartholom. de Boſco conſ. 391. §. quinto non obſtat
verſ. item quc vnum Loccen. de Iure maritim. lib.
2. cap. 5. §. decimotertio Stypman. eodem tractatu
par. 4. cap. 7. num. 336. & ſequen. Rutger. Rolant.
de commiſs. & commiſſion; Cameræ Imperialis
par. 4. lib. 2. cap. 16. ex num. 28. Fontonell. deciſ.
234. num. 8. & ſequen. Rota coram Priol. deciſ.
470. num. 4. deciſ. 34. par. 6. deciſ. 400. num. 8. par.
17. & in dicta Romana Aſſecurationis 28. Ianua-
rij 1697. §. hinc etiam in fine coram R. P. D. meo
dell'Olmo.*

Nec applicantur auctoritates in contrarium
46 adductę § *atque in hanc in fine*, vtpotè loquen-
tes de damno illato, culpa, & facto ſtipulan-
tium Aſſecurationem, & Dominorum Mercium,
quod ab omni æquitate alienum foret, ſarciri
ab innoxijs Aſſecuratoribus, vel de fraude à
nautis adhibita ad interuertendas merces in
fraudem Aſſecuratorum, & aſſecurantium, in
quo non conſiſtit ratio formalis Barattariæ
exceptæ in Apocis, qui caſus, vt bene expli-
cat *Rota deciſ. 420. num. 74. & ſequen. par. 16.
confirmata deciſ. 400. num 17.* longe aberrat ab
47 hypotheſi ſimplicis culpæ non imputandæ aſ-
ſecuratis, qui curant plena, ac indemnita auer-
ſione periculi ſuſcipi ab aſſecuratoribus caſus
omnes, vt quacumque ſubmota quæſtione ſu-
per purificatione obligationis ab eiſdem ſuſce-
48 ptæ, liberè conſequantur omnimodam rerum
ſuarum ſecuritatem magno conſtituto pretio
ſibi comparatam, quod vix vnquam conſequi
poſſent, ſi culpa nautarum ab aſſecurantibus
refundi poſſet in aſſecuratos, vt poſt *Rot. Flo-
rent. apud Monacb. deciſ. 1. num 29. & ſequen.* in
noſtris præciſis terminis probat *Manſ. conſult.
221. per tot. & præcipuè num. 13. & ſequen.*

Sed hæc omnia dolo, & culpa vacaſſe, & ca-
ſu fortuito reuera cōtigiſſe probatum prætereà
fuit Conſulari facto in Portu Gadicenſi, ex quo
49 compertum habetur, Magiſtrum Nauis reli-
quiſſe vexilla, litteras patentes, cœteraque do-
cumenta, ex quibus Aggreſſores potiri Naui
dignoſcere potuiſſent, qualis illa eſſet, quæ ſanè
probatio facta iuxta leges Maritimas omni
ſubmota fraudis ſuſpicione veritatem patefacit
Rota coram Vbago deciſ. 99. num. 5. & 6. & lon-
ge prænalet depoſitioni vnici teſtis, qui à
prædatoribus captæ Naui præpoſitus fuit, vt il-
lam

Digitized by Google

50 Iam Maſſiliam traduceret ideoque Præponen-
tium, & proprij intereſſe exceptione repulſus
nullam fidem meretur Ramon. *conſ. 39. num. 11.*
& ſeqq. deciſ. 54. & deciſ. 120. *vtrobique num.* 8.
par. 14. recent. quibus probationibus in hodier-
na cauſæ propoſitione acceſſerunt depoſitio-
nes aliorum duorum Teſtium, quorum alter
51 erat ſcriba in vna ex Nauibus prædantibus,
cui valdè deferendum eſt in re, quæ ad eum
pertinebat R*ota coram Bichio deciſ.* 20. *& deciſ.*
117. *vtrobique num. 7. par. 9. rec.* nec non etiam
acta omnia Iudicialia facta pro recuperan-
da Naui.

Nec officit Teſtimoniale examen Cadici,
52 non autem Malagæ peractum fuiſſe, cum ex-
ploratum cuique ſit nautis, tempeſtatis, aut
inimicorum impetu perculſis integrum non eſ-
ſe, quo malint appellere, ſed illud plerumque
iter, Portumque eligere, quem dat ventorum
arbitrium, viſque conſequentium hoſtium per-
uium relinquit Rota *in Romana Aſſecurationis*
4. Iulij 1685. §. non obſtat coram Reuerendiſſimo
Domino Heruault Archiepiſcopo Turonenſe.

Et denique, quæ nauarco, & aſſecuratis im-
properabantur, ob male geſtam cauſæ defen-
ſionem, licèt prorſus ſublata fuerint luculenta
expoſitione eorum omnium, quæ in decurſu
litis pro viribus actu Maſſiliæ, & Pariſijs facta
fuerunt, nihilominus DD. Viſum eſt, nullum fieri
operę pretium ſubtiliori horum inquiſitione,
cum vi apocarum, in quibus ſola Barattaria
53 excipitur, Aſſecuratio commiſſa dicatur ſta-
tim, ac Nauis infortunium euenit, ſiuè iuſtè, ſiue
iniuſtè ab hoſtibus, vel Amicis, capta fuerit, vt
præter auctoritates allegatas in fine §. *verum*
tametſi probant VVanes conſil. ciuil. 24. ſub nu.
4. circa medium cent. 4. magiſtraliter Rot. in dicta
Romana Aſſecurationis 28. Ianuarij §. quoniam
cum obligatio cum ſequen. in qua §. finali animad-
uertitur aſſecuratos non teneri ad iudicialem
54 captæ Nauis recuperationem, ſed ſi id agant,
id profectò agere nomine, & periculo aſſecu-
rantium, qui cum in hac cauſa nihil vnquam
egerint, minus æque exprobrant aſſecuratis tot
labores, expenſaſque perpeſſis male ſuſceptam
geſtamque illius defenſionem, haud fortè
omiſſuri, ſi res fœliciter vertiſſet peiorem dicā
eiſdem impingere excipiendo, quod poſtquam
iudicium, actionemque inſtruxerant contra
Prædatores, aduerſus ipſos ſe conuertere ne-
quiuiſſent Iuribus omnibus contra aſſecuran-
tes competentibus, vt nuper licet inutiliter
opponebant in *dicta Romana Aſſecurationis*.

Iam verò ſublata pœnitùs exceptione Barat-
teriæ, minus DD. immorandum viſum eſt in
alijs peculiaribus exceptionibus contra Aſſecu-
rationis Apocas illatis.

Non enim ſubſiſtit illa, qua opponebatur
vnam ex præfatis Apochis continere aſſecura-
tionem pro mercibus, & pecunijs oneratis Ve-
netijs, quæ cum ad Portum Hiacinthi ſaluæ
peruenerint, traditęque fuerint Correſponſali,
55 ad quem mittebantur, quoad illas eueniſſe
dici nequeat caſum infortunij, quod quidem
accidit mercibus emptis in dicta Inſula, ad
quas trahi non poteſt aſſecuratio de vna re ad
aliam non extendenda *Ripoll. de Magiſt. logiæ*
maris cap. 21. num. 54. & ſeqq. quia præterquā,
quod aſſecurationi adhuc locus factus eſſe di-
ceretur ob naula, Nauim ipſam, ei vſque In-
ſtrumenta, & Cambium in Apocis aſſecur ata,
56 excedentia quantitatem, pro qua Aſſecurato-
res ſpoponderunt, quę omnia in propoſito cal-
culanda eſſe ait *Rota d. deciſ. 369. num. 69. &*
ſeqq. par. 19. recent. obiectum pœnitùs ſubmo-
uetur ex eo, quod ſuſceptores periculi aſſecu-
ratis primo loco pecunijs Venetijs Naui im-
poſitis, deindeque mercibus alibi emendis in-
definitè ſe obligarunt pro tota nauigatione
Londinum vſque peragenda, à qua obligatione
57 ſic indefinitè ſuſcepta abſolui dici non pote-
rant, niſi poſtquam Nauis, & res aſſecuratę
perueniſſent ad locum deſtinatum *Zaccon. de*
Iur. maritim. lib. 2. cap. 5. §. 9. aſſecuratio initium
habebit Ramon. *conſ. 39. num. 1. aliſque apud add.*
num. 10. Rota deciſ. 400. num. 5. par. 17.

Minus autem iuſtè Cambium maritimum
doloſè contractum fuiſſe obijciebatur poſt
Nauem, & quidem ſcientibus aſſecuratis de-
perditam menſe ſcilicet Decembris 1694. id
58 conijciendo ex antidata, quam in Apoca Cā-
bij confectam apparere aiebant ex patenti al-
teratione poſtremæ notæ numeralis anni 1694.
commutatæ in annum 1693. alijſque coniectu-
tis exaduerſo congeſtis, ideoque Aſſecurato-
res non teneri ad pretium rei aſſecuratæ *Ba-*
ron. de effect. inimic. effect. 150. num. 10. Scacc. de
commerc. & camb. par. 2. quæſt. 7. ampliat. 10. §.
1. num. 2. Rot. coram Gregor. deciſ. 126. num. 4. cor.
Royas *deciſ. 54. num. 2. & deciſ. 81. num. 1.*

Quia ſuſpicionem omnem antidatæ ſubſtu-
lit publicum ſumptum à Notario extractum
ex Apoca originali, menſe Nouembris dicti
anni 1694. & quidem ante motam hanc litem,
quod manifeſtè demonſtrat, Apocam non fuiſ-
ſe confectam menſe Decembri, cum iam præ-
exiſteret menſe Nouembri, qua facti euidentia
vindicata veritate Apocę, ſuperfluum viſum
fuit reliquas examinare coniecturas ſimulatio-
nis, hoc ſublato facti fundamento, ſpontè
ſua ruentes, maximè poſtquam Aſſecuratores
huiuſmodi Cambium agnouerunt in Apoca
59 aſſecurationis, correſpectiuum pręmium acci-
piendo Rota *coram Vbago deciſ. 99. num. 14. &*
in Romana Aſſecurationis 26. Februarii 1680. §.
final. coram bon. mem. Emerix.

Et ità in hac ſecunda Cauſæ propoſitione
Partibus &c. reſponſum fuit &c.

R.P.D.

R. P. D. LANCETTA.

Cornetana Iuris offerendi.

Veneris 22. Martij 1697.

ARGVMENTVM.

Ius offerendi ceſſat, vbi creditor poſterior fuit citatus, & non obtulit. Nouum Mandatum non eſt ſuſcipiendum à creditore, cui fuerunt adiudicata bona, quę iam poſſidet.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca ceſſat, non comparente creditor citato infrà terminum præfixum.*
2 *Ius offerendi ceſſat, ceſſante hypotheca.*
3 *Deterioratio, ſeu incrementum bonorum creditori adiudicatorum, illius damno, ſeu beneficio cedere debet.*
4 *Mandatum non eſt à creditore neceſſario ſuſcipiendum ſuper adiudicatione rei, quam ipſe poſſidet.*
5 *Poſſidens iure pignoris, ſuperueniente nouo titulo translatiuo dominij, non indiget alia traditione, ſed ſtatim proprietas acquiritur.*
6 Rota in Aſculana Iuris offerendi 22. Martij 1688. coram Reuerendiſſimo Heruault *explicatur.*
7 *Ius offerendi competit creditori non citato in iudicio aſſignationis.*
8 *Ius offerendi datur, vt poſterior creditor conſequatur augmentum valoris pignoris adiudicati anteriori.*
9 *Ceſſat, cum bona adiudicata fuerunt æſtimata per Peritum iudicialiter electum.*

DECISIO LVIII.

IVs offerendi, quod Eminentiſs. D. Cardinali Mareſcotto Creditori Vincentij Tagliauiæ AC. per Sententiam conceſſerat ad Bona iam adiudicata Cæciliæ anteriori Creditrici, ex ęquitate *Textus in l. Potior §. finali ff. qui Potior. in pign. hab. & in l. 1. C. eod.* putarunt hodiè DD. non competere, ideoquè petitam immiſſionem denegarunt.

Conſtitit enim in facto, quod poſt in dictum Creditorum concurſum, electumque Peritum pro ſingulorum Bonorum æſtimatione prodijt Sententia declarans illa eſſe adiudicanda, & aſſignanda Creditoribus graduatis iuxta pretium ęſtimatum à Perito proportionabiliter tamen vnicuique pro concurrenti rata eius Crediti eligenda iuxtà ordinem anterioritatis & facta electione mandatum de immittendo, & aliud opportunum eſſe relaxandum. Quodquè in huius Sententiæ exequutionem Cæcilia pro ſuis creditis facta electione Bonorum, quę pręcedentèr Iure pignoris retinebat confirmationem illorum poſſeſſionis à Iudice reportauit. Cum autem omnes iſti actus geſti fuerint
citato ſemper, nunquã tamèn ſe opponente d. Eminentiſs. D. Cardinali, nec in eodem Iudicio vllatenus offerre curante *Summar.* illorum de
1 Tagliauiis *num. 2. cum tribus ſequen.* ſicut exindè ceſſauit hypotheca, quam ipſe ſupradictis Bonis acquiſiuerat ad *Text, in l. ſi eo tempore C. de remiſſ. Pignor.* ità Ius offerendi tanquàm
2 effectus ab hac cauſa producibilis, vt inquit *Bald. conſ. 50. num. 2. verſ. qua propter lib. 1. Cephal. conſ. 298. nu. 16. & Rot. cor. Bich. dec. 43. num. 19. & 34.* extinctum remanſit, ac Bona Creditrici anteriori fuerunt irreuocabilitèr acquiſita, *Salgad. in labyr. Cred. lit. par. 1. cap. 8. num. 11. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 66. numer. 38. Theſaur. deciſ. 177. num. 11.* vbi ità iudicatum fuiſſe teſtatur, cui ſe ſubſcripſit etiàm Gaſpar filius in *Additione litt. B.* referens Sententiam non attenta contria opinione *Rinnaldi Iunioris, & Morotij in tract. de Iur. offeren. fuiſſe confirmatam, Amat. reſol. 11. nu. 3. & ſequen. de Marin. reſol. 219. n. 8. lib. 1. Rot. coram Bich. dec. 95. nu. 6. in rec. dec. 32. num. 7. par. 17. in Narnien. Iuris offerendi 7. Februarij 1678. §. ratio autem corã Reuerendiſs. Bourlemont., & in Romana Immiſſionis 17. Martij 1694. in princ. corã R. P. D. meo Pio.*

Æquitas namquè non patitur, quod rerum dominia diù ſtent in incerto, & Creditor, cui
3 Bona fuerunt adiudicata, ſemper in ſuſpenſo remaneat, ſed rebus aliquando terminus imponatur, & quemadmodum Bonorùm deterioratio Creditoris damno ceſſiſſet, ità illorum incrementum vel ex temporis beneficio, vel ex alia ratione cauſatũ eiuſdem commodo referri debet *Cephal. conſ. 550 n. 59. Schettin. de Iur. offeren. par. 1. cap. 3. ſect. 4. n. 6. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 66. nu. 55. & Rota coram Mantic. dec. 126. num. 4.*

Non attenta reſponſione, quod hæc procedant, quotiès actus adiudicationis fuerit completus, ſecus quando prout hic imperfectus remanſit, dum Cecilia poſt ſententiam graduatoriam mandatum de adiudicando non expediuit, nec poſſeſſionem nacta fuit, ità ut ad hùc dici nequeat Dominium à debitore fuiſſe penitus abdicatum. Quippe ſtante præcedenti ſententia declarante bona Vincentij Creditoribus
4 eſſe adiudicanda, & aſſignanda, ſatis fuit, quod Cæcilia, quæ iam poſſidebat, illa prò ſuo credito elegerit, ac electa retinuerit abſque eo, quod vllum ſuſciperet mandatum, quod tanquam contra ſe ipſam, ſequè ipſa expulſa exequendum nedum neceſſarium non erat, ſed prorſus incongruum *Dyn. in l. ſi finita §. Iulianus ff. de damn. infect. ibique Bartol. nu. 37. Bolognin. num. 93. Aretin. in l. 1. in princ. ſub num. 31. ff. de acquir. poſſeſſ. Cephal. d. conſ. 298. num. 10. & conſ. 550. num. 29.* & optimè *Paris*
5 *conſ. 42. num. 31. lib. 1.* Qotiès enim quis poſſidet iure pignoris, eique nouus ſuperuenit titulus dominij tranſlatiuus, neceſſaria non eſt alia traditio, ſed ſtatim proprietas acquiritur, perinde ac ſi res eo nomine tradita fuiſſet, vt inquit *Text. in §. Interdum inſtit. de rer. diuiſ. &*

in

Digitized by Google

in l. qua ratione §. Interdum etiam ſinè traditione ff. de acquir. rer. domin.

Perperam vero impugnabatur prçcedens Cçciliæ poſſeſſio ſub fundamento, quod poſt ceſſionem bonorum à Vincentio factam deputatus fuiſſet Æconomus prò illorum adminiſtratione, ſiquidem in ipſa Æconomi deputatione litteraliter excepta fuerunt bona per Cæciliam electa vt in *Summ.* replicationis dd. de Taglianijs *num. 2.* & vlterius fuit ei poſtmodum conceſſa generalis facultas recolligendi fructus omnium bonorum eodem *Summar. nu. 3.* Idque nedum faſſi fuerunt Creditores, qui mandatum obtinuerunt expulſa Cçcilia, ſed etiam admiſit Iudex, qui Cæciliæ bonorum retentionem concedendo ſub conditione, quod ſummam eius Creditum excedentem alijs ſolueret Creditoribus, in neceſſarium antecedens ſuppoſuit eius poſſeſſionem, imò dominium, quod ſicut pro rata ſoluta citra dubium acquirebatur, ita prò ſumma cum credito compenſata dici debebat acquiſitum.

Et ex his in applicabiles Videbantur plures
Authoritates congeſtæ in *Aſculana Iuris offe-*
6 *rendi 22. Martij 1688. coram* Reuerendiſſimo *Tu-*
ronen. firmantes, vltimo Creditori competere ius
offerédi ratione hypothecæ ſuper bonis com-
7 munis debitoris ad ſui fauorem contractæ;
Procedunt enim cum ſuppoſito, quod Creditor
in Iudicio aſſignationis citatus non fuerit, quo
caſu tale Ius cenſeri debet præſeruatum, cum
ei nequeat imputari, cur anteà non obtulerit,
vt materiam diſtinguendo, & conciliando con-
traria firmatum fuit in *dicta Aſculana §. Hæc*
autem.

Quæ omnia eo fortius procedere DD. exi-
8 ſtimarunt, ex quo Iura poſtremo creditori fa-
cultatem offerendi concedentia vnice nituntur
æquitati, iuxtà quam Congruum videtur, vt
ſi pignus pro credito anteriori adiudicatum
pluris valeat, tale valoris augumentum poſte-
rior conſequatur, ſatiſque ſit anteriori totali-
ter de ſuo credito ſatisfieri *Crauett. conſ.* 298.
num. 1. verſ. & iſtud Ius offerendi Marott. de Iur.
offerendi num. 22. Acoſt. de Priuileg. Credit.
regul. 3. limit. 1. num. 25. & 26. Merlin. de pi-
gnor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 43. num. 4. Rota
deciſ. 445. *num. 4. coram Duran.*

At huiuſmodi æquitatis ratio nequit in præ-
9 ſenti verificari dum bona Cæciliæ adiudicata
fuerunt priùs æſtimata per Peritum iudicialiter
electum, citato præceteris Eminentiſſimo D.
Cardinali, & quod magis eſt comperto, illorum valorem creditum excedere, fuit illud plus alteri intermedio Creditori ſolutum, itaut ceſſet quęcumque ſpes mediante pretij oblatione lucrum conſequendi ex recuperatione bonorum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Bononien. Tranſactionis.

Veneris 19 Aprilis 1697.

ARGVMENTVM.

In Iudicio exhibitionis quomodo probari debeat exiſtentia ſcripturæ penes Reum conuentum, & an præcisè requiratur probatio exiſtentiæ de tempore motæ litis, vel potius ſufficiat probari exiſtentiam de tempore proximo ante litem motam, præſertim ſi agatur contra eum, qui tenebatur ſcripturam conſeruare Notarij an teneatur cuſtodire ſcripturas apud eum productas abſque clauſula *tenoris* &c. & an illi credatur, ſi aſſerat, producentem rehabuiſſe Scripturas taliter productas.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio habet vim rei iudicatæ, & executionem paratam, quæ non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

2 *Amplia licet agatur de exceptione vſurariæ prauitatis,*

3 *Exhibitionem petens ſufficit, quod ſummariè & apparenter doceat de intereſſe.*

4 *Cedens tenetur tradere ceſſionario Iura, & Inſtrumenta, ex quibus creditum ceſſum iuſtificari valet.*

5 *Notario deponenti ad ſui propriam exonerationem non creditur.*

6 *Exiſtentia ſcripturæ de tempore motæ litis penes eum, qui ad exhibitionem pulſatur non præſumptiuè, ſed concludenter probari debet.*

Limita quoties Reus *ad exhibitionem conuentus, tenebatur ad conſeruandam, vel cuſtodiendam ſcripturam, tunc enim ſufficit probare exiſtentiam, etiam ante motam litem nu. 7.*

8 *Notarius non tenetur præcisè conſeruare ſcripturas penes eius Acta verbaliter tantum productas.*

9 *Notario teſtanti de facto proprio, & maximè veriſimili plurimum defertur.*

10 *Exiſtentia in Iudicio exhibitionis probatur etiam ex Vnico* Teſte *de facto proprio deponente.*

11 *Confeſſio nequit per confitentem impugnari, niſi doceat de errore, vel diuerſitate facti, ſuper quo emanauit.*

12 *Exiſtentia Scripturæ in Iudicio exhibitionis ſufficit quod probetur penes Reum conuentum de tempore proximo ante motam litem.*

DECISIO LIX.

IN diſpunctione rationis, ad quam fauore Ioſephi Marię de Griffonibus fuerat veluti hęres Caroli Antonij Fratris, ac reſpectiue Tutoris arctatus per rem iudicatam Maffęus Senator de Fibulis, debitor idem Senator, calcula-

tione deinceps ſubducta per communes ami-
cos, emerſerat in libr. 12418. ſub vlteriori
obligatione ſubeundi pupillares vſuras aſcen-
dentes ad ſummam libr. 31. mil. circiter, qua-
propter, vt finem imponerent Iudiciali diſſi-
dio Senator, & Ioſeph Maria mediante publi-
co tranſactionis Inſtrumento coram hanc rede-
gere quantitatem ad libras 30. mil., quarum
medietate in actu ſtipulationis exburſata an-
te quam obueniret tempus ratę conſecutiuè ex-
promiſſæ cœpit Senator allegare in Tribunali
Eminentiſſimi Legati errorem, ac læſionem
prouocando Ioſephum Mariam ad exhibitio-
nem librorum Tutelarium, ibique reportata
Sententia fauorabili, cum preſeruatio-
ne Tranſactionis, eaque in Curia confir-
mata ab A.C. qui tamen eamdem tranſactio-
nem interim cenſuit ſuſpenſionem mereri, dedi
poſt Commiſſionem appellationis ab huiuſmo-
di Iudicatis per Signaturam Iuſtitiæ mihi di-
rectam Dubium complicatum — *An libri eſſent
exhibendi, & conſtaret de Credito*, & ad vtrunq;
reſponſum habui affirmatiuum.

Et ſanè pendente adhuc altera inſpectione
ſuper exhibitione librorum, quorum ope læſio-
nem, & errorem manifeſtare intendebat Sena-
tor, nulla fuit apud Dominos difficultas, quo-
minus donec, & quouſque idem error, ac læſio
oſtenderetur pluſquam abundè conſtaret de
Credito in vim prænominati publici Inſtru-
1 menti tranſactionis, quod vtique præcipuè à
futura iuſtificatione læſionis, & erroris obti-
net robur, & vim rei iudicatę habentis execu-
tionem paratam, & non elidibilem per excep-
tiones altiorem indaginem requirentes, quem-
admodum plena ſunt volumina, & ſignanter
habetur in *deciſ. 152. num. 5. & deciſ. 253. num.
4. cum. 2. ſeqq. poſt Zacch. de oblig. Camer. & cor.
Vbald. deciſ. 63. per tot.* vbi agebatur de excep-
tione vſurariæ prauitatis, *& deciſ. 23. num. 3.
verſ. ex quibus cor. Canaler. & deciſ. 93. num. 1.
par. 15. & deciſ. 501. num. 14. 15. & 16. par. 18.
rec. & in Bononien. fideicom. 1. Iunij 1696. §. fin.
cor. R. P. D. meo Molines*.

Tota itaque diſceptatio reſidet in anteriori
parte Dubij circa exhibitionem, non quidem
reſpectu alterius extremi circa intereſſe Sena-
toris illam expoſtulantis, cum de eo liquidiſ-
ſimè appareret non tantum ad enunciatum
propoſitum docendi de errore, ac læſione,
pro qua mediante cuiuſdam Peritiæ produ-
2 ctione fumum ſufficientem præbebat, quando
in hac materia exuberat quoquo modo etiam
ſummariè, & apparenter huiuſmodi intereſſe
demonſtrare, vt ait *I. C. in l. 3. §. ſciendum ibiq;
Bald. num. 1. & 2 ff ad exhib. Vrſell. concl. legal.
61. num. 3.* Rudolphin. *in prax. par. 2. cap. 3. nu. 41.
Parrex de Inſtrum. edit. tit. 5. reſol. 11. num. 22.
Mell. obſeru. for. 49. num. 26.* Rot. coram *Dunozett.
Iun. deciſ. 531. num. 2. & 3. & deciſ. 115. nu. 8. &
9. par. 17. rec. & in Romana pecuniaria ſuper exhi-
bitione 21. Iunij 1694. §. nec ad euertendum coram*
R. P. D. meo *Muto*.

Sed etiam, quia dum in eadem tranſactio-
ne ceſſa fuerunt in ampliſſima forma Senatori
Iura contra hæreditatem Caroli Antonij ſum-
mopere intererat Senatoris tam ad effectum
agendi aduerſus ſubalternos Miniſtros, quorũ
opera in explenda adminiſtratione fuerat vſus
Carolus Antonius, quàm contra iſtius hęredi-
tatem habere præ manibus documenta per
quę, & fuerat condemnatus, & amicabiliter
per Concordiam ſoluerat, & reſpectiuè ſolue-
re ſpoponderat ſummam reſidualem Ioſepho
Mariæ, ne alias ſibi opponeretur, quod ex
mera prodigalitate exburſaſſet, & exburſare
pepigiſſet Ioſepho Mariæ libras 30. mil. vnde
iuremeritò prætendere videbatur, quod eidem
Tutelares Codices rederentur ex ea obliga-
3 tione, qua quilibet cedens obſtringitur, tra-
dendi ſcilicet ceſſionario iura, ſeu monumen-
ta Iurium ceſſorum ex congeſtis per *Gratian. di-
ſcept. 286. num. 17. Guzman de euict. quæſt. 35. n.
90. Olea de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. 1. num. 1. & ſeq.
Rota deciſ. 166. per tot. apud Paciſc. de Salnian. &
in Bonon. pecuniaria impreſſ. deciſ. 62. num. 3. par.
19. confirmata 27. Iuny 1682. § Et quamuis coram
bon. mem. Paluccio*.

Verum acriter ex parte Ioſephi Mariæ im-
pugnabatur alterum extremum exiſtentiæ, &
quidem de tempore motæ litis penes ſe, con-
tendens iuſtificationem hanc minimè reſultare
à teſtificatione Notarij, in cuius Officio præ-
fati Codices fuerant producti ſub ea ratione,
quod is, & tanquam vnicus, & veluti deponens
4 ad ſe exonerãdum minimè foret attendendus,
vt in ſpecie primæ propoſitionis *Textus eſt in
l. Iuriſiurandi C. de Teſtibus, & in cap. in omni
Iudicio eodem tit. in Decretal.* & reſpectu ſecun-
dę *Rot. in his terminis deciſ. 227. num. 3. & 4. co-
ram Manzaned. & deciſ. 595. num. 2. & 3. coram
Card. Cerro, & deciſ. 28. ſub num. 11. verſ. tan-
dem coram Vbago*.

Minuſque talem iuſtificationem, vel ſeor-
ſim deſumi, vel ſaltem coadiuuari poſſe ſubiũ-
gebat ex altera atteſtatione publici archiuiſtæ
profitentis huiuſmodi libros adductos, & poſt-
modum aſportatos fuiſſe ab Archiuio per
eumdem Ioſephum Mariam, cum Archiuiſta
gratis hoc aſſerere videretur, ex quo nihil vl-
tra videre potuerit, niſi Capſam clauibus ob-
ſignatam, in qua ſolum dicebatur, libros re-
cludi, & tamen extremum illud exiſtentiæ de
tempore motæ litis non merè præſum-
5 ptiuè, ſed concludenter, ac perſpicuè
per allegantem erat comprobandum, vt paſ-
ſim ordinarium habetur, & præſertim apud *Pal-
gell. Iun. annot. 62. num. 2. 10. Ant. ab Eccleſ. obſer.
for. par. 1. obſeru. 51. num. 13.* Rot. *cor. Vbald. dec.
485. & coram. Merlin. deciſ. 709. vtrobique num.
2. & in Romana redditionis rationis 4. Martij
1689 ſub princ. coram bo mem. Rondinino*.

Hæc nihilominus exceptiones Dominis viſæ
ſunt irreleuantes; Vltra enim, quod non di-
ſplicebat fundamentum Senatoris excludens
neceſſitatem rigoroſæ probationis circa exi-
ſtentiam de tempore motæ litis, attenta cir-
cumſtantia ſuperius enarrata, quod idem Se-
nator

Digitized by Google

nator reportauerat ceſſionem Iurium contra
hæreditatem Caroli Antonij Fratris, ideoque
admiſſa conſequentia, de qua ſuperius, nempè
quod Ioſeph Maria teneretur tradere ceſſiona-
rio documenta iurium ceſſorum, de plano ſe-
quebatur, quod data obligatione aſſeruandi
iura alteri tradenda, non admittitur alia oppo-
6 ſitio non exiſtentiæ, vt vno ore aduertunt *Vr-
ſell.concl.leg.61.ſub num. 7.verſ.ſecus autem, & num.9.in fin.Parex. de Inſtrum. edit. tit.5. reſol.
15.num. 8.Ridolphin.in prax.par. 2. cap.3. num.
37.Paitell.iun.d.annot.62.num.4.cum.2.ſeq.Ab
Eccleſ.obſer.for.par.1.obſ.51.num.28.* Rot.*coram
Dunozett. Iun.deciſ.531.num.6.& deciſ.243.nu.
21.coram Card.Cerro,& in dicta Romana Pecu-
niaria ſuper exhibitione 21.Iunij 1694. §. Penult.
in fin.coram R.P.D.meo Muto.*

Attamen inſimul iungendo probationes,
& cirrumſtantias in obiecto recenſitas Domini
circa Dubium ſibi ſuaſerunt conſtare de exi-
ſtentia talium librorum penes Ioſephum Ma-
riam, quia de reſtitutione eorumdem facta per
Notarium non videbatur tutè dubitari poſſe,
cum enim præmiſſi libri non apparerent pro-
ducti in Officio eiuſdem Notarij cum clauſu-
la *Tenoris,&c.* ceſſabat obiectum in ea parte, in
7 qua dicebatur Notarium depoſuiſſe ad ſui
exonerationem, cum deficiente clauſula præ-
dicta Notarius obligatus non ſit ad ſcriptura-
rum conſeruationem teſte *Rot. deciſ 97. poſt 2.
vol.conſ Farinac.& coram Canaler.deciſ.502. &
deciſ.485.coram Vbald.& deciſ. 206. cor. Duno-
zett.Iun.* Ideoque depoſitio Notarij circa factū
8 proprium, & maximè veriſimile multum rele-
uabat, vt de Notario tanquam publica perſo-
na ponderarunt adducti *per Rotam coram Rem-
bold.deciſ.147. & coram Bichio deciſ. 524. vtro-
bique num.2.& in rec.deciſ.369.num.7.par.18.* &
9 in ſubiecta materia exhibitionis non obſtante
vnicitate Teſtis dictum fuit in *deciſ.70. num.9.
par.10.rec.& in d.*Romana *Pecuniaria ſuper exhi-
bitione 31.Ianuary 1695.§.Ex his Teſtibus autē
coram R.P.D.meo Muto.*

Fortius autem coniungendo, vt diximus, al-
teram Teſtificationem publici Archiuiſtæ, qui
licet introſpicere nequiuerit, vel non curauerit,
an effectiuè controuerſi Codices manerent in
Capſa, nihilominus cum adductio eiuſdem
capſæ per Ioſephum Mariam facta fuerit ſub
expreſſione, quod eſſent libri ſuper intereſſe
vertente inter ipſum Ioſephum Mariam, & Sena-
torem, niſi doceat de alijs libris, alioque inter-
10 reſſe non poteſt hodiè ſuam aſſertionem, &
confeſſionem controuertere *vulg. Iur. in cap.
1.& 2.de Confeſſ. & cap. per tuas de probat. Rot.
coram Pamphil.deciſ.544.num.1. & coram Celſo
deciſ.286.num.10.& deciſ.139. num.13.coram
Priol.* Accedente vlterius ad exuberantiam te-
ſtificatione duorum Iuuenum, ſeu Officialium
ipſius Archiuij, quorum alter de viſu, alter de
auditu Capſam à Ioſepho Maria fuiſſe adductā
ad Archiuium cum libris teſtificatur, & ſic niſi,
& hi faciant plenam de perſe probationem,
magnum tamen veritati fulcimentum adij-
ciunt.

Nil refragante poſtremo obiecto Ioſephi Mariæ, quod adhuc non eſſet ex hiſcè probationibus demonſtrata exiſtentia de tempore præciſo motę litis; Quia præterquam iſta transportatio ad Archiuium dicebatur (& ſi nō iuſtificaretur) prodijſſe de mandato Eminentiſſimi Legati, quod vtique arguebat litem etiam de eo tempore, vel inceptam, vel imminentem, adhuc tamen reſponſum fuit non eſſe hanc exiſtentiam ità mordicus, & ad horam iuſtificandam, vt non ſufficiat tempus valdè proximum attingere à comprobata exiſtentia ad ipſam litem, ſicuti erat in pręſenti ex confrontatione *Summarij* vtriuſque Partis vtrobiq; *num.7.* ad ea, quæ pluries ad lancem æquitatis, & prudentię Iuris reſpiciendo proteſtata eſt Sacra Rotā, *in deciſ.225.num.2.& 3.par.6.recent.& in dicta Romana pecuniaria ſuper exhibitione 21.Iunij 1694.§. Vindicata coram* R.P.D. *meo Muto.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Interamnen. Manutentionis.

Lunæ 22. Aprilis 1697.

ARGVMENTVM.

Pleniſſimè examinatur quæſtio, an & quando hæres inſtitutus in proprietate poſt obitum Vſufructuarij dicatur hæres vſque ab initio tam ad effectum tranſmiſſionis, quam manutentionis, & incidenter, ac remiſſiuè tangitur articulus, an, & quando legatum Vſusfructus cenſeatur Vxori relictum animo compenſandi cum Dote.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio regulariter expirat per prædeceſſum ſubſtituti ante obitum hæredis grauati.*

2 *Fideicommiſſarius tenetur capere fideicommiſſum de manu hæredis grauati, vel habentis cauſam ab eo.*

3 *Hæres in proprietate inſtitutus poſt mortem Vſufructuarij adhuc dicitur hæres ab initio.*

Itaut ſi prædecedat vſufructuario, tranſmittat proprietatem eius hæredibus ibidem, & num. 18.

4 *Hæres inſtitutus in ſolo vſufructu non cenſetur propriè hæres, ſed dumtaxat ſimplex legatarius.*

5 *Vſusfructus dumtaxat, non autem proprietas cenſetur relicta, quoties Teſtator hæredem inſtitutum in Vſufructu expreſsè nuncupat Vſufructuarium, & num. 10.*

E conuerſa autem proprietarius cenſetur hæres, vſque ab initio, quando Teſtator illum appellat hæredem num. 6.

7 *Notarij paſſim errare ſolent in extenſione voluntatis Teſtatorum ſumendo vnum verbum pro alio.*

Et plura de huiuſmodi Notariorum erroribus remiſſiuè ibidem.

8 *Copia extracta ab Originali exiſtenti in Archiuio publico cum ſuis formalitatibus plenè probat.*

9 *Diſcretiuus modus loquendi adhibitus per Teſtatorem præmaximè attenditur ad effectum inquirendi, an quis relictus fuerit hæres proprietarius, vel potius ſimpliciter vſufructuarius.*

11 *Vſufructuarius dumtaxat, non autem proprietarius cenſetur quis institutus ſtantibus Verbis* — Sua Vita durante.

Idemque *eſt ſi concurrans alia verba ſimplicem temporalem fruitionem importantia num. 12.*

13 *Hæres in proprietate cenſetur quis vſque ab initio inſtitutus ſtante præcepto Teſtatoris, ne moleſtiam inferat hæredi Vſufructuario ſub pœna caducitati.*

14 Ex *obſeruantia ſubſecuta, benè dignoſcitur, an quis relatus fuerit hæres in proprietate, vel potius in ſimplici Vſufructu.*

15 *Vxores à communiter accidentibus ſolent à maritis hæredes inſtitui in ſolo Vſufructu.*

16 *Hæres inſtitutus in proprietate poſt mortem Vſufructuarij, licet per verba obliqua adhuc cenſetur hæres vſque ab initio.*

17 *Vſufructuarius tenetur ad ſolutionem annuorum legatorum, non autem hæres proprietarius.*

18 *Vſusfructus mortuo vſufructuario ipſo iure conſolidatur cum proprietate etiam ad effectum, vt proprietario competat manutentio.*

19 *Legatum Vſusfructus an, & quando cenſeatur Vxori relictum animo compenſandi cum dote ab ea recepta, remiſſiuè.*

20 *Manutentio non retardatur ob exceptionem retentionis pro credito turbido, & illiquido.*

DECISIO LX.

NOdoſam olim queſtionem inter Doctores
Factionario quodam modo exagitatam,
vtrum ſcilicet Vxore, aliaue perſona inſtituta,
vel relicta hęrede Vſufructuaria, datoque poſt
eius mortem ſpeciali ſubſtituto, is cenſeatur
hęres ab initio, dilata ſolum executione poſt
obitum perſonę inſtitutę, ſeu vſufructuarię, ſiue potius ſubtracta eiuſdem vſusfructus, aut
particularis inſtitutionis mentione huiuſcemodi inſtitutus, vel vſufructuarius remaneat hęres
in proprietate cum ſucceſſiuo grauamine reſtitutionis, hodie ad effectum manutentionis
fruſtrà reſtaurare procurabant Stephanus, aliique de Leoncinis ex perſona Lucię aduerſus
Nepotes, & reſpectiuè hęredes Leandrę pretendendo nimirum in conſequentiam, quod
vbi Lucia Vxor Mileſij, de cuius hæreditate
agebatur, extitiſſet vera, ac ſolidalis hęres à
1 principio, vel ſubſtitutio Leandrę expiraſſet per
illius predeceſſum ante Luciam iuxta *Text. in l. vnic. §. Si autem aliquid ſub conditione C. de caduc. toll. iuncto reſponſo I.C. in l. hæres meus 78 in princ. ff. de condit. & demonſtr.* vel in omnem
caſum memorari Leandræ Nepotes, ac hære-
2 des fideicommiſſum accipere de manu habentium cauſam à Lucia mediante vniuerſali donatione obſtringerentur ad normam *Text. in l. 1. ff. quor. legat.* Rot. *in* Romana *Manutentionis* 8. *Iunij* 1685. *§. Vitium autem, &* 14. *Ianuarij* 1686 *§. Adhuc enim, & ſeq. coram* Eminentiſſimo *Mediolanen.*

Siquidem vltra quod regula, ſeu opinio,
quam precipiuè à peculiaribus facti circumſtantijs, ſiuè particulari tacita, vel expreſſa lege
teſtatoris noſtrum Tribunal conſtantiſſimè
amplexum eſt, arctabar ad oppoſitum, cum de
veriori, æquiori, ac ad aſſeruanda poſtrema
3 morientium elogia aptiori ſententia ſit, quod
ne per ſubſtituti prædeceſſum ruat tota moles
legatorum, ac ordinatæ ſubſtitutionis, reputetur ab initio volita hæres proprietaria illa
perſona, quæ poſt mortem indubitanter legitur inuitata ad ſucceſſionem ſicuti teſtantur
Altograd. conſ. 104. nu. 37. & ſeqq. lib. 2. Andreol. *contr. 121. num. 23. Vrceol. conſult. for. cap. 38. num 7. Caſtald. conſult. 66. num. 5. & num. 27.* Conciol. *de hæred. artic. 1. num. 170. & 175. & ſeq. Bonden. collect. 8. num. 2. lib. 2. Epiſc.* Rocc. *Select. diſput. Iur. cap. 30. num. 15. & ſeq. Card. de Luc. de fideicom. diſc. 60. num. 12. & diſc. 110. num. 7. & de legit. & detr. diſc. 33. num. 3.* & videre eſt
apud *Rot. in celebr. decis. 505. num. 7. cum ſeq. & per tot. coram Merlin. & coram. Vbald. decis. 262. num. 1. Dunozett. Sen. decis. 126. num. 1. Celſ. decis. 411. num. 22. Bich. decis. 149. num. 9. & 10. Cerr. decis. 70. num. 9. & ſeqq. & in rec. decis. 99. nu. 22. & ſeq. par. 12. & in* Romana *Teſtamenti 17. Martij 1684. §. Quod autem verſ. & licet Teſtatrix & in Ciuitatis Caſtellanæ hæreditatis 22. April. 1689 §. Minus facit coram bon. mem. Emerix, & in Fauen. hæreditatis 8. Februarij proximè præteriti §. Cum enim, & §. Quo circa in fin. coram* R.P.D. *meo Priolo.*

Ceſſare adhuc viſa eſt in noſtra Hypotheſi
quælibet amaritudo, & neceſſitas ſeſe inuoluendi in hac ſpinoſa contentione introſpecta
mente, & forma loquendi Teſtatoris, qui
quodammodo queſtionem ipſam enodare voluiſſe dignoſcitur, dum Luciam Vxorem ſemper nuncupauit Vſufructuariam, & è conuerſo
pluries, immò pariter ſemper Leandram ſororem *erede proprietaria*, vndè corruit illa diſceptandi anſa, quæ ſub formalitate verborum
frequentius ſtrui ſolet in hac materia perſcribentes, in vanum etenim quærimus per conie-
4 cturas, & argumenta, an Lucia eſſet purè Legataria in Vſufructu, prout ſemper eſt Vxor
ſimpliciter inſtituta Vſufructuaria, vt ait *Andreol. contr. 22. num. 33. & d. contr. nu. 121. num. 26. Capyc. latr. conſult. 147. num. 16. Leoncill. dec. Ferrar. 180. num. 3. Rot. decis. 165. num. 3. par. 15. & decis. 75. num. 12. par. 16. & decis. 277. num. 4.*
5 *par. 18. rec.* & vtrum à contrario Leandra foret
hæres ab initio, quando illam Teſtator talem
appellauit *ad trad. in propoſito* ex vna parte
Vxoris, vel alterius perſonæ hęredis relictę in
Vſufructu per *Cephal. conſ. 37. num. 24. Odd. conſ. 91. num. 55. Capyc. latr. conſult. 112. num. 45. & 46.*

Digitized by Google

46. *Rot. deciſ. 99. num. 18. cum 2. ſeqq. par. 12. & deciſ. 345. num. 4. & 5. par. 19. & in Reatina Succeſſionis 4. Maij 1696. §. Quoniam coram* R. P. D.
6 *meo Caprara*, & in ſpeciẹ alterius perſonæ inuitatę poſt obitum Vſufructuariẹ ſub expreſſo titulo hæredis *Andreol. d. contr. 121. ſub num. 25. verſ. & ideo*, *Epiſc. Rocc. d. cap. 30. num. 21. 22. & 23. Rot. deciſ. 90. num. 8. coram Dunozett. Sen. & deciſ. 262. num. 3. & ſeqq. coram Vbald. & deciſ. 349. num. 11. coram Bich.*

Neque huiuſmodi explicationem ſibi factã à Teſtatore valuit offuſcare, & quod idem Teſtator vnica vice dixerit in perſona Leandræ *erede ſuſtituita*, quodque ex oppoſito alibi Luciam Vxorem expreſſerit *Erede vniuerſale libera, & aſſoluta*; Quia quatenus pertinet ad Leandram; potius errori Amanuenſis, vel Notarij tribui oporteret quatenus opus eſſet) expreſſio Verbi *ſoſtituita*, vnica dumtaxat vice
7 facta correſpectiuè ad quatuor expreſſiones emiſſas per alterum vocabulum *conſtituita*, vt de ſimilibus Notariorum erroribus notauit *Gerard. Mazol. conſ. 95. ex num. 11. vſque ad 18. Eugen. conſ. 65. num. 22. & ſeqq. lib. 1. Peregrin. de fideic. art. 22. num. 40. in fine Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 15. num. 16. & ſeqq. plenè Marott. di diſcept. for. cap. 6. num. 7. & n. 29. & ſeqq. Modern. Forolinien. in annot. ad* Ramon. *conſ. 21. n. 12. & ſeqq.*

Et nihilominus ex nouiſſima altera copia publica originaliter extracta ab ipſa Matrice inſtrumenti poſiti in Archiuio, & in manibus meis exhibita demonſtrarunt Scribentes pro
8 hæredibus Leandrę, quod reuera in ipſa Matrice legitur *conſtituita*, cui ſanè copię ſub ampliſſimis legalitatibus ad hunc pręciſum finem deſumptæ ab Archiuio ſtandum eſſe, iuncto præcipuè adminiculo aliarum omnium expreſſionum habetur ex deductis per *Rot. coram Coccin. deciſ. 98. num. 4. & ſeq. & deciſ. 12. num. 5. cum 2. ſeqq. cor. Vbag. & deciſ. 490. num. 5. cor. Card. Cerr. & deciſ. 433. num. 3. coram Priol.*

Quoverò ad alteram expreſſionem ergà Luciam *di erede vniuerſale libera, & aſſoluta* animaduerſum fuit illam ocularitet coarctari ad mobilia iura, & actiones, ac fructus Cenſuum cum indiuidua ſpecificatione generum ſubal-
9 ternantium, vel ſpecierum reſpectiuè, de quibus ſanè non eſt quæſtio apud Patres; ac propterea potius talis appellatio prætermiſſa reſpectu ſtabilium, in quibus reſidet cardo controuerſiæ, ſternit viam fortiſſimę illi coniecturæ, quæ paſſim deſumitur ex diſcretiuo modo loquendi eiuſdem diſponentis ad arguendam eius contrariam voluntatem in caſu omiſſo ad vulg. *Text in l. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. toll. & ad rem Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. queſt. 16. num. 375. Fontanel. deciſ. 37. num. 12. 13. Gob. conſult. 150. num. 27. Rot. in Romana Hæreditatis de Ruſpoli 21 Aprilis 1690. §. Tertio quia coram bo. me. Emerix.*

Iacta huiuſmodi baſe ſuperfluum quodammodo efficitur deſcendere in arenam coniecturarum, quæ hinc inde ex vtraque parte collatæ fuerunt; Et nihilominus longè validiores præfulſerunt illæ militantes ad fauorem Lean-
10 dræ. Primo namque adduci poteſt pro coniectura, quod ſupra diximus de Lucia pluries in Teſtamento denominata vſufructuaria, nam ſi relictum ſonat in vſumfructum, nequit ſubextendi ad inſtitutionem in proprietate, vt in terminis pręter ſuperius adductos ſub §. *Ceſſare prope fin. aduertit Bellon. de Iur. accreſc. dicto cap. 7. queſt. 16. num. 363. Epiſc.* Rocc. *d. cap. 30. num. 16. Rot. deciſ. 124. nu. 1. cor. Vbald. & deciſ. 70. num. 3. cor. Card. Cerro.*

Secundò, quià teſtator prædictæ denomina-
11 tioni Vſufructuariæ ſuper adiecit *ſua vita durante*, id enim pariter indicare reſtrictionem ad ſimplicem Vſumfructum abſque vllo commercio proprietaris voluere *Conciol. de hæred. artic. 1. num. 177. Andreol. contr. 47 num. 11. Gob. d. conſult. 150. num. 6. Epiſc.* Rocc. *d. cap. 20. num. 17. Card. de Luca de legat. diſc. 3. num 14. & 16* Rot. *coram Carill. deciſ. 259. num. 4. Celſ. deciſ. 411. num. 6. & d. dec. 70. num. 4. coram Cerr. & deciſ. 345. num. 6. par. 19. & in d. Romana Teſtamenti 17. Martij 1684. §. quod autem coram bo. me. Emerix, & in d. Fauen hæreditatis 8. Februarij Currentis Anni §. nam pro faciliori coram* R. P. D. *meo Priolo.*

Tertio quoniam adhibuit Mileſius verbum
12 illud *goda*, quod procul dubio pręſefert ſolum relictum temporale excluſiuum perpetuitatis ſaltem aptitudine contentæ ſub ipſa proprietate quemadmodum alias, & pręciſè obſeruatum fuit in *deciſ. 119. num. 1. & ſeqq. par. 19. & in deciſ. 70. num. 3. coram Card Cerr. & plenè in d. Romana hæreditatis de Ruſpolis 21. Aprilis 1690. §. fundamentum cum 2. ſeqq. coram bon: mem: Emerix.*

Quartò ſuperaccedit enixum pręceptum erga Leandram eiuſque ſucceſſores de non mo-
13 leſtando Luciam ſuper confectione Inuentarij cum illa vlteriori comminatione decidentiæ ab hæreditate Teſtatoris, exindè namque euidenter arguitur, quod & Leandram, & eius hæredes voluerit eſſe veros hæredes, ac proprietarios alias nãq; niſi præſupponeremus habitum priuatio non caderet, vt ratiocinatur *Cephal. conſ. 37. num. 36. & ſeqq. Mant. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 15. per tot Bellon. de Iur. accreſc. d. cap. 7. queſt. 16. ſub n. 375. verſ. 14. Conciol. de hæred. artic. 1. num. 178. & ſeq. Rot. in Recanaten. Munitentionis 2. Decembris 1644. §. quia quoad pecunias coram Meltio, & dec. 75 n. 5. par. 16. rec.*

Quinto fortiſſimè peruget obſeruantia Regina coniecturarum, & interpretationum, dum ex parte Leandræ incontinenti poſt obitum Mileſij, capta fuit poſſeſſio ſtabilium in proprietate, ex altero uero Luciæ, dum ipſa in pluribus inueſtimentis præciſè cauit de fructibus ſibi reddendis tamquam vſufructuariæ; vndè eadẽ obſeruantia interueniente ingens re-
14 ſultare argumentum relicti in proprietate in hac noſtra præciſa diſputatione firmauit *Odd. conſ. 91. num. 59. verſ. Tertio, Andreol. controu. 47. num.*

num.14. Epiſcop. Rocc. d. cap. 30. num. 27. Rot. cor. Dunozett. Sen. deciſ. 90. ſub num. 8. verſ. conſiderarunt, & num. 9. 15. & 16. & in rec. deciſ. 119. ſub num. 22. ſed quatenus, & num. 23. & ſeq. par. 8. & deciſ. 70. num. 7. & 8. coram Card. Cerr. & in d. Romana Teſtamenti 17. Martij 1684. §. Tertio ex obſeruantia coram bon. mem. Emerix.

Sexto denique, quia huiuſmodi coniecturę in quamdam exuberantiam coronantur ſolito Patrum Familias, ſeu Maritorum, qui diligen-
15 do proprium ſanguinem, & proportionabiliter Vxores, regulariter conſanguineos in rei veritate ſcribunt, ac volunt hæredes, Vxores verò tantummodò in leuamen præſuppoſitæ, vel ordinatæ viduitatis relinquunt Vſufructuarias, vt proſequendo noſtros terminos comprobant Cephal. d. conſ. 37. num. 41. Spad. conſ. 197. n. 4. cum 2. ſeq. lib. 3. Capyc. latr. conſult. 112. nu 42. Rot. coram Vbald. deciſ. 124. num. 7. & deciſ. 145. num. 5. & 6. par. 18. rec. & in prealleg. Rom. Teſtamenti §. quarto communi.

Ex oppoſito autem penitùs inſubſiſtentia præcipuè in conflictu apparuerunt fundamenta in contrarium excitata; non enim pro coniectura adduci meruit, quod Luciæ hæredi vſufructuariæ nullus à principio datus fuerit cohæres in proprietate, vel quod Leandra fuerit inuitata per verbum obliquum ſucceda quod magis aptari videtur ſubſtitutioni, quam directæ inſtitutioni: Quia prima pars obiecti noſcitur apertiſſimè ipſius principij petitionem inuoluere, dum tam de mente Iuris, quam ex præmiſſa Teſtatoris explicatione, coniecturis, & regula iam ſtabilita per Sacram Rotam talis adamuſſim reſultat effectus, vt ille exiſtimetur eſſe in proprietate hæres vſque ab initio, qui prætenditur ſimpliciter ſubſtitutus poſt mortem: ſecunda verò pars alicuius ponderis exiſteret, ſi vel regula pro ſe, vel alijs perſpicuis coniecturis, & demonſtrationibus conſtipata
16 foret, alias namque tale verbum ſuccedat tamquam verbum commune æquè idoneum eſt ad effici directum, vt induendo ſpiritum Teſtatoris, & conſequenter refellendo ſimilia verba, ſuper quibus Iudaicè per magna Tribunalia non inſiſtitur, dictum fuit in deciſ. 256. num. 4. & 5. par. 16. rec. & in Ciuitatis Caſtellanæ hæreditatis 22. Aprilis 1689. §. Nec obſtat, coram bon. mem. Emerix, & in d. Fanen. hæreditatis 8. Februarij p. oximi præteriti §. Quocirca coram R. P. D. meo Priolo.

Nil poſtremò releuare Domini exiſtimarunt onus Luciæ iniunctum circa ſolutionem Legatorum, immo claram pati retorſionem, cum
17 enim Legata eſſent annua, de præciſa illorum natura erat, vt etiam dato cohærede proprietario eadem Legata veluti ex fructibus perſoluenda oneri imponerentur Vſufructuariæ, quæ percipit eoſdem fructus ad normam Text. in l. 3. ff. de Vſufruct. legat. & in l. fin. §. Sin autē legata C. de bon. quæ liber. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 151. num. 5. Conciol. de hæred. artic. 1. nu. 206. & ſeq. Manſ. conſult. 123. num. 1. & ſeq. Epiſc. Rocc. d. cap. 30. num. 30. & 32. Rot. coram Buratt. deciſ. 73. num. 1. & 2. d. deciſ. 70. num. 12. coram Cerro.

Comperto igitur ex tot in vnum concurrentibus argumentis, quod Leandra extiterit hæres in proprietate à principio, plana reddi-
18 tur reſolutio nedum circa tranſmiſſionem, ſed etiam manutentionem, quia finito Vſufructu per mortem Luciæ ſolo miniſterio iuris etiam ſine poſſeſſione (quam tamen Leandra, & reſpectiuè ſuper Cenſibus illius hæredes appræhenderunt) proprietas ad ſe traxit Vſumfructum, itaut de formali effectus fuerit cauſalis, vt non negabant in hoc caſu donatarij Luciæ, & melius tradidit Rota, vt in deciſ. 44. num. 3. & 4. coram Celſ. & d. deciſ. 70. num. 1. 2. & nu. 23. & ſeqq. & deciſ. 94. num. 3. cum 2. ſeqq. coram Card. Cerro, & in Recanaten. Manutentionis 2. Decembris 1644. §. quoad hæredes coram Meltio, ac nuper in Aquinaten. Primogenituræ 10. Decembris 1696. §. Mouebantur cor. R. P. D. meo Pio.

Maior difficultas verſabatur circa Dotem in ſumma ſcutorum 2. mil. quam retinere per viam manutentionis innixi poſſeſſioni pariter per eos captæ ex perſona Luciæ contendebant illius Donatarij: Sed eadem dos, illiuſque creditum viſum non fuit adeò clarum, vt illius ratione concedi poſſet poſitiua manutentio, dum vltra deficientiam probatæ ſolutionis in quadam notabili parte, neque etiam pro ratis, quæ ſolutæ probabantur, erat huiuſmodi creditum ab altiori (vt dicunt) indagine immu-
19 ne, ex quo ob legatum Luciæ in proprietate, quoad mobilia, credita, fructus, & pecunias hęreditatis, & admodum conſiderabile relictum Vſusfructus totius reliquę hæreditatis poterat fortaſſe cenſeri inducta compenſatio, iuxta ea, quæ diſſeruntur apud Honded. conſ. 50. lib. 2. Caſtill. de vſufr. cap. 46. Spad. conſ. 348. lib. 3. Franc. Rote. reſponſ. 64. num. 27. lib. 2. Manſ. conſult. 36. num. 20. & ſeqq. Caſtald. conſult. 16. num. 18. cum ſeqq. Modern. Nouarien. de compenſat. cap. 2. qu. 30. num. 26. & 27. Rota deciſ. 257. & deciſ. 312. par. 7. & deciſ. 131. & deciſ. 460. par. 9. recent. & 242. ex num. 13. cum plurib. ſeqq. coram S. memor. Alex. VIII. accedente præcipuè reflexione quod Mileſius voluit, Leandram ſuccedere in tota hæreditate ſtabilium, ac cenſuum, quod non contingeret compenſatione ceſſante, ideòque non minus in facto, quam in Iure talis oriebatur dubietas, vt præſuppoſita ex præ-
20 miſſis conſolidatione eiuſdem vſusfructus cum proprietate facta ipſo iure nequaquam videretur exceptionem hanc crediti dotalis in hoc ſummariſſimo Iudicio manutentionis admitti, & examinari poſſe iuribus vulgatis.

Et ita concluſum fuit partibus hincindè informantibus.

R.P.D.

R. P. D. DEL OLMO.

Romana Exequutionis Apocæ.

Veneris 17. Maii 1697.

ARGVMENTVM.

In contractibus correſpectiuis, vno annullato, æteri corruunt. Interdictus à Principe bonorum adminiſtractione,& habens bona ſub concurſu nequit ſuper illis contrahere. Actus nullus in radice poteſt impugnari etiam ab eo, qui illum geſſit. Facultas legitimandi, ſeu arrogandi alicui conceſſa non intelligitur paſſiuè pro conceſſionario, ſed actiuè quoad alios. Arrogatio requirit authoritatem Principis, quæ ſuperueniens ex poſt operatur ex nunc.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſunt correſpectiui, exarati vnica ſcriptura, & cum numerica ſerie capitulorum, & tum relatione poſteriorum capitulorum ad antecedentia.*

2 *Contractus correſpectiui omnes corruunt, vno concurrente, & vitiato.*

3 *Debitor, cuius bona ſtant ſub* Congregatione *Baronum, nequit illa adminiſtrare.*

4 *Debitor ſtante vniuerſali concurſu creditorum, nequit ſuper ſuis bonis vllum inire contractum.*

5 *Limita, vbi pretium eorumdem bonorum conuertatur in dimiſſionem creditorum.*

6 *Quod tamen intellige procedere, vbi bona debitoris non dum ſub ſequeſtro, & exequutione poſita fuerunt.*

7 *Vel vbi venditio ipſa ſit, Curia permittente.*

8 *Et pretium, vel effectiuè Creditoribus diſtribuitur, vel penes perſonam à Iudice deſignandam deponitur.*

9 *Contractus geſtus ab eo, cui eſt interdicta bonorum adminiſtratio, eſt nullus.*

10 *Quæ tamen nullitas ſolum valet allegari à Creditoribus, quorum fauore fuit interdicta adminiſtratio.*

11 *Non autem ab alienante, qui nequit proprium factum impugnare.*

12 *Limita ſi à Principe fuerit prohibita adminiſtratio, quia contractus tanquam nullus in radice poteſt reuocari etiam ab ipſo contrahente.*

13 *Actus initus ſub aliqua cauſa finali reſoluitur ob remotionem conſenſus, ceſſante cauſa finali.*

14 *Pactum reſolutiuum initum ſub clauſula* non alias *conditione non adimpleta habetur pro non geſto.*

15 *Etſi non implementum ſequeretur facto Principis.*

16 *Ius offerendi conceditur debitori aduerſus deliberationem.*

17 *Emptio propria rei conſiſtere nequit.*

18 R*ecedere licet excipiendo in contractibus nominatis ob non implementum.*

19 *Actus liberè, & purè geſtus videtur ab eo, qui ſua iura non præſeruat.*

20 *Actus poſterior incompatibilis cum primo videtur illum reuocare.*

21 *Contractu reſoluto omnia in priſtinum reducuntur.*

22 Res *empta, & vendita ſi deueniat ad manus vnius ex contrahentibus ex titulo diuerſo, nequit venditor cogi ad illam tradendam, neq; emptor ad illam acceptandam vigore primæ conuentionis.*

23 *Arrogatio fieri nequit ſine Principis ſupremi authoritate. Poteſt tamen hæc ſuperuenire ex poſt num. 26.*

24 *Facultas, ſeu Priuilegium arrogandi, & legitimandi alicui conceſſum non refertur ad actis per conceſſionarium paſſiuè explendum, ſed ad actus, qui per alios fierent.*

25 *Nemo, niſi Princeps ſupremus poteſt ſibi ius dicere, & proprium contractum authorizare.*

26 *Diſpenſationem, ſeu indultum quis procurare tenetur, vbi ita conuenitum fuit.*

28 R*eſcriptum Principis ſuperueniens poſt arrogationem iam factam, illam conualidat prout ex nunc.*

29 *Arrogatio non confirmatur, niſi cauſa cognita.*

30 *Et niſi habito nouo contrahentium conſenſu.*

31 *Obligatio nulla contrahitur ex actu nullo.*

32 *Contractu non dum à* Principe *authorizato, prout requiritur pro forma, quilibet ex contrahentibus poteſt pœnitere.*

33 *Actus nullus influit in omnes alios ab eo conſecutiuos.*

34 *Succeſſio delata per pactum inter viuos reprobatur iure.*

35 *Obligatio nec naturalis, nec ciuilis oritur ex contractibus, in quibus non ſeruata fuit forma à iure inducta pro eorum ſubſtantia, & integritate.*

36 *Implere tenetur etiam iurans, vbi res redacta eſt ad eum ſtatum, à quo amplius incipere non poteſt.*

37 *Commodum quis reportare non debet ex contractu, quem non adimplet.*

DECISIO LXI.

SANCTÆ mem. Alexander VIII. annuendo precibus Principis Don Flauij Vrſini, cuius omnium bonorum adminiſtratio, vrgentibus Creditoribus, iampridem collata fuerat in Æconomum à Congregatione Baronum deputatum, vt quo magis fieri poſſet, ſalua etiam eorumdem Creditorum indemnitate, occurreret damno, quod ex neceſſaria bonorum licitatione irreparabiliter eidem Principi timebatur, poſtulatæ dilationi ſex annorum indulſit, firmo de cætero remanente Æconomo, vt præfertur deputato, infra quod tempus cum minori Patrimonij huius præclariſſimæ æquè, ac nobiliſſimæ Domus iactura, conueniri poſſet de dimittendis Creditoribus, etiam per effecti-

uam

nam bonorum alienationem, opportunè procurandam, attributa ſuper hoc ampliſſima facultate Theſaurario Generali pro tempore cum voto memoratæ Congregationis Baronum.

Verùm ſexennij termino iam ferè labente, & pluribus adhuc remanentibus Creditoribus, cum denuò perhorreſceret Princeps Vrſinus lugubrem diſtractionem ſub haſta faciendam inſignis præcipuè Ducatus Brachiani, aliorumque bonorum eius familiæ; Hinc habito tractatu cum Principe Don Liuio Odeſcalcho, deuenerunt ſub die prima Maii 1695. ad confectionem Apocæ priuatæ ab vtroque ſubſcriptæ, in qua ordinata Capitulorum ſerie, primo loco ſub expreſſa reſeruatione Apoſtolici beneplaciti vendita fuerunt Principi Odeſcalcho omnia, & ſingula bona tàm allodialia, quàm feudalia, ſeu iuriſdictionalia, necnon iura quæcumque, & actiones ad ipſum Principem Vrſinum quomodolibet pertinentia, certo ſtatuto pretio in ſcut. 450. mil. per emptorem erogandis in dimittendis Creditoribus domos Vrſinæ, eaqua inſuper inter cæteras per ſpeciale pactum adiecta lege, quod Venditori preſeruata ſemper remaneretur, quouſque viueret, omnimoda iuriſdictio, dignitas titulus, & præeminentia ſuper Ducatu Brachiani, & alijs quibuſcumque bonis feudalibus, ſeu iuriſdictionalibus in præfata venditione comprehenſis; Secundo reſeruato itidem ſimili Apoſtolico Beneplacito, conuenta fuit arrogatio D. Principis Odeſcalchi in filium D. Principis Vrſini naturali prole deſtituti, per quam ille ita in Familiam Vrſinam cooptatus, iſtius dignitatem, & ſplendorem, quod commune omnium hominum votum eſt, miniſterio legis poſteritati conſeruaret: Et tertiò demùm conſecutiuè ad hanc arrogationem promiſſa fuit Principi Odeſcalcho vniuerſalis ſucceſſio ab inteſtato in bonis, & iuribus patris arrogatoris, imo ex nunc per irreuocabilem donationem eadem bona, & iura in filium arrogatum translata fuerunt.

Quibus ita per hanc Apocham Camerali obligatione munitam ſtabilitis, cum interea, terminato iam ſexennio, & dilata adhuc plurium creditorum ſatisfactione, iſti denuò in Congregatione Baronum inſtetiſſent pro ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum Domus Vrſinæ, hinc ſubhaſta iudiciali deuentum eſt ad deliberationem Ducatus Brachiani, quæ cum fauore eiuſdem Principis Odeſcalchi tanquam maioris, & vltimi Oblatoris ſequuta fuerit, indè factum eſt, vt Princeps Vrſinus dignitate, titulis, & præeminentijs huic præclariſſimo feudo inhærentibus, quorum conſeruationi proſpicere flagrantiſſimè concupiuerat, iudiciali authoritate ſpoliatus remanſerit.

Succeſſiuè verò cum Princeps Vrſinus pro recuperandis Tenutis à Collegio Germanico occupatis, ad quas reintegrari in iudicio obtinuerat, depoſuiſſet ſummam ſcutorum 12250. pro ſatisfactione canonum decurſorum, & Princeps Odeſcalchus ſe oppoſuiſſet, offerendo dictam ſummam perſolnere ad formam obligationis, quam in Apocha memorata ſuſceperat, grauis propterea, & iudicialis orta eſt inter eos contentio; cumque A. C. reiecta inſtantia, ſeu obligatione dicti D. Principis Odeſcalchi decreuerit, vt Collegiũ reciperet à D. pecuias Principe Vrſino oblatas, appellauit ille ab huiuſmodi decreto, & adita Signatura Iuſtitiæ, hæc reſcripſit cum clauſula -- *De appellatione firma remanente poſſeſſione D. Principis Vrſini, & cum facultate apponendi Æconomum*, Ad cuius commiſſionis normam, cum hodie propoſuerim Dubium -- *An apocha ſit exequenda, & ad cuius fauorem ſit locus oblationi, & an ſit apponendus Æconomus*, prodijt in omnibus fauore Principis Vrſini negatiua reſolutio.

Et ſanè, quod attinet ad priorem dubij partem, à qua poſteriorum reſolutio eſt conſequutiua; quamuis Dominis toto contextu apocæ attentè perpenſo, contractus in ea ſtabiliti ita
1 viſi fuerint inter ſe correſpectiui, vt vnuſquiſque eorum alterius neceſſarium adimplementum inuolueret, prout apertiſſimè conuincit, præter vnicitatem ſcripturæ, tam numerica ſeries Capitulorum, quam expreſſa relatio habita in poſterioribus ad proximè præcedentem contractum, quo ſtante ad cauſæ deciſionem ſatis putauerint alterutrius inſubſiſtentiam oſtendere, cum vno corruente, & vitiato neceſſe ſit, vt corruant alij correſpectiuè ad illum initi ob vnicam, & eandem finalem ra-
2 tionem, qua eorum ſinguli informantur, & diriguntur *ad Text. in l. etiam §. Ex cauſa ff. de minor. l. Emptor ff. de reſcinden. vendit. Cranett. conſ. 461. num. 39. cum ſeqq. Decian. conſ. 32. nu. 116. vol. 2. Altograd. conſ. 105. num. 18. cum ſeqq. lib. 2. Capon. de ſtipulat. quæſt. vlt. de diuid. & indiuid. dub. 3. num. 12. & 13. Giurb. deciſ. 85. ſub num. 20. Rota deciſ. 36. num. 3. coram Pamphil. et in recent. deciſ. 371. num. 55. par. 11. deciſ. 273. nu. 25. par. 16. deciſ. 604. num. 3. & ſeq. par. 18. & in Meleuitana Laudi 13. Iunij 1692. §. in inſtum quippè coram R. P. D. meo Pio.*

Adhuc aſſumendo examen memoratæ apocæ per ſingulas contractuum ſpecies, quibus conſtituitur, ex duplici, & vtroque inſanabili defectu corruere videbatur prior pars continens venditionem omnium bonorum Domus Vrſinæ fauore Principis Odeſcalchi, & quidè primo ex capite nullitatis, quia omnis pluribus, ex quibus ſcribentes pro Principe Vrſino illam deducere conabantur, ſiue attendamus primordialem appoſitionem manus Congregationis Baronum, quæ attento concurſu à Creditoribus efformato Æconomum iamdiu ſuper omnibus Bonis præfati Principis deputauerat, ſiue ſucceſſiuum factum ſan. mem. Alexãdri VIII. qui in eius Chirographo, quo ſexennalem dilationem ad dimittendos Creditores eidem indulſit, nedum præſeruatam voluit dictam Æconomi deputationem, verum proſpiciendo caſui alienationis faciendæ omnium, vel alicuius partis Bonorum pro dictis Creditoribus ſatisfaciendis plenariam deſuper authori-

thoritatem in Theſaurarium Generalem pro
tempore contulerat, nullo etiam eiuſdem
Principis intercedente conſenſu; Cùm ex his
3 planè conſtiterit, abdicatam prorſus fuiſſe ab
illo proprij Patrimonij adminiſtrationem, vt
ponderata ſola diſpoſitione Clementinæ Con-
ſtitutionis §. tertio dixit Rota deciſ. 589. numer.
14. & 15. coram Bichio, vtique eidem non li-
cuit aliquem ſuper prædictis Bonis inire con-
tractum. quemadmodum nec probabilius li-
cuiſſet, vbi etiam ſecluſo facto, tum Congre-
gationis Baronum, tum Summi Pontificis, vni-
cè ſuper iiſdem Bonis penderet vniuerſalis
4 Creditorũ cõcurſus ad tex. in l. Is, qui bonis ff. de
ceſſion. Bon. l. Is cui ff. de verb. obligat. leg. item ſi
vnus ff. de recept. arbitr. Valenz. conſ. 119. num.
43. & ſequentibus lib. 1. & conſ. 111. num. 7. &
ſeqq. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 768. num.
8. & ſeqq. Salgad. in labyrint. Credit. par. 1. cap. 14.
num. 4. & ſeqq. & num. 20. & 21. Vrceol. de tran-
ſact. quæſt. 33. num. 1. & ſeq. Rota deciſ. 85. num.
11. par. 15. recent.

Abſque eo quod poteſtas in Principe Vrſino
ſuper præmiſſis deduci velit, ex quo debitor,
qui paſſus fuerit executionem, & cuius pigno-
ra capta ſint, de iure non impediatur iudicia-
lem venditionem eorumdem pignorum præue-
nire, dummodò pretium exinde retrahendum
in dimittendis Creditoribus conuertatur per
Text. in l. ſi quis ante, ff. de acquiren. poſſeſſ. in l. 2.
C. de diſtract. pignor. Rebuff. de præcon. art. 2. Gloſ.
vnic. num. 16. Mangil. de ſubaſt. quæſt. 190. num.
2. & ſeq. Salgad. in labyrint. Credit. d. par. 1. cap.
14. num. 63. & 66. Olea de ceſſ. iur. in addit ad
tit. 1. quæſt. 1. num. 20. Rota coram Duran. deciſ.
364. num. 69. & 70. & coram Buratt. deciſ. 480.
num. 1. & ſeq. deciſ. 612. num. 46. coram Caualer.
& deciſ. 336. nu. 17. & 18. part. 4. tom. 2. recent.
ea ratione, quia creditoribus ipſis nullum infe-
ratur præiudicium, imò in eorumdem maxi-
mam vtilitatem vrgeat, quod ita abſque litium
incertitudine, & expenſarum incommodo pe-
cuniam ſibi debitam aſſequantur.

6 Vtcumque enim id permiſſum videatur, vbi
bona debitoris nondum ſub ſequeſtro, & exe-
quutione poſita fuerant, in quibus terminis lo-
quuntur Deciſiones Buratti, Caualerii, & par.
4. recens. vel etiam pendente vniuerſali Credi-
7 torum concurſu, & Bonis iam ſub haſta poſitis
ita tamen, vt in his quoque caſibus venditio
ipſa, Curia permittente, ſequatur, Salgad. dict.
cap. 14. num. 4. & ſeq. Scacc. de commerc. & camb.
§. 2. Gl aſſ. 5. num. 339. & 445. Gait. de credit. cap.
3. tit. 3. num. 34. Olea de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 1. n.
34. & ſeq. & pretium, vel effectiuè Creditori-
8 bus diſtribuatur, vel ſaltem penes Actuarium,
ſiue alium à iudice deſignandum deponatur, vt
explicant idem Rebuff. de præcon. art. 1. Gl aſſ. 2.
num. 16. Papon. de arreſt. lib. 18. tit. 6. arreſt. 19.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 190. num. 1. & ſeq. Po-
ſtib. eodem tract. inſpect. 18. num. 182.

Profectò facultate hac omninò deſtitutum
reperiri Principem Vrſinum oritur ex facto po-
tentiori Summi Pontificis, qui dum factum
Congregationis Baronum illi adminiſtratio-
nem interdicentis non ſolum in præcitato Chi-
rographo confirmauit, verum & illam præ-
gnantiſſimis clauſulis tranſtulit in Theſaura-
rium, cuius facultates in hac referenda am-
pliores voluit iis, quæ Tutori, vel alio cuicum-
que legali adminiſtratori à iure ſuppeditantur
ibi — Di fare tutto quello, che puo fare vn tutore,
o altro legale amminiſtratore ſopra il Patrimo-
nio amminiſtrato; Conſequens fit, vt reſiſtente
hac Supremi Principis adeò effrænata prohibi-
9 tione, & reſpectiuè diſpoſitione, contractus
quicumque à Principe Vrſino geſtus ſuper
prædictis Bonis manifeſto nullitatis vitio la-
boret ad Text. in d. l. Is, cui Bonis 6. ff. de verbo-
rum oblig. l. Furiaſi 41. ff. de regul. iur. l. Iulianus
de Curator. Furioſ. Bart. in l. mulier. ff. de l. Com-
miſſoria Cancer. var. reſolut. lib. 2. cap. 3. n. 49. Sal-
gad. d. par. 1. cap. 14. n. 5. & ſeq. Guidopap. dec. 210
in fin. idẽ Salgad. de reg. poteſt. part. 4. cap. 7. n. 170.

Atque ob id fruſtra contendebatur, me-
10 moratum contractum ſaluari, vel prætextu
vtilitatis, & ratione euitandi maioris Credi-
torum præiudicij, vel quia nonniſi ab ipſiſ-
met Creditoribus impugnari poſſet, ex quo
eorum fauore, & intuitu interdicta fuerit ad-
miniſtratio Surd. conſ. 284. num. 6. & ſeqq. Sal-
gad. dicta par. 1. cap. 14. num. 62. & 63. Rota dec.
179. num. 5. part. 5. recent. Secus autem à Prin-
cipe debitore non valente proprium factum
11 controuertere ad Text. in l. cum Vir ff. de vſu-
cap. l. ſi Creditoribus, C. de ſeru. pign. dat. manum.

Quoniam, quidquid ſit de vtilitate Credito-
rum Domus Vrſinę, quæ nec videbatur con-
currere in prædicta integri Patrimonij ſui de-
bitoris diſtractionę pro limitato precio ſcut.
450. mil. cum ita adhuc incerta remaneret eo-
rum omnium ſatisfactio, & quando multo plu-
ris fore æſtimandum ſatis ab euentu compertũ
eſt; Hoc vnũ certum Domini opinabantur præ-
dictorũ conſenſu, vel diſſenſu pendere non po-
12 tuiſſe ſubſiſtentiam huiuſmodi contractus, qui
tanquam in radice infectus, & à legibus re-
probatus ob ſępedictam à Summo Pontifice
prohibitam Principi Vrſino adminiſtratio-
nem, ab ipſo quoque quandocumque potuit
reuocari ad Text. in l. quemadmodum C. de agri-
col. & cenſit. lib. 10. Bartal. in l. ſecunda ff. de ex-
cept. rei iudicatæ Tiraquell. in l. ſi vnquam verb.
reuertatur num. 356. & ſeq. C. de reuocan. donat.
Surd. deciſ. 108. num. 15. Ioſeph. de Roſa conſult.
23. num. 46. Salgad. in labyrint. credit. par. 1. cap.
33. num. 22. Dunoz. iun. deciſ. 595. num. 4.

Præter nullitatem, quæ ex prædictis inexe-
quibilem reddit apocham in hac parte vendi-
tionem Bonorum, & iurium Domus Vrſinæ
continente, concurrit etiam iſtius contractus
reſolutio; Quandoquidem cum Princeps Vr-
ſinus pro illius finali cauſa id potiſſimum in-
tenderit, vt imminenti prædictorum Bonorũ
& iurium coactę diſtractioni per ſubhaſtatio-
nem faciendæ occurreret, & inſimul Dignita-
tes, titulos, ac præeminentias inſigniori Bra-
chiani Ducatui adnexas à maioribus ſibi par-

Digitized by Google

tas integras ad obitum vſque conſeruaret; In-
dè eſt, vt dum ipſe propoſito ſibi fine fruſtra-
13 tus remanſit, eo quia Ducatus prædictus iu-
diciali ſub haſta expoſitus ad eundem Princi-
pem Odeſcalchum, vti tertium, & vltimum
oblatorem peruenit, ex hoc ipſo reſultet, vt
redacto actu ad ſtatum impoſſibilis executio-
nis, actus ipſe habeatur pro reſoluto per im-
plicitam remotionem conſenſus eius, qui alias
non contraxiſſet *l.2.§.fin.ff. de donat. Bald.in l. Patre furioſo num.3.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & in l.Gaudentius verſ.aut deuenit ad impoſſibile tempus C. de contrah. empt. Altograd. iun.contron.44. num.42. Capyr. Galcott.controu. 10.num.30. & 34. lib.2.* Rot. *coram Buratt.de-ciſ.106.num.11.& in recent.deciſ.23.num.15.& ſeq.par.15.& deciſ.138.num.7.par.18.* & virtu-
te pacti reſolutiui per ea verba explicati ibi —
in modo, che non s'intenda fatta la vendita, ſe non
14 *con dette riſerue, e non altrimente, perche così, &c.* Quod operatur, vt conditione non ad-
impleta, contractus perinde habeatur, ac ſi
nullo modo fuiſſet geſtus, quaſi pręciſa ſit
contrahentium mens, non eſſe aliter contra-
cturos *l.neceſſariò §.primo ff.de peric.& commod. rei vendit.l.pecuniam ff. ſi cert.petat. Marcſcott, var.reſol. lib.1. cap.90. num.1. & ſeqq. Gratian. diſcept.forenſ.cap.307.num.4. & ſeq.Capyr. latr, deciſ.30.num.7.&* 8.*Rota poſt Zacch.de obligat. Camer.deciſ.160. num.6. & deciſ.159. num. 19. coram ſan.mem.Alex.VIII.& deciſ.21.num.13, par.17.rec.*

Quod ſi procedit, tametſi ſolius Supremi
Principis facto deliberatio prædicta, & conſe-
quutiua impoſſibilitas implementi contractus
15 tribuenda forent *l.cum Te fundum C.de pact.in-ter Emptor.& Venditor.* plenè *Buratt. dicta deciſ. 106.num.13.* Eo magis ita ſtatuendum videba-
tur, cum verius ineffectuationi cauſam dede-
rit idemmet Princeps Odeſcalchus, Tum vide-
licet, quia neglecta ab ipſo ſatisfactione Cre-
ditorum Domus Vrſinæ, ad quam loco pretij
in venditione ſe obſtrinxerat, ita factum eſt, vt
ipſis vrgentibus illa pernecеſſè iudicialiter ex-
pleri debuerit; Tum rurſus, quia tantum abeſt,
vt actui deliberationis ſe efficaciter oppoſuе-
rit, prout equidem potuiſſet per viam iuris of-
ferendi, quod Debitori aduerſus illam conce-
16 ditur ad *Text.in l.ſecunda ff.quibus mod.pignor. & hypoth.ſolu. l.ſecunda §. ſi pluris ff. de pignor. Schettin.de iur.offerend. par.1, cap.1. ſeſſ.1. num.1.*
Quin potius vti tertius eidē deliberationi ad-
hæſit, curando illam ad proprium commodum
perfici cum titulo, & plenaria iſtius præclariſſi-
mi Fæudi iuriſdictione, quæ tamen iuxta ſæpe-
dictam conuentionem Principi Vrſino reſerua-
ri debuerant; Factum enim hoc, vel importat,
qtod idem Princeps Odeſcalchus pręcedentem
venditionis contractum habuerit pro reſoluto,
17 cum rei propriæ emptio conſiſtere non poſſit.
*l.neque pignus ff.de reg.iur.l.cum res C. de contra-hen.empt. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt. 117.ferè per tot.Paitll.exped. cauſ. ciuil. exped. 84.num.14.Torr.de pact.futur.ſucceſſ. lib.1.capit. 15.num.6.& 7.Rocc.diſput.Iur.cap. 161. numer. 29.*Rota *penes Mauſ.conſult.377. num. 10.* vel
certè cum ſit deſtructiuum finalis cauſæ, ſine
18 qua Princeps Vrſinus ſatis apertè explicuit ſe
non aliter fuiſſe contracturum, operatur, vt
ipſe de hac eadem reſolutione contractus,
etiamſi fuerit nominatus, excipere valeat *Ro-land.conſ.69.num. 38.& ſeqq. lib.4. Surd. conſ. 563.num.4.Bellon.iun.conſ.13.num.42.Torr.de pact.futur.ſucceſ.lib.1.cap.32. num.230. Vrcol. de tranſact.quæſt.88.num.13.Caren.reſol.210.nu. 8.& ſeqq.Adden.ad Gregor. deciſ. 130. num. 5,* Rot. *poſt Zacch.de oblig.Camer.deciſ.160. num. 4.& ſeqq.& poſt Bonden.collect.legal. deciſ.96. num.10.& in rec.dec.183.num.24. & 25. par.9, deciſ.1.num.4.& deciſ.519.num.22.par.14.*

Quibus ita ſe habentibus, aduerſari minime
videbatur, quod defectus adimplementi ex
prædictis Principi Odeſcalcho adſcriptus, po-
tius tribuendus eſſet iudicialibus querelis à
bon.mem.D.Lelio Vrſino, & à Duce Grauinæ
promotis, per quas vlterior contractus vendi-
tionis perfectio ſuſpenſa fuit; Vltra quod enim,
ſiue prædictis extraneis oppoſitoribus, ſiue
etiam ſupremo Principi, vt præmiſſum eſt. ineſ-
fectuatio foret adſcribenda, quoquo modo fi-
nalis cauſa contractus remoueatur, neceſſe eſt,
& ipſum corruere contractum ex ſupra allega-
tis. Hoc præterea certum eſt, quod vel citatæ
oppoſitiones non alligabant Principem Ode-
ſcalchum, quominus ipſe deliberationem im-
pedire non potuiſſet per implementum promiſ-
ſorum, & ſignanter per dimiſſionem Credito-
19 rum, à quibus timeri poterat ſubhaſtatio, vel
quod ſaltem defeciſſe videtur, ſtatim ac nulla
adiecta præſeruatione iurium, quę fauore Prin-
cipis Vrſini in contractu venditionis fuerant
reſeruata, deliberationem Ducatus pure, & li-
bere in proprium commodum ſtipulatus fuit
*Surd.conſ.145.num.25.Amat.reſol.50.num.17.& ſeq.*Rota *deciſ.712.num.9.15.& 16.par.18.rec.*

Quin implementum contractus ex parte
Principis Odeſcalchi deduci velit ab ipſo facto
deliberationis illius fauore expletæ, ac ſi per il-
lam reſultauerit idem finis in venditione voli-
tus, tum videlicet dimittendi Creditores Do-
mus Vrſinæ, Tum rurſus vniendi Ducatum
prędictum fortalitio Pali, quæ dicebantur po-
tiſſima cauſa ſtabilitæ venditionis, Tum de-
mum quia; ne defuerint Principi Vrſino iura
honorifica in eadem venditione reſeruata, tam
virtute declarationis à Principe Odeſcalcho
ante deliberationem emiſſæ, quam ſucceſſiue
poſt ipſam iam conſummatam repetitę.

Quamuis enim Princeps Vrſinus, & Credi-
torum ſatisfactionem, & vnionem Ducatus for-
talitio Pali, ſibi præpoſuerit, vtrumque tamen
fore ſequuturum per viam Iudicialis ſubhaſta-
tionis conſtantiſſime abhorruit; Quamob-
rem cum ideo ad contractum venditionis de-
uenerit, vt pręuentiuę occurreret actui mox di-
ctæ ſubhaſtationis, quam vrgentia Creditorum
ineuitabiliter minabatur, vtique dici non po-
teſt, quod finem volitum fuerit aſſequutus, ex

quo

Digitized by Google

quo & Creditorum dimiſſionem, & meditatam vnionem produxerit ſubſequuta deliberatio, quando iſtam enixè, & totis viribus euitare ſategit.

Neque ſimiliter cum prædicta deliberatione ſe compatibiliter habeut pacta cum clauſulis reſolutiuis in venditione adiecta; Non quidem ex eo, quod deliberationem ipſam præceſſerit quoddam mandatum Procuræ Principis Odeſcalchi præſeruatiuum primodictarum conuentionum; Quoniam cum ſubſequuta deliberatio illius fauore explcta minimè fuerit virtute huius mandati, ſed in executionem alterius, quod Saluono tradiderat cum amplioribus facultatibus etiam dictæ reſeruationis excluſiuis conſe-
20 quens ſit, vt poſterior iſte actus omninò incompatibilis, & aduerſatiuus cum primo, & cuius vigore perfecta fuit deliberatio, præualere debeat alteri nõ effectuato, à quo ita receſſiſse clarius explicare non poterat ad Textum *in l. cum in plures 62. §. locator Horrei ff. de locat. & conduct. l. reprahendenda C. de inſtit. & ſubſtit. Bald. conſ. 8. in fin. lib. 1. Rimínald. conſ. 529. num. 44. & ſeqq. Surd. deciſ. 134. num. 9. Rota deciſ. 138. n. 35. par. 17. rec.* non etiam ex declarationibus, quę deliberationi ſucceſſere, quandoquidem illa iam perfecta per plenariam Dominij, & Iuriſdictionis dicti Ducatus translationem authorizante Summo Pontifice factam in Principem deliberatarium, ſtatim Principi Vrſino quæſi-
21 tum fuit ius non facti adimplementi, & reſolutionis contractus, qui denuò abſque nouo vtriuſque contrahentis conſenſu reuiuiſcere non potuit ad *Text. in l. cum autem §. iubent ædiles ff. de ædil. edict. Cyriac. contr. 239. num. 18. Seraph. deciſ. 547. num. 7.* cum alijs *in deciſ. 43. num. 10. coram Ninot.* Speciale namque eſt in materia
22 emptionis, & venditionis, vt ſi res deuenit ad manus vnius ex contrahentibus ex titulo diuerſo non poteſt ab iſto coactè retrocedi, aut reſtitui ei, ad cuius fauorem fuit contracta primæua actio, ſeu primæuum ius iam reſolutum, nec poteſt cogi ille ad acceptandum ex titulo, aut ſtipulatione prioris conuentionis iam reſolutæ ad *Text. in l. habere licere ff. de euict. Donat. Anton. de Marin. reſ. iur. lib. 1. cap. 108. num. 18. Card. de Luca de empt. & vendit. diſc. 35. Carol. Anton. de Luc. in animaduerſ. ad Gratian. diſcept. 22. num. 11. & ad Vincent. de Franch. deciſ. 145. num. 2.*

Eo ipſo autem, quod Apocha non meretur exequi reſpectu contractus venditionis conuẽtionalis, inutile videbatur ſuper aliorum, qui ſubſequuntur, examine immorari, ſiue quia dubium, quod diſputatur reſtrictum ſit ad effectũ conſequutiuum ſolutionis Canonum faciendæ Collegio Germanico occaſione enunciatæ recuperationis Tenutarum Galerię princpaliter procedentem ab ipſa venditione, ſiue quia correſpectiuitas contractuũ in Apocha celebratorũ operetur, vt vno ex ijs corruente, cęteri ſubſiſtere non poſſint ex allegatis in principio.

Verum vlterius etiam progrediendo, adhuc per ſe ipſam corruere viſa eſt arrogatio, per quam D. Princeps Odeſcalchus in filium D.
23 Principis Vrſini fuit ciuiliter allectus, quippe quæ facta dignoſcitur authoritate priuata ipſorummet Contrahentium, quando illam vel præcedere, vel comitari debuerat Supremi Principis authoritas, vel reſcriptum, vt ſunt aperta iura in *§. Adoptio autem inſtit. de adoption. l. Generalis l. nam & fæminæ ff. eodem tit. & l. arrogationes 6. C. eod. Iaſon. in l. ſi arrogator ſub num. 2. ff. de adoption. Ruin. conſ. 167. num. 3. lib. 5. Gabr. conſ. 23. in princ. vol. 1. Corn. conſ. 34. num. 1. & 4. vol. 1. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 20. per tot. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 9. n. 4. Billon. de iur. accreſcen. cap. 10. quæſt. 4. num. 50. Rota in Romana hæreditatis de Pomis 16. Febr. 1680. § Nihilominus coràm bon. mem. Albergo.*

Haud refragante Imperiali Diplomate Ferdinandi II. per quod dicebatur impartita facultas Paulo Iordano Vrſino, eiuſque filijs, ac deſcendentibus explendi per ſe ipſos huiuſmodi actus arrogationis, adoptionis, legitimationis, emancipationis, aliiſque ſimiles ibi --- *Similiter damus, & concedimus Tibi ſupradicto Principi Paulo Iordano Vrſino, ac filijs, & deſcendentibus tuis, vt ſupra amplam poteſtatem, & facultatem, quod poſſitis, & valeatis Tutores, & Curatores, confirmare, dare, & conſtituere, ipſoſq; cauſis legitimis ſubſiſtentibus amouere, necnon filios vtriuſque ſexus & cuiuſcunque ætatis, ac ſtatus adoptare, & arrogare, & eos adoptiuos, & arrogatos facere conſtituere, & ordinare, inſuper filios legitimos, & legitimandos, adoptiuos, & adoptandos emancipare, & adoptionibus, & arrogationibus, & emancipationibus quibuſcunque omnium, & ſingulorum etiam infantium, & adoleſcentium conſentire, veniam ætatis ſupplicantibus concedere, authoritatem, & decretum in omnibus interponere, & ſeruos manumittere &c.* Omiſſis enim pluribus, que citra opportunitatem
24 ſuper legalitate, ac interpretatione huius Cæſarei priuilegij cumulabantur à ſcribentibus pro Principe Vrſino, illud pro comperto habuerunt DD. nequaquam referri poſſe ad prædictos actus voluntariæ iuriſdictionis per ipſoſmet Conceſſionarios paſſiuè explendos, Sed verius importare facultatem authorizandi, & confirmandi eos, quos per alios fieri contingeret, vt in terminis conſimilis Indulti per eadem ferè verba explicatum eſt magiſtrale *Conſil. Anchar. 320. ſub num. 5. & ſeqq.* quem ſequuntur *Ludouic. de Sard. de legitim. par. 4. principal. quæſt. 5. & Roſell. eodem tract. in cap. de cauſa materiali legitima incipien. modo viſo de cauſa num. 12. & ſeqq.* ex ea potenti, ac efficaci ratione, quod nemo poſſit, niſi ſit Princeps Supremus legibus
25 ſolutus, ſibimet ipſi ius dicere, & proprium actum, vel contractum authorizare iuxtà *Gloſſ. communiter receptam in l. 1. in ſignatione caſus ff. de authorit. & conſenſ. Tutor. Archidiac. in cap. in venditione 17. par. 4. num. 8. Falm in cap. ex litteris 3. ſub num. 10. de probat.* & generaliter tradiderunt *Tiraquell. ad ll. Connubial. l. 16. gloſſ. 8. num. 115. Berlich. pract. concl. par. 2. concl. 17. num. 28. & ſeqq. Carpzou. de iuriſprud. for. par. 2. con-*

ſtit.15.deſin.23.& 24.Ioachin.Vribel.de contract.
mulier.cap.6.num.22.23.& 27.Coler. deciſ. Ger-
man.12.num.52.
25 Minuſque refert, quod reſcriptum Principis
in confirmationem arrogationis valeat ſuper-
uenire per Textum in l. adoptio 38. ff. de adop-
tion. illudque teneatur Princeps Vrſinus ex vi
pacti à Summo Pontifice procurare, prout fuit
27 reſeruatum l. quidam cum filium, ff. de verb. obli-
gat Iaſon conſ.141.num.128.lib.4.Scraphin.de
priuileg.iuram.priuil.74. num.1. Gratian. diſcept.
for.cap.915.num.19.Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.
323.num.324.per tot.vol.1.
28 Pro reſponſione ſiquidem animaduerſum
fuit, quod tametſi reſcriptum Principis ſuper-
ueniens arrogationem ſine eo nulliter factam
conualidet, illud tamen non eſt operatiuum,
niſi ex nunc, & quando ipſa accederet Confir-
29 matio, ob eam rationem, quod cum in confir-
manda arrogatione neceſſariò, & pro forma
intercedere debeat cauſæ cognitio, hæc autem
30 haberi non poſſit, niſi habito iterum contra-
hentium conſenſu, vt apertè decidit Text. in l.
nam ita 39. ff. de adoption. Gloſſ. in dicta l. adoptio
in figuratione caſus, & alij Scribentes commu-
niter Iaſ. in d. l. ſi arrogator num. 3. ff. eod. tit. ex
his ſequitur, quod iſti ex actu nullo, nullam
contraxerint obligationem l.4.§5. condemnatum
31 ff. de re iudic. l. ita autem 5. ff. de adminiſtr. & pe-
ricul. Tut. cap. non præſtat impedimentum de reg.
iur. in 6. quodque antequam ſuperaccedat au-
thoritas Principis pro forma requiſita, quilibet
32 ex contrahentibus potuerit pœnitere Salgad.
in labyr. Credit. par.1.cap.33.num.1.& ſeqq. Ad-
den. ad Gregor. deciſ.410. num.8. Rota in rec. 755.
ſub.num.2.par.& deciſ.408.num.33. & ſeq. par.
16. cum alijs per R.P.D. meum Anſaldum in ſuo
tractatu de commerc. & mercat. diſc. 53. numer.
27.

Ita corruente ſecundo arrogationis contra-
ctu, haud vllo modo ſubſtineri poteſt tertius
promiſſæ ſucceſſionis in Bonis Principis arro-
gatoris, minuſque vniuerſalis donationis fauore
Principis arrogati, ex eo ineuitabili dilem-
mate, quod vel ſucceſſio, & donatio conuentæ
fuerunt tamquam ipſius arrogationis effectus,
& ſequela, prout verius DD. exiſtimabant ex
verbis Apocæ hic opportunè referendis, quæ
vtramque pactionem præceſſere ibi. E perche ſi
dene di iure al figlio arrogato la ſucceſſione vniuer-
ſale ab inteſtato in tutti i beni, ragioni, & azioni
del Padre arrogatore, quindi è, che &c. & vtique
ſi ex prædictis nulla fuit arrogatio, illius nul-
33 litas influit in omnes actus ad eam conſequu-
tiuos l. pecuniam C. de condit. ob cauſam Honded.
conſ.82.num.56.lib. 1. Rota deciſ.78. num.9. &
ſeqq. par.4. tom.2. rec. & coràm Bich. deciſ.435.
num.2. ſiue iuxta minus rectam contrariam in-
terpretationem conſiderandæ ſunt abſtractiuè
34 ab eadem arrogatione, & tunc ſucceſſio qui-
dem tanquam delata per pactum inter viuos à
iure reprobatum non ſubſtinebitur l. hæreditatē
C. de Codicill. l. pactum quod dotale, & l. fin. vbi
Gloſſ. in verb. paciſci C. de pact. Menoch. conſ.
1028.num.8. Peregrin. de fideic. art.33. num.50.
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.1. cap.2. & 4. per
tot. Tondut. reſol. ciuil.96 num.3. lib.2. Rota deciſ.
106.& 154 fere per tot. par.9. & dec.317.nu.16.
par.18.rec. Vniuerſalis verò donatio iiſdem
nullitatibus ſuberit, quibus, & ſubeſſe contra-
ctum venditionis iam ſuperius probauimus.
Aduersùs quæ fruſtrà demùm in vniuerſum op-
ponebantur ampliſſimæ clauſulæ in prohemio
& fine apocæ adiectæ, per quas dicebatur, co-
gendum eſſe Principem Vrſinum ad obſeruan-
tiam memoratorum contractuum, & ad præci-
ſum factum præſtandum pro illorum ſanatione
impetranda ex allegatis ſupra §. Minuſque re-
fert; Duo ſiquidem pro totali obiecti elimi-
natione recurrunt; Alterum, quod cum in
omnibus contractibus in Apoca ſtabilitis in-
35 ducta fuerit à iure certa forma pro eorumdē
integritate, & ſubſtantia, hac non ſeruata, nec
ciuilis, nec naturalis oriri potuit in contrahen-
tibus obligatio l. cum lex ff. de fideiuſſ. l.1. & l.
3.5. ſi vir ff. de donat. inter Vir. & Vxor. Nauarr.
conſ.9. de empt. & vendit. num.6. & 7. & lib. 3.
Roman. conſ.12. & 437. vtrobique nu.4. Fenzon.
ad Statut. Vrb. cap.152. num.46. & ſeqq. & num.
85. Cancer. var. reſol. par.2. cap.1. num. 59. Rota
coram Duran. deciſ.18. num.15. & 16. & coram
Bich. deciſ. 200. num.5. vbi agebatur de contra-
ctu iurato; Et alterum, quod reſoluto, vt ſu-
pra probatum eſt, etiam ex facto Principis
Odeſcalchi contractu venditionis, cui cæteri
ſunt correlatiui, & famulantur, res redacta eſt
36 ad eum ſtatum, à quo amplius incipere non
poteſt, quo caſu nec etiam iurans cogi poteſt
ad implementum Canc. conſ.101 ſub num.7 & 8.
lib.1. Fab. de iur. iur. concl.8. in fin. Marcſcott. var.
reſol. cap.90. num. 9. ne alias contra omnes iu-
37 ris regulas ex contractu, quem quis non ad-
implet lucrum, & commodum conſequatur
Scraphin. deciſ.209. num.4. Rot. in rec. deciſ. 177.
num.2. par.18. & alibi paſſim.

Quæ cum ita ſint, & Apocha in nulla ſui
parte executionem mereatur, ſuccedit de
plano negatiua quoque reſolutio in ſecunda, &
tertia poſteriori parte propoſiti Dubij, cum
& deſit titulus, quo Princeps Odeſcalchus ad-
mitti debeat ad oblationem Canonis Colle-
gio Germanico ſoluendi pro tenutis Galeriæ,
nullumque ipſe ius habeat, per quod ad illius
inſtantiam ſit apponendus Œconomus.

Et ita omnibus Dominis ſuffragantibus, &
vtraque parte audita concluſum fuit.

R.P.D.

R. P. D. DEL OLMO.

Romana Pecuniaria, ſeù Locorum Montium.
Veneris 14. *Iunij* 1597.

ARGVMENTVM.

Obligatus inueſtire tenetur ad ſortem, & fructus ſi non adimpleuerit. Præſcriptionem ſtatutariam in debito iurato non admitti firmatur in hac Deciſione, quæ plures ponderat præſumptiones non factę ſolutionis. Filius actor, ergò hæres procedit etiam reſpectu matris.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtimentum debetur vna cum fructibus ab eo, qui obligatus neglexit illud facere.*
2 *Præſcriptio ſtatutaria non obtinet in obligatione iurata, ſed requiritur quadragenaria.*
3 *Et ceſſat etiam ob inſtantias extraiudiciales.*
4 *Præſcriptio excluditur, vbi debitor eſt pauper.*
5 *Ac vbi negatum fuit debitum.*
6 *Solutio notabilis, ſine quietantia non præſumitur facta.*
7 *Præſertim cum alterius ſolutionis fuit procurata.*
8 R*eſignationes, & tranſlationes locorum montium diligentiſſimè adnotantur in regeſtris ſecretariorum.*
9 *Creditor petens ſimpliciter certam quantitatem ſine vlla dictione taxatiua non ſibi præiudicat, quoad aliam reſidualem ſibi debitam.*
10 *Producens cenſetur, quod iura producta voluerit in actis magis cuſtodire.*
11 *Verſio excluditur ex qualibet mera poſſibilitate.*
12 *Filiatio probatur fide Baptiſmatis, & dictis teſtium.*
13 *Filius actor ſe probat hæredem etiam reſpectu Matris.*
14 *Secus, ſi tertius allegaret, illum eſſe hæredem matris.*

DECISIO LXII

MAndatum aliàs ab A. C. relaxatum fauore Lucretiæ Paulinæ de Roſis pro ſorte, & fructibus ſcutorum mille aduersùs Bona hæreditaria q. Cæſaris Brozzoli, hodie ad inſtantiam Auguſti Roſæ filij, & hæredis d. Paulinæ hoc interim defunctæ exequendum eſſe concluſum fuit; çum enim dictus Cæſar recognoſcendo bonam fidem de anno 1677. in quadam Apocha obligatione Camerali vallata faſſus fuerit habuiſſe breui manu ab eadem Paulina ſcuta tria millia monetæ, illorumque ratam in ſumma ſcut. mille implicaſſe in tot locis Montium in ſui faciem cantantium, obligando ſe deſuper in caſu illorum reſignationis ad aliud ſucceſſiuum inueſtimentum, atque interim ad intereſſe ſcutorum quatuor pro quolibet centenario, abſolutum eſt, quod quo-
1 uſque doctum fuerit he huiuſmodi aſſerto in-
ueſtimento in tot locis Montium, ac de ſubſe-
cuta illorum reſignatione in perſonam d. Pau-
linæ, tenentur hæredes memorati Cæſaris re-
ſtituere dd. ſcuta mille vna cum fructibus, vt
eſt *Text. in l. idemque §. Si Procurator* ibique DD.
ff. mandat. & firmant in ſpecie R. P. D. meus
Anſald. *in eius tractatu de commerc. & mercat.*
diſc. 62. ſub deciſ. 53. verſ. alium Procuratorem,
& num. ſeq. Rot. *deciſ.* 282. *num.* 1. *par.* 9. *recen-*
tiorum.

Neque aduerſatur vnicum obiectum Statu-
tariæ præſcriptionis Vrbis præſumentis ſolu-
tionem debiti ex acquieſcentia ſexdecim anno-
rum: Quoniam diſpoſitio dicti Statuti non
operatur in hypotheſi, tùm ob iuramentum
2 contentum in obligatione Camerali, quod cre-
diti actionem preſeruat vſque ad 40. annos,
Alexand. in l. nemo poteſt circa finem ff. de legat. 1.
Cephal. conſ. 724. *num.* 35. *lib.* 5. *Rolrud. conſ.* 25.
num. 17. *vol.* 2. *Rota coram Manzaned. deciſ.* 613.
num. 12. *coram Dunoz Iun. deciſ.* 724. *num.* 21. *&*
in recent. deciſ. 35. *num.* 8. *par.* 15. *deciſ.* 238. *num.*
9. *par.* 19. *& in Romana, ſeù Ciuitatis Caſtelli*
Dotis 17. *Martij* 1681. §. 2. *coram bo. me. Albergato*; Tùm etiam ob conquæſtiones, & inſtantias
reiteratè per Paulinam factas hæredibus pro
traditione literarum patentium, vel ſolutione
controuerſæ ſummæ, de quibus deponunt Te-
ſtes adducti in illius *Summar. num.* 9. *& ſeqq.*
quæ quidem ſicuti de facto excludunt præſup-
poſitam acquieſcentiam, ità etiam ceſſare fa-
3 ciunt Statutariam præſcriptionem quantumuis
extraiudicialiter emiſſæ fuerint, vt cauetur in
eodem Statuto Vrbis *cap.* 158. *lib.* 1. & aduer-
tit *Fenzon. ibi num.* 27. *Boccac. de Statut. Vrb. præ-*
ſcript. gloſſ. 16. *num.* 6. *& gloſſ.* 21. *nu.* 6. *&* Rocc.
diſput. iur. ſelect. cap. 93. *num.* 35. *Rot. coram Mer-*
lin. deciſ. 124. *num.* 5. *coram Card. Cerr. deciſ.* 147.
num. 8. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 285. *num.* 18.
par. 18.

Certiùs autem ob geminas facti circumſtan-
tias, quæ contrariam præſumptionem magis
excludunt: Quarum altera eſt, quod Brozzolus
reperiebatur diuerſis debitis inuolutus, & re-
uera poſt paucos menſes à die emiſſæ obliga-
tionis obijt decoctioni proximus, vndè eſt ni-
4 mis veriſimile, quod in huiuſmodi anguſtijs
prętermiſſo inueſtimento in tot locis Montium
erogauerit ſcuta mille in proprios vſus, atque
per conſequens eo minus in prætenſam ſatisfa-
ctionem deuenire valuerit, cum adhunc effe-
ctum attendenda ſit conditio perſonæ debito-
ris. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1325. *num.* 28.
Mart. Medic. deciſ. 84. *num.* 3. *Poſth. reſol.* 50 *num.*
19. *Conciol. alleg. ciuil.* 8. *num.* 25. *Rota poſt Mer-*
lin. de pignor. deciſ. 23. *num.* 7. Poſt verò illius
obitum hęredes negant debitum, ac proindè
5 dicta ſatisfactio nequit præſumi ex illorum
perſonis ad *Text. in l. aſſeueratio* 10. C. *de non*
numer. pecun. Riminald. iun. conſ. 172. *num.* 16. *verſ*
ſecundò monetur, Rocc. *diſp. iur. ſelect. cap.* 93
num. 39. *Rot. coram Dunoz iun. deciſ.* 548. *nu.* 11.
&

& deciſ.552.n.6. & coram Bich.deciſ.50.nu.13.
Altera verò oritur ex defectu quietantiæ
tàm publicæ quàm priuatæ; non enim eſt cre-
dendum. quod ſi proceſſum fuerit ad ſolutio-
nem dictæ ſummę, vel traditionem litterarum
patentium, noluiſſent, tàm debitor, quam il-
6 lius hęredes. qui ſunt diligentiſſimi in Roma-
na Curia Cauſarum Patroni quietantiam re-
portare, cum ſolutio notabilis ſummæ ſinę il-
la fieri non ſoleat. *Poſth.d. reſol. 50. num. 16.
Mart. Medic. examin. 58. num. 33. Palma nep. alle-
gat. 69. num. 21. Rot. coram Celſ. deciſ. 184. num.
8. & in recent. deciſ. 488. num. 11. & in Faenti-
na dotis 13. Ianuarij 1696. §. Nec maiorem coram
R. P. D. meo Caprara, & in Canallicen. Pecunia-
ria 15. Iunij eiuſdem anni §. fin. coram me*, præ-
ſertim quia in conſignatione Apochæ origina-
7 lis cuiuſdam Cambij cum Marchione Betto
contracti ex alijs ſc. 2000. per Brozzolum eo-
dem tempore à Paulina receptis, procurata, &
obtenta fuit quietantia ex publico Inſtrumen-
to, ideoque clarè argui poteſt, quod dictus de-
bitor ſi ad aſſertam ſatisfactionem deueniſſet,
ſimilem quietantiam omninò procuraſſet, *Cra-
uett. conſ. 313. ſub num. 5. Andreol. controu. 135.
num. 7. Conciol. dicta alleg. 8. num. 23. verſ. quod
eo magis, Rot. deciſ. 259. num. 6. par. 6. recent.*

Et euidentiùs, quia ſatisfactio controuerſæ
ſummę, nec minus expleri potuit breui manu,
nam Lucretia quouſque Brozaolus in humanis
egit, ſemper fuit abſens ab Vrbe, dum morata
fuit Piſis, proindeque ſi aliter effectum ſortita
fuiſſet, aut mediante traditione pecuniæ ad Ci-
uitatē Piſarū aut ex conſignatione litterarum
patentium locorum Montiū, vtique de dicta tra-
ditione conſtaret, vel ex libris alicuius num-
8 mulariæ, vel ex adnotationibus inter Scriptu-
ras eiuſdem debitoris, vel ex epiſtolis, quibus
Paulina faſſa fuiſſet pecunias recepiſſe, & de
prædicta conſignatione ſaltem appareret ex
regeſtris Secretariarum, in quibus reſignatio-
nes, & tranſlationes dd. locorum Montium
exactiſſimè adnotantur, vt aduertit, *Rot. coram
Gregor. deciſ. 188. num. 4. & ſeq. & in rec. deciſ.
378. num. 13. par. 18.*

Hinc non obſtant nonnullæ coniecturæ ex
parte hæredum pro corroboratione Statutarię
præſcriptionis conglomeratæ, non quidem
prima, quod Lucretia receperit apocham ori-
ginalem memorati Cambij, deque illa quie-
tantiam expoſuerit, abſque eo, quod men-
tionem fecerit de dictis locis montium, qua-
doquidem vltra quod ſatis probabile eſt, quod
mulier ex tunc acquieuerit ob promiſſiones
hæredum tradendi literas patentes ſtatim, ac
loca Montium fuiſſent reperta, ceſſat huiuſmo-
di præſumptio ex eo, quod petens ſimpliciter
certam quantitatem, non indè ſibi præiudicat
9 in alia reſiduali, quę remanet, quoties peti-
tionem non facit cum aliqua dictione taxati-
ua, vel reſtrictiua *l. ſi ex maiore 7. C. de except. l.
inter 6. C. de ſolut. Surd. conſ. 454. num. 37. Cyriac.
controu. 325. num. 19.* plenè *Olea de ceſſ. Iur. tit.
6. quæſt. vltim. Miſcellan. num. 32. & ſeqq. Rota
coram Gregor. deciſ. 317. num. 4. & in recent. par.
18. deciſ. 22. num. 11.*

Non etiam ſecunda, quod dicta Lucretia in
extinctione dicti Cambij cum Marchione Bet-
to inſeruerit in Inſtrumento quietantiæ Apo-
cham originalem Brozzoli exindę inferendo,
quod ſi adhuc fuiſſet creditrix locorum Mon-
tium curaſſet potiùs penès ſe dictam Apocham
cuſtodire; quoniam id fieri opus erat pro in-
demnitate Marchionis, vt nempè ſatisfactio
Cambij appareret legitimè facta mulieri, in
cuius fauorem non enarrabat, ſed eiuſdem Broz-
zoli debitoris, atque ea propter id minimè
præiudicauit eidem mulieri, quæ propria Iura
ex huiuſmodi productione in actis cenſetur
potius voluiſſe magis cuſtodire, & approbare
ex traditis per *Rotam deciſ. 472. nu. 12. par. 13.
rec.* & alib paſſim.

Nec demum tertia deprompta ex, quod cū
in Inuentario Bonorum hęreditariorum dicti
Brozzoli non reperiantur deſcripta dicta loca
Montium. iſta veriſimiliter Paulinæ fuerint re-
ſignata; tum quia recurrit eadem reſponſio,
quod de huiuſmodi reſignatione facile eſſet
hęredibus docere, quatenus verè ſequuta fuiſ-
ſet, tum etiam quia ex prędictis deficere viſum
eſt principale ſuppoſitum, quod ſcilicet ſcuta
mille reuera inueſtita fuerint in tot locis Mon-
tium; non releuante, quod idem debitor de
tempore factæ confeſſionis poſſideret ſex loca
Montium *Summario replicationis hæredum num.
vnico*, quia cum dd. loca empta fuerint vſque
ab anno 1672. & illorum pretium non ſuperet
quantitatem ſcut. 600. probabile idcirco non
eſt, quod illorum emptio facta fuerit ex pecu-
nijs d. Mulieris, cum nedum concurrat diſpa-
ritas ſummæ, ſed etiam intercedat longa qua-
tuor annorum intercapedo à die emptionis
dd. ſex locorum Montium ad diem emiſſę re-
11 cognitionis bonę fidei, quando ad effectum
excludendi verſionem ſufficit etiam quęlibet
mera poſſibilitas in contrarium R. P. D. *meus
Anſald. in d. eius tract. de commerc. & mercat. diſc.
45. num. 26. Rot. deciſ. 64. num. 11. par. 18. recent.*
vltra quamquod cum paulò poſt factā dictam
confeſſionem idem Brozzolus reſignauerit dd.
ſex loca Montium, obiectum nullius remanet
animaduerſionis, quouſque illius hæredes do-
ceant, vel reſignationem fuiſſe effectuatam in
perſonam Lucretiæ, vel pretium ex illa retra-
ctum fuiſſe eidem Mulieri conſignatum.

Eliminatis itaquè omnibus his, quæ obie-
ctam pręſcriptionem concernunt, nullius etiam
momenti reputabatur defectus legitimationis
perſonæ Auguſto oppoſitus, nam ſe eſſe filium
Lucretiæ concludenter docet ex fide Baptiſ-
12 matis, & ex Teſtium depoſitionibus, quas filia-
tionē probare firmauit *Rota in recent. dec. 132.
num. 2. par. 2. deciſ. 511. num. 1. & ſeqq. par. 15. dec.
281. num. 6. par. 17. & coram Celſ. deciſ. 109. nu.
3. & coram Birh. deciſ. 434. num. 6. & ſeq.* Titulū
vero hæreditarium incontinenti probat ex hac
13 ipſamet inſtantia, in qua tanquam hæres Ma-
tris comparet, vt de veriori; *Bonden. collect.
legal.*

Digitized by Google

legal.prima num.95.& ſeqq.vol.1.Poſth.reſol.18 per tot.vbi num.4.& ſeq. aduertit contrarios procedere, quaodo quem eſſe hæredem Matris
14 allegatur à tertio, *Menoch.de adipiſc.remed.4. num.676.Mantic.de coniect.lib.12.tit.10. num.3. Rota coram Celſ.dicta deciſ.109.num.4.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Romana Grani.

Luna 17. Iunij 1697.

ARGVMENTVM.

Potioritatem competere Locatori prædij, qui ſibi cauit de reſeruatione dominij ſuper frumento inibi Sato, & collecto, quoties identitas, & quantitas probatæ fuerunt, ſuper quibus etiam leuiores ſufficiunt probationes, eleganter firmat hæc Deciſio, quæ id extendit, etſi frumentum fuerit cum alio commixtum citra conſenſum locatoris,

SVMMARIVM.

1 *Prælatio competit locatori, & Domino fundi ſuper fructibus in eius ſolo recollectis aduerſus cæteros creditores conductoris.*

2 *Fortius quando ſibi cauit de reſeruatione dominij, & ſpecialis hypothecæ ſuper eiſdem fructibus in Inſtrumento locationis.*

3 *Prælatio regulariter competit creditori anteriori.*

4 *Regulam habens pro ſe ſufficit, vt dubiam reddat obiectam limitationem.*

5 *Identitas frumenti aliarumque ſpecierum, & mobilium probatur ex indicijs coniecturis, & præſumptionibus.*

6 *Idemque procedit circa probationem identitatis.*

7 *Scientia præſumpta differt à ſcientia, quæ probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, adeout iſta admittatur, etiam vbi illa non admittitur.*

8 *Liber gabellæ probat affirmatiuam, quod nempè tot res fuerint introductæ.*

9 *Teſtis vnicus contra inducentem plenè probat.*

10 *Teſtes baiuli de delatione, & aſportatione deponentes probant, præſertim in materia, in qua alij Teſtes difficilè haberi poſſint.*

11 *Confeſſio decocti probat, ſi emanauerit longè ante decoctionem.*

12 *Præſertim ſi eius veritas aliundè adminiculetur.*

13 *Partis ad partem eadē eſt proportio, & ius quod totius ad totum.*

14 *Quantitas probatur leuioribus probationibus, quoties de ſubſtantia, vel credito in genere non dubitatur.*

15 *Prædia contigua præſumuntur eſſe eiuſdem bonitatis reſpectu productionis fructuum.*

16 *Commixtio transfert dominium in commiſcentem itaut primo Domino non competat rei vindicatio, vel alia actio hypothecaria.*

17 *Idque procedit non ſolum in nummis commixtis, ſed etiam in commixtione aliarum ſpecierum.*

18 *Limita, quando commixtio ſecuta fuit culpabiliter, vel mala fide, tunc enim non amittitur rei vindicatio.*

19 *Et limitatio procedit etiam ſi ſeparatio, & diſcretio commixtæ fieri nequeat, nam iudex quantitatem per viam quotæ ſeparatam arbitrabitur.*

DECISIO LXIII.

REVOCATA bis ad trutinam Deciſione bon. mem. Emerix edita die 27. Ianuarij Anni præteriti, in qua firmabatur, Dominum Principem Burgheſium concurrere poſſe cum Dominis de Aſtallis ſuper pretio retracto ex venditione rubr. 700. frumenti prius exiſtentium in Horreo nuncupato S. Anaſtaſiæ, ex quo idem frumentum pro parte Satum eſſet in bonis D.Principis, pro parte verò ſuper tenuta Dominorum de Aſtallis, & inſimul remanſiſſet in Area commixtum, reſeruata vlteriori diſcuſſione circa quantitatem ad vtrumque ex contendentibus de prælatione pertinentem, viſum eſt Dominis, non minus iterum enodato iuris articulo, quam præſumptionibus, ac probationibus in facto maturè collibratis, iuxtà modum perſiſtere in deciſis.

Licet enim Domini Fratres de Aſtallis æquo animo admitterent, quod vbi frumentum recollectum in Tenuta Domini Principis extaret in eadem Tenura, vel etiam alibi ſine mixtura, compereret eidem Domino Principi illa prælatio, quam etiam aduerſus Concreditorem ſuffultum hypotheca anteriore tribuunt
1 Iura, & Doctores locatori, ac Domino ſoli *ad celebr.conſ.Decian.50.lib.2.Peregrin.conſ.80. per tot. & ſignanter num. 2. verſ. augetur lib. 3. Gratian.diſcept.25.num.9. Collant. in Pragm. rei frument.lib.3.cap.1.num.2.& ſeqq.Paitell.exped. Ciuil.86.per tot.Sabell.var.reſ. cap.66. num.33. Rot. in alia* Romana Grani *coram Buratt. deciſ. 503.num.3.ibique* Add.*num.4.& deciſ.64.num. 9.par.14.recent.*

Eoque magis cum D.Princeps locator ſpecialiter ſibi cauiſſet cum Dominico communi Debitore, & reſpectiuè conductore de reſerua-
2 tione Dominij, in quibus ſaoè terminis indubitanter Domino, ac Locatori prælationem deberi profitetur *Card. de Luca de credit. diſc.17.num.3.Carol Anton.de Luca ad Gratian. d.diſcept.25.ex num.5.*Rot.*deciſ.351.per tot.par. 11.rec.*

Dicebant tamen prædicti Domini Fratres tria ad effectum excludendæ huiuſce prælationis vrgere fundamenta, primum nempè, quia non conſtabat de identitate ipſius frumenti, de cuius pretio agebatur; Secundo de quantitate; Tertio demum ex quo ſubſequuta mixtura non poterant diſcerni illa grana, pro quibus,

&

& priuilegium Soli, & reſeruatio dominij conſequi poſſet effectum, ideoque altero ex his fū-
3 damentis ſubſiſtente reuiuiſcere fauore eorumdem illam prælationem, quam ſecluſa potioritate ſecum trahit nuda prioritas in tempore *vulg. Text. in l. qui balneum in princ. ff. qui pot. in pign. habe. & in l. ſi fundum C. eodem. & in cap. qui prior. de reg. iur. in 6.* adeout ijſdem Fratribus, veluti habentibus regulam pro ſe in anterioritate fundatam exuberaret pro victoria mera poſſibilitas, vel quod Frumentum non eſſet idem, vel quod remaneret incomprobata quantitas, vel quod ratione intermixtionis nequiret amplius fieri diſcretio illius pręciſi grani, cui inhęrere poſſet potioritas ſegregatiua à prælatione prioritatis; habenti namque re-
4 gulam pro ſe ſat eſt dubiam reddere limitationem *ad trad. per Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 2. num. 11. & ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſc. 60. num. 7. Rota coram Mantic. deciſ. 251. num. 4. & 5.*

At Domini regulæ præmiſſæ aliam contraponebant, nimirum quod cum non ſine anguſtiandæ, ſed ad poſſibile reducendę probatio-
5 nes, quatenus pertinet ad identitatem, illa ad ſui probationem admittit præſumptiones, indicia, coniecturas, aliaque argumenta veriſimilitudinis, per quę rationabiliter ſibi Iudex ſuadeat iuridicè, & moraliter ita fuiſſe, ſi non phyſicè, & mathematicè ità demonſtretur, vt in ſpecie identitatis frumenti *Surd. deciſ. 55. num. 12.* & generaliter de identitate aliarum ſpecierum, ac mobilium *Cyriac. contr. 299. num. 4. & ſeqq. Modern. Palm. alleg. 13. num. 5. & 6. Rota deciſ. 17. num. 5. 6. & 7. coram Card. Cerro.*

Hinc videmus, quod nil fortè difficilius eſt, quam iuſtificare pecuniæ identitatem, cum ea, ſiue aurea, ſiue argentea, ſoleat ſub eodem numiſmate, ſeu effigie in magna quantitate recudi, & nihilominus ex eadem ratione, quia
6 ſufficit ex legitimis pręſumptionibus argui veritatem, pecuniæ identitas probatur ex indicijs, & coniecturis, vt plenè notat *Gratian. diſcept. 955. num. 2. & ſeq. ibique modern. Melphiten. in ad not. num. 5. Card. de Luca de Credi. diſc. 26. num. 3. Rot. coram Celſ. deciſ. 340. num. 3. & ſeq.* aliud quippè eſt probare præſumptionibus,
7 & aliud ſimpliciter præſumere, vt dicimus de ſcientia, quę vbi non iuuat pręſumpta, iuuat tamen probata pręſumptionibus teſt *Card. de Luca de Vſur. diſc. 34. num. 10. & 11. & Rota coram Celſ. deciſ. 152. num. 5. & 6. & deciſ. 390. num. 13. par. 16. rec. & deciſ. 132. num. 8. coram Cardin. Cerro.*

Quapropter ad rem applicando de identitate frumenti moraliter dubitari poſſe non videbatur; Siquidem liquido apparebat ex ipſiſmet Teſtibus inductis, & examinatis pro parte Dominorum de Aſtallis, quod frumentum Satum à Dominico in tenuta Domini Principis fuerat in Area di *Cecafume* commixtum cum frumento recollecto ex eadem Tenuta *di Cecafume* ad Dominos Fratres de Aſtallis ſpectante, quodque idem Dominicus ſub eo Anno nullam aliam tenutam, præter duas mox enunciatas ſeruerat, vndè poſito hoc extremo, quod Logici appellant à quo, difficultas reducebatur circà terminum ad quem, nimirum vtrum idem frumentum trāſportatum ſucceſſiuè fuerit ad Horreum S. Anaſtaſiæ, & in hoc placuerunt Dominis probationes, ſeu argumenta ex parte Domini Principis adducta, nam reſpectu traductionis ad Vrbem res pariter erat manifeſta, cum tam ex Teſtibus ad inſtantiam Domini Principis, quàm Dominorum de Aſtallis formiter examinatis de hac tranſlatione ad Vrbem frumenti commixti in Area
8 *di Cecafume* conſtaret, iuncta vlterius ſolutione Gabellæ, ac notula introductionis, quę ſemper comprobat affirmatiuam, vt in his terminis dixit *Rota deciſ. 223. n. 6. cum 2. ſeqq. par. 11. rec.* & generaliter *Capic. Latr. conſult. 66. num. 37. & ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſc. 151. num. 13.*

Reſtabat itaque iuſtificanda ſucceſſiua traductio ad Horreum S. Anaſtaſię, circa quam in vnum plures conſpirabant probationes, & coniecturæ, inter quas adeſt primordiale dictū (quamuis de auditu) vnius Teſtis allati pro DD. Fratribus, is namque profitetur audiuiſſe frumentum mixtum in toties memorata Area *di Cecafume* fuiſſe repoſitum in Horreo S. Anaſtaſiæ, ideoque lic et non deponat de
9 cauſa ſcientiæ, & ſit vnicus, nihilominus contra inducentem magnam vim facere plena ſunt volumina, vt apud *Dunozett. Iun. dec. 812. num. 12. & in rec. deciſ. 201. num. 10. par. 5. & deciſ. 110. num. 1. par. 14. & deciſ. 409. numer. 7. par. 19. & in Aſculana fideicommiſſi, ſeu Domus 4. Iulii 1696. §. 1. cor. R. P. D. meo Pio.*

In idem incidebat ſpecifica depoſitio plurium Baiulorum, qui eodem tempore, quo profitentur expurgaſſe, ſeu enetriſſe prędictum Horreum S. Anaſtaſiæ nihil in eo præcedenter extitiſſe etiam proſequuntur, affirmando, quod Granum ab eiſdem repoſitum in eodem Horreo ex communi ſuppoſitione, & vociferatione proueniebat ab Area *di Cecafume*, quibus
10 in hac materia difficillimæ probationis deferendum eſſe alias ad rem cenſuit *Rota d. deciſ. 223. num. 4. & 5. confirmata in deciſ. 239. par. 11. rec. & deciſ. 580. num. 6. & ſeq. coram Bichio.*

Præcipuè accedente clara confeſſione Dominici communis debitoris aſſerentis in traditione, quam fecerat in ſolutum fauore Domini Principis, quod huiuſmodi granum erat recollectum in eiuſdem Principis tenuta, quāuis enim replicaretur iſtius cōfeſſionum ſuſpectiſſimam eſſe, ex quo Dominicus proximus foret decoctioni, adhuc tamen viſa eſt releuare reſponſio data per D. Principe non minus in facto, quam in Iure: Et quidem in facto, dum poſt annum, & vltra decoctio Dominici ſuper-
11 uenit per efformationem concurſus Creditorum in Tribunali Agriculturæ; proindeque cum de tempore confeſſionis potuiſſet liberè contrahere, potuit etiam liberè, & validè confiteri ex deductis per *Grat. diſcept. 391. num. 12. & ſeq. Neguerol. alleg. 16. num. 68. & 69. Rota*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.24.num.18.& ſeq.par.7.& deciſ.652. num. cum 2.ſeqq. par.18.rec. & deciſ.169. num.11. & 12.cor.ſan.me.Alex.VIII.

Denique Inre, quia cum quælibet confeſſio promanans à quacumque perſona quomodoli-
12 bet ſuſpecta attendatur, quotieſcumque fulciatur adminiculis, & præſumptionibus *ad not. per Grat.diſcept.955.num.5. Surd.deciſ.55.num. 3.& ſeq. Maſſin.de confiſc. quæſt.31. num.19.de Angel.de Confeſſ.lib.1.quæſt.8. limit.5. num.46. Franc.Palm.conſult.48.num.62.& ſeq.& ſignāter num.68. Rota coram Royas deciſ.212. num.5. & deciſ.215.num.13. & deciſ.242. num.9.part. 9.rec.& deciſ.3.num.5. & ſeqq. poſt Salgad.in labyr.Credit.*

Confeſſionem Dominici roborabant præmiſſæ circumſtantiæ, & probationes, necnon etiam decretum Conſulum Agriculturæ in conceſſione licentiæ traductionis Grani ad Vrbem, quod Horreum S.Anaſtaſiæ ſtaret loco Areæ *di Cecafume*; Vndè vt benè reſponſum fuit in deciſione præcedenti §.*Idque adminiculatur*, præſumendum erat in executionem mandati iuſſam tranſportationem fuiſſe ſubſecutam.

Nihil obſtante, quod cum Dominicus non demandauerit executioni arreſtum præcedenter editum ab iiſdem Conſulibus Agriculturæ ſupee non amotione frumenti à Tenuta Domini Principis, prout nec etiam traduxerit omnem quantitatem frumenti ad Horreum S.Anaſtaſiæ, præſumptio ipſa executionis decreti remaneat eliſa, ſeu conflictata per oppoſitam tranſgreſſionem: Compertum namque fuit, quod (quidquid ſit, an Dominicus perfectè ſeruauerit arreſtum) tranſgreſſionem tamen, ſiue animum tranſgrediendi excludat petita, & reportata licentia ab eiſdem Conſulibus Agricnleuræ: Et nihilominus granum a Tenuta Domini Principis extitit, vt ſupra firmatum fuit, tranſlatum, & commixtum in Area *di Cecafume*. Quamobrem ſiue reliquum frumentum eſſet ibidem relictum pro ſemine, quemadmodum contendebant Defenſores D. Principis, ſiuè non, vtique ſemper incaleſcebat præſumptio deſcendens à veriſimili executione Decreti præcedentis in ea parte, in qua
13 fuit obſeruatum, cum eadem ſit ratio, & proportio partis ad partem, quæ totius ad totum, ad *Text. in l. quæ de tota ff. de rei vindic. cum concord.apud Gratian. diſcept.792. num.5. & diſcept.796.num.14. Ioſ.Vela diſſert.4. num.20. & alibi paſſim.*

Super quantitate verò minor fuit controuerſia, nam ſuppoſita identitate, etſi etiam circa quantitatem exigatur opportuna proba-
14 tio, attamen admiſſa ſubſtantia rei in genere leuiores procul dubio admittuntur, & ſufficiunt probationes, vt ait *Surd.conſ.94.num.28 Rot.coram Gregor.deciſ.324.num.4. & deciſ.87. num.13.par.6.rec.& coram Arguell.deciſ.44.nu. 21.& in Neapolitana Mercedis 5.Aprilis 1680. §. firmata coram cl.mem. Card.Matthæio.*

Hæc autem probatio palam emerſit ex ipſa oppoſitione mixturæ, quæ cum efficiat, vt non valeant ſingula grana extricari, & diſcerni, efficit è conuerſo, vt quando ſcimus, quod totum Granum fuit commixtum, inquirere ſolum debeamus quantum in vnaquaque Tenuta fuerit ſatum: Et quia ſatum (non data aliqua differentia, & ratione) veriſimiliter promanat à ſeminis quantitate, hinc cum ageretur de bonis, ſeu tenutis nullo intermediante finiri mis, haberetur autem præcedenter ex Teſtibus, quota pars Terreni D. Principis Semen receperit, & reſpectiuè ex prædictis, quantum Semen immitti conſueuerit in huiuſmodi quota terreni, bene ex Iudicio Agrimenſorum inuentum eſt, quod Dominicus conductor, ſiue affictuarius effuderit pro ſemine ſupra Tenutam Domini Principis rubra 281. Quamobrē dum ex oppoſito conſtabat de eodem ſemine in bonis Dominorum de Aſtallis fuiſſe conſparſa rubra centum circiter, hinc ex præmiſſa aritmetica, & legali illatione proportionabili partis ad partem, per regulam, quam nuncupāt auream, conſtitit, tres ferè ex quatuor partibus frumenti in Horreo repoſiti pertinere ad Dominum Principem, deducta tamen quantitate rubrorum 18. veluti deficiente ad tertiam partem, ſeu centenarium implendum, iuxta facilē calculationem in executione, ſiue reſtitutione faciendam. Et eo magis, quia vſque ad ſcrupuloſitatem Domini aduerterunt, nil eſſe de medio ratione extrinſeci infortunij, vndè ſemen, quod cecidit ſuper Terreno Domini Principis minus protulerit, quam illud ſuper tenuta DD. de Aſtallis, quinimo Teſtes Agrimenſores, ac Mercatores retulerunt, maioris
15 bonitatis potius eſſe terrena D.Principis, quā DD.de Aſtallis, & conſequenter non poterat in his vllo modo præſumi minor fructus, vt in proximis terminis ponderat *Modern. Piſtorien. de locat.cap.19.num.187.& ſeq.Rot.coram Merlin.deciſ.483.num.7.& deciſ.672. num.11. coram Dunozett.Iun.*

Et ob id circa tertiam inſpectionem reſpectu mixturæ, & ob quam controuertebant Domini de Aſtallis exercitium reſeruationis dominij, ſeu potioritatis ſupee frumento amplius numericè non diſcernibili, Domini de plano tráſierunt cum fundamantis præteritæ Deciſionis, quamuis enim ſcribentes pro DD. de Aſtallis iterum inſtaurarent obiectum fundatum in
16 cenſura *Text. in l. ſi alieni nummi ff. de ſolut.* prætendendo, quod ipſa mixtura effeciſſet, vt per illam quodammodò contrectationem trāſiuerit dominium in commiſcentem, & reſpectiuè commodum illius creditorum, adeout nō foret deinceps aptabile remedium rei vindicationis, vel ſpecialis hypothecæ, iuxtà Authoritates recenſitas in Deciſione præcedenti §.*Minus ſubſiſtente*, & adiungerent, idipſum procedere extrà caſum, in quo loquitur *Text. in dicta l.ſi alieni*, nimirum etiam in cæteris ſpe-
17 ciebus, rebuſque venalibus ex identitate rationis, quaſi quod quemadmodum in nummis ſimul immixtis intrat tranſlatio dominij in

Gg ...com-

Digitized by Google

commiſcentem, & reſpectiuè impoſſibilis efficitur identitas omninò iuſtificanda in rei vindicatione, vel exercitio ſpecialis hypothecæ, hoc ipſum ſanè contingat in reliquis ſpeciebus ad id adducendo *Surd. conſ.135. num. 173. & conſ.328.num.3. Menoch. conſ. 515. num.5. Ger. Spin.conſ.60.per tot.Facchin.lib.11. controu, cap. 51.Carol. Ant.de Luca ad Grat.diſcept.897.num. 1.in fine*.

Placuit nihilominus reſponſio data, quod quatenus pertinet ad rationem identitatis etiã in pecunijs ſæpius ex illa æquitate, quam magna Tribunalia amplectuntur, admittitur probatio coniecturalis ex adductis ſuperius §. *Hinc videmus*. Quouerò ad alteram rationem tranſlationis dominij, quotieſcumque citra conſen-
18 ſum ipſius Domini res fuit contrectata, & cõmixta, factum Tertij, & maximè probabiliter culpoſum non eſt aptum ad impediendam rei ſuæ vindicationem per *Text. indiuidualem in l. idem Pompon.us 5. ff.de rei vindic, & in §. quod ſi frumentum Inſtit. de rer. diuiſ. ibique Conrad. Rittershus verſ.cum ergo conſtet, & Gaſp.Manz. num.5. & ſeqq.*Greg.*Strun.in Pandect.exerc.33. theſ.22.*Greg.*Bice.rer.quotid.ſect.3.num. 31.Io. Koppen. pract. obſ. lib. 1. obſ. 74. ſub num. 7. Leotard.de Vſur.quæſt.95.num.9.*itaut ne idem factum Tertij, vel culpa noceat Domino, etiam data impoſſibilitate ſeparationis Iudex inducdo prædictam æquitatem, illam facere tenea-
19 tur per oculos intellectus (vt ſupra factum fuit) pro ea veriſimile quantitate, quæ rationabili eius arbitrio magis congrua videatur, vt proſequitur *Gaſp. Manz. in dicto §. quod ſi frumentum num.11.& ſeqq. Menoch.de Arbitr.caſ. 252.per tot. Cyriac.contr.89.num.8.& 9.*& præter hos cæteri plenè relati in Deciſione, quæ reuidetur ſub § *non ſuffragante*.

Et ita concluſum fuit vtraque Parte acerrimè informante.

R. P. D. PIO.

Romana Aſsecurationis Nauis Stella Dorata.

Veneris 28. Iunii 1697.

ARGVMENTVM.

Naufragium probatur ex Conſulatu facto in loco, quo primum appellere licuit: probatúrque leuioribus probationibus, tamquam res probatu difficillima. Culpa Nauarchi, niſi ſit præordinata ad dolum, & ſit Barattaria formalis non liberat aſsecurantes, qui ſe ampliſſimè ſub quocumque caſu obligarunt; licet illos liberet culpa Domini, aut alias aſsecurati Barattaria eſt concludenter probanda.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecurationis ſtipulatio dicitur commiſſa, ſecuta Nauis deperditione.*

2 *Naufragium probatur Conſulatu deſuper facto.*

3 *Ac ex depoſitionibus teſtium, qui ex illo emerſerunt.*

4 *Et ex teſtimonio vnius de viſu.*

5 *Naufragium non ſolet habere ſpectatores; & ideo eſt res difficilis probationis.*

6 *Et in illo recipitur probatio quocumque modo concipi poteſt.*

7 *Naufragii probatio reſultat, ex quo de Naui Nuncius non audiatur.*

8 *Naufragij probationes debent fieri coram Iudice loci, vbi euenit, vel in alio viciniori.*

9 *Quod tamen reſpicit fauorem probationum potius, quam rigorem ſolemnitatum.*

10 *Et ſatis eſt examen fuiſſe expletum, ſtatim ac data fuit copia adeundi Iudicem.*

11 *Nec ad probationem in loco viciniori faciendam tenetur Magiſter Nauis, cum ab alia Naui receptus, illius iter ſequi debuit.*

12 *Aſsecuratores ſub pacto, quod non habita intra ſemeſtre vera notitia Nauis debeant æſtimationem præſtare, nulla ſuperueniente notitia tenentur.*

13 *Aſsecurantes non tenentur ex infortunio ſequuto ex culpa Nauarchi.*

14 *Carolus Targa S.C.Ianuenſis rerum maritimarum peritiſſimus laudatur.*

15 *Teſtibus de facto proprio omnimoda fides præſtatur, licet formiter non ſint repetiti.*

Nauigatio de vno loco ad alium quomodo peragatur, probatur ex teſtibus peritis. Ibid.

16 *Nauigationis curſus non dicitur mutatus ex appulſu ad portum exiſtentem in via, & quæ ſolet fieri, ſed vbi præter neceſſitatem, & cauſa lucri fit ad portus minus fidos, & num. ſeq.*

17 *Facultas intrandi in omnem portum, nauigandi antè, & retrò, deſtrorſum, & ſiniſtrorſum operatur, vt in eam, quam malint partem, nauigationem Nauæ deflectere poſſint.*

18 *Aſſecuratores non tenentur mutato tempore nauigationis.*

Limita, vbi mutatio temporis proceſſit ex neceſſitate num.20.

19 *Tertia pars valoris debetur recuperanti Nauim derelictam, & reſtituenti antiquis Dominis.*

21 *Aſſecuratio ampliſſimè concepta continet etiam culpam Magiſtri Nauis, & Nautarum, & num.25.*

22 *Limita, vbi Magiſter Nauis eſſet einſdem Dominus, vel particeps rerum aſſecuratarum.*

Vel vbi concurrat eius culpa ad dolum præordinata, nempè formalis Barattaria ex eius facto num.24.

23 *Culpa Domini ſemper haberi debet pro excepta.*

26 *Culpa, propterquam caſus infortunij non euenit, non eſt habenda in conſideratione.*

27 *Barattaria formalis eſt concludentiſſimè probanda.*

28 *Fuga ad dolum non præordinata, nequit dici barattraria.*

29 *Aſſecurantes in vim pacti tenentur, naui tam ab*

ab amicis, quam ab inimicis iuſtè, vel iniuſtè occupata.

30 *Barattaria ſine ſpe magni lucri committi non ſolet.*

DECISIO LXIIII

NAuis nuncupata Stella Dorata è Portu Veneto ſolutura pro tranſuehendis mercibus ad Portus Ylixponæ, & Londini aſſecurata fuit hic in Vrbe à pluribus mercatoribus, qui iuxtà conſuetam formam ad Commerciorum ſecuritatem adinuentam, omne periculum tam Corporis dictæ Nauis, quàm Naulorum, & Armamentorum in ſe ſuſceperunt; Verum ob adeò frequentes Maris caſus ſequuto eiuſdem Nauis naufragio è conſpectu Inſulæ Sancti Petri, vbi ſuperingruente ventorum vi ſcopulis illiſa, fracta, & merſa fuit, Franciſcus Suerus de Azeuedo aſſecuratus *per conto di chi ſpetta* coram A.C. conuenit Aſſecuratores, & mãdatum fauorabile pro ſumma pecuniaria, pro qua fuit aſſecuratus, reportauit, quod hodie tanquam validum, & iuſtum exequendum eſſe DD. reſponderunt.

Validitas enim non controuertebatur, Iu-
1 ſtitia verò emergebat ex eo, quod cùm Aſſecuratores in Apochis aſſecurationis auerſionẽ cuiuſcumque periculi ſuſceperint, ſequitur, quod ſtante Nauis deperditione dicatur commiſſa ſtipulatio, & factus locus aſſecurationi ad vulgatum *Textum in l. fænerator 6. ff. de nautico fænore, Rota coram Vbago deciſ. 99. num. 2. cum alijs in Romana Aſſecurationis ſuper negotio principali 4. Iulij 1685. in principio coram Reuerendiſſimo Heruault, ac in alia Romana Aſſecurationis 28. Ianuarij proximè præteriti §. Quemadmodum coram R.P.D. meo dell'Olmo, ac in alia Romana Aſſecurationis 4. Februarij præteriti §. His autem coram R.P.D. meo della Tremoille, ac denique in Romana Aſſecurationis 22. Martij proximè præteriti in principio coram R.P.D. meo Caprara.*

De naufragij autem infortunio non fuit dubitatum, illud enim ſufficienter comprobatum
2 apparuit. Tum ex vtroque Conſulatu Tolonis, & Venetiarum *R.P.D. meus Anſaldus de Commerc. & Mercat. diſc. 70. num. 15. Rota poſt Vrceal. de tranſact. deciſ. 66. num. 1. dicta Romana Aſſecurationis coram Reuerendiſſimo Heruault. §. Probatur autem, & in dicta Romana Aſſecurationis coram R.P.D. meo de la Tremoille §. Deperditio denique, & in dicta Romana Aſſecurationis coram R.P.D. meo Caprara §. Nec obiici valet.* Tum ex depoſitionibus Teſtium, qui ex illo
3 emerſerunt ad *Text. in l. quoties C. de naufrag. lib. 11. idem R.P.D. Anſaldus diſc. 70. nu. 16. Stracc. de Mercatur. & de Naut. & Nauibus quæſt. notab. 2. num. 1. Rota in d. deciſ. Romana Aſſecurationis coram Reuerendiſſimo Heruault ſub citata §. Probatur, & in dicta Romana Aſſecurationis coram R.P.D. meo de la Tremoille ſub eodem §. Deperditio denique.* Tum etiam ex teſtimonio Gu-
4 bernatoris eiuſdem Nauis Gallicæ, qui ex proprio ſuo viſu probationem naufragij facit, cui licet vnico deferendum venit, cum res, de qua
5 agitur verſetur in difficultate probationũ, ex quo, vt appoſitè inquit *Vvameſius Conſil. Ciuil. 24. num. 2. cent. 4. Naufragia in vaſto Oceano rarò*
6 *ſpectatores habent*, & proinde probatio quocũque modo concipi poteſt, recipi debet *Rota in Recent. deciſ. 369. num. 26. & ſeq. par. 19. & in dicta Romana Aſſecurationis coram Reuerendiſſimo Turonenſi ſæpè allegato §. Probatur*; Tum denique quia, cùm de huiuſmodi Naui amplius Nuncium auditum non fuerit, inſurgit
7 Iuris præſumptio ſubmerſionis eiuſdem, quodque propterea caſus aſſecurationis euenerit. *Vuameſius d. conſ. 24. num. 4. Rota in dicta Romana Aſſecurationis coram R. P. D. meo Caprara §. Nec obiici valet.*

8 Nõ obſtat, quod probationes naufragij fieri debuerint coram Iudice loci illius, vel ſaltem in alio loco viciniori, ad cenſuram *Text. in l. 2. Cod. de naufrag. lib. 11.* quoniam cum praxis
9 peragendi teſtimoniale in loco viciniori reſpiciat potius fauorem probationum, quam rigorem ſolemnitatum, vt poſt *Roccum reſp. 34. nu. 2. & 3. lib. 1.* dixit *Rota in laudata Romana Aſſecurationis coram R. P. D. meo Caprara §. Nec obiici*, ſuccedit, quod ſatis ſit, examen fuiſſe
10 expletum, ſtatim ac data fuit copia adeundi Iudicem, cum non ſemper in arbitrio Nautarum ſit, quem maluerint Portum appræhendere *Rota deciſ. 369. num. 15. & 16. par. 19. & in dicta Romana Aſſecurationis coram Reuerendiſſimo Heruault §. In nihilo refragante, & §. ſequenti, & in dicta Romana Aſſecurationis coram R.P.D. meo de la Tremoille §. Nec officit*, & idcircò cum in caſu præſenti ſequuta Nauis ſub-
11 merſione, illius Magiſter, ac Socij recepti fuerint in memorata Naui Gallica, palàm fit, quod neceſſitas fuit ſequi Ductorem vehẽtem, quod exuberat ad legitimam excuſationem, vt in ſpecie *Rota in dicta Romana Aſſecurationis cor. Reuerendiſſimo Heruault §. Quia vltra in fine, & in dicta Romana Aſſecurationis coram R. P. D. Caprara citato § Nec obiici.*

Minus vrget diſcrepantia, quæ intercedit inter Conſulatum Venetijs peractum, ac Conſulatum Tulonis; nam omiſſa illorum conciliatione, DD. reſpondebant, quod licet etiam de naufragio plenè non conſtaret, de cuius tamen probatione legitimè facta ex ſuperius recenſitis minimè ambigebant, attamen ſemper ineuitabiliter dicendum eſſet, fuiſſe factum locum aſſecurationi, nec vllam ad eandem eu-
12 tandam ſubeſſe poſſe ſpem Aſſecuratoris fauorabilem, quippe quia cum in Apôcha aſſecurationis cautum apertè habeatur — *Che ſe ſtaſſe meſi ſei, che non ve ne foſſe vera notizia l'infraſcritti Signori Aſſecuratori debbano dare à detto Franceſco Suera Azeuedo, ò chi per lui, quanto haueſſero aſſicurato ſenz'eccezzione alcuna*, dum, vt iam animaduerſum fuit, vſque adhuc de Naui aſſecurata nulla ſuperuenit notitia, ratio poſtulat, vt ad normam Legis in vtraque Apocha contentæ ad conuentam ſolutionẽ Aſſecu-

Digitized by Google

ratores adſtringi debeant, vt notat *Card. de Luc. Credit. diſc. 106. num. 6.* & reſpondit Rota *in dicta Romana Aſſecurationis coram* R. P. *D. meo Caprara* §. *Cui aſſecurationi*.

Sed, vt veritas ſequuti naufragij magis, ma-
giſque effulgeat, expedit ponderare exceptio-
nes ab Aſſecurantibus oppoſitas, ex quibus
huiuſmodi infortunium liquidò pateſit, cum
eædem pernecesſè naufragium ſupponant; Ob-
ijciunt ſiquidem primò, quod Nauarchus de-
ſtinatum iter mutauerit, & loco petendi recta
via Portus Vlixponæ, & Londini, Nauim ver-
ſus Portum Zacynri direxerit; Vndè infereba-
tur illius infortunium ex culpa Nauarchi ſe-
13 quutum, cedere non debere damno Aſſecuran-
tium, ex firmatis per *Straceam de aſſecurat. gloſ.
14. num. 1. Monac. deciſ. Florent. 1. num. 24. & 25.
Rota Ianuen. deciſ. 25. num. 2. & per tot. & deciſ.
40. num. 2. Gryphiander. Æconom. legal. lib. 2. cap.
3. num. 101. Oldemburg. Itinerar. Iuridic. tit. 3. de
Aqua* §. *84. pag. 242. verſic. ſi enim extra viaggiũ*;
Verum obiectio iſta nullam promeruit ani-
maduerſionem, cum enim omnes Naues, quæ
ſoluunt ex Portu Veneto Londinum petituræ
verſus ſiniſtram in nauigatione deflectere ſo-
leant, appellendo Portum Zacynthi, vt fidem
14 faciunt plures Teſtes Periti, (*inter quos Prin-
cipem locum obtinet Carolus Targa, in hac mate-
ria rerum maritimarum expertiſſimus noſtri tempo-
ris Iuriſconſultus*) qui tamquam deponentes
15 de facto proprio omnimodam fidem ſibi vin-
dicant, licet formiter non fuerint repetiti, vt
in ſpecie tradit *Vvamtſius citato conſilio 24. nu.
8. verſ. cum alioqui*, profectò dici nequit im-
mutatum fuiſſe ſolitum Nauigationis curſum
in fraudem, & perniciem Aſſecuratorum, quæ
16 tunc ſolum conſiderari poſſet, quoties nempè
Nauarchus nulla cogente neceſſitate, & ſolius
lucri cauſa ad Portus non expreſſos in naui-
gatione, & minus ſidos Nauim appulerit, vt
bene obſeruat *Graſſ. deciſ. 1. lib. 2. cap. 3. num. 9.
Card. de Luca de Credito diſc. 93. ſub num. 10. &
dicta deciſ. 106. ſub num. 26. & ſub num. 28. verſ.
quia nempè Nauarchus*.

Quamobrem cum Portus Zacynthi ſit intrà
iter præfixum Nauigationi paulum à recto
curſu deflectendo, & in Apocha impartita fuerit
17 facultas -- *di entrare in ogni Porto, e luogho &c.
Nauigare inanzi, indietro, a deſtra, à ſiniſtra à pia-
cimento di detto Padrone, correndo riſchio li Si-
gnori Aſſecuratori* -- efficitur, vt quodcumque
periculum in illo tractu Maris à Portu Vene-
tiarum vſque ad Londinum occurrens ad Aſſe-
curatores pertinere debeat *Ramon. conſ. 39. num.
9. Manz. conſult. 422. ſub num.* 10. nam ea dd.
verborum virtus eſt, vt mutatio Nauigatio-
nis ex vtroque latere dextrorſum, & ſiniſtror-
ſum, ſit nautis liberè permiſſa adhoc, vt prout
magis eis expedire videtur in eam, quam ma-
lunt partem, deflectere poſſint, cum non valeant
in deſtinata Nauigatione ſemper eumdem
curſum tenere, vt explicando prædicta verba
docet *Vvameſius dicto conſ. 24. num. 5. vſque ad
finem* Rota *deciſ. 120. num. 3. par. 14. rec.* & egre-
giè *in Romana aſſecurationis 18. Martij præteriti*
§. *Sed quamuis coram R. P. D. meo Priolo*, & alie
Romana aſſecurationis 13. Maij præteriti §. *Nec
eſt in fine coram* R. P. *D. meo dell' Olmo*.

Rursùs obijciebant, quod cum Magiſter Na-
uis aſsecuratæ diù Panormi moram traxerit,
& ob id Nauigationem diſtulerit in tempus tē-
18 peſtatibus magis obnoxiũ, teneri nequeant Aſ-
ſecuratores, qui cauerunt de periculo tempore,
quo nauigatio minus periculoſa erat *Santer. de
aſſecur. par. 3. n. 46. & ſeqq. Rutgerus Rolan. de Cō-
miſſ. & Commiſſ. Camera Imperial. par. 4. lib. 2.
cap. 16. n. 17. Franciſcus Stypman. de Iure Mariti-
mo par. 4. cap. 7. n. 302.* ſed obiectũ ſubmoueba-
tur ponderando, quod Capitaneus nauis eatenus
Panormi morã duxit quatenus coactus fuit pro
mare recuperationem eiuſdem Nauis à Fle-
xinghenſibus prius occupatam in Aquis, vt
aiunt *di Giorgienti*, quibus iuxra leges Conſu-
19 latus Maris tertia pars valoris illius debeba-
tur, ex quo eamdem derelictam in dd. aquis
Giorgenti ceperunt, atque Panormum tradu
xerunt, vt Patrono reſtituerent *Loccen. de Iure
Maritimo lib. 1. cap. 7. tit. de Naufrag. art. 10.* Ideo-
que dilatio Nauigationis non euenit ex culpa
Nauarchi, in quibus terminis loquuntur, & in-
20 telligendi ſunt Doctores pro obiecto adducti,
ſed ex fortuito accidenti, & ex vrgenti neceſ-
ſitate, quo caſu abſolutum eſt, quod deperdi-
ta Naui, contractus aſſecurationis non dicitur
reſolutus, tametſi mutatum fuerit tempus Na-
uigationis, vt diſtinguit *Graſſ. d. cap. 111. nu. 10.*

Verùm, etſi nedum in mutatione itineris;
Sed etiam temporis Nauigationis aliqua no-
tari poſſit culpa Naucleri Nauis aſſecuratæ,
non tamen exindè à luſcepta obligatione ſe
21 eximere poſſent Aſſecuratores, quoniam cum
ijdem in formula ſponſionis ampliſſimis ver-
bis concepta pro omni, & quocumque pericu-
lo, ſe adſtrinxerint vnica tantum excepta Ba-
ratteria ibi -- *dichiarando, che dalla Baratteria
del Padrone in fuori &c. li ſottoſcritti Signori
Aſſicuratori à tutti gl'altri caſi ſiniſtri, & infortu-
nij vogliono eſſer tenuti &c.* hinc aſſequimur,
quod ſub hac generali, ac latiſſima promiſſio-
ne cadit etiam culpa Magiſtri Nauis, ac Nau-
tarum, cum in hac quoque materia obtineat
regularis illa propoſitio, quod exceptio
vnius caſus firmat regulam contrariam in om-
nibus alijs caſibus in exceptione non compre-
henſis *Gryphiander Æconom. legal. lib. 2. cap. 12.
num. 100. Rota coram Priolo dec. 470. num. 3. &*
4. & optimè in pluries laudata *Romana Aſſe-
curationis coram R. P. D. meo de la Tremoille* §.
Verum tametſi, & in alia *Romana Aſſecurationis
ſub die 26. Ianuar. proximè præteriti* §. *Neque ca-
ſum coram R. P. D. meo dell'Olmo*.

Et remouetur quæuis difficultas ex eo, quod
tunc culpa Nauarchi damnum irrogare valet
22 Aſſecurato, quando videlicet idem eſt Domi-
nus, vel particeps rerum aſſecuratarum, cum
tunc licet Aſſecurator ſpoponderit pro omni-
bus periculis, attamen Ius non ſinit, vt detri-
mentum ſentire compellatur ex propria culpa.

Do-

Digitized by Google

Domini rerum cadentium ſub aſſecuratione,
23 quæ culpa ineffrenata cuinſcumque periculi
promiſſione ſemper haberi debet pro excepta
Vvameſius conſil. ciuil. 25. *num.*2. *cent.*4. *Mut. deciſ. ſicil.* 3. *num.*10. *Rota in dicta Romana Aſſecurationis coram R. P. D. de la Tremoille* §. Nec
applicantur; At non ita, quando Nauarchus
eſt ſimplex Rector Nauis, nullumque, nec ſuper
ea, nec ſuper mercibus tranſuehendis habet intereſſe, tunc enim, niſi concurrat culpa ad dolũ
24 præordinata, tempè formalis Baratteria ex
eius facto, Aſſecurati damnum pati non tenentur, ſed illius emendario pertinet ad Aſſecuratores, vt poſt *Card. de Luca de credito diſc.* 106. *nu.*30. *& ſeq.* voluit *Balduc. in obſeruat. ad d. conſ.* 39. *Ramonii ſub n.*18. *verſic. & quatenus*.

Cuius diſtinctionis ea videtur eſſe ratio efficaciſſima, nimirum, quod eatenus Aſſecurati quodcumque periculum in Aſſecuratores refundunt, excepta dumtaxat Baratteria, quate-
25 nus intendunt propriam ſecuritatem ab omni
caſu contingibili in deſtinata Nauigatione egregio conſtituto Aſſecuratoribus pretio ſibi comparate, abſque eo qnod eueniente ſiniſtro teneantur vllam cum ijſdem Aſſecuratoribus ſubire litem, quorum, vt ad rem animaduertit *Rota in dicta Romana Aſſecurationis coram Reuerendiſſimo Turonenſi* ſuper reiectione articulorum, proprium eſt plures, ac ſubtiles excogitare exceptiones ad retardandam debitam ſolutionem, quaptopter ſi de Naucleri, aut Nautarum ſimplici, ac non doloſa culpa ſolliciti eſſe deberent, fruſtra equidem de āuerſione periculorum, quibus adeò Mare expoſitum eſt, cum Aſſecurantibus caniſſent, Magno prius oretio perſolnto, ſemper enim ſi Nanis perijſſet ſuborirentur exceptiones, adeout nuſquam ferè ſtipulatam incolumitatem rerum ſuarum obtinerent, & fruſtrati remanerent ſpe aſſequendi paſſi periculi æſtimationem, licet abſque vlla oppoſitione ab aſſecurantibus in caſu infortunij promiſſam, vt bene perpendit *Rota in dicta Romana Aſſecurationis coram R. P. D. meo de la Tremoille allegato* §. *Nec applicantur*.

Nec ad teleuandum Aſſecuratores ab eorũ obligatione, quidquam proficere valuit replicatio, quod verſemur in caſu formalis Barattariæ à Nauarcho commiſſæ ob derelictam Nauim in Aquis *Giorgenti* in manibus Flexingenſium, ſiquidem præmiſſo, quod non prætenditur, commiſſam fuiſſe ſtipulationem ob deprædationem Nauis à Flexinghenſibus factam ſed tantum ob illius Infortunium ex cauſa nau-
26 fragij, ideoque ob prætenſam Nauarchi culpam, propterquam caſus infortunij non euenit Aſſecuratores non ſunt abſoluendi, vt dixit *Rota in dicta Romana Aſſecurationis coram* Reu. *P. D. meo de la Tremoille* §. *Deinde*; Et obiectum ſolum inſeruire poſſet ad oſtendendum, quod ex dolo eiuſdem Nauarchi opus fuit Panormi commorari, ac per conſequens mutationem temporis Nauigationis ex ipſius fraudolenti facto prouenilſe, abſtergitur quæuis impicti criminis nota numquam de iure preſumendi,
27 & ſemper concludentiſſimis vndiquè probationibus demonſtrandi R. P. D. *Anſaldus vbi ſupra diſcurſ.* 70. *num.* 18. *Rota coram Vbag. deciſ.* 99. *num.* 9. *& in dicta Romana Aſſecurationis* 28. *Ianuarii præteriti coram* R. P. D. *meo dell' Olmo* §. *Hinc etiam in fine, & in dicta* Romana *aſſecurationis coram* R. P. D. *meo de la Tremoille* §. *Nec impictum*, animaduertendo, quod cum Nauarchus panico percuſſus timore amicas Flexinghenſium Naues Turcarum eſſe opinatus fuerit, ſtante hac falſa credulitate, omni prorſus culpa vacare dicitur, ſi Nauim deſerendo fugæ
28 ſe commiſerit, quæ cum ad dolum præordinata
non fuerit cum præexiſtenti machinatione perpetam appellatur Baratteria *Rota deciſ.* 59. *confirmata deciſ.* 120. *par.* 14. *recent. & in dicta Romana Aſſecurationis coram* R. *P. D.* de *la Tremoille* §. *Nullumque fraudis*, ſed ſolum vt proſequitur eadem deciſio *curam R. P. Deo de la Tremoile* §. *Verum*, dici poteſt turpis quædam animi proſternatio, quæ includitur ſub generali promiſſione cuiuſcumque periculi ab Aſſecuratoribus facta, quæque proindè illos à ſtipulata obligatione non liberat, vt iam probatum fuit.

Quodquè reuera negocium ita ſe habuerit, manifeſtum fit ex actibus ſubſequutis, ex quibus præordinatio culpæ ad dolum pænitùs excluditur, ſtatim enim ac Capitaneus agnouit, Nauim ab amicis Flexinghenſibus captam fuiſſe, eamque ad Portum Panormi traductam, nulla interpoſita mora illuc ſe contulit, & cum prædictis tranſegit perſoluendo ſcuta 425. monetæ Siculæ, quod certè non feciſſet, ſi fraudem Aſſecurantibus facturus, Nauim data opera deſeruiſſet, ſed potiùs cum Flexinghenſibus facile colluſiſſet in euidentem Aſſecurato-
29 rum damnum, qui ex huiuſmodi facto omnia
amiſiſſent, attento pacto in Apocha conuento, quod ipſi teneri deberent in caſu, quo Nauis tam ab Amicis, quàm ab Inimicis iuſtè, vel iniuſtè occuparetur, de quo *Rota in dicta Romana aſſecurationis coram* R. P. D. *meo del Olmo ſub die* 26. *Ianuarii præteriti* §. *Quoniam cum obligatio, & in dicta* Romana *Aſſecurationis coram* R. P. *D. de la Tremoille* §. *Et denique*, & propterea cum ex Nauis deſertione nullum idem Nauarchus conſequatus fuerit compendium, emicat indè eius animi candor, & bona fides, & remouetur ſuſpicio aſſertæ Baratteriæ, quæ
30 nunquam ſine ſpe magni lucri committi ſolet,
vt notat R. P. *D. meus Anſaldus cit. diſc.* 70. *num.* 19. cum ibi concordantibus *Rocca ſelect. Iur. cap.* 97. *num.* 14. *& ſeqq. Rota coram Priol. deciſ.* 470. *num.* 7. *recent. dec.* 369. *num.* 58. *par.* 19. *& in dicta* Romana *Aſſecurationis* coram R. P. *D. meo de la Tremoille dicto* §. Nec *impictum in fine*.

Et ita vtraque &c.

RE-

Digitized by Google

RESPONSVM.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

MARCELLI SEVEROLI

SIGNATVRÆ IVSTITIÆ VOTANTIS &c.

Inter

Illuſtriſſimos DD. Fratres Marchiones de Ferronijs.

Hac ſecunda editione auctius, & correctius redditum cum Deciſionibus S. Rotæ Romanæ ſuper eodem articulo antea non impreſſis.

ARGVMENTVM.

Quæſtio olim valdè ardua, & inuoluta, An fæminæ excluſæ à Statuto faciant numerum, & partem ad fauorem maſculorum illam numerare volentium in computanda legitima, adhibita caſuum diſtinctione doctè, ac ſolidiſſimè reſoluitur fauore maſculorum illas numerare contendentium, quorum votum potius eſſe firmatur voluntate maſculorũ illas numerare negantium. Conſuetudo iudicandi non ex omnibus iudicatis inducitur, nec eſt ſequenda vbi contraria verior detegitur opinio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Florent. lib. 2. rubr. 130. excludens fæminas à ſucceſſionibus ab inteſtato refertur.*

2 *Ipſius vigore dos non ſuccedit loco legitimæ.*

3 *Fæminæ excluſæ à Statuto an faciant numerum, & partem, iam erat quæſtio iuris ſubtilis, perplexa, inuoluta, & difficillima.*

4 *Et valebant Iudices ob rei perplexitatem in vnam, vel alteram opinioacm, ſine nota inclinare.*

5 *Facilis tamen hodiè euaſit, facta diſtinctione ſpecierum, & caſuum.*

6 *Legitima ſtante numero quinario fratrum, eſt ſemis.*

7 *Opinio diſtinguens eſt magis tuta.*

8 *Quæſtio prædicta duos caſus dumtaxat inuoluit.*

9 *Fæminæ excluſæ, etſi non admittantur ad partem, faciunt numerum, & partem ad augendam legitimam maſculorum, cum Statutum illis reſeruat dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ.*

10 *Fæminæ dotatæ, & à ſtatuto ſimpliciter, & abſolutè excluſæ propter maſculos nec partem, nec numerum faciunt ad ſui fauorem, & legitima maſculorum computatur nulla earum habita ratione.*
Secus verò ad fauorem maſculorum, cum ipſi volunt eas computare ibid. & num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 101.

11 *Quia, cum illæ non ſint ab inteſtato ſucceſſibiles, nequeunt ſe referre ad vllam quotam, cum nihil ipſi debeatur.*

12 *Nec faciunt etiam numerum, & partem fauore maſculorum, itaut pars accreſcens nec ipſis, nec maſculis augeatur.*

13 *Filius exhæredatus, vel deportatus, aut Religionem incapacem ingreſſus non facit partem, nec auget quotam legitimæ fauore fratrum, cum habeatur pro mortuo.*

14 *Contrarium verius firmatur, videlicet, quod fæminæ dotatæ, licet ſimpliciter à ſucceſſione, & à legitima, vel alterius illius loco ſuccedentis per Statutum fauore maſculorum excluſæ, faciant tamen numerum, & partem, maſculis volentibus, ſecundum quod ipſis magis expedit.*

15 *Et ſecundum hanc opinionem iudicat conſilium Neapolitanum.*

16 *Et Senatus Mediolanenſis,*

17 *Ac Mantuanus.*

18 *Et Burdegalenſis.*

19 *Nec non Gratianopolitanus,*

20 *Et Forum Finizanenſe.*

21 *Et Curia Dolana.*

22 *Item Pretorium Sardiniæ,*

23 *Ac Rota Senenſis.*

24 *Et Peruſina.*

25 *Et Maceratenſis.*

20 *Semperque iudicauit S. Rota Romana.*
Et hæc opinio vbique fere recepta, vim legis obtinet num. 54.

27 *Statuta excluſiua fæminarum ſunt condita fauore maſculorum, vt in ipſis, & agnatione bona conſeruentur,*

28 *Et in ſpecie fauore maſculorum fuit conditum Statutum Florentinum.*

29 *Et ideò ſunt ita interpretanda, vt non redundent in damnum, & odium maſculorum.*
Statuta excluſiua fæminarum propter maſculos redundarent in damnum eorumdem, ſi fæminæ dotatę, & excluſæ non facerent numerum, & partem ipſis volentibus.

30 *Statuta fæminas excludentia non eas ſimpliciter excludunt, ſed dumtaxat ab inteſtati ſucceſſione.*

31 *Ad effectum calculandi legitimam ſolum conſideratur, quod quis ſit de liberis.*

32 *Fæminæ à ſucceſſione inteſtata per Statutum excluſæ, non habentur ſimpliciter pro mortuis, ſed ſolum quoad propriam vtilitatem, non verò quoad vtilitatem fratrum, in quos obuenit omnis portio ipſis debita.*

33 *Finem, qui vult, medium etiam vult ad finem conſequendum.*

34 *Fauor maſculorum non reſultaret ex Statuto excluſiuo fæminarum, niſi fæminæ dicerentur, aut fingerentur habere partem in legitima ad commodum maſculorum.*

35 *Fæminæ à Statuto excluſæ habentur vti extraneæ, ſiue non extantes, & ſic tanquam mortuæ, cum Statutum illas excludit ſimpliciter, nulla habita conſideratione alicuius perſonę.*

36 Et

Digitized by Google

36 Et tali caſu maſculi nequeunt earum portionem vindicare.

37 Si verò Statutum eas excludat propter maſculos, & fauore agnationis, tunc excluſio illarum non eſt abſoluta, ſed ſecundum quid, nec habentur pro ſimpliciter extraneis, ſeu mortuis.

38 Filius exhæredatus habetur pro mortuo ob ſummam in parentes ingratitudinem, quæ paternis bonis penitus indignum illum facit.

39 Filius deportatus, aut bannitus ciuiliter quoad iuris effectus non intelligitur amplius viuere.

40 In computanda legitima liberi non naturaliter, ſed ciuiliter ſunt accipiendi.

41 Incapaces verè, & realiter, pro verè mortuis habentur.

42 Fœminæ à Statuto propter maſculos excluſæ, adhuc poſſunt ſuccedere, maſculis beneficio ſtatuti renunciantibus, vel aliter ſorores ad ſucceſſionem admiſtentibus.

43 Semel habitus pro mortuo, perpetuo ita durat.

44 Dos à Statuto filiabus reſeruata, quod nõ ſuccedat loco legitimæ, id intelligitur quoad titulum, itaut illæ non poſſint dici habere legitimam, aut dotem iure legitimæ, non autem quod dos non ſuccedat loco legitimæ quoad debitum, & neceſſitatem illam relinquendi.

45 Ad faciendam partem in legitima non requiritur identitas tituli, ſeu iuris, ſed ſatis eſt, quod quis admittatur titulo, & iure etiam diuerſo.

46 Fœminæ à Statuto propter maſculos excluſæ, faciunt numerum, & partem, maſculis volentibus, ſi quodammodò à patre fuerint fuerint agnitæ, & num. 51.52.53.
Nec habendæ ſunt pro non extantibus, aut mortuis num. 58.

47 Fœminæ dotatæ à ſtatuto excluſæ, ſi à patre fuerint in dotibus inſtitutæ, reaſſumunt iura ſuitatis, & faciunt partem in calculanda legitima, prout facerent, ſi ſtatutum eas non priuaret.
Contrarium num. 49. & prior opinio procedit, cum relictum, ſiue inſtitutio eſt facta titulo legitimæ, ſiue caſu, quo filia illam petere poterat num. 50.

48 D. Carolus Rubeus laudatur.

52 Fauores ſunt ampliandi, odia verò reſtringenda.

53 Fœminæ non minus ac maſculi ſunt de iure in legitima inſtituendæ.

55 Motiua Rotæ Florentinæ non ſunt mandatum Principis.

56 Rota Florentina de ſeipſa gloriatur, quod exemplis non iudicat, & ſtatuta interpretatur ſecundum iuris tramites.

57 Iudex prudens non debet informare conſcientiam ſuam ex conſcientia alterius, nec ſequi opiniones, & iudicata aliorum Iudicum, quamuis maximæ authoritatis.

58 Nec etiam, etſi ſint iudicata eiuſdem Tribunalis.

59 Et ideò ſemper debet attendere, non quod factum fuit, ſed quod faciendum erat.

60 Rota Florentina in motiuo anni 1530. lib. 4. fol. 28. explicatur.

61 Eadem Rota in motiuo anni 1533. lib. 8. fol. 328. declaratur.

62 Cortonæ Statuta filiæ excluſæ faciunt numerum fouare maſculorum.

63 Rota Florentina in motiuo anni 1597. lib. 8. fol. 301. & anni 1661. lib. 84. fol. 446. explicatur, & num. 64. & 65.

66 Conſuetudo iudicandi oritur ex duobus, aut tribus iudicatis.

67 Non tamen neceſſe debet Iudex abſolutè hanc conſuetudinem ſequi, præſertim cum illi videtur opinio verior, & magis probabilis eſſe in contrarium.

68 Iudex debet ſequi opinionem, pro qua putat ſtare veritatem, etſi ſcrupulus ſibi eſſe videatur.

69 Non ligatur à conſuetudine à rebus alias iudicatis inducta, quin veritatem inquirere non debeat.

70 Sententiæ ſunt mera placita Doctorum Virorum quæ etſi ſupremi Senatus, legem non efficiunt.

71 Omnis Authoritas humana tantum valet, quantum valet ratio.

72 Argumentum ab authoritate rerum iudicatarum eſt ſolum probabile.

73 Iudex nequit ſequi partem, pro qua ſtat ſola probabilitas, ſed debet ſuum iudicium conformare cum rationibus probabilioribus, & cum veritate.

74 Præſertim attento decreto fa. me. Innocentij X. quæ vetat Iudicem ſequi opinionem minus probabilem.

75 Conſuetudo iudicandi non eſt anteponenda rationi, & iuribus.

76 Conſuetudo iudicandi non oritur ex omnibus iudicatis, ſed ſolum ex illis, quæ Principis authoritate, vel lata, vel confirmata fuerunt, vel in quibus eius cognitio acceſſit.

77 Iudices, etiam ſi ſint ſupremi Senatus, nequeunt legem condere.

78 Conſuetudo eſt neceſſaria ſequenda, cum inducitur ab habente facultatem illam inducendi.

79 Auditores S. Rotæ Romanæ non coguntur ſequi Deciſiones eiuſdem Rotæ, quia non ſunt approbatæ à Papa.

80 Conſuetudo iudicandi non inducitur ex Deciſionibus, quæ incidenter, & perfunctoriè, non principaliter articulo diſcuſſo prodierunt.

81 Quod procedit etiam in motiuis Rotæ Florentinæ.

82 Iudicatur ſæpè vno modo, & poſtea facto maturiori ſtudio diuerſimodè cenſetur.

83 Exemplis non eſt iudicandum, ſi contrarium appareat eſſe verius.

84 Exemplis non eſt iudicandum, quamuis eſſent Principis, niſi eſſent ſententiæ definitiuæ.

85 Aſſertio facta in motiuis non meretur attendi, niſi iuſtificetur.

86 Iudicata emanata tempore, quo quæſtio erat admodum inuoluta, & perplexa, non inducunt

Digitized by Google

eunt conſuetudinem ſeruandam tempore, quo illa clarior euaſit, & compertum fuit, contrariam opinionem eſſe veriorem.

87 Conſuetudo erronea non eſt ſequenda.

88 Opiniones multæ curſu temporis mutantur.

89 Et Tribunalia ſuprema perſpectis moderniorum obſeruationibus ab aliàs firmatis recedunt.

90 Et S. Rota Romana veritatem ſequendo paſſim ab opinionibus antiquis Tribunalis recedit.

91 Deciſiones modernæ articulo non diſcuſſo tranſeuntes cum antiquis, non magis mereatur attendi, quam illæ,

92 Et intelliguntur ad terminos Doctorum, quæ allegant.

93 Conſuetudo iudicandi non inducitur ex iudicatis, niſi quatenus caſus ſit idem, atque eadem facti circumſtantiæ.

94 Deciſiones non attenduntur niſi in puncto ſuper quo ſpecialiter emanarunt, & num. 96.

95 Eademque procedunt in motiuis Rotæ Florentinæ.

97 Opinio ſecurior eſt, ſecluſa quacunque diſtinctione, quod fœminæ excluſæ faciant numerum, & partem ad fauorem maſculorum.

98 Attenditur voluntas maſculi cōputare volentis fœminas excluſas ad faciendum numerum, & partem, non illius, qui negat illas computare.

99 Card. de Luc. de legit. diſc. 2. reprobatur, & num. ſeq.

102 Brocardica ita explicantur, quod licet primum velut generale videatur aſſignari, tamen eius contrarium pro regula teneatur.

103 Brocardica nequeunt allegari ad deciſionem cauſarum.

104 Regula fit ex iure, non ius ex regula.

105 Factum vnius non valet alteri in ſuo iure nocere.

106 In re communi præualet votum illius habentis regulam pro ſe.

107 Card. de Luc. de legit. d. diſc. 2. declaratur.

108 In legitimæ aſſignatione filij ſunt, conſiderandi vti filij, non vt hæredes.

109 Actio, & paſſio datur in eodem ſubiecto in negotijs ſocialibus.

110 Filijs diſcordantibus in numerandis fœminis excluſis à ſtatuto ad faciendum numerum & partem pro computanda legitima, potior eſt conditio eorum, qui eligunt id, quod magis expedit filijs, vt filiis, non vt hæredibus, & num. 113. 116.

111 Statuta excluſiua fœminarum non fauent hæredibus ob ius hæreditarium, ſed maſculis propter agnationem.

112 L. actioni 65. ſeu 60. ff. pro ſoc. expeditur.

114 Legitima debetur filijs etiam contra voluntatem parentum, qui in illa nullum valent præiudicium filijs inferre.

115 Nec inæqualiter valet illis relinqui.

117 Æqualitatis inter filios ſeruandæ cauſa à communibus regulis, & proprià verborum ſignificatione receditur.

118 Præſertim in legitima.

1 STANTE Statuto Florentino, Fœminas à Succeſſionibus ab inteſtato excludente *lib. 2. Rubr. 130.* quod integrum refert Angel. *conſ. 344. in princ.* & habetur etiam impreſſum, vnà cum nouis Reformationibus, per *Card. de Luc. de Statutar. ſucceſſionibus inter Partic. Statut. Eccleſiaſt. Partic. 3. fol. 361. & ſeqq.* Vigore cuius, nec etiam Dotem ſuccedere loco Legitimæ eſt conſtans, indubiaque Iuris Conſultorum, & Tri-
2 bunalium eiuſdem Ciuitatis ſententia. In iſtius facti ſpecie, in qua Marchio Franciſcus Teſtator obijt relictis quinque filijs, nempè duobus maſculis, & tribus fœminis iam dotatis, & nuptis, non tam facilè eſſet reſpondere, quota ſit dicenda portio Legitimæ, quæ poſſet competere Marchioni Franciſco Siluio, quatenus à Paterno iudicio recedendo, eiuſque diſpoſitionem repudiando beneficio Legis vtendo eamdem tamquam ſibi de Iure debitam, petere vellet; Si celeberrima, ſeù aiunt *Roman. in*
3 *l. 1. num. 62. C. quando non petent. par. 8. & Anell. Amat. conſ. 75. num. 14.* ardua, & ſubtilis illa Iuris Quæſtio, quæ ad id occurrit diſcutienda: An nempè Fœminæ vigore Statuti excluſę faciant numerum, & partem, licet non admittantur ad partem, ad augendam Legitimam fauore Maſculorum, ità vt de Triente perducatur ad Semiſſem, eſſet cum ijs determinanda, quæ olim Interpretes, tam in Scholis, quàm in Foro confusè diſſeruerunt, cum in tam varias, & diuerſas iuerint Sententias, vt quoties de ea loquuti ſunt, quaſi in Labyrinthum ingreſſi, regreſſus viā reperire non potuerint, & rem ſemper magis perplexam, & inuolutam reddiderint, vt adnotat *Theſaur. deciſ. 159. ſub Num. 1.* adeout ſolertiſſimi etiam Iuris periti interdum ignorauerint, quid tenendum, vt referunt *Burſat. conſ. 92. num. 39. lib. 1. & Hartman. Piſtor. q. Iur. lib. 1. quæſt. 8. ſub num. 1.* & alij, ac de ſe ipſo teſtatur *Fulgoſ. in Auth. Nouiſſima C. de inofficioſ. Teſtament.* Et quoties decidenda ipſis fuerat propoſita, nunquam ſibi dubium exemiſſent, atque ancipiti cura ſemper fuerint tortì, quam veriorem, & Iuri magis conſonam ſententiam eſſent dijudicaturi, vt propterea Bartholomęus
4 Socinus, & Ioannes de Caccialupis in Conſilio, quod communicato colloquio ſuper re hoc ſcripſerunt, quod habetur apud eumdem *Socein. poſt Rubr. ad Trebell. & conſ. 150. volum. 1.* dixerint, quod ob magnam difficultatem, quæ circa eam verſatur, honeſtius eſt reſpondere ore paruo, & dubio; quam ore lato, ponendo verbum deciſiuum; Indeque communiter exiſtimauerant, nedum vtrumque defendi poſſe, ſed imò valere Iudices, ob magnam rei perplexitatem, in quam maluerint partem inclinare, & ſine repræhenſionis nota, vnam, vel alterā opinionem amplecti, vt præ cæteris adnotant *Petr. Gilken. in Auth. Nouiſſima C. de inofficioſ. Teſtament. Decius conſ. 607. num. 15. verſ. & poſt longam diſcuſſionem, Gaſpar. Menz. de legitim. qu. 4. num. 40. in fin. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 47. num. 1. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 676. num. 10.* & ibi *Carol. Ant. de Luc. in Animad-*

maduerſ.num.7. in fin. Ciriac.contron.71. num.1.
Donat.Anton.de Marin.variar. reſolut.lib.2. cap.
63.num.5.idem Carol.Anton. de Luc. in Meliorat.
ad eumdem de Marin.variar.Reſol.lib.1.cap.252.
num.5.verſ.quæſtio eſt.

Verum,cum poſtea facta ſpecierum diuiſio-
ne,compertum ſit, tantam non eſſe perplexita-
tem,quin illa adhibita,Quæſtio præfata reſolui
5 valeat,& ex ſubdiſtinctione Caſuum tutò de-
cerni,quid in iure ſtatuendum ſit,qualiterque
res in iudicio terminanda, vt animaduertunt
Bellon.de Iur. accreſcen.cap.6. quæſt.15. num. 2.
verſ.Sed malè,Carol.Anton.de Luc.Animaduerſ.
ad Gratian.diſcept.forenſ.cap.676. num.7. verſic.
Tanta autem perplexitas non eſt, & innuit etiam
Ciriac.d.Contron.71.ſub num.1. verſ. Nihilomi-
nus viſa eſt Doctiſſimus Vir,& mihi ſemper co-
lendus D.Torr.de pact.futur.ſucceſſ. d. lib.2.cap.
47 ſub num.19.verſ.Ego tamen puto, & Rota in
recent. deciſ.499. num.10. & ſeq.par.18. tom.2.
Ideo cum attenta dicta diſtinctione caſuum
in re hac communiter recepta, & approbata,
liquido conſtare valeat in præſenti,tres Filias
Fęminas relictas à Marchione Franciſco dicē-
das eſſe facere numerum,& partem ad augen-
dam Legitimam fauore duorum fratrum Maſ-
culorum; Fidenter reſpondendum cenſemus,
eamdem Legitimam, cuius portionem petere
6 poterit Marchio Franciſcus Siluius, ſtante nu-
mero quinario filiorum,eſſe Semiſſem, hoc eſt
dimidiam hæreditatis partem, iuxta Text.in
Nouell.18.cap.1.ſiue auth.Triente, & Semiſſ.§.1.
collat.3.tit.3.& in Auth. Nouiſſima C. de inoffi-
cioſ.teſtam. Atque ſecurius, cum reſpondendo
iuxta opinionem diſtinguentem, ſemper quis
7 dicatur ſequi opinionem magis communem,
& melioribus,ac verioribus rationibus fultam,
quemadmodum pariter reſpondendo in iſtis
terminis alias ponderauerat Curt.Iun.conſ.268
num.16.tom.3.

Quod verò prædictę tres Filiæ Fœminę ſint
in præſenti dicendæ facere numerum,& partem
ad augendam Legitimam fauore Fratrum Ma-
ſculorum,non videtur ambigendum; Animad-
uertendo,quod pro ſolutione præfatæ quæſtio-
8 nis, præſertim ad effectum,de quo agitur,duo
ſunt conſiderandi Caſus principales, eodem
modo,quo ſeruauit Craſſ.Sententiar.§. Legitima
quæſt.7.ob id laudatus à Flau.Tort.ad Stat.Pa-
piæ in annot.ad rubr.95.in Ciuilib. ſub num.191.
nam licet nonnulli plures alios addiderint, &
præcipuè Theſaur. deciſ.159. octo Caſus diuer-
ſos formauerit, attamen tali diuerſitate nil
aliud egerunt, quam rem magis inuolutam,
& obſcuram reddere, potius quam faciem, &
claram efficere, dum omnes vel ſub eiſdem
duobus ſunt comprehenſi, vel quodammodo
inter ſe contrarij videntur exiſtere,vt ipſo The-
ſauro ob id repræhenſo,animaduertit Caluio.de
Æquitat.lib.1.cap.87.num.3.

Primus igitur Caſus eſt, & qui ſine vlla
Controuerſia procedit,quod ſi Statutum Fęmi-
nas excludit,nec illis reſeruat Legitimam, re-
9 ſeruat tamen Dotem, ita vt ex verbis eiuſdem
Statuti colligatur,mentem ipſius fuiſſe, vt Dos
ſuccedat loco Legitimę, quamuis non vocen-
tur ad Legitimam, tunc eædem, & ſi non ad-
mittantur ad partem,faciant tamen numerum
& partem ad augendam Legitimam Maſculo-
rum, ex quo fęminæ excluſæ licet non vocen-
tur ad legitimam,ad ſui, fauorem,attamen re-
ſpectu fratrum Maſculorum eo ipſo, quod vo-
cantur ad Dotem,quæ Legitimę loco ſuccedit
perinde ſunt habendæ,ac ſi ad Legitimam ip-
ſam vocarentur,ſtante regula ſubrogatorum
qua ſubrogatum cenſetur eodem iure, quo id
in cuius locum ſubrogatur: Vt ſic quemad-
modum eſt certum,quod Filię Fęminæ, quę vo-
cantur ad Legitimam,& partem faciunt, & nu-
merum,nam ſtatim ac ad partem admittuntur
conſequens eſt, vt faciant partem, ita etiam
debent facere,dum vocantur ad Dotem, quæ
legitimæ loco ſuccedit, & pro Legitima repu-
tatur, licet ipſæ non admittantur ad partem
propter excluſionem Statutariam, vt vnanimi-
ter firmant ſcribentes, & præcipuè Aretin. in
l.planè §.ſi duobus col.5.verſ.2.ff.de legat.primo
Pariſ.conſ.53. num.76. lib.3. Rub. Alexandrin.
conſ.121.num. 3.Morot.reſponſ.23.per tot. & ſi-
gnanter num.23.& ſeqq.Brau.de Statut.excluſiu.
Fœmin.artic.13.qu.3.Tort.ad Statut.Papiæ, in
Annot.ad rubr.95.in Ciuil.ſub num.201.Merlin.
de Legit.lib.1.tit.4. qu.3.d. num.10. Bellon de
Iur.accreſc.d.cap.6. qu.15. num.8. & ſeqq. Boſſ.
de Dot. cap.7.num. 45. circa fin. verſ Quar-
tum quod relictis.Trentacinq. variat. reſol.lib.1.
reſol.3.ſub num. 11.verſ.In tertio hoc caſu,& ſub
num.12.verſ.in primo caſu.Gratian.diſcept.forenſ
cap.448.num.37.cap.594.num.21. & 22.& cap.
576.per tot.& cap.942.num. 4.& per tot.Ciriac.
contron.71.num.2.Facchin.controu.Iur. lib.4.con-
trou.31.circa fin. Sabell.variar.reſolut.cap.60.nu.
10.Rocca diſput.Iur.ſelect.cap.117.num.19.20.2.
Boer.deciſ.104.num.11.Mart.deciſ.Piſan.vot.69.
num. 1.Marta Medic.in Addit.ad deciſ. Senenſ.7.
num.3.Torr.de pactis futur.ſucceſſ. lib.2.cap.47.
num.41.Rot.coram Coccin.deciſ.1285.num.9.repe-
tit.poſt Gilian.ad Stat.Peraſin. deciſ.109. & poſt
Merlin.de Legit.deciſ.106.coram Priol.deciſ.124.
num.18.& in recent.deciſ.180. num. 9. & 10.&
deciſ. 278.num.14.par.11. & deciſ.128. num.15.
par.13. & deciſ.499. num.11. par.18. & in Ane-
nionen. legitimæ 10. Iunij 1687. coram R. P. D.
Caprara impreſſ.poſt Albizz. um de Inconſtant. in
Iudic.dec.10. nu.3.& nuper,ac ferè poſt annum
ab his ſcriptis,& viſis,in Nepeſina Legitimæ 26.
Aprilis 1697. coram R. P. D. Muto impreſſ. in
Calce deciſ.09.

Alter verò eſt Caſus, quando Dos non ſuc-
cedit loco Legitimæ, vt quia Statutum Fœmi-
nas dotatas, ſimpliciter, & abſolutè excludat
propter maſculos, prout facit Statutum Florē-
tinum,& tunc: Aut agitur ad effectum viden-
di,an ipſę non ſolum faciant numerum, & par-
tem, ſed etiam vt admittantur ad partem, ad
10 effectum, vt ſibi ipſis, augeatur portio illa Le-
gitimæ,quæ ex numero filiorum ſequeretur,&
in hoc,licet hęſitauerint præfati Ioannes Bapti-

ſta de Cace ialupis, & Bartholomæus Soccinus, ſcribentes ſuper hoc eodem noſtro Statuto, apud eũ dem *Socein. Senior inſuper allegato conſ. 150. tom. 1.* Pariter communiter eſt receptum, illas nec partem facere ad ſui fauorem, nec numerum, & maſculorum Legitimam eſſe computandam, nulla earum habita ratione, perinde, ac ſi non eſſent in rerum natura, quia cum non admittantur ad partem, nec ad ſit Dos, aut aliquid, quod ſuccedat loco partis, conſequens eſt vt non faciant partem, vt patet, ex firmatis per *Caſtrenſ. in l. planè 34. §. ſi duobus num. 8. & ibidem Iaſon. num. 23. ff. de legat. 1. Crot. in l. re coniuncti. num. 189. verſ. tertia ff. de legat. 3. Dec. conſ. 383. num. 5. Socein. Sen. conſ. 77. num. 11. verſ. Et tunc quia tom. 3. Socein. Iun. conſ. 67. num 63. tom. 2. & alios citatos apud Bellon. de Iur. accreſc. d. cap. 6. quæſt. 15. num. 75.* quibus addendus *Æmilian. conſ. 1. num. 5. & 6.* vbi quod, cum quantitas Legitimæ ſit diſtincta, & reducta ad partẽ, 11 & quotam totius, quod ille, qui quotam poſtulat, erat habiturus ab inteſtato, propterea, ſi Fæminę ab inteſtato non ſunt ſucceſſibiles, non poſſunt ſe referre ad illam quotam, quia impoſſibile eſt dare tertiam, dimidiam, aut quotam totius, vbi nihil inuenitur totum, quo ceſſante, aut non exiſtente, nullæ poſſunt inſeruire partes eius, & voluit *Rota Romana coram Vbald. decıſ. 421. repetit. poſt Merlin. de legit. decıſ. 74. & in Æſina fideicommiſſi 12. Februarij 1629. coram Pironano infra impreſſa Deciſ. 63.*

Aut verò agitur, ad effectum videndi, an faciant numerum, & partem fauore Maſculorum 12 ita vt pars accreſcens non ipſis, ſed maſculis augeatur, & in hoc licet haberi pro extraneis, ſiue non extantibus, & quaſi mortuis; itaut ex eorũ perſona nõ augeri quotã legitimę fauore maſculorũ nonnulli crediderint ex eo potiſſimè quod cũ ipſis, vti excluſis à potentia ſuccedendi ab inteſtato nulla debeatur legitima, quæ eſt portio portionis debitę ab inteſtato, vtique nulla earũ poterit habere ratio, quia non naturaliter tantum, & pro numero ſuperſtitum, ſed ciuiliter, & pro numero ſuccedentium ab inteſtato fit legitimæ computatio, vt relictis antiquioribus, quorum plures referunt latè tradunt *Merlin de legit. lib. 1. tit. 4. qu. 3. nu. 30. & quæſt. 6. num. 13. Balthexar. Tomaſ. tract. var. decad. 1. tract. 4. de legitim. tit. 6. num. 2. & 7. Hodiern. ad l. Hac edictali C. de ſecund. Nupt qu. 12. num. 45. & 46. Mangil. de imputat. qu. 52. num. 69. & ſeq. Berett. conſ. 135. num. 1. & per tot. Altograd. conſ. 58. num. 5. & 6. lib. 1. Gabriel conſ. 13. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Farinac. conſ. Criminal. 206. num. 10. lib. 3. Buccafer. conſ. 22. num. 34 & conſ. 66. num. 2. & 3. Ciriac. contron. 71. num. 2. & 3. & per tot. lib. 1. Manſ. conſult. 14. num. 21. lib. 1. Poſtius reſol Ciuil. 68. num. 136. & deciſ. Bononien. 50. nu. 85. & ſeqq. Mart. deciſ. Piſan. dict. Vot. 69. ſub num. 12. verſ. tanto magis,* & alij, Id comprobantes, ex eo, quod habetur de Filio exhæredato, vel 13 deportato, aut Religionem incapacem ingreſſo, qui nec facit partem, nec auget quotam legitimæ fauore fratrum, cum habeatur pro mortuo, iuxta tradita per *Aleiat. conſ. 201. num. 9. & 10. lib. 9. Curt. Sen. conſ. 5. num. 2.* & alios cumulatos per *Balthaxar. Thomaſ. vbi mox num. 23. Maſſull. in addit. ad Capic. deciſ. 158. num. 1. in fin. & Mangil. de imputat. dic. quæſt. 52. n. 70.*

Attamen contrariam opinionem fauorabi- 14 lem Maſculis magis communiter approbarunt Doctores, & iuxta eam vti veriorem, & iuri magis conſonam ferè perpetuò iudicarunt Suprema Tribunalia, quod nempè Feminæ dotatę, licet ſimpliciter, & abſolutè, à ſucceſſione, & à legitima, vel alterius illius loco ſuccedentis per Statutum fauore Maſculorum excluſæ remaneant, faciant tamen numerum, & partem, quoties expedit Maſculis, & de eorum fauore agitur, ipſiſque ita volentibus ab eorum placito, & ab eo, quod ipſis eſt vtile, & magis fauorabile ſemper id dimetientes, vt præ cęteris firmarunt *Bald. & Caſtrenſ. in l. ſi Defunctus, ambo ſub num. 1. Cod. de ſuis, & legit. heredib. Fabian. de Giochis in repetit. Authen. Nouiſſima nu. 216. & 217. Cod. de inoffícioſ. Teſtament. ibidemq; Brunneman ſub n. 4. verſ. Ideoque in ſimili quæſt. Alciat. reſponſ. 31. num. 12. lib. 1.* vbi quod iſta opinio eſt verior, & communior, *Soccin. Iun. conſ. 25. ſub num. 14. verſ. Primo quia vt dixi, & num. 15. tom. 1.* vbi quod iſta opinio eſt verior, & communis, & ideò tenenda, idem *Caſtrenſ. conſ. 286. ſub num. 3. verſic. prædicta, & verſ. ex hoc dico vol. 1. Cephal. conſ. 245. à num. 20. & ſignanter num. 37. & per tot. lib. 2.* vbi quod hæc opinio eſt probabilior, & magis communis, & ſecundùm eam fuit ſæpius obſeruatum, *Caſſan. conſ. 53. col. penult. in fin. & col. ſeq.* vbi pariter teſtatur de communi, *Pariſ. conſ. 36. num. 18. cum duobus ſeqq. lib. 2.* vbi pariter de magis communi, & veriori opinione, referendo *num. 30.* Soccinum, qui dicit bis pro ea vidiſſe pronunciatum, & ter ipſum iudicaſſe, *Burſatt. conſ. 92. num. 39. & 40. lib. 1.*, vbi quod fæmina hoc caſu faciat partem ad fauorem maſculi omnes admittunt, & quod reſiduum, quod eſt ſupra dotem maſculis accreſcat, ſimiliter ex magis communi comprobant omnes Doctores, *Corneus conſ. 197. num. 1.* vbi *circa med.* dicit, quod ita conſuluerunt plures Aduocati Florentini, & paulò poſt ſubdit cum Ioanne de Monteſpe rello, quod Doctores id communiter tenent, *Decian. conſ. 46. num. 22. & ſeqq. lib. 3. Ladercb. conſ. 12. num. 1 & conſ. 126. num. 6. verſ. Cæterum,* vbi dicit ſententiam hanc eſſe crebriorem, & veriorem, imò receptiſſimam, *Curt. Iun. conſ. 268. num. 16. & ſeqq. lib. 3.* vbi quod in iudicando ab hac opinione non eſt diſcedendum, *Adden. ad Alexandr. conſ. 36. num. 7. litt. F. lib. 7. Honded. conſ. 1. à num. 105 & per tot. lib. 2.* vbi reſpondendo contrariæ ſententiæ in obiectis deductæ à *num. 70.* teſtatur de veriori, & magis communiter recepta opinione, cui ſe ſubſcripſerunt quamplures celebres Iuriſconſulti, & Auditores Rotæ Peruſinæ, *Camill. Medic. conſ. 167. num. 1.* & ibi *Capic. Calcott. in addit. num. 7.* vbi quod hæc opinio eſt magis communis Eugen. cui multi inſignes Iuriſconſulti ſe ſubſcripſerunt, *conſ. 33. num. 70. & ſeqq.* vbi nedum communem, & veriorem dicit, ſed etiam

ad.

addit, quod nefas eſſet ab iſta opinione in iudicando diſcedere, *& conſ.35.num.4. & ſeqq. lib. 1. & conſ.100. num. 35. lib.2. Menoch.conſ.207. n.67.lib.3.* Rouit.*conſ.70.num.1. & ſeqq.* & ibi *Altimar.in addit.lib.1. Vulteius inter conſil. Aecodem. Marpurgenſ.conſil.29.ſub num.128. verſ. Et quamuis hæc quæſtio, volum. 1. Nicol. Catan. conſ.19.num.2. &* 4. vbi quod iſta opinio eſt verior, *Sadarin.reſponſ. 43. num. 2. verſic. quod ſi ideò, & num.3.5. &* 6. vbi dicit, hanc opinionem eſſe meliorem, *Brun.de Statut.fæminar. excluſiu.artic.13.quæſt.3.num.44. &* 45. vbi dicit quod aliàs ita conſuluerunt Bartholomæus Soccinus, & Ambroſius Opizonus, & de conſilio Campegij fuit iudicatum, *& ſub num.46. ad fin.* aſſerit, quod hęc opinio eſt verior, & communis, & quod ipſe in facto ſecundùm eam obtinuit, *Boſs.tit.de bonor.public.ſub num.2.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum per Gubernantes reddituum extraordinariorum Ciuitatis Mediolani, *Tort.ad Statut. Papiæ in annot. ad rubr. 95.in Ciuilibus num.*201. vbi veram, & communem aſſerit, *Craſs.recept.ſententiar.§.legitima quæſt.7.ſub num.4.verſ.aut verò Statutum, Petra de fideicommiſs.quæſt.15.num.*144. vbi dicit eſſe communem, & in iudicando ſæpiùs obſeruatam, *Kellembenk de renunciat. ſucceſſion. quæſt. 37.num. 11. & ſeqq. Merlin.de legitim.lib.3. tit. 1.quæſt.6.num.34. & quæſt.8.num. 29. &* 30. vbi declarando contrariam opinionem, quam ipſe tenuerat *lib.1.tit.4.quæſt.3.nu.10. & ſeqq.* ait eam limitari, quando maſculis expediret, vt fæminæ facerent partem ad conſtituendam vberiorem legitimam vſque ad Semiſſem, quia hoc caſu, cum fauore maſculorum ſit introducta fœminarum excluſio, Dos ad hunc effectum dicitur loco legitimę ſuccedere, *Gaſpar. Monz. pariter de legitim.quæſt.4.nu.41. & duobus ſeqq. & num.* 50. qui tractatus eſt repetitus in alio eiuſdem Auctoris tractatu *de teſtamen.valid. & inualid.tit.12.pariter quæſt.4.num. 41. & ſeqq. & num.50. Peregrin.de fideicommiſſ.artic.38.nu.* 24. vbi dicit, hanc opinionem ſibi videri multum æquam, & rationabilem, quodue per eam ceſſant multæ amaritudines, ſubdens *in verſ. quocirca* quod iuxtà eamdem in Ciuitate Parauina iudicarunt Menochius, Pancirolus, & Diſcalcius, & licet poſteà in *verſ. ſeq.* ſubdat, in alia Cauſa contrarium obtinuiſſe, additis rationibus tunc à ſe perpenſis, attamen priorem opinionem ipſum exiſtimaſſe veriorem, patet ex ibi recenſitis, & expreſſiùs *in conſ.106. à num.13.lib.* 1. in quo præcisè teſtatur hanc eſſe veritatem, maximè cum rationes in contrarium ab ipſo in dicta alia facti contingentia deductæ ſint ſatis frigidæ, & irreleuantes, vt animaduertit *Caluin.de æquitat.lib.1.cap.87. num.9.*, qui Caluinus hanc eandem ſententiam latè comprobat *toto illo cap.87.* dicens *nu.* 27. eſſe veriorem, & quod eam Conſultiſſimi Viri approbarunt *Bellon.de iur.accreſcen.ſuperiùs allegato cap.6.quæſt.15.per tot.* & præcipuè *nu.31. 38.74.verſ.quamobrem veriùs eſt 75. & 79.verſ. hinc fit, & verſ.ex quo intelligimus*, vbi uedum dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, ſed validiſſimis rationibus tàm diſertè, ac dilucidè id demonſtrat, vt nihil intactum reliquerit, atque rem manifeſtam, & minimè dubiam fecerit, *Hunnius Encycloped. Iur.par.4.tit.11.quæſt.4.nu. 19. & 20. Paſchal.de virib.Patr.poteſt.par.2.cap. 4.ſub num. 28. Bottiglier. de ſucceſſion. ab inteſt. cap.1.theorem.15. num.4. Michalor.de fratrib.par. 1.cap.33.* vbi *ſub num.10. verſ.ac propterea crederem*, teſtatur ita iudicatum vidiſſe, omiſſa diſputatione, An dos ſuccedat loco Legitimæ necnè, dum agitur fauore maſculorum, *Baitell. de vltim.volunt.decis.9.num.* 48. vbi hanc opinionem dicit veriorem, & communem, *Torr.de pact.futur.ſucceſſion.lib.2.cap.47.num.31. &* 47. *Innocent.de ſucceſſion. municipal. quæſt.* 32. vbi *ſub num.7.verſ.concluſio eſt*, dicit quod ab hac opinione non eſt recedendum, *Card. de Luc. de legitim. diſc. 2. num. 2. &* 3. vbi appellat hanc concluſionem, receptam, & hodiè incontrouertibilem, G*ratian.diſcept.forenſ.cap.594.num.21. &* 21. & ibi *Carol.Anton.de Luc.in animaduerſ. num.2. & ſeqq. & diſcept.676.num.12.* vbi pariter *Carol.Anton.de Luc.in animaduerſ à num. 7 vſque ad fin., Marescott.variar. reſol. lib. 1.cap. 28.num.9.Hartman.Piſtor.quæſt.Iur.tom. 4. qu. 8.num.8. & 9.Berlich. concluſ. practicab. par. 3. concluſ.12.num.37.Capic.* Galcott.*contr.16.num. 37.lib.2. Ciriac.controu.610.num. 44. tom.4. Montan. controu.* 48.*ſub num.* 1. vbi quod eſt opinio recepta rerum iudicatarum authoritate, *Coren.reſol.97.num.6. & 7. de Marin. varior. reſol.lib.1.cap.252.num.3. &* 10. ibique Rodoer. *in addit.num.19. &* 20. & latius *Carol. Anton. de Luc.in melioration.à num. 1.vſque ad fin.* Roſa *conſult.29.num.8.* Rodulphin.*allegat.130. & 131. per totas*, Rocca *ſelectar. Iur. diſput. tom.2. cap. 117.num. 18. Panſut.controu forenſ.11.à num.6. ad 10.lib.1.* vbi quod iſta opinio nullam habet contradictionem in Regno, ac alij innumeri ab ipſis allegati.

Quemadmodum etiam ſecundùm eamdem opinionem tamquam abſolutam, certam, & indubitatam iudicarunt Suprema Tribunalia, vt videre eſt apud R*icc.collect.decis.3849. verſ. ſed an filiæ*, & teſtantur Bellon. *de iur.accreſcen. à cap.6.quæſt.15.ſub num.40. verſ.primum enim videndum eſt, Sadarin.d. reſponſ.43. ſub num.3., & Carol.*Anton.*de Luc.obſeruat. ad Vincent. de Franch.decis.549.num.3.*

15 Et ſignanter perpetuò eam tenuit Conſilium Neapolitanum, vt habetur apud eumdem de Franc. *ibid.* vbi, quod de hoc in illo Tribunali non eſt dubium, & apud *Tapiam decis. Sac. Conſil.44.num.5.* & vltra Bottiglier.Rouit.Capic.Galcott.Montan.Roſam, & Panſut. in locis ſuperius allegatis, referunt *Molfeſ. ad conſuetud.Neapolit.par.4.de ſucceſs.ab inteſt.quæſt. 17.num.2.* vbi dicit, hanc opinionem non habere contradictorem, & Conſilium Neapolitanum ſemper ita iudicaſſe, tam attenta conſuetudine illius Regni, quàm diſpoſitione iuris communis, *& num.27. cum ſeqq. & de Marin.in obſeruat.ad* R*euerter.decis.1.num.* 3. vbi ti-

militer teſtatur, quod apud Conſilium Neapolitanum ſemper præualuit iſta ſententia.

16 Ita etiam ſecundùm eamdem iudicauit Senatus Mediolanenſis, vt referunt *Caluin. de æquitat.lib.1.cap.87.num.19.& Innocent. de ſucceſſion. municipal.quæſt.32.num.5.*

17 Pariterque Mantuanæ Rotæ Auditorium iuxtà eamdem pronunciauit, vt teſtis eſt *Burſatt.conſ.92.in fin.* vbi etiam dicit confirmaſſe, quod ipſemet anteà per Laudum iudicauerat.

18 Prout etiam eiuſdem ſententiæ fuit Senatus Burdegallenſis apud *Boer.deciſ.* 104. & præſertim ſub *num.*10.& 11. vbi teſtatur de iudicato illius Curiæ.

19 Necnon, & Senatus Gratianopolitanus, vt videre eſt apud *Guidopap.deciſ. 297. num.1. in fin.& Ferrer.ibidem.in addit.poſt med.verſ.verior tamen eſt opinio.*

20 Idemque fuiſſe ſeruatum in foro Fiuizanenſis, apparet ex *Borguin.Caualcan.deciſ. 8. num. 7.par.3.*

21 Sicuti etiam eamdem opinionem præualuiſſe in Curia Dolana teſtatur *Griuell.deciſ.34. n.* 18.& 19. addens ita in eò ſeruari.

22 Ac pariter ſecundùm eãdem decreuiſſe Prætorium Sardiniæ, patet ex *Dexart.deciſ.69.num, 1.& per tot.*

23 Quæmadmodum etiam hanc opinionem fuiſſe receptam à Rota Seneuſi clarè conſtat ex *Mart. Medic.deciſ.7.*

24 Et Rotam Peruſinam inconcuſsè hoc tenuiſſe, habetur tam ex ijs, quæ ſubſcripſerunt plures eiuſdem Rotæ Auditores *ſuper allegat.conſil. 1.Honded.lib.2,* vbi hæc opinio fuit doctiſſimè firmata, quam etiam ex ijs, quæ iudicauit apud *Ioſeph.Ludouic.deciſ.* Peruſin.29.*num.3.lib.1.*

25 Itidemque approbaſſe Rotam Maceratenſem liquet apud *Thomat.deciſ.23.num.117.*

26 Atque demùm fuiſſe iſtam opinionem continuò aſſertam à Sacra Rota Romana vltra ſæculum, ſatis euincitur, nè dum ex ijs, quæ reſtantur Honded. ſuperius allegat.*conſil.1.num. 105.in fin.lib.* 2. & Gratian. pariter *in allegat. diſcept.675.num.12.* Sed etiam ex Deciſionibus iu facti contingentia ab eodem Tribunali editis, nempè.

De Anno MDLXXVII. ſub diè 5. Februarij, in Romana de Laute coram Aldobrandino, vt *in deciſ.266.num,1.par. 1. diuerſor.* vbi quod id tranſiuit ſinè difficultate.

De Anno MDCIV. ſub die 25. Martij, in Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimæ coram Lancellotto, vt *in deciſ.quæ datur in calce deciſ.46.*

De Anno MDCVI. ſub die 28. Iunij, in Anconitana Legitimę coram Penia, vt *in deciſ. 1248.inter eiuſdem impreſſ.iuxta edition. Lugdunenſ.* vbi *num.*5. pariter dicit, quod id tranſiuit abſque difficultate.

De Anno MDCXIII. ſub die 1. Iulij, in Romana Saluiani, coram Damaſceno, vt *in deciſ. 477.num.3.par.1.recentior.*

De Anno MDCV. ſub die 18. Aprilis; in Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimę, coram Lancellotto, vt *in deciſ.87. num. 4. & 5. ex impreſſ.poſt Merlin.de legitim.*

De Anno MDCXVI. ſub die 6. Iunij, in Bononien. Bonorum coram Sacrato, vt *in deciſ.100.num.11.ex impreſſ.poſt eumdem Merlin. de legitim.*

De Anno MDCXVII. ſub die 23. Iunij, in Romana Legitimæ, coram Pirouano, vt *in deciſ.543.num.7.par.4.tom.1.recent.* vbi quod ità ſæpè fuit firmatum.

De eodem Anno ſub die 30. Octobris, in Firmana Legitimæ coram Vbaldo, vt *in deciſ. 421.num.1.inter eiuſdem impreſſ.& repetit. poſt Merlin.de legitim.deciſ.74.* vbi quod iſta opinio eſt probabilior, verior, & magis communis, ac ſemper à Rota amplexa.

De Anno MDCXVIII. ſub die 16. Februarij, in eadem Firmana Legitimę, coram eodem Vbaldo, vt *in deciſ.620.num.6.par.5. tom. 1. recentior.repetit.poſt Merlin.de legitim.deciſ.4.*

De Anno MDCXXI. ſub die 17, Martij, in Peruſina Fideicommiſſi, coram Coccino, vt *in deciſ.1285. num. 9. inter eiuſdem impreſſ. & repetit.poſt.Merlin.de legitim.deciſ.105.& poſt Gilian.ad Statut.Peruſin.deciſ.109.*

De Anno MDCXXIX. ſub die 10. Februarij in Æſina fideicommiſſi, coram Pirouano, vt *in deciſ.quæ habetur in calce deciſ.65.*

De eodem Anno ſub die 28. Maij, in Aſſiſien. Fideicommiſſi coram eodem Pirouano; *quæ pariter ſubnectitur deciſ.56.* vbi quod in hac opinione Rota reſidet.

De Anno MDCXXXII. ſub die 7. Iunij in Romana, ſeù Vrbeuetana legitimæ, coram eodem Pirouano, vt *in deciſ.137.num. 12. par. 6.recentior.repetit. poſt Farinacc.repertor vltimar. voluntat.deciſ.39.*

Et ſub die 10. Decembris, in eadem Cauſa coram eodem, vt *in deciſ.60.eadem par.6.recentior.* vbi quod hæc eſt opinio, quam ſeruat Rota.

De Anno MDCXLVI. ſub die 18. Iunij, in Romana Fideicommiſſi de Mareſcottis, coram Verospio, *vt in deciſ. 136. num. 11. ex impreſſ. poſt Merlin.de Pignorib.*

De Anno MDCLIII. ſub die 17. Martij, in Interamnen. hæreditatis, coram Peutingerio, vt *in deciſ.464.num. 4. & 5. inter eiuſdem impreſſ.*

De Anno MDCLIX. ſub die 5. Decembris, in Romana Legitimæ, coram Priolo, vt *in deciſ.134.num.4.inter eiuſdem impreſſ. repetit. poſt Michalor.de Fratrib.deciſ.60.*

De Anno MDCLX. ſub die 11. Ianuarij, in Romana Fideicommiſſi de Marianis, coram Albergato, *in deciſ.147.num.2.& 3.par. 13. recentior.& repetit.poſt Torr.de pact.futur.ſucceſſ. deciſ.5.*

De Anno MDCLXI. ſub die 28. Ianuarij, in eadem Romana Fideicommiſſi de Marianis coram eodem Albergato, vt *in deciſ.267.num. 3.eadem par.13. recent.* vbi teſtatur de magis Communi, & recepta opinione.

De Anno MDCLXIX. ſub die 14. Ianuarij,

in

Digitized by Google

inRomana Domus, coram Bourlemont, vt *in deciſ.6.num.7.par.16.recent.*

De Anno MDCLXXV, ſub die 26. Aprilis, in Romana Manutentionis coram Taya, vt *in deciſ.499.num.12.par.18. recentior.*

De Anno MDCXCV. ſub die 1. Iulij, in Viterbien. Legitimæ, coram Muto, vt *in deciſ. quæ infra ſubnectitur deciſ. 67.* vbi quod hæc eſt communis ſententia.

De Anno MDCXCVI. ſub die 23.Ianuarij, in Romana Legitimæ coram Molines, vt *in deciſ quæ pariter datur in calce deciſ. 68.* vbi quod hæc opinio eſt communiter in eorum Auditorio recepta.

27 Et quidem optimo iure, cum fortiſſimæ, & validiſſimæ, imò certæ ſint rationes, quibus eadem opinio fulcitur, & comprobatur; Et præſertim ex eo, quod eſt indubitatum, ſimilia Statuta excluſiua fœminarum eſſe condita fauore maſculorum, vt in ipſis, & agnatione bona conſeruentur, ad tradita communiter per Doctores cumulatos, per *Merlin.de legitim.lib.1.tit.4.quæſt.3.num.11.Pariſ.conſil.85.nu.6. verſic.& per tinum lib.2.Honded.conſil.1. num. 54. lib.2.Rot.in recent.deciſ. 147. ſub num. 7. verſic. quia in dict.cap.par.13.& in Viterbien. legitimæ 1.Iulij 1695.§.Non obſtante verſic.eo quia coram R.P.D. Muto, vt in dec. 67. inter hic impreſſas,* & alibi paſſim; Prout præcipuè fauore eorumdem fuit conditum Statutum Florenti-
28 num, de quo agitur, vt in eo legere eſt, & teſtantur *Ger.Spin.conſil.70.num.20. circa fin. Altograd.conſil.82.ſub num. 17.& 23. lib. 1. Gob. conſultat.deciſ.84.ſub num.1.&* 10. Vt propterea videatur etiam certum, eadem ita eſſe interpretanda, vt non redundent in eorum dam-
29 num, & odium, prout planè eſſet, ſi fœminæ non connumerarentur in numero filiorum pro ſtatuenda quantitate portionis legitimæ, dum aliàs vigore talium Statutorum maſculi, propter excluſionem fœminarum, minus ex illorum diſpoſitione conſequerentur, quam de Iure communi, eiſdem vocatis, conſequi poſſent, & Pater non cogeretur relinquere filijs pro legitima, niſi tertiam partem hæreditatis, cum tamen de iure communi ſtante numero Quinario eorumdem, cogatur relinquere dimidiam, quod eſſet inconueniens, & abſurdum, atque proinde euitandum, vt præcisè animaduertunt *Paul.de Caſtr.conſil.52.num.1.lib.1.Corn. conſil. 197.ſub num.1.verſic.pro quo etiam facit tom.1. Cephal.conſil.245.num.24.& 25.Alciat.reſponſ. 31.ſub num. 11. verſic. Alias quod in fauorem lib.9.Decian.reſponſ.45.num.25.lib. 3. Peregrin. conſ.107.num.6.& 7.vol.3. Michulor. de fratrib. par.1.cap.33.ſub num. 10. verſic. Et ità Statutum excluſiuum, Bellon.de iur.accreſcen.dict.cap. 6.quæſt.15.num.31.Caluin. de æquitat.lib.1.cap. 87.num.46.Sadarm.reſponſ. 43. num. 25.* & ferè omnes alij ſuperiùs allegati.

Huc accedit, quod quoties Statuta exclu-
30 dunt fœminas, non eas ſimpliciter, & abſolutè excludunt, ſed dumtaxat ab inteſtati ſucceſſione, vt ſic in reliquis non ſint dicendæ excluſæ; Et propterea quoties non agitur de eo quod velint ſuccedere, ſed ſolum de calculanda maſculorum legitima, nulla adſit ratio, ob quam in numero filiorum non ſint computandæ, cum ipſæ, ex eo quod ſint dotatæ & nuptæ, non deſinant eſſe de liberis, quod ſolum
31 conſideratur ad hunc effectum calculandi legitimam, *Cephal.dict.conſ 245.num 11.& 21. Craſſ.recept ſentent.§.legitima quæſt 7. ſub num. 4. §. Aut verò inſin. verſ. Mouentur Doctores, Berlich.practicab.concluſ.par 3.concluſ. 12. num. 37. Gaſpar.Munz.lict.tract.de legitim. quæſt. 4. num.42.* repetito, vt adnotauimus, *in tract.de teſtament.valid.& inualid.tit.11.quæſt.4 n.42.*

Præterea animaduertendum, quod non per hoc, quod fœminæ ſint à ſucceſſione inteſtata
32 per Statutum excluſæ, debent haberi ſimpliciter pro mortuis, aut non extantibus, cum Ius earum ſit translatum in Fratres, & in perſona eorum conſeruetur, licet quo ad propriam vtilitatem cenſeantur mortuæ, & non extantes; Siquidem huiuſmodi Statuta duplicem vim habere intelliguntur, vnam excluſiuam reſpectu fœminarum, alteram verò incluſiuam reſpectu maſculorum, & ſic dum illæ à ſucceſſione remouentur, eorumdem maſculorum contemplatione, ipſis debetur portio, quæ aliàs eiſdem fœminis competere poſſet, *Pariſ. conſ. 36.num.29.lib.2.,Honded.conſ.1.num.73. lib.2. Peregrin.conſ.105.num.13.lib.1. Minatoi. conſ. 2 ſub num.4.verſic.nec poteſt in iſto caſu. Eugen. conſ.35.num.4.& 5.lib.1.& conſ.100. num. 35. lib.2.Merlin.de legitim.lib.1 tit.4.quæſt.3. num. 12. Bellon.de iur.accreſc. d.cap.6.quæſt.15. num. 49. iunctis traditis anteced.cap.5.quæſt.30. num. 1.& 4. Dexart. deciſ. Sardin. 69. num. 2.& per tot.*

33 Quæ omnia confirmantur ex euidentiſſima alia ratione, nempè, quod qui vult finem, vult etiam medium neceſſarium ad finem conſequendum, aliter non eſſet velle efficaciter, Finis autem, quem volunt ſimilia Statuta, eſt fauor maſculorũ, vt diximus. Minimè autem cõſequi poſſet talis finis, niſi hoc caſu fœminæ dicerentur, aut fingerentur habere partem in legitima ad commodum maſculorum, licet vere ad ſui fauorem non habeant, & propterea talis fictio ſit medium neceſſarium ad ipſum finem, ne aliàs reſultet contrarius effectus, & inducta in fauorem maſculorum retorqueãtur in eorum odium, vt ſic ſemper præſumenda
34 ſit volita à Statuto ſimilis fictio, quantum eſt ad effectum de quo agitur, vt benè diſſerit *Innocent. de ſucceſſion. municipal.quæſt.31.ſuo num. 7.verſic.Cuius concluſſa eſt.*

Hinc nullius ponderis videntur eſſe ea, quæ pro contraria ſententia adduci ſolent; Nam quantum ad id, quod dicitur, fœminas à Statuto excluſas habendas eſſe, vti extraneas, &
35 ſic tamquam quodammodò mortuas; Animaduertendum, quod poſſet procedere dumtaxat in caſu, quo Statutum illas excluderet ſimpliciter, & abſolutè nulla habita conſideratione alicuius perſonæ, vtpotè ſi excluderet nup-

nuptas extra Territorium, aut quid ſimile, ex
35 quo, aut maſculi volunt eorum portionem vin-
dicare per ius accreſcendi, & non poſſunt,
quia hoc ius tanquam indiuiduum non poteſt
habere locum pro parte, & pro parte non; aut
verò volunt eam vindicare ex vi, & authorita-
te Statuti, & multò minùs poſſunt, quia cum
Statutum ſimpliciter loquatur, nec de maſcu-
lis faciat mentionem, conſequens eſt, vt non
poſſit cenſeri ad eorum vtilitatem, & commo-
dum reſpexiſſe, & hoc modo eos quaſi inclu-
ſos tacitè vocaſſe, iuxta ea, quæ benè diſſerit
Bellon.de iur. accreſcend. ſæpiùs allegat. cap. 6.
quæſt. 15. num. 53. verſic. ſed hæc dicuntur, cum
ſeqq. At ſecùs eſt, quando Statutum eas exclu-
dit propter maſculos, & fauore agnationis, vt
37 in caſu noſtro quia cum tunc excluſio nequeat
dici abſoluta, & totalis, ſed ſecundum quid
benè dicunt extare fauore eorumdem maſcu-
lorum, nec proindè eorum reſpectu habentur
ſimpliciter pro extraneis, ſeu non extantibus,
aut mortuis, vt declarando proſequitur, idem
Bellon. ibidem num. 56. ex Pariſ. conſil. 36. num.
28. & 29. lib. 2. Cephal. conſ. 243. num. 41. & 47.
lib. 2. & Honded. conſ. 1. num. 104. lib. 2. ac alijs
ibi allegatis, ac ipſis addendi *Brun. in tract.*
quod ſtantibus maſcul. artic. 13. ſub num. 14. Petra
de fideicommiſſ. quæſt. 15. num. 144. circa fin. verſic.
& hoc niſi Statutum, Tort. ad Statut. Papiæ in
Annotat. ad rubr. 95. in ciuilib. ſub num. 199. ver-
ſic. ſecundo reſpondetur, & num. 200. Eugen.
conſ. 100 ſub num. 35. verſ. quicquam ſemper eſ-
ſet lib. 2. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 4.
ſub num. 6. verſ. declarat tamen. & Rota in Ro-
mana legitimæ 23. Ianuarij 1696. §. in nihilo re-
leuante, verſic. hinc ſequitur, coram R.P.D. *Mo-*
68 *lines, vt in deciſione, quæ datur in calce deciſ. 5.*

Nec proindè valebit eadem opinio coadiu-
uari ex ijs, quæ de filio exhæredato, ſeu De-
portato, aut Religionem incapacem ingreſſo,
38 fuerunt adducta; Siquidem exhæredatus ob
ſummam in Parentes commiſſam ingratitudi-
nem paternis bonis pœnitùs indignus efficitur;
Vndè non immeritò iuris fictione, pro mortuo
habetur, Deindè Deportatus, ſiuè Bannitus ob
commiſſa flagitia omnibus Legum beneficijs
39 priuatur, adeout ciuiliter, quoad iuris effe-
ctus, non ampliùs viuere intelligatur; atque
propterea Legitimæ quantitas, eiuſque augu-
mentum cum ex iure ciuili deſcendat, ex iuris
neceſſitate, quoad legitimæ Conſtitutionem,
40 in nulla amplius conſideratione haberi pote-
rit, cum in computanda Legitima liberi non
naturaliter, ſed Ciuiliter ſint accipiendi, ſicut
nec poteſt in vlla conſideratione haberi filius
Religionem incapacem ingreſſus, cum ex pro-
feſſione ſua, & voto nihil habere poſſit in pro-
prio, nec in communi, ij autem, quos lex in-
capaces vocat, pro verè mortuis habentur, nec
proindè amplius in numero liberorum connu-
41 merantur, vt præ cæteris, latè demonſtrant
Boer. deciſ. 104. per tot. Grinell. deciſ. Dolan. 34. à
num. 50. ad 55. & Kelleobenk. de renunc. ſucceſſion
quæſt. 37. num. 26. Quæ nunquam poterunt ve-
rificari de fœminis à Statuto excluſis propter
maſculos, quia cum adhuc poſſint ſuccedere,
ipſis maſculis beneficio ſimilis Statuti renun-
42 ciantibus, vel aliter Sorores ad ſucceſſionem
admittentibus, iuxta notata per *Bald. in l. ma-*
ximum vitium 4. num. 2. C. de liber. præterit. Brun.
de Statut. Fœminar. excluſiu. artic. 10. quæſt. 2. &
artic. 12. num. 114. & artic. 14. num. 7. Peregrin.
conſ. 107. num. 6. lib. 3. Marta de ſucceſſion. legal.
par. 1. quæſt. 15. artic. 4. ſub num. 7. Rot. Bononien.
diuerſor. deciſ. 12. n. 21. 22. & 23. Rot. Roman. co-
ram Otthubon. dec. 173. n. 24. & in recentior. dec.
146. num. 6. & ſeqq. par. 10. & deciſ. 499. num.
13. par. 18. tom. 2. & alibi paſſim, Vtique nulla-
tenus eædem valebunt conſiderari pro non ex-
tantibus, & pro mortuis, nam qui ſemel eſt ha-
43 bitus pro mortuo, perpetuò ita durat, vt re-
lictis pluribus ex ſuperius allegatis egregiè præ
cæteris reſpondet *Caluin. de æquit. dict. lib. 1. cap.*
87. num. 28. & ſeqq.

44 Quòd eò faciliùs dicendum eſſet, admiſſis
ijs, quæ ſubtilitèr, & ſcitè diſſerit doctiſſimus
Bellon. de iur. accreſcen. in ſæpè alleg. cap. 6. quæſt.
15. num. 69. & 70., & ſub num. 71. verſ. aut verò
quærimus, quod nempè, etiamſi vigore ſimi-
lium Statutorum dos non ſuccedat loco legi-
timæ, quamuis filiabus ſit ab illis reſeruata,
prout eſt in Statuto Florentino, id tamen in-
telligendum dumtaxat quoad titulum, ita vt
filiæ, quæ vi Statuti dotem habent, non poſſint
dici habere legitimam, aut dotem iure Legiti-
mæ, ſiue ſuccedere quoad naturam, & iura le-
gitimæ, non autem quod non ſit dijudicandum
eamdem dotem ſuccedere loco legitimæ, quo-
ad debitum, & neceſſitatem, quam habet pa-
ter, vigore ſtatuti, eiſdem Dotem relinquen-
di loco legitimæ, quam iure communi relin-
quere tenebatur, atque propterea in computa-
tione quantitatis, quam Pater filiabus pro le-
gitima relinquere tenetur, perindè ſit habenda
dos, ac ſi eſſet legitima, ſaltem vt filiæ ex hoc
non ſint dicendæ extraneæ, ſiue pro non ex-
tantibus, aut quaſi mortuis habendæ, ſed po-
tius iuris fictione vocatæ fauore maſculorum,
vt ipſæ conſequantur id, quod ſupra dotem
debuiſſet ad eaſdem iure legitimæ pertinere;
Præſertim, cum ad hoc, vt quis faciat partem,
non requiratur tituli, seù iuris identitas, ſed
45 ſatis ſit, quod admittatur titulo, & iure etiam
diuerſo, ad tradita per Doctores *in l. huiuſmodi*
86. §. ſi Titio, & ſignanter per *Bald. verſ. nota er-*
go, Alexan. ſub n. 1. & Iaſon. num. 2. ff. de legat. 1.

46 Eoque fortius, ſi quodammodo à Patre poſ-
ſunt apparere aguitæ, prout videtur eſſe in no-
ſtra facti ſpecie, in quo Marchio Franciſcus
pater in ſuis vltimis, quas exarauit Teſtamen-
tarijs tabulis, filiabus, quamuis iam dotatis,
& nuptis, reliquit nedum particulare legatum,
ſeu, vt ipſe loquutus fuit *Vn regalo di ducati cen-*
to di lire ſette per ciaſcheduna; Sed quod magis
eſt, poſtquam dixerat, illas fuiſſe congruè do-
tatas, addidit: *Nelle quali doti in quanto faceſ-*
ſe di biſogno l'inſtituiſco in ogni miglior modo.
Nam licet per hæc, non ſit ita expeditum, An
valeat

Valeat dici, quod eædem tamquam vocatæ ſint
dijudicandæ reaſſumere iura ſuitatis, non ſe-
cùs ac ſi à Statuto non eſſent excluſæ, & con-
ſequenter, quod faciant partem in calculanda
legitima, perindè ac facerent, ſi Statutum eas
47 nonpriuaret, prout præcipuè poſt Soccin. Ca-
ſtrenſ. Ruin. Alexandr. Pariſ. Decian. & La-
derch., quos refert, aſſeruit *Mart. Medic. deciſ.
Senenſ. 7. num. 8. & 9.* iunctis traditis per *Rot.
inter diuerſ. deciſ. 266. num. 3. & 4. par. 1. Merlin.
de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 3. num. 26. & Torr.
de pact. futur. ſucceſſion. lib. 2. cap. 47. num. 43.* &
nouiter per doctum virum D. Carolum Ru-
48 beum in ſuo ſatis elaborato tractatu *de confu-
ſion. & diſtinction. iur. defunct. & hæred. cap. 23.
num. 26.*, dum alij contrarium ſenſerunt, ex
49 quo Teſtator cenſendus ſit ſe conformaſſe cum
diſpoſitione Statuti præcipientis dotari filias,
à ſucceſſione propter Maſculos excluſas, & quod
ſimul poſſit ſtare, quod fęminæ ſuccedant in
legato particulari, & excludantur à ſucceſſio-
ne, niſi alias inſtitutio, aut relictum particula-
re ſint facta, ſiuè titulo legitimæ, ſiue eo ca-
50 ſu, quo illam filiæ petere poſſent, vt præ cæte-
ris voluerunt idem *Merlin. de legitim. lib. 3. tit.
1. quæſt. 8. num. 55. Redenaſtb. conſil. 5. num. 11.
& ſeqq. Innocent. de ſucceſſ. municipal. quæſt. 29.
ſub num. 5. verſ. primus caſus eſt, Rota poſt Fen-
zon. ad Statut. Vrb. deciſ. 113. §. neque hæc volun-
tas*, repetita poſt *Michalor. de fratrib. deciſ. 32.
num. 10. & 11. & coram Penia deciſ. 1248. ſub
num. 5. §. poſtremo.* Attamen ſemper verum erit
51 dicere ex his, illas ex teſtatoris iudicio non
fuiſſe habitas vti extraneas, & pro non extan-
tibus, ſiue mortuis, ſicuti ex iuris pręſcripto
habentur alij incapaces; ſed potius ab eodem
fuiſſe agnitas, & quodammodo tamquam
ſuas, & extantes reputatas, ſaltem ad hoc,
quod in numero liberorū ſint computandę ad
faciendum numerum, & partem fauore maſcu-
lorum, non obſtante Statutaria diſpoſitione,
tam ex vulgata iuris regula, qua dicitur, fa-
52 uores eſſe ampliandos, odia verò reſtringen-
da, de qua in *l. Quod fauore C. de legib.* à Docto-
ribus ſupra recenſitis paſſim expenſa, & ſignan-
ter ad rem per *Tort. ad Statut. Papiæ, in annot. ad
rubr. 95. n. 202. circa fin. & Caluin. de æquitat. d. lib.
1. cap. 87. num. 46.* Quam etiam ex eo, quod
cum Teſtatori iſto caſu, nulla ſubeſſet filias in-
ſtituendi neceſſitas, cum iam à Statuto fuiſſet
ſublata, illumque ab huiuſmodi neceſſitate
exemiſſet, vtique illas ita inſtituendo, cenſen-
dum eſt à Statutaria diſpoſitione receſſiſſe, &
ad ius commune reſpexiſſe, ſecundum quod
53 non minus filias fęminas, quam maſculos pa-
ter in legitima inſtituere tenetur, quæmadmo-
dum benè, & ingenioſè ponderat *Bellon. in lo-
co mox alleg. num. 84. & trib. ſeqq. vbi ſub num.
91. verſ. nam ſecundum eam*, non obſcurè dicit,
id ſine controuerſia procedere retenta opinio-
ne, quod fœminæ quamuis à Statuto excluſæ,
ſi excluſio ſit facta contemplatione maſculorū,
faciant numerum, & partem ad ipſorum fa-
uorem.

Quapropter comprobata, & ab obiectis vin-
dicata huiuſmodi receptiſſima ſententia, qua
aſſeritur fœminas, quamuis à Statuto excluſas,
connumerandas eſſe ad faciendum numerum,
& partem pro augenda legitima fauore ma-
ſculorum, quoties de eorum commodo agitur,
ac ipſis maſculis ita expedire videtur: Nulla-
tenus diffidendum credimus, ſapientiſſimos,
& integerrimos DD. Iudices Florentinos eam
eſſe ſequuturos, maximè in iſta facti ſpecie, ſi
fortè contingat in eorum Foro, & Tribunali-
bus diſputari; Minimè attentis ijs, quæ pro
ſententia contraria aliàs fuerunt motiuata, &
approbata in inſigni eorum Rota, præcipuè
dum teſtantur, eamdem opinionem contrariam
eſſe in eorum Prætorio receptam, quia cum
priora motiua, ſuper quibus fundatur aſſerta
obſeruantia illius Tribunalis, emanauerint ante
ſæculum currens, & tempore, quo reſolutio
huius quęſtionis erat ardua, & difficilis, atque
ita inuoluta, vt Iudices crediderint, pro lubi-
tu poſſe, in quam partem maluerint inclinare,
vt in principio adnotauimus, & vltra ibi alle-
gatos præcipuè ſcribendo ſuper Statuto Flo-
rentino, de quo agitur, dixerat Bartholomæus
Soccinus vna cum Ioanne Baptiſta Caccialupo
eius Præceptore *in ſuperius alleg. conſ. 150. num.
3. verſ. omittendo lib. 1.* Vtique cum hodiè at-
tenta diſtinctione ſpecierum, manifeſtum ſit
redditum, opinionem affirmatiuam eſſe verio-
rem, & crebriori Doctorum calculo receptam,
validioribuſque rationibus fultam, quodque
ab eo tempore ferè omnes ſecundùm eam re-
ſponderunt, & Suprema Tribunalia à perpetuo
iudicarunt, vt fuit oſtenſum, itaut opinio iſta
54 hodie vim legis obtinere quodammodo dici
poſſit, iuxta ea, quę alias reſcripſerat Impera-
tor Seuerus relatus per *Calliſtratum in l. nam
Imperator 39. ff. de legib.* haud dubiè ſperandum,
eamdem ſequuturam etiam ipſam Rotam Flo-
55 rentinam, non obſtantibus aliàs motiuatis; quia
cum dicta motiua non ſint Principis manda-
tum, non impediunt, quin cognita veritate
pòſſit eadem Rota contrariam ſententiam am-
plecti, & quidem maiori ſecuritate, quàm de
ſuo Senatu Pedemontano ſpes fuerat *Bellon. de
iur. accreſcen. d. cap. 6. quæſt. 15. ſub num. 75. verſ.
nec eſt contrarium*, quod ob id eſſet receſſurus
ab eo, quod in re hac in contrarium firmaue-
rat, & in poſterum ſeruandum eſſe decreuerat
apud *Theſaur. deciſ. 159. num. 8. & per tot.*, cum
Rota Florentina de ſeipſa glorietur, quod
56 exemplis non iudicat, & Statuta interpretatur
iuxta iuris tramites, vt refert *Matth. Neron. in
promptuar. elench. motiuor. ſelect. eiuſdem Rotæ
in verb. Rota Florentina verſ. exemplis, fol. 165.
ad fin.* & patet ex *Monach. deciſ. Florent. 1. nu. 92.*

Et quidem ſummo iure, cum nemini ſit du-
57 bium, quod prudens Iudex non debet infor-
mare conſcientiam ſuam ex conſcientia alte-
rius, nec in ſententijs ſuis ſequi opiniones, &
iudicata aliorum Iudicum, quamuis maximę
authoritatis, ſi putauerit male iudicatum ex
conſcientia ſua, ſeu ex veritate, & ratione, quas
di-

diligenter debet inquirere, & iuſtitię veſtigia
ſequi, non aliorum Iudicum ſententias forte
erroneas iuxta auream ſanctionem Imperatoris Iuſtiniani *in l.nemo Iudex C. de ſentent. & int. locutor. omnium iudic.* cuius verba refert, & ad rem ſcirè expedit *Decian. reſponſ. 110. num. 8. vol. 3.* iunctis alijs late cumulatis per *Teſtai allegat. 15. num. 1. & ſeqq.* & alios communiter,
58 & quidem id intelligendo non ſolum, vt iudicata vnius Tribunalis non debeant imponere legem alijs ſic iudicandi, ſed nec etiam quod id, quod in vno Tribunali iudicatum eſt, non afferat ijs, qui in vno, eodemque Concilio ſedebant, iudicandi neceſſitatem, vt dicit *Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 1. cap. 5. prope fin.* ſubdens etiam, paſſim videri de eodem negocio, atque eadem omnino re diuerſiſſimè in vna, eademque Decuria conſtitui, & quod in vna probatur, in altera quaſi obſtinatione quadam repudiatur, quem ſequitur, & laudat *Hypolit. Riminald. conſ. 509. num. 50. vol. 5.* Ac propterea
59 ſemper reſpiciendum ſit monitum *Textus in cap. cauſam 26. de electiōn.* quo docetur, Non debere attendi quod factum fuit, ſed quod faciendum, ad rem poſt alios, fusè expenſum per *Conciol. allegat. 34. num. &. & per* R. P. D. *Maſerium de Auenionen. & Æmil. morib. & legat. de latere authorit. lib. 5. cap. 33. §. 1. num. 85.*

Idque prorſus, cum Motiua, quæ fuerunt nobis communicata, non videantur eſſe tanti ponderis, vt Doctiſſimi, & Religioſiſſimi Auditores, qui ad præſens in eadem Rota Ius reddunt opinionem in illis potius aſſertam, quam probatam, ſola eorum authoritate ſint amplexuri. Nam Motiuum editum de Anno 1520. clariter
60 regiſtratum *lib. 4. fol. 28.* non percutit Caſum noſtrum, cum fuerit editum in caſu, in quo Fœminæ ſimpliciter excluſæ, prætendebant connumerari ad augendam Legitimam ad ſui fauorem, & illius portionem minuere Maſculis, & ſic non ſolum vt facerent numerum, & partem; ſed etiam quod admitterentur ad partem, in quo quidem Caſu benè fuit reſponſum non facere partem, cum nulla eis debeatur pars, nec aliud quod ſuccedat loco partis, vt etiam nos admiſimus ſupra in *§. Alter verò eſt caſus.*

Aliud verò motiuum editum de Anno 1533. die 3. Nouembris recenſitum *lib. 8. fol. 328. à ter-*
61 *go* licet dicat, eo caſu Legitimam fuiſſe deducendam, attento duntaxat numero Filiorum Maſculorum, & quod Filia, quæ excluditur à Statuto non facit partem fratribus ſuis, aſſerendo, hanc eſſe communem opinionem, Animaduertendum, quod omnes Doctores, pro ibi dictis comprobandis allegati, loquuntur in terminis, de quibus mox diximus; quando nempè Fœminæ concurrere prætendunt ad diminuendam Legitimam filiorum, & ſibi ipſis commodum augendum, & ſignanter *Bald. Angel. Ripa in l. Papinianus §. Vnde ſi quis ff. de inofficioſ. teſtam. & Imola in l. planè §. ſi duobus ff. de Legat. 1.* in illo primo loco recenſiti, vt apud eoſdem videre eſt: Idem verò *Angel.* adductus *in conſ. 105* nihil ad propoſitum tradit & *conſ. 300.* firmat
62 quod quando Dos ſuccedit loco Legitimæ prout ex Statuto Corronæ ibi erat Caſus, Filiæ faciunt numerum fauore maſculorum, addens id fortius procedere, quando agitur de eorúdem maſculorum commodo. *Decius conſ. 383. num. 5. Soccin. Sen. conſ. 153. num. 12. lib. 2. & Corn. conſ. 40. & conſ. 199.* ibidem additi, pariter ſcripſerunt in terminis Filiarum concurrentium ad diminutionem Legitimæ Maſculorum, vel ad proprium commodum, vel ad ipſarum admiſſionem ad illius partem. Præterea eorum dicta iam fuerunt perpenſa, & reiecta per *Bellon. de Iur. accreſcen. in ſæpius allegat. cap. 6. qu. 15. Angel.* enim *& Corn.* adducuntur *ſub num. 20.* & contra ipſos tenet *num. 30. & ſeqq. & n. 66. cum ſeqq. & Soccin. Sen. & Decius* adducuntur *ſub num. 76.* & contra ipſos tenet *num. 79.*
63 Tertium pariter motiuum editum de Anno 1597. ſub die 30. Iulij, quod legitur *lib. 8. fol. 301. à tergo* nititur authoritati eorumdem Doctorum in præcedenti relatorum, loquentium in terminis augendi Legitimam ad commodū ipſarum Fœminarum, & additur ſolum *Pariſ. conſ. 36. num. 28. lib. 2.* qui imò contrariam ſententiam firmat maſculis fauentem, & proinde inter alios eiuſdem opinionis fuit per nos additus, & ſolùm *dictis numeris* 28. & 59. diſtinguit inter caſum, quo Fęminæ excluduntur à ſucceſſione ſimpliciter, & nullius contemplatione aliquarum Perſonarum, vtpotè Agnatorum, vel Maſculorum, dicens in hoc ſecundo caſu, qui eſt Caſus noſter, quod tunc, cum Statutum duo faciat, vnum ſcilicet excludendo Fœminas nuptas, ſeu dotatas, aliud vocando maſculos, Fęminæ faciunt partem ad commodum maſculorum, nec habentur pro non extantibus, aut pro mortuis, vt iam aduertimus ſupra in *§. Hinc nullius ponderis* allegatis ſignanter *Bellono*, & *Eugenio*, qui præcipuè ipſum *Pariſium* ad hoc adducunt, & expendunt, & in iſtis terminis loquitur pariter *Craſſ. in §. Legitima qu. 7. num. 5.* ibidem additus; nam licet ſolum dicat, quod Filia ſimpliciter excluſa habetur pro mortua, allegando *Pariſ.* mox recenſitum, iuxta terminos, in quibus ipſe loquitur, eſt intelligendus.

Eademque reſponſione euitantur ea, quæ leguntur in Quarto motiuo edito de anno 1599. die 1. Aprilis, quod habetur *lib. 84. fol. 16. à ter-*
64 *go*, cum fundentur in auctoritatibus Decij, Pariſij, & Craſſi, in ſuperioribus iam animaduerſis.

Quintum autem Motiuum editum de Anno 1601. die 18. Martij, quod extat *lib 84. fol. 446*
65 licet addat nonnullos alios Doctores in prioribus non adductos, tamen in eiſdem terminis, in quibus Superiores, loquuntur; Siquidem *Cephal. conſil. 571. num. 42. & Surd. de Aliment. tit. 3. qu. 1. num. 45.* de hoc agunt ad effectum videndi, an ſit augenda Legitima ad fauorem, & commodum ipſarum Fæminarum, & in præiudicium maſculorum, prout etiam in eiſdem terminis loquitur *Roland. à Valle conſil. 27. nu. 6. & 7. lib. 1.* vt videre eſt ex principio eiuſdem Conſilij *verſ. 2. Quanta ſit portio, & ſub num 1.*

ver-

verſic. Circa ſecundum caput. Ga'*riel. vero de legitim. concluſ. 2. num.* 3. licet referat opinionem contrariam, attamen *num*. 4. retulit opinionem fauorabilem maſculis, & tandem *num*. 8. concludit diſtinguendo, quod aut redundat in commodum maſculorum, quod Fęminæ computentur, tunc eas eſſe computandas, ſi verò in eorum incommodum, & tunc non deberi computari. Denique *Pancirol. conſil.* 1. *num*. 102. & *Menoch. conſ.* 401. *num.* 142. & *ſeqq.* qui in eadem Cauſa ſcripſerunt, ſunt intelligendi, quando id non expedit Maſculis, & Menochius fuerat adductus per *Bellon. ſæpius allegat. quæſt.* 15. *num.* 76. & contra ipſum ſenſit *num.* 79. iunctis traditis antecedenti *num.* 66. & *ſeqq.* Imò idem Menochius, nec non Pancirolus tamquam Iudices Compromiſſarij contrarium iudicarunt in Ciuitate Patauina, quod nempè Fęminæ hoc caſu faciant numerum, & partem, quoties agitur de illis connumerandis fauore maſculorum, vt iam ſuperiùs retulimus ex *Peregrin. de Fideicommiſſ. artic.* 38. *ſub num.* 24. *verſ. Quocirca*.

Nec valebit dicere, quod ſaltem ex eiſdem motiuis videatur introducta conſuetudo iudicandi pro opinione contraria, cum ex duobus iudicatas vel ex tribus, aut ad ſummum ex quatuor introduci ſoleat iuxta cumulata per
66 *De Luc. de Feud. diſc.* 53. *nu.* 6. & *de Praeminen. diſcurſ.* 23. *num.* 5. *Gratian. diſcept. forenſ. capit.* 441. *num.* 21. *Staiban. Iun. lib.* 1. *reſol.* 98. *d. num.* 144. *Caſſar. in ſpecul. Peregrin. quæſt. cap.* 40. *num.* 6. *Palmam Nepot. allegat.* 346. *num.* 15. & *allegat.* 399. *num.* 14. *Saminiat. contr.* 49. *num.* 29. *Triſtan. deciſ. Cathal.* 27. *num.* 7. *lib.* 1. Quia his etiam admiſſis adhuc pro illorum applicatione plura ſunt in præſenti animaduertenda.

Et primo quidem animaduertendum, quod
67 non ex eo, quod ex rebus alias deciſis poſſit dici inducta iudicandi conſuetudo, pernecesſè ſequitur huiuſmodi Conſuetudinem abſolutè eſſe ſequendam, & pręcipuè quoties Iudici videtur opinio verior, & magis probabilis eſſe in contrarium; Nam quemadmodum eſt cer-
68 tum, quod Iudex, etſi in quæſtione aliqua decidenda, ſecundum terminos Iuris poſitiui ſcrupulum ſibi eſſe videatur, adhuc tamen facilem ſe debet præſtare pro ea opinione, pro qua putat ſtare veritatem, iuxta latè tradita per *Mandell. Alb. conſ.* 229. *num.* 20. & *ibi Adden. litt. F.* & *conſ.* 523. *num.* 2. Ita multò magis
69 dicendum erit, non ita ligari à conſuetudine à rebus aliàs iudicatis inductam, & quin excuſari valeat à neceſſitate veritatem inquirendi, cum tales ſententiæ ſint merè placita Doctorũ
70 Virorum, per quę etiamſi Senatus ſit Supremus non efficitur propriè Lex, nec proindè attendendę, & ſequendæ, niſi quantum rationi congruant, cum omnis auctoritas humana tan-
71 tum valeat, quantum valet ratio, vt poſt cęteros docent *Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. *num.* 967. *Graſſett. in Anatom. Neo proditor* §. 15. *num.* 7. *Fatard. allegat. fiſcal.* 9. *num.* 366. *Conciol. alleg.* 34. *num.* 42. *Capyc. Latr. deciſ.* 91. *num.* 13. & 14. *tom.* 1. *Cenſal. deciſ. Luccuſ.* 10. *num.* 37. & 38. *Cortiad. deciſ.* 24. *num.* 25. *tom.* 1. *Adden ad Pamphil. deciſ.* 296. *num.* 17. & 19.

Nec ſine maxima ratione, quia cũ argumen-
72 tum, quod à rerum iudicatarum authoritate deducitur, ſit ſolum probabile, vt poſt *Geminian. Franc. Felin. & alios, dicit Euerhard. in loco argument. legal. loc.* 95. *num.* 10. Iudex, qui in ſua ſententia iudicium intellectus ſequi debet, mi-
73 nimè flecti poteſt in eam partem, pro qua ſtat ſola probabilitas, ſed debet conformare iudicium ſuum cum rationibus probabilioribus, & cum veritate, atque ipſam ſummoperè tuuare & ad lucem perducere, & tandiu actionem ventilare, quouſque ad veritatem perueniatur, itaut aliter cum conſcientia libera, & pura pronunciare non valeat iuxtà latè tradita per *Faguan. in cap. ne innitaris ſua num.* 298. & 299. *cum ſeq. de conſtitut.* Præſertim attento poſtre-
74 mo Sedis Apoſtolicæ decreto, quo inter cæteras propoſitiones à S. Mem. Innocentio XI. damnatas, illa præcipuè exiſtit, quà probabiliter exiſtimabatur, Iudicem poſſe iudicare etiam iuxta opinionem minus probabilem, cuius meminit etiam *Sabell. in ſumm. diuerſ. Tract. verb. opinio num.* 6. *ad fin.* Atque propterea, quamuis
75 ex ſententijs alias emanatis poſſit dici inducta conſuetudo, hæc nunquam efficere poterit, vt rationi, & iuribus ſiut anteponenda, quia etſi *conſuetudinis, vſuſque longæui non vilis ſit authoritas, non tamen eſt valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem*, vt ſunt verba *Text. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, ſed imo ratio, & veritas conſuetudini præponenda eſt*, vt inquit *Text. in cap. fruſtra diſtinct.* 9. necnon *ſana ratio etiam exemplis anteponenda*, vt habetur *in Can. ſana eadem diſtinct.* 9.

Secundò animaduertendum, non eſſe abſo-
76 lutè verum, quod omnia iudicata conſuetudinem iudicandi inducere valeant, ſed id procedere duntaxat quoad res iudicatas, quæ ſuprę mi Principis authoritate fuerunt, aut lata, aut comprobata, vel in quibus eius cognitio acceſſit, itaut his remotis minimè ex illis poſſit dici inducta conſuetudo, quæ neceſſitatem ita iudicandi imponat, nam quemadmodum Iudicibus etiãſi ſint Supremi Senatus, non eſt poteſtas cõ-
77 dendi legẽ ſiue id ex parte velint, ita multò minus illorum ſententiæ etiam iteratæ, vel à diuerſis Iudicibus eiuſdem ordinis repetitæ poſſunt facere Ius tacitum per modum conſuetudinis, propter ſolum numerum actuum ſeruandum, quia non eſt poteſtas in Iudicante, vt appoſitè diſſerit *Suarez de legib. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 14. & conferunt tradita per *Nigr. de laudem. qu.* 45. *num.* 26. & 27. *Theſaur. in Proem. deciſ. Pedemontan. num.* 32. *verſ. vndè putarem Chriſtin. dec. Belgic.* 1. *num.* 8. *vol.* 1. & *deciſ.* 87. *ſub numer.* 1. *verſ. Quapropter vol.* 4. & *alios pleroſque* vnde
78 *Menoch. conſ.* 344. *num.* 38. docto prius, quod exemplis non eſt iudicandum, reſpondendo ad id, quod dicitur non eſſe mutanda ea, quæ conſuetudine interpretationem receperunt, dicit, intelligendum eſſe, quando id actum fuit

ab his,qui interpraetaudi facultatem habent, &
inducere conſuetudinem poſſunt, & *Caſſador.*
deciſ.7.de Præbend.num.7. dicit quod Iudex nō
79 cogitur iudicare ſecundum deciſiones, & qui-
dem loquendo de deciſionibus Rotę Romanæ,
in qua ipſe tanquam Auditor aſſidebat, quia
non ſunt approbatæ per Papam, quod etiam
tradunt *Maſcard.de probation. concluſ.485. num.*
7. Viuius Commun.oppinion. lib.1. opin.398. nu.
8.& deciſ.401.n.20.Sarauia de iuriſdict. Adiudic-
quati.35.§.9.verſ.tertio quia Rota deciſiones.

Tertio animaduertendum, quod ad hoc,
80 vt dicatur inducta iudicandi conſuetudo,mo-
tiua,& Deciſiones, ſeu ſententiæ, ex quibus
illa inferri prætenditur, dicendum eſt, quod
non incidenter, & perfunctoriè, ſed principa-
liter articulo diſcuſſo prodierint,vt occaſione
Motiuorum Rotæ Florentinæ ſpecificè dicit
81 R.P.*D.Anſaldus de commerc.& mercat.diſc.28.*
num.39.& generaliter D. Vrceolus Rotę Flo-
rentinæ Auditor præſtantiſſimus *conſult.forenſ.*
60.num.4. & conſult.69. num.10. Tarquin. Vr-
ban.in vot.6.num.58.ex impreſſ poſt. deciſ. Rem-
bold. Cenſal. in vot. 9. num.60. ex impreſſ. poſt
Comment.ad l.vnic.C.ſi quis Imperator maledix.
& deciſ.Lucenſ.3.num.37.deciſ.27. num.19. &
deciſ. 49. num. 18. Rota coram Seraphin. deciſ.
299 num.13.coram Bich.deciſ.480.num.31. & in
recent.deciſ. 45.num.29. & 30.par.8. & deciſ.
265.ſub n.20.§.Non obſtat, & num.21. par.15.
& egregiè præ cæteris *Themud in Præfat.ad dec.*
*Senat.Archiep. Olyſiponen. num.36. & 38.*adno-
tando, quod ſæpè contingit, quod aliquando
72 de plano,& ſine multorum librorum reuolu-
tione,vno modo iudicatur, poſteà vero in eodē
caſu facta maturiori conſideratione, & ſtudio
aliter cenſeatur,atque propterea bonum Iudi-
cem non deberi moueri ab exemplis rerum
83 alias iudicatarum,ſed ab illis teneri recedere,
ſi re plenius tractata contrarium appareat eſſe
verius,allegans ad hoc mirabilem *Textum in*
l.Diui fratres 17. ff. de iur. patron. & conferunt
plenè deducta per *Magdalen.de Numer. teſtium*
in teſtam. requiſit. par.2. cap.9. num.38. & ſeq.
Quinimò *Alexan.conſ.150. num.7. lib. 7.* dicit
84 exemplis non eſſe iudicandum, quamuis eſſent
Principis exempla,niſi eſſent ſententiæ diffini-
tiuæ latę cauſa cognita,& formiter diſcuſſa.

Quapropter, cum motiua Rotæ Florentinæ
ſuperius recenſita,nec doceantur,quod fuerint
à Principe confirmata,nec quod quæſtio, de
qua agitur,fuerit in illis plenè tractata, & for-
miter diſcuſſa, nunquam poterit dici ex illis
fuiſſe inductam conſuetudinem iudicandi,etiāſi
in eorum aliquo dicatur, opinionem in eis fir-
matam ſeruare illam Rotam, quia cum huiuſ-
modi aſſertio tendat ad iuſtificationem eorum
quę in dictis Motiuis fuerunt dicta, in nihilo
85 meretur attendi, vt punctualiter occaſione ſi-
milium Motiuorum Rotæ Florentinę, vt dixi-
mus, adnotat R.P.D. *Anſald.dicto diſc. 18.nu.*
38.

Idque dubio procul animaduertendo, quod
86 præfata Rotæ Florentinæ Motiua emanarunt
tempore,quo quæſtio,de qua agitur, erat ad-
modum inuoluta,& perplexa, ex quo per Scri-
bentes caſus omnes ſub vnica determinatione
reſolui pretendebantur, quod tamen cum ſibi
redderetur admodum difficile,& ferè impoſſi-
bile,dum rationes,quæ ad vnius caſus deciſio-
nem conferre videbantur,alteri contrariæ re-
periebantur,inde crediderunt licitè potuiſſe Iu-
dices pro eorum arbitrio vnam, vel alteram
opinionem amplecti, quod tamen poſtmodum
fuit compertum,eſſe falſum, & quod facta ſe-
paratione, & diſtinctione Caſuum res de faci-
li decidi poteſt, prout fuit per ſupremam Ro-
tam Romanam perpetuo ſeruatum, & per Do-
ctores vnanimi ferè conſenſu probatum, vt ſu-
perius fusè oſtendimus, Atque ſic ex ijs, quæ
illo tempore fuerunt iudicata, minimè poteſt
dici inducta conſuetudo,quæ ſit ad præſens ſer-
uanda, nam quemadmodum *Celſus in l. quod*
87 *non ratione 37.ff.de legibus* dicit,*quod non ratio-*
ne introductum eſt,ſed errore primum, deindè con-
ſuetudine obtentum,in alijs ſimilibus non obtinet,
& vt *Paulus in l.Quod vero 13.eodem tit.* inquit
Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt
producendum ad conſequentias.

Non enim eſt nouum, quod nedum opi-
88 niones temporis curſu mutentur, imò ſæpè
contingat,quod aliqua opinio,quæ à quinqua-
ginta, vel ſexaginta annis ſupra communiter
tenebatur, deſinat eſſe communis,& contraria
magis communis efficiatur, vt totidem verbis
animaduertunt *Mariam.Soccin.conſ.158. nu.70.*
vol.2. Magagnan.Azoguid. in tract. de commun.
opinion.lib.3.cap.17.num.2. impreſſ tom.1.Syn-
tagmat.commun.opin. fol. mihi 48. à tergo Mag-
dalen. de numer.teſt.in teſtam. requiſ. d.par.2.cap.
9.num.35. Ionius de ſolemnit.in contract.ib.minor.
gloſſ.46. §.14. num.66.in fin.& alij, ſed etiam
quod ſuprema Tribunalia variatis,mutatiſque
89 temporibus, mutent quoque Iudicia, ſenten-
tias,& opiniones, & perſpectis moderniorum
obſeruationibus, & illuſtrationibus ab alias
firmatis recedant, vt benè aduertunt *Viuius*
deciſ.40.num.24.& 25.lib.3.Chriſtin. deciſ.Bel-
gic.2.num.2.vol.1.Magdalen.dicta qu.9.num. 35.
Caſſador. deciſ.9. num. 5. de Cauſ. poſſeſſion.&
propriet. & quidem id practicando omnia Tri-
bunalia Vrbis, vt teſtantur R. P. *D. Maſſerius*
ſuper allegat.tract.de Auenion.& Æmil.morib.&
legib. d. lib. 1. cap.33. num. 84. & præcipuè
Rotam Romanam omnium aliorum Tribuna-
90 lium Ducem, & Magiſtram, quæ à ſpendore
veritatis capta paſſim ab opinionibus antiquis
Tribunalis recedit, vt in pluribus deciſionibus
videre eſt, & ſignanter *coram Seraphin. d. deciſ.*
299.num.13. & teſtantur Paul.Rubeus in annot.
ad deciſ.150.nu.168.& 169.par.9.recent. Manſ.
conſult.88.num.18. Zuccar. deciſ.Lucenſ.10. nu.
37. & 38. atque exemplis oſtendit *Sarnenſ. ad*
Regul.70.de Triennal.qu.53.num.10.& ſeq.

Parum obſtant ſi fortè addatur, quod ne-
dum olim,ſed etiam ad præſens opinio in di-
ctis Motiuis aſſerta,fuerit Florentiæ recepta,
vt in Motiuis Domini Auditoris Gherardini

ad

ad Magiſtratum Pupillorum *die 30. Martij*
1672. in Cauſa Salnim, & Cenni, *& die 7. Iulij*
1680. in Cauſa Scalandroni, & Signoretti.
Quia in illis Sicco pede id ſolum firmatur, tan-
91 quam à Rota Florentina receptum, allegando
Motiua ædita de anno 1597. & 1601. ſuperius
relata. & quidẽ minimè reſpectu tempore, quo
dicta Motiua fuerant edita, nec vllatenus ma-
teria examinata, nec viſis Doctoribus, & ratio-
nibus in eis recenſitis, quas nos expendimus,
quod certè ſi fuiſſet conſideratum, fortè id non
fuiſſet ita abſolutè firmatum, & ſic non ita illis
deferendum, quin locus ſit veritati, & quin ad
terminos, & tempus Motiuorum allegatorum
ſint intelligenda, vt in ſimili punctualiter diſſe-
rit *Menoch. conſ. 295. num. 24.* Deciſiones enim
92 intelligendæ ſunt ad terminos Doctorum,
quos allegant *Rota coram Coccin. deciſ. 1445. n.*
26. & in rec. deciſ. 139. num. 47. par. 6. & deciſ.
407. num. 45. par. 9.

Verum, quod omnem remouet dificulatem
in præſenti eſt animaduertere, quod in
93 caſibus, in quibus ex alias deciſis poteſt dici
inducta conſuetudo iudicandi, eatenus id pro-
cedit, quatenus caſus ſit idem, atque eędem fa-
cti circumſtantiæ, & iuris rationes concurrant,
vt plenè dicit *Triſtan. deciſ. Cathalon. 27. num. 8.*
lib. 1. & quidem ex communi, & indubia con-
94 cluſione, quod deciſiones non attenduntur, niſi
in puncto, ſuper quo ſpecialiter emanarunt, de
qua, poſt cætæros, in terminis Motiuorum Rotæ
95 Florentinæ. *Clariſs. DD. Auditores de Angelis,*
& Finetti in motiu. impreſſ. apud Manſ. conſult.
395. num. 45. in fin. & num. 46. & generaliter *Ver-*
96 *migliol. conſ. 21. num. 6. Spad. conſ. 132. num. 9.*
lib. 1. Tarquin. Vrban. in vot. 6. num. 59. ex impreſ.
poſt deciſ. Rembold. Rota in recent. deciſ. 45. num.
22. & 27. par. 8. Atque propterea cum motiua
Rotę Florentinæ, de quibus agitur, nunquam
fuerint loquuta in terminis caſus, in quo maſ-
culi volunt, & ſibi expedire dijudicant, fæminas
facere numerum, & partem ad augendam legi-
timam ad ipſorum fauorem, in quo nos verſa-
mur; Minimè poterunt eadem obeſſe, quin in
illo ſit iudicandum iuxtà vnanimem Doctorũ,
& omnium ferè Tribunalium, & ſignanter con-
ſtantem Sacræ Rotæ Romanæ ſententiam, ma-
ximè cum hoc in caſu ſemper ſecurius ſit, etiã
nulla alia ratione, vel diſtinctione attenta, fir-
97 mare, quod fęminæ excluſę faciant numerum,
& partem ad fauorem maſculorum ad quorum
commodum Statuta excluſiua fuerunt condita,
vt ponderat *Mart. Medices in addition. ad deciſ.*
Senenſ. 7. num. 7.

His autem poſitis, atque ex eiſdem firmo re-
manente, quod portio Legitimæ, ex qua ſuam
quotam detrahere poterit D. Marchio Franciſ-
cus Siluius, ſit dicenda Semis, hoc eſt dimidia
pars hæreditatis, quatenus velit, & ſibi expedire
dijudicet, Sorores eſſe computandas ad facien-
dum numerum, & partem ad ſui fauorem, Nul-
latenus in hoc poterit impediri à Marchione
98 Fabio Fratre, quatenus recuſet, quod eædem
numerentur ad augendam Legitimam de Tri-
ente ad Semiſſem, quia cum ipſe Marchio Fran-
ciſcus Siluius habeat pro ſe Regulam funda-
tam in diſpoſitione iuris de Triente, & Semiſſe,
& authoritate Statuti, ſecundum veriorem opi-
nionem ſuperius firmatam, poſſit eligere, quod
ſibi vtilius eſſe crediderit; Marchio Fabius
non poteſt hanc iuris diſpoſitionem in eius præ-
iudicium immutare, vt præcisè fuit reſolutum
à Rota in recent. deciſ. 137. num. 14. in fin. verſic.
non obſtat, & num. 15. & deciſ. 160. num. 22. &
ſeqq. par. 6. quarum prior eſt repetita poſt *Fari-*
nacc. Repertor. vltimar. voluntat. deciſ. 39. num.
15. & nuper his ſcriptis viſis *in dic. Nepeſina Le-*
gitimæ 6. Aprilis 1697. coram R. P. D. Muto infra
deciſ. 69.

Et quamuis Cardinalis de Luca, occaſione
ſimilis controuerſiæ alias ortæ inter Fratres de
99 Acciaiolis. & per concordiam terminatæ, exiſti-
mans Deciſiones mox relatas non percutere
Caſum, de quo agitur, contrarium videatur
ſenſiſſe *diſc. 2. de legit.* potiſſimum ex ijs, quæ
tradidit *num. 8. & 9.* quod nempè, cum ſtante
Statuto ſimpliciter Fæminas excludente, eædẽ
reputentur vti extraneæ, maximè quoties Dos
ab eodem reſeruata non ſuccedit loco Legiti-
mæ, Regula videatur eſſe, quod illę non nume-
rentur ad faciendum numerum, & partem in
legitima, & concluſionem, qua aſſeritur eſſe in
facultate, atque electione Maſculorum illas
numerare, continere potius limitationem, ideo-
que in concurſu duorum ius coæquale haben-
tium, quorum vnus inſiſtat Regulæ, alter verò
inſiſtat limitationi, melior eſſe debeat conditio
habentis pro ſe regulam, iuxta quam in dubio
eſt iudicandum, addendo vlterius, quod ſtante
hoc iure coæquali, quod Filij Maſculi habent
in hac Statutaria excluſione, videtur intrare
Regula Sociorum, inter quos in re communi
potius eſt Ius prohibentis, de qua *in l. Sabinus*
8. ff. Commun. diuidun. & in cap. In re Communi:
de Regul. iur. in 6.

Attamen hæc non videntur eſſe talis ponde-
ris, vt à firmatis per Rotam in allegato deci-
ſionibus ſit diſcedendum, quæ non ſunt extra-
100 neæ à caſu præſenti, vt inaduertenter ipſe
ſupposuit, cum imò expreſsè, & litteraliter illum
decidant, vt eas legenti patens eſſe poteſt; Si-
quidem ita abſolutè aſſerere, Regulam eſſe,
quod Fæminæ non numerentur, quando Statu-
tum illas ſimpliciter excludit, nec Dos illis re-
ſeruata ſuccedit loco legitimæ, continet aper-
tiſſimum errorem, cum id magis Brocardicum,
quam Regula videatur ducendum, dum vt ſupe-
rius diſſeruimus, & latè demonſtrauimus, id eſt
valdè perplexum, magnamque ſemper recepit
diſputationem, nec aliter verum eſſe poteſt, quã
101 reſpectu Fæminarum, vt nequeant facere par-
tem ad ſui fauorem, vel quoties Statutum il-
las excludit, nulla alterius habita conſideratio-
ne, non autem quoties eaſdem excludit fauore
Maſculorum, ac ipſis expedit, quod faciant nu-
merum, iuxta veriorem, & magis receptam Do-
ctorum, & Tribunalium ſententiam, quod pro-
inde potius pro Regula conſtitui poſſet, quam

primum,cum in Brocardicis explicandis ea ſit
ratio,quod licet primum, velut generale videa-
tur aſſignari,tamen eius contrarium pro Regu-
102 la tenendum , vt docet *Azo in ſuis Brocardic,*
Rubric.1. in explic. Brocardic. *Quod captum &c.*
*fol.mihi.6.*licet alias Brocardica cum non ha-
103 beant certam determinationem,ad cauſarum
deciſionem allegari non valeant *Pacian. conſ.*
92.num. 60.Torr. de Pact.futur. ſucceſſion. lib.1.
cap.11. num.34. & ſic alia Regula certa in hoc
nequeat allegari,quam illà de Triente , & Se-
miſſe,vti ex Iuris diſpoſitione elicita,prout ſer-
uauit Rota in priori ex dictis Deciſionibus,
nempè *deciſ.137.num.15.eadem par.6.recentior.* v
104 cum ex Iure fiat Regula,non autem ex Regu-
la fiat Ius *l.1.vbi DD. ff.de Regul.iur. Ludouicus*
Bellus conſil.165. num. 9. hincque retorqueatur
diſcurſus,quod melior debeat eſſe conditio il-
lius Fratris,qui habet Regulam pro ſe.

Sicuti etiam eſt erroneum dicere , quod Fi-
lij Maſculi , tamquam habentes coæquale ius
in hac Statutaria excluſione , illudque in com-
muni poſſidentes dici poſſunt Socij , & ſic in-
tret alia Regula de re communi, in qua potior
eſt conditio prohibentis;Quia bene verum eſſe
valet,quod ipſi dici poſſint habere ius coequa-
le in excluſione Statutaria Fæminarum ad ef-
fectum eaſdem Fæminas repellendi ab omni-
bus iuribus , quæ ea non extante eiſdem com-
petere poſſent,& quod ad d.effectũ ſimilia iura
in eoſdem translata, quodammodo in commu-
ni ab ipſis poſſideri dicantur, non tamen quod
105 in eiſdem Iuribus poſſint ipſi Filij Maſculi ſi-
bi inuicem prȩiudicare , & iniqua conditio in-
ferri,& vnius factum alteri in ſuo iure , & por-
tione nocere,contra Regulas expenſas per Do-
ctores *in l.non debet 74.ff.de Regul.iur. & in leg.*
vnic. C.quando non peten. par. & alijs cumulatis
per *Berlich.deciſ.52.num.2. par.1.* Et ſic nec mi-
nus,quod in re hac potior debeat eſſe conditio
prohibentis,cum imò præualere debeat Votum
illius,qui habet Regulam pro ſe , atque ei ma-
gis fauendum , vt præſata Regula de re com-
106 muni neglecta,licet in obiectis deducta,benè
reſpondit Rota in poſteriori ex dictis Deciſio-
nibus,nempè *deciſ. 160. num. 23. & 24. allegat.*
par.6.recentior.

Cæterum Cardinalis de Luca,ſi bene perpē-
datur , in eo diſcurſu videtur potius fauere ,
quam aduerſari noſtræ ſententię,& præſertim
in facti ſpecie,in qua verſamur , Animaduerten-
do ex narratione facti ibidem *num.1.*recenſita,
107 quod in ſuo caſu erant nouem filij,nempè tres
Maſculi,& ſex Fęminæ , quæ ſi debuiſſent com-
putari, vtique Legitima fuiſſet Semis , ſed in
nouem portiones diuidenda, ſi verò non eſſent
computandæ,fuiſſet Triens,& ſic Maſculo con-
tendenti eas numerari id expediebat,cum ita
integram vnciam obtinuiſſet , & è conuerſo ,
permittendo eaſdem computari, non habuiſſet
niſi duas ex tribus partibus vnciæ ; Et vlterius
alteri Fratri,qui illas numerari proponebat,id
intererat,tamquam hæredi vniuerſali , quamuis
onere fideicommiſſi grauati , vt portiones Fæ-
minarum cederent commodo hæreditatis , &
fideicommiſſi ; Vndè proſequendo in referen-
dis rationibus , quæ Fratri contendenti ſibi aſ-
ſiſtere videbantur *numer.10.& 11.* dicit, quod
108 ad effectum, de quo agitur Filij Maſculi ſunt
conſiderandi vti Filij,ac pro eo iure,quod ipſis
competit ratione qualitatis Filialis , & propte-
rea ſicuti tales priuilegium habent eligendi ,
quod ipſis magis expedit,in concurſu præuale-
re debet Votum illius Filij,ſeu Socij in iure fi-
liationis , qui communem Socialis negocij vti-
litatem proponit , non autem alterius , qui re-
præſentando duplicem perſonam Filij, & hære-
dis,pro intereſſe particulari hæreditatis , & fi-
deicommiſſi,prętendit eligere , quod ſibi ſolũ
vti hæredi expedit, communi autem negocio
ratione qualitatis filialis,nocet,addita Regula,
quod nulla eſt incompatibilitas, quod in nego-
cio Sociali detur actio , & paſſio in eodem ſu-
109 biecto , quam etiam antea tradiderat *de Cre-*
dit.diſcurſ.11. num. 8. atque ex eo deſumpſerat
Carol.Anton. de Luca de pluralitat. Homin.legal.
cap.8.num.5 .late que exornat *R.P.D.Anſald. de*
Commerc.& Mercatur.diſcurſ.46.num.45. Vndè
idem Card.de Luca hanc quæſtionem reaſſu-
mens, & paucis abſoluens *in Summ.eiuſdem ti-*
tul.delegitim.& detract.cap.2.ſub n.21.verſ.Eis ve
rò diſcordãtibus,poſtquã antecedenter dixerat fę-
minas facere,& nõ facere numerũ , prout ma-
ſculis excludẽtibus magis expedit,idque proce-
dere,quatenus ipſi in vna,vel altera Electione cõ-
cordent poſtea ſubdit:*Eis verò diſcordantibus po-*
tior eſt conditio eorũ,qui eligunt id, quod magis vti-
le Filijs,vt filijs neglecto ſenſu eorũ,qui hæreditario
potius quã Filiali nomine,vel iure,contrariũ putant.
Quę omnia apprimè fauent huc vſque per nos
dictis,quod nempè in caſu iſto Marchio Fran-
ciſcus Siluius ratione Filiationis, & Maſculini-
tatis ſi velit,atque ſibi expedire diiudicet, poſ-
ſit facere , quod portio Legitimæ de Triente
perducatur ad Semiſſem , connumerando Fœ-
minas ad faciendum numerum ,& partem, vt ſi-
bi pars augeatur,abſque eo,quod valeat impe-
110 diri à Marchione Fabio Fratre , quatenus id
contendere velit , dum alias eidem Marchioni
Fabio , contrarium dumtaxat eſſet proficuum,
ratione priuati intereſſe hæreditatis, & Fidei-
commiſſi, vt pinguiora eſſent remanſura,quod
minimè videtur permittendum ; quia ſimilia
Statuta excluſiua Fæminarum nolunt fauere
111 hæredi ratione iuris hæreditarij, vel hæredita-
ti,ſed volunt fauere Maſculis ratione agnatio-
nis , Ratione verò Maſculinitatis Quis poſſit
ſibi ipſi quaſi repudians præiudicare , non autẽ
alijs Maſculis in quota Legitimæ ex diſpoſitio-
ne Iuris ſibi debitæ , vt benè in præciſis termi-
nis diſſerit *Rodulphin.allegat.130. num.4. & 5.*
& allegat. 131. num.3. & 4. & conferunt *Curt.*
Iun.conſ.268. ſub num. 52. verſic. Nec præmiſſæ
Concluſioni tom.3. & Ronit conſil. 70. n.4.lib.1.

Ad quorum confirmationem facit optimus
Textus in l. Actione 65.ſeu 66.poſt med.ff. pro So-
112 *cio* in quo ex Labeonis , & Proculi ſententia,
Paulus ita reſpondit: *Labeo autem poſteriorum*
li-

Digitized by Google

illuis ſcripſit: Si renunciauerit ſocietati vnus ex
ſocijs eo tempore, quo interfuit ſocij: non dirimi ſo-
cietatem, committere eum in pro ſocio actionem.
Nam ſi emimus mancipia inita ſocietate, deinde
renunties mihi eo tempore, quo vendere mancipia
non expedit, hoc caſu quia deteriorem Cauſam
meam facis, teneri te Pro Socio iudicio. Proculus
hoc ita verum eſſe ait, ſi Societatis interſit, non
dirimi ſocietatem, ſemper enim non id, quod priua-
tim intereſt vnius ex ſocijs ſeruari ſolet, ſed quod
ſocietati expedit. Vt ſic eodem modo ſi inter-
ſit vni ex Fratribus, tamquam Socijs in iure
113 filiationis, & maſculinitatis, quod legitima
de triente perducatur ad Semiſſem, nequeat
ab altero fratre illius conditio deterior fieri,
maximè ſi iſte, ratione priuatæ vtilitatis ſuo iu-
ri renunciare velit, ideoque attendendum ſit
Votum illius, qui id, quod communi negocio,
vigore eiuſdem filiationis, & maſculinitatis,
vtile eſt proponit, quinimò dicendum eidem ad
hoc in fratrem actionem competere, quam
ponderationem ex hoc noſtro Reſponſo elici-
tam nuper etiam fecit Rot. *in d. Nepeſina legiti-*
ma 26. Aprilis 1697. coram R. P. D. Muto, vt in
d. deciſ. 69. in fin.

Addi etiam poteſt, quod quemadmodum
114 eſt certum, quod filij debent conſequi legiti-
mam in bonis parentum, etiam contra eorum
voluntatem, & ipſis inuitis, neque parentes vl-
lum quoad illius portionem valent filijs præiu-
dicium inferre, vt per *Text. & DD. in cap. Ray-*
nutius, §. Dilectus filius de teſtament. benè dicit
Cephal. conſil. 412. num. 22. & 23. tom. 3., imò
115 nequeunt inequaliter eiſdem illam relinque-
re, quamuis in cæteris libertatem habeant,
cum omnes ſint filij, & inæqualitas non detur
in lucro legis, ad benè tradita per *Marc. Man-*
tua in tract. quanta ſit legitima filior. §. nota quin-
to, impreſſ. inter tractat. magn. tom. 8. par. 1. fol.
442. col. 2. Ita multo magis videatur vti certum
aſſerendum, non eſſe permiſſum ipſis filijs ali-
quid facere, per quod in legitima vnus alteri
116 præiudicium inferat, & inæqualitas inter ip-
ſos ſequatur, prout planè eſſet, ſi vnus ex illis
tamquam hæres vniuerſalis, de ſubſtantia pa-
tris ex ipſius iudicio plus conſequens, quam
ex prouidentia legis eſſet percepturus, facto ſuo
vellet impedire, quin frater conſequi poſſet id,
quod ſibi equaliter cum eo, tamquam filijs, ex
iuris diſpoſitione, eſt tribuendum, atque ſic il-
le, in cuius præiudicium talis inæqualitas ſe-
queretur, benè valeat agere meliori modo, quo
poteſt, vt ſibi æquale ius tribuatur, vt in ſimi-
li benè tradit *Curt. Iun. conſil. 269. ſub num. 27.*
verſic. ex præmiſſis concluſionibus, & num. 28.
lib. 3., nec non quod ad ſui fauorem omnis ſit
117 facienda interpretatio, cum talis præiudicij
euitandi, & æqualitatis ſeruandæ cauſa inter
filios, recedatur etiam à communibus Regulis
& à propria verborum ſignificatione, iuxta ea,
quæ ex *l. penult. in fin. C. commun. diuidund. l. fin.*
C. commun. vtriuſque iudic. l. vt liberis, l. illud, &
toto tit. C. de collation., & alijs Iuribus, tradunt
vnanimiter Doctores cumulati per *Curt. Iun.*
vbi mox num. 21. & 23. Ramon. conſil. 66. num. 19.
& ſeqq. Ciroce. diſcept. 74. num. 14. Bonden. col-
lect. legal. 3. num. 74. cum duob. ſeqq. tom. 1. Rot.
in recent. deciſ. 34. num. 4. cum ſeqq. par. 19. Ma-
118 ximè reſpectu Legitimæ, ratione cuius æqua-
litatem eſſe ſeruandam inter filios, ex iuris ne-
ceſſitate prouenire dicitur, quamuis ſuaſione
in reliquis lex ad id intendat, vt latè proſequi-
tur idem *Bonden. ibidem à num. 77. ad 80.*

Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo ſemper &c.

Marcellus Seuerolus Signaturæ Iuſtitiæ Vo-
tans &c.

Magna cum doctrina, & eruditione R. P. D.
meus Seuerolus reſoluit quæſtiones in hac con-
ſultatione examinatas, & rationibus, & autho-
ritatibus plurimis reſolutionem comprobat,
vnde tamquam veriorem ſequendam cenſeo.

Franciſcus Liberatus Archiepiſcopus Epheſinus, &
Signaturæ Gratiæ, & Iuſtitiæ Votantium Decanus

Non minus doctè, quàm luculentèr R. P.
D. meus Seuerolus examinat materiam in Su-
periori Conſultatione deductam, & eius opi-
nionem ſequendam cenſeo.

Franciſcus Caffarellus Signaturæ Gratiæ, & Iuſtitiæ
Votans, & Sac. Congregationis Sgrauiorum, &
de Bono Regim. Secret.

Summa Doctrina, & Studio de more R. P.
D. meus Seuerolus conſuluit in ſuperius ſcrip-
tis, & eius Conſultationem vti magis conſo-
nam communi, & veriori Doctorum ſenten-
tiæ, ſequendam eſſe exiſtimo.

Dominicus Paracciaius Signaturæ Gratiæ, & Iuſti-
tiæ Votans.

Elaborato, ac Doctiſſimo Reſponſo R. P.
D. mei Seueroli libentèr me ſubſcribo, ac cen-
ſeo ſententiam in illo firmatam eſſe in Iure ve-
riorem, & in Tribunalibus recipiendam.

Alexander Organus de Caluis, Signaturæ Iuſtitiæ
Votans.

Doctiſſimam Conſultationem R. P. D. mei
Seueroli libentèr approbo, vti veris, & ſoli-
diſſimis Iuris fundamentis innixam.

Fatinellus de Fatinellis Signaturæ Gratiæ, & Iuſti-
tiæ Votans.

Doctiſſimè materiam exornat R. P. D. meus
Seuerolus in hac ſua Conſultatione, rationi-
bus, & authoritatibus ſatis fultam, vndè tan-
quam veriori Opinioni à Doctoribus appro-
batæ innixam amplectendam cenſeo.

Ioannes Franciſcus Gomez Signaturæ Iuſtitiæ Vo-
tans.

Quamuis firmatæ remaneant Concluſiones,
de quibus agitur, ex validis rationibus, & au-
ctoritatibus congeſtis per R. P. D. meum Se-
uerolum, vt mei non ſit addere illis robur, ta-
men cum veritas magis pateat ex plurimorum
concurſu, ideò hoc idem ſentire profiteor,

Vincentius Petra Signaturæ Iuſtitiæ Votans.

Adeo.

Adeò ſapientèr, & dilertè quæſtionem tam difficilem pertractauit R. P. D. meus Seuerolus, vt eius Sententiam tamquam in Iure veriorem, & omni rationi conſonam ab omnibus ſequendam eſſe exiſtimem.

Ioſeph Dominicus de Totis Signaturæ Iuſtitiæ Votans.

Non minùs doctè, quam eruditè deducta per R.P.D. meum Seuerolum, tamquam Veritati, & Iuſtitiæ conſona approbo, & ita Iuris eſſe cenſeo.

Proſper Marefuſcus Signaturæ Iuſtitiæ Votans.

Germanis Iuris Principijs, receptę Iuriſperitorum Sententiæ, & Tribunalium Placitis, R. P. D. mei Seueroli Conſultationem Vrbi, & Orbi, notiſſima eius doctrina, & omnimoda eruditione illuſtratam, approbo, & ita Iuris eſſe cenſeo.

Peregrinus Maſerius vtriuſque Signaturæ Referendarius, & Signaturæ Iuſtitiæ Auditor.

Licet nullum authoritatis robur addere valeam luculentiſſimè firmatis per R.P. D. Seuerolum in præſenti elaboratiſſima Allegatione, cum eius nominis fama ſufficiat, vtpotè de re litteraria, & legali facultate optimè meriti, tamen in obſequium Veritatis eadem approbo, vt iuri conſona.

Ioannes Baptiſta Bottinius Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, & Fiſci, & Reu. Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus.

Sententiam Magiſtraliter firmatam per R. P.D. meum Seuerolum, vti Iuſtitiæ, & Veritati conſonam libentèr approbo.

Cammillus Spretus Sac. Conſiſtorial. Aulæ Aduoc.

Eruditiſſimo, & diſertiſſimo R.P.D. mei Seueroli Reſponſo, vti ſolidiſſimis, & verioribus Iuris fundamentis innixo libentiſſimè accedo, & me ſubſcribo.

Marcellinus Corius Sac. Conſiſtorial. Aulæ Aduocatus.

Semper admiratus ſum omnigenam Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei Seueroli doctrinam, præcipuè verò in Legali facultate ſcientiam, eius proindè ſententiam optimè de more in præſenti firmatam, libentiſſimè ſequor, illique me ſubſcribo.

Deſiderius Spretus Sac. Conſiſtorialis Aulę, & Pauperum Aduoc.

Elaboratè deducta per R.P.D. meum Seuerolum Virum in omni diſciplina Conſultiſſimum, & in Legali Philoſophia nemini Secundum, iuris eſſe cenſeo, & communiori Doctorum ſententia approbata, prout in ſenſu veritatis teſtor.

Thomas Prouenzalis in Romana Curia Aduocatus.

Solidiſſimè de more firmatis à nunquam ſatis laudato I.C. Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. meo Seuerolo, quem ſemper in Magiſtrum agnoſco, accedo, & me ſubſcribo.

Ioannes Iulianus in Romana Curia Aduocatus.

Doctiſſimè firmatis in hacce Conſultatione ab inſigni noſtri Æui Iuriſconſulto non minus, quàm omnigenæ Eruditionis Viro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. meo Seuerolo, libentiſſimè in ipſa Veritatis Cenſura me ſubſcribo.

Ioannes de Iandis in Romana Curia Aduocatus.

Conſona veritati, & Iuſtitiæ eſſe, quæ in ſua Doctiſſima allegatione Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus meus Seuerolus I.C. eximius, deduxit, exiſtimo, & libentiſſimè approbo, & doctrinam admirans eiſdem me ſubſcribo.

Ioannes Baptiſta Riccius in Romana Curia Aduocatus.

Concluſiones firmatas in eruditiſſima Conſultatione Iuris Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei Seueroli, tamquam magis veras, & rationibus magis efficacibus comprobatas, approbo, & credo iuxta illas iudicandum eſſe.

Petrus Corradinus in Romana Curia Aduocatus.

Opinionem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei Seueroli Viri verè Iuriſperiti, ac eruditiſſimi tanquam Iuriſprincipijs magis conſonam, ac in Tribunalibus frequentius amplexam libenter ſequor, eique me ſubſcribo.

Ioannes de Gambis in Romana Curia Aduocatus, & Curiæ Capitolinæ Primus Collateralis.

Sapientiſſimè ſcripta ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. D. meo Seuerolo, diſpoſitioni iuris, & communiſſimæ Doctorum Sententiæ, atque Veritati conſona, adhærens cenſeo.

Ioannes Baptiſta Quatrinius in Romana Curia Aduocatus, & Curię Capitolinæ ſecundus Collateralis.

Æqualis doctrinæ maturitate, ac veritate, & iuſtitia, remanent firmata ſuperius ſcripta ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Seuerolo, cuius ſententiam proindè ſequendam eſſe puto.

Antonius Maria de Becchettis in Romana Curia Aduocatus.

Opinioni Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini mei Seueroli in antecedentibus ſcriptis, de more comprobatæ, libentiſſimè me ſubſcribo in ſenſu veritatis.

Dominicus Vrſaya in Romana Curia Aduocatus.

R.P.D.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Ciuitatis Caſtelli Supplementi Legitimæ.

25. *Maij* 1604.

ARGVMENTVM.

Fęminę excluſę à Statuto propter maſculos faciunt partem in legitima, quæ quatenus maſculos interſit, tranſit de triente ad ſemiſſem.

SVMMARIVM.

1 *In legitima computanda, ſeu impinguanda computantur omnes filij, tam maſculi, quam fœminæ.*

2 *Fœminæ profeſſæ in Monaſterio incapaci non poſſunt facere partem.*

3 *Limita, cum Monaſteria, in quibus illæ profeſſæ ſunt, non ſunt incapacia bonorum, & ſucceſſionis in communi.*

4 *Monaſteria omnia tam virorum, quam mulierum etiam mendicantium, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia ex Concilio Tridentino ſunt capacia.*

5 *Statutum excludens Religioſos in ſucceſſione eſt inualidum.*

6 *Confirmatio Apoſtolica in forma communi refertur ad Statuta valida.*

7 *Statutum injciens vinculum fœminis ante ingreſſum Religionis, illas excludit propter maſculos.*

8 *Et quatenus maſculis interſit, tali caſu fœminæ faciant partem in legitima, itaut illa transeat de triente in ſemiſſem.*

DECISIO LXIV.

Domini dixerunt, Beatricem, & Fauſtinam facere numerum ad legitimam impinguandam, cum ad hunc effectum ſint computandi
1 omnes filij tam Maſculi, quam fœminæ, iuxta notata *in Autent. Nouiſſima C. de Teſtament. Pauſ. conſ. 27. nu. 25. lib. 2.* Neque obſtare, quod
2 tamquam Profeſſæ in Monaſterio incapaci non poſſint facere partem, nam omiſſo, quod non conſtat Beatricem vnquam profeſſionem emiſiſſe, imò conſtat obijſſe in Sæculo extra Monaſterium de licentia Superiorum; Nihilominus cum hæc fuerit Monialis, licet non profeſſa in Monaſterio nuncupato del Sacco Ciuitatis Caſtelli Ordinis S. Auguſtini, & cum Fauſtina fuerit Profeſſa in Monaſterio nuncupato delle Muratte Regulæ S. Benedicti in Ciuitate Florentiæ, non ſunt incapaces bonorum,
3 & ſucceſſionis in communi, imò notum eſt, huiuſmodi Monaſteria poſſidere bona ſtabilia, & tradit *Boer. deciſ. 104. num. 6. Cardinal. in cap. vlt. qu. 12. de Regular.* Et iuxta Concilium Tri-
4 dentinum *Seſſ. 25. cap. 3. de Regular.* omnia Monaſteria tàm Virorum, quam Mulierum etiam Mendicantium, exceptis Capuccinis, & ijs, qui Minores de Obſeruantia nuncupantur, ſunt
5 capacia, Statutum autem excludens à ſucceſſione Religioſos eſt inualidum; Et Confirmatio
6 Apoſtolica tanquam in forma communi refertur ad Statuta valida ex allegatis pro Domino Lucio.

7 Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod ab initio iſtæ Moniales ante ingreſſum Religionis fuerunt à Statuto excluſę propter Maſculos, cum Statutum ante ingreſſum iniecerit vinculum, vt per *Caſtrenſ. conſ. 504. num. 14. lib. 1. Tiraquell. de Iur. Primogenit. qu. 43. nu. 5. & ſeq. Mandell. conſ. 98. num. Vbi multos allegans commun. opin. 811. num. 14. Craſſ. in § ſucceſſio qu. 3. num. 2.* quo fit, vt cum prius eſſent à Statuto excluſę, per talem excluſionem quęſi-
8 tum fuit ius Maſculis, & quatenus agitur de eorum intereſſe, faciant partem in legitima ita vt illa tranſeat de triente in ſemiſſem, vt fuit reſolutum in *Cauſa Romana de Lante coram Sanctiſſimo D. N. quæ eſt deciſ. 266. par. 1.* & tradit *Decian. reſponſ. 46. num. 31. & ſeq. lib. 3.*

Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Æſina Fideicommiſſi.

Luna 12. *Febr.* 1629.

ARGVMENTVM.

Dotes Filiarum fideicommittentis non computantur in legitima filiorum, ſed tanquam æs alienum hæreditatis fideicommittentis detrahũtur ſiuè fœminæ excludantur à Statuto propter Maſculos, ſiuè dotes ſuccedant loco legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Dotes filiarum fideicommittentis non ſunt computandæ in legitimam filiorum, ſed ſunt detrahendæ ab hæredibus vltimi grauati, tanquam æs alienum hæreditatis fideicommittentis, ſiue fœminæ excluſæ ſint propter maſculos, & num. ſeq.*

2 *Siue dotes ſuccedant loco legitimæ, & num. ſeq.*

3 *Fœmines ſimpliciter à Statuto excluſis; earum dotes tanquam æs alienum de toto patrimonio detrahuntur.*

4 *Fęminæ excluſæ à Statuto propter maſculos, queant concurrere cum filijs in legitima.*

5 *Legitima debetur iurè ſucceſſionis.*

6 *Et eſt portio eius, quod quis habiturus ſit ab inteſtato.*

7 *Fœminæ excluſę à Statuto non iure ſucceſſionis, ſed condictione à Statuto dotes conſequi debent.*

8 Statutum Æſinum rubr. 109. & 111. lib. 2. *dotes fœminarum excluſarum non ſubrogat loco legitimæ.*

9 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, neque de legitimæ corpore ſunt detrahendæ, cum fœminæ dotatæ, ſiue dotandæ nequeant eſſe hæredes*

Digitized by Google

des, aut habere regreſſum ad hereditates parentum, nec Statuta mandantia, illas dotari faciunt vllam mentionem legitimæ.

10 *Dos ſuccedit loco legitimæ, cum Statutum mādat fæminas dotari congruenter attenta qualitate perſonarum, & quantitate patrimonij.*

11 *Intellige, id procedere cum Statutum fecit mentione legitimę, non autem cum ſimpliciter mandauit, dotari arbitrio poteſtatis.*

12 Legata deduci debent poſt habitam rationem legitimæ.

13 *Contrarium tenent alij.*

14 *Dotes deducuntur ante legitimam, cum petuntur tanquam delatæ ex Statuto.*

15 *Fæminas facere partem in legitimam ad commodum maſculorum, electio non eſt fæminarum, ſed ipſorum maſculorum, ad quorum fauorem Statuta emanarunt.*

16 *Dotes non extrahuntur ex legitima. ſed tanquam æs alienum ante illam deducuntur, cum illa eſt triens, non autem Semitrnee ipſæ admittuntbr ad fauendam partem.*

DECISIO LXVI

SVpererat videndum pro firmando ſtatu hæreditatis Antonij Franciſci Ceccolini, an dotes quatuor filiarum eiuſdem fideicommittentis eſſent detrahendæ de' hæreditate illius per hæredes vltimi grauati, tamquam æs alienum, vel potius in legitimam filiarum computandæ, vt indè ſciri etiam poſſet diminutio hæreditatis reſtituendæ in hac parte, & Domini tamquā æs alienum eſſe detrahendas reſponderunt ſiue
1 à Statuto Æſino ſimpliciter, & abſolutè à ſucceſſione, ſint ſeminæ excluſæ propter maſculos, ſiuè dotes illarum in locum legitimæ ab eodē
2 Satuto reperiantur ſubrògatę.

Nam quando ſæminæ ſimpliciter, & abſolu-
3 tè à Statuto ſunt excluſæ, quamuis varię ſint Doctorum opiniones, verior tamen eſt illa, vt dotes tamquam æs alienum de toto Patrimonio dethahautur, non autem de legitima filiorum extrahautur, quam firmarunt Bald. in l. Papinianus §. Vnde ſi quis num. 2. & Angel. ibidem num. pariter 2. ff. de inoffic. teſtam. & ſequuti ſunt Soccin. Sen. conſ. 83. num. 36. lib. 4. Brun. de Statut. art. 13. qu. 3. num. 31. & ſequen. Soccin. Iun. conſ. 25. num. 13. lib. 1. Beron. conſ. 138. num. 11. lib. 2. Simon de Prat de vltim. volunt. lib. 3. fol. 363. Rimin. Iunior. conſ. 187. num. 46. Gabr. conſ. 11. nu. 10. lib. 1. & de legitima concl. 2. Theſaur. deciſ. 159. num. 14. Peregrin. de fideicom. art. 38. nu. 19. Craſſ in §. legitima qu. 7. num. 4. & hanc partem Rota ſequuta eſt in Firmana legitimæ 16. Febr. 1618. coram bo. mem. Vbaldo, quæ eſt deciſ. 4. inter impreſſ. poſt modern. tract. de legitim. & omnes mouentur vnica ratione, quod dum fæminę
4 propter maſculos ſunt excluſæ à ſucceſſione, non poſſunt concurrere cum filijs in legitima, cum illa debeatur iure ſucceſſionis, & dicatur
5 portio eius, quod quis habiturus ſit ab inteſta-
6 to, propterea non per ſucceſſionem; ſed con-
7 dictione à Statuto tamquam debitum hereditarium dotes conſequi debent, quæ ante legitimam ſunt detrahendæ Bart. in l. 1. §. ſciendum ff. de ſuis, & legit. Craſ. in §. legitima qu. 7. num. 4. Gabr. dicto conſ. 11. num. 11. lib. 1. & Peregr. d. Artic. 38. num. 23.

Cæterum, quod fæminæ ſint excluſę per Statuta Ciuitatis Æſij, & quod dotes non ſuccedant loco legitimæ ſufficienter patet ex con-
8 textu Statutorum, quę dantur, nam primum ſub rubr. 109. lib. 2. diſponit, quod defuncto Patre ab inteſtato relictis filijs, & filiabus, fratres teneantur dotare ſorores, & illę non poſſint habere regreſſum ad bona paterna, vel materna, ſed ipſi filii Maſculi in Bonis Patris, & Matris vniuerſales hæredes exiſtant; In ſecundo vero Statuto ſub. rubr. 111. eod. lib. 2. diſponitur, quod filiæ dotatæ ſint contentę, nec poſſint Patre, vel Matre defunctis, & viuentibus fratres, vel fratribus habere regreſſum, vel aliquid petere occaſione hæreditatis eorumdem, vnde cum dotatæ, ſiue dotandæ non poſſint eſſe hæ-
9 redes, aut habere regreſſum ad hereditates Parentum, nec in eo, quod Statuta mandant dotari, fiat aliqua mentio legitimæ, ſequitur dicendum, Dotes non ſuccedere loco legitimæ, neq; de corpore legitimę eſſe detrahendas ſequendo Caſtren. in l. Titio centum §. Titio genero num. 8. ff. de cond. & demonſtr. Gabr. conſ. 11. num. 4. lib. 1. & conſ. 140. num. 16. lib. 2. Morot. Conſ. 23. nu. 2. verſ. ſed licet Galuan. conſ. 31. num. 9. & 98. cum alijs allegatis in eadem Firmana legitimæ coram bon. mem. Vbalda.

10 Nec vim facit, quod Statutum, mandet fęminas dotari congruenter attenta qualitate perſonarum, & quantitate Patrimonij, quas voluerit commenſurare dotes habita ratione legitimæ, prout multi relati per Morot. dicto conſ. 25. num. 11. ponderarunt; quia huic obiecto ſuf-
11 ficienter fuit reſponſum in Firmana legitimæ 30. Octobrie 1617. coram eodem bon. mem. Vbaldo, quæ eſt 74. num. 3. poſt eumdem Tract. de Legitima vbi declarantur authoritates Fulgoſij Morotij, & Simon. de Præt. loquentium, quando Statutum fecit Mentionem legitimæ, non autem quando ſimpliciter mandauit dotari arbitrio Poteſtatis, quia tunc exprimitur, quod tacitè inerat de conditione, & quantitate.

Nec ſimiliter obſtat exaduerſo, quod Dotes
12 ſint lehatæ, & tamquam legata deduci debeant poſtquam poſita fuerit ratio legitimæ Alex. conſ. 31. num. 8. lib. 3. Card. conſ. 151. num. 4. cum alijs allegatis; Quia omiſſa hac diſputatione,
13 quæ non etiam recipitur per Peregrin. Gabr. Theſaur. ſupra allegatos, ſufficit, quod iſtæ do-
14 tes petantur detrahi tamquam debitæ ex Statuto, & tranſierint in debitum Patrimonij relicti per Antonium Franciſcum Fideicommittentem, vt inde ante legitimam ſint deducendæ.

Si vero adhuc pręſupponeretur, Dotes à Statuto eſſe ſubrogatas loco legitimæ, & ſorores
15 poſſe facere partem ad commodum maſculorum, nihilominus, cum hęc electio non ſit fœ-

f. mina-

minarum, ſed maſculorum, ad quorum fauorem Statuta emanarunt, vt dotatæ ſint earum Dote contentæ, & pro dotandis arbitrio nominatorum in Statutis, earum Dotes ſint taxandæ, acquieſcentibus hęredibus grauatorum, vt legitima ſit triens, non autem ſemis, Dotes
16 non erunt de legitima extrahendę, ſed tamquã æs alienum ante legitimam deducendæ, vt latiſſimè fuit firmatum in *dicta deciſ. 30. Octobris* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo inter impreſſas* 74 *poſt tract. de legitima* cuius rationes, & fundamenta non ſunt tranſcribenda &c.

Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Aſſiſien. Fideicommiſſi.

Lunæ 28. *Maij* 1629.

ARGVMENTVM.

Excluſionem ſtatutariam fęminarum propter maſculos non impedire, quin illæ admittantur ad faciendam partem, & augendam legitimam ad fauorem eorumdem maſculorum, quoties id filijs maſculis expedit, iuxta communiorem opinionem firmat hæc Deciſio.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum probatur contra hæredes ex deſcriptione facta à teſtatore.*
2 *Poſſeſſio bonorum penes aliquem probatur ex poſſeſſione aſſecuta eorumdem cum ſpecifica deſcriptione.*
3 *Ac ex teſtibus.*
4 *Licet fuerint inualidè examinati, quia inſeruiunt pro adminiculo poſſeſſioni inſtrumentali.*
5 *Bona poſſeſſa ab hærede fideicommiſſario præſumuntur eadem poſſeſſa à teſtatore, concurrentibus dictis teſtium, & inſtrumentis, niſi exhibeatur nouus titulus.*
6 *Bona eſſe fideicommiſſaria contrà hæredes grauati probatur ex eiuſdem hæredis grauati confeſſione.*
7 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam filijs primi gradus iuxtà opinionem Rotæ.*
8 *Legitima ſemel detracta iterum non eſt detrahenda.*
9 *Diuiſio ampliſſima præſefert renunciationem fideicommiſſo.*
10 *Debet tamen eſſe concepta cum clauſulis ad habendum, ad alienandum, & quicquid placuerit faciendum.*
11 *Legitima non recipit grauamen.*
12 *Immiſſio datur hæredi fideicommiſſario pro indiuiſo vna cum hærede grauati pro legitima.*
13 *Fæminæ ſiue excludantur per ſtatutum, ſiue per ſubrogationem dotium in locum legitimæ, ſemper faciunt partem ad commodum maſculorum, quorum fauore excluduntur.*
14 *Immiſſio verò non datur, cum liquidandus eſt ſtatus hæreditatis, vt cognoſcatur de commodo maſculorum.*
15 *Bona fideicommiſſaria non obligantur pro dote, niſi in ſubſidium.*

DECISIO LXVI.

DIxerunt Domini, Io: Paulo, & fratribus de Paulutijs eſſe dandam immiſſionem in bonis, de quibus agitur, quia de ſubſiſtentia fideicommiſſi ex fideicommiſſo Ioannis Senioris, & de deſcendentia eorum ab ipſo fideicommittente iam fuit reſolutum 31. Maij 1627. identitatem autem bonorum eſſe probatam, & detractiones non competere hodiè cenſuerunt, quibus concurrentibus non ſolet immiſſio denegari *ex remed. l. finalis C. de edict. diu. Adr. tollen.*

Bonorum identitas ſatis probatur ex eo, quod cum Ioannes Paulus, & fratres deſcendentes ex Iacobo vno ex tribus filijs Ioannis fideicommittentis prætendant ſuccedere extinctis maſculis deſcendentibus ex Tullio, & Modeſto, qui fuerunt alij duo filij Ioannis, & ſic in tota portione Ioſephi deſcendentis ex Tullio vltimo loco defuncti, & in tertia parte portionis Raphaelis deſcendentis ex Modeſto, quæ adhuc Ioſepho viuente illi contigit per obitum dicti Raphaelis ſine maſculis, remanentibus alijs duabus partibus, videlicet vna Iacobo alteri filio pro altera portione fideicommiſſi, & altera dictæ filiæ Raphaelis pro legitima ſui Patris. Vndè illam pro integra portione Ioſephi deducunt ex diuiſione facta per eumdem Ioannem fideicommittentem in proprijs codicillis, in quibus diuiſa eius hæreditate in tres partes, primam aſſignat Iacobo filio, ſecundã Raphaeli nepoti ex Modeſto filio, tertiam Ioſepho, & Romulo ex Tullio altero filio, ex quorum bonorum deſcriptione benè probatur, bona tunc
1 fuiſſe in bonis Teſtatoris, & ab eodem poſſeſſa; Cum non agatur contra Tertios, ſed contra hæredes, qui dicere non poſſunt, teſtatorem mentitum fuiſſe *Bald.* ex hac ratione arguens *conſ. 89. num. 3. lib. 1. Peregrin. conſ.* 48. *num. 5. lib. 1. Cephal. conſ.* 386. *num.* 26. *Fuſar. Brixien. de ſubſt. quæſt.* 618. *num.* 30. *idem Peregrin. de Fideicom. art.* 44. *num.* 20. Et quod reperta
2 fuerint in hæreditate Ioſephi tempore eius obitus, & nunc penes hæredem Antiphilis Ioſephi vxoris, & hæredis exiſtant, probatur ex petitione, & poſſeſſione aſſequuta per eamdem Antiphilem hæredem in mandato de immittendo, in quo nomina Bonorum, & confines concordant, & prius eadem Bona viuente Ioſepho ab eadem in erectione Commendæ Sanctorum Mauritij, & Lazzari cum eiſdem confinibus deſcripta fuerunt, quibus accedunt Teſtes de vtraque poſſeſſione, tam fi-
3 deicommittentis, quam Ioſephi deponentes, quibus, etiamſi inualidè fuiſſent examinati,
4 quod tamen non admittitur, pro adminiculo ad prędicta Inſtrumenta eſſet deferendum *Bart.*
4 *in l. Admonendi num.* 41. *ff. de iure iur. Cranet. conſil.* 198. *num.* 11. *Caputaque deciſ.* 206. *num.* 6. *par.*

Digitized by Google

2.itaut niſi nouus Titulus exhibeatur fauore Fideicommiſſarii, præſumantur eadem Bona poſſeſſa à Teſtatore concurrentibus adminiculis Teſtium, & Inſtrumentorum, & quod agitur contra hæredem *Peregrin. de fideicommiſſ. eodem art.44.num.22.Fuſar.dicta quæſt.618. nu. 45.Rota deciſ.131.num.5. & 407. in fine par. 2. rec.*& idem fuit firmatum coram me *in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 21. Februarij* 1622.

Pro portione autem,quæ contigit eidem Ioſepho per Obitum Raphaelis, facilior eſt probatio, nedum ex prędictis, ſed etiam quia Ioſeph agnouit eam partem, tamquam vinculatam ex Teſtamento Ioannis, dum illam petijt, & acceptauit,& vlterius faſſus eſt fideicommiſſum, dum in ſuo Teſtamento expreſsè mandat ſuo hæredi, vt bona, & iura omnia fideicommiſſi reſtituat retentis detractionibus, & ſibi ſolutis melioramentis, itaut de illis tā-
6 tummodo hodiè agendum ſit, ex quo in cęteris ſufficit ſola Ioſephi Confeſſio ad quemcumque effectum *l.cum te C. de tranſact. Surd. conſ. 69. tom.1.num.1.*vbi latiſſimè concluſionem comprobat.

Non obſtant igitur detractiones oppoſitę, quæ ſi de Trebellianica eſt quæſtio,illa legitur
7 prohibita in Teſtamento fideicommittentis, & potuit prohiberi etiam filijs primi gradus ſecundum opinionem, quam ſequitur *Rota Caſſad.deciſ.4.de Teſtibus Creſcen. deciſ.2. eodem tit.Seraphin.deciſ.570.num.1. cum alijs allegatis per Adden ad deciſ.421. nu. 16. ſan. mem. Gregor.* XV. ſimiliter neque eſt quærendum de legitima Raphaelis deſcendentis ex Modeſto altero ex filijs fideicommittentis, quia ſemel fuit detracta per Tutores Euſtæ filiæ,vt triens poſt Obitum Raphaelis patris,& ſemel detracta,
8 iterum non eſt detrahenda *Ceph. conſ.189.num. 24.Rot. deciſ.580. num.4. coram Papa Gregorio XV.*Nec exceptio diuiſionis factæ inter Iacobum,Ioſephum, & Tutores Euſtæ mortuo Raphaele viſa fuit releuans, quaſi Iacobus ex clauſulis ampliſſimis diuiſionis renunciauerit
9 fideicommiſſo Ioannis patris in parte Ioſepho tangente,vt latiſſimè comprobat *Fuſar.* ponderando clauſulas in *quæſt.593.num.11. 18.& 19.*
10 Quia ſimplex agitur diuiſio,nec adſunt clauſulæ ampliſſimæ ad habendum ad alienandum, & quidquid placuerit faciendum, & ſimiles,ſine quibus idem *Fuſar.*latiſſimè materiam proſequens eadem *quæſt.593.* negat poſſe induci renunciationem.

Non obſtat, quod ſaltem ſit detrahenda legitima Ioſephi filij Tullij ex altero filio Ioannis fideicommittentis,quæ petitur tamquam ſemis,& non vt triens attento numero filiorū, nempe Iacobi,Modeſti,Tullij,Franciſci,Fauſtinæ,Dianæ,& Hieronimæ,qui omnes enunciantur ab ipſo fideicommittente in Teſtamento, quod datur tanquam eius filij, quæ proculdu-
11 bio dicebatur non recipere grauamen *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. Teſtam. Honded, conſ.42.num.23.lib.2.cum alijs per Fuſar.allegatis quæſt.296.num 1.de ſubſtit.*

Quia etſi huiuſmodi detractio non poſſit impediri, non tamen eſt impedienda eius immiſſio in reliquo reſeruato triente hæredi Ioſephi,vel ſemiſſe cum onere ſuo, vt infra dicam; Quandoquidem ſi aliæ detractiones non
12 obſtant,pro indiuiſo dabitur immiſſio Fideicommiſſario pro ſua quota ſecundum opinionem *Rotæ de qua in Cæſenaten.fideicommiſſi de Aldinis 28.Iunij 1604. quæ eſt 185.coram Papa Gregorio XV.in Foroliuien.fideicommiſſi 30.Iunii 1614.coram bon.mem. Buratto in Ferrarien. de Taſſonis 28.Nouembris 1618.coram Patriarcha Pamphilio,& in Tuſculana fideicommiſſi 4.Iulij 1618. coram Domino meo Decano*. Cæterum, quod hęc quota quæ pro indiuiſo licebit hæredi Ioſephi grauati retinere, eſſe debeat triens, vel ſemis viſum fuit pro ſemiſſe reſpondendum, quia hęres Ioſephi non acquieſcit
13 trienti propter commodum pinguioris portionis in ipſo ſemiſſe,quo caſu,ſiue fęminæ excluduntur per Statutū,ſiuè ex teſtamēto,&ſiuè vim pliciter,ſiuè per ſubrogationē Dotium in locū legitimę tāquā agnitæ,quia tamē fauore Maſculorū à ſucceſſione excluduntur, ſemper faciunt partē ad fauorē eorūdē ipſis volentibus,quando pinguiorem legitimam conſequi poſſunt, puta quando minor eſt ſumma, in qua dotantur feminę, quam portio legitimæ, quæ illis contigit in concurſu fratrum, & hanc partem ſequitur *Rota deciſ.266.par. 1.diverſ & in Firmana legitimæ coram bon.mem. Vbaldo, quæ eſt in ordine 74.impreſſa poſt tract. Moderni de legitima, & coram me in Æſina fideicommiſſi 12. Februarij præteriti Gratian.diſcept.675.* qui opiniones refert, & in hac Rotam ſequendo reſidet. Quod ſi dicatur de pinguiori commodo Maſculorum non conſtare; & tunc pro parte hæredis
14 ſemper poterit opponi de liquidatione ſtatus hæreditatis, quo pendente ad immiſſionem deueniri non poteſt *Bald.in l.2, num.6. C. de execut.rei iud.Becc.conſ.5.num.6. Oſaſc.deciſ. 129.num.5.Surd.conſ.248.num.8.vol. 2.*

Non obſtant Dotes, quę ſimiliter prǽſupponuntur detrahendę. Nam quo ad Dotem Ludouicę Vxoris Tullij Patris Ioſephi, & alterius dotis Lucretię ſororis Ioſephi, & Lepinæ filiæ dicti Ioſephi, & Ancephilę vxoris pariter Ioſephi, hæ inquam non ſunt detrahendę de fideicommiſſo Ioannis, ad quem reſtitutio earumdem non pertinet, cum non ſint debita
15 illius, nec Bona Patris fideicommiſſaria ſint obligata, niſi in ſubſidium ceſſantibus Bonis liberis, quę tamen apparent ex legitima Ioſephi ad eſſe,& quando non habent aliundè vnde poſſint dotari *Rota deciſ.266.num.9.coram Papa Gregorio XV.& in Peruſina Dotis 9.Iunii 1614.coram bon.mem.Vbaldo, & in Romana Dotis de Palutiis 24. Ianuarij præteriti coram Domino meo Virile,* quę omnia, cum non probentur, nec de inſtrumentis Dotium adhuc in actis conſtet, fruſtra contenditur ſuper detractione eius, quod non probatur in eſſe deductum, & eodem modo reſpondetur ad Dotem

Eu-

Europę Vxoris Modeſti, quę debet detrahi de bonis liberis illius, & ſic de tertia parte libera, quę peruenit ad Euſtā filiā Raphaelis filij Europę. Dos autem Manſuetę Vxoris Ioannis fideicommittentis non meretur reſponſionem; quia non datur Inſtrumentum, nec dicitur, an ſuperuixerit Marito, nec ſumma ſpecificatur ſuperquibus poſſit fundari exceptio propoſita.

Demum nec exceptio melioramentorum quidquam releuat ad impediendam Immiſſionem, quia de illis pœnitus non conſtat, Et ita fuit reſolutum; &c.

R. P. D. MVTO.

Viterbien. Legitimę.

Ven. 1. Iulij 1605.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

1 *Legitima inter filios pro virili diuiditur.*
2 *Fœminæ à Statuto excluſæ propter maſculos computantur in numero liberorum ad faciendum numerum, & partem in legitima.*
3 *Idque procedit etiam in ſucceſſione matris.*
4 *Et faciunt numerum, & partem ad commodum fratrum maſculorum eiuſdem matrimonij, non autem vterinorum.*
5 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos intendunt conſeruationem agnationis.*
6 *Fratres vterini non conſeruant agnationem.*
7 *Fratres vterini ſunt de aliena familia.*
8 *Hæreditas adita fit patrimonium adeuntis.*
9 *Legitima debetur etiam ex hæreditate per defunctum adita.*
10 *Tranſactio præſumitur facta titulo hæreditario, etſi talis titulus non fuerit expreſſus, dum verè præceſſerat aditio, & nullo alio titulo tranſigi poterat.*

DECISIO LXVII.

Reformandam eſſe Domini cenſuerunt ſententiam Rotalem R.P.D. mei Capraræ, cōcedentem Bentiuolo, ac alijs fratribus de Hondedeis immiſſionem pro legitima in duabus ex ſeptem partibus ſuper bonis hæreditarijs Comitiſſæ Eleonoræ Marſcianæ Auiæ per fratres de Buſſis poſſeſſis, ac inſuper reſponderunt deberi legitimam ex bonis hæreditarijs Comitis Antonij Franciſci Balleoni iuxta modum in vtraque reſolutionis parte inferiùs recenſendum.

Quò enim ad primam, fomentum reformationi ſententiæ præbuit inſubſiſtentia quantitatis portionum legitimæ, quæ in eadem ſententia fratribus de Hondedeis in duabus ex ſeptem partibus taxantur; nam cum nouem eſſent filij, duo nempe ex priori matrimonio, ex quibus cauſam habent ipſi Actores, & ſeptem
ex ſecundo, à quo proueniunt memorati fratres de Buſſis, legitima in duabus ex nouem
1 partibus aſſignanda erat; nam omnes filij cōcurrere debent pro æquali, iuxta *Text. in auth. Nouiſſima C. de inoff. teſtam.* cum alijs per *Merl. de legit. lib. 1. tit. 4. qu. 1. num. 1. & 2.*

Non obſtante, quod inter fratres de Buſſis adſint fœminæ excluſæ per Statutum Viterbij propter maſculos; nam nihilominus computari debent in numero liberorum, ac faciunt
2 numerum, atque partem, perindè acſi excluſæ à Statuto non eſſent, iuxtà communem ſententiā, de qua Roman. *in l. vnic. num. 67. & 68. C. quando non peten. par. petent. accreſ.* *Rota in recent. deciſ. 137. num. 13. & 14.* vbi procedere etiam in ſucceſſione matris de opinione Rotæ teſtatur *par. 6.* & plenè *dec. 11. n. 8. par. 19. & poſt Michalor.*
3 *de fratr. deciſ. 60. num. 15. & coram Priol. deciſ. 134. num. 13.* Et quidem ad commodum fratrum maſculorum eiuſdem matrimonij, non
4 autem fratrum vterinorum primi, eo quia cum intentio ſtatuentium fœminas excludendi
5 propter maſculos fuerit, vt agnationes conſer-
6 uentur, talis conſeruatio non producitur ex
7 fratribus vterinis, qui non ſunt agnati ſororis vterinæ; nam ſunt de aliena familia, iuxta doctrinam originariam à *Bald. in conſ. 316. lib. 2.* quam ſequuntur *Paul. de Montepic. conſ. 85. nu. 34. B. nu. de ſtatut. Quod ſtantibus maſculis art. 2. quæſt. 18. num. 250. cum ſeqq.* latè *Rot. deciſ. 461. num. 7. cum ſeqq. par. 2. rec.* vbi ſub. *num. 6.* contraria opinio *Gabr.* & aliorum confutatur, *& deciſ. 137. num. 16. cum ſeqq. & deciſ. 160. num. 27. par. 6. recent.*

Reſpectu autem ſecundæ partis reſolutionis viſum fuit DD. deberi Hondedeis legitimam etiam ſuper bonis hæreditarijs Comitis Antonij Franciſci Balleoni, nam cum dicta bona delata fuerint dictæ Comitiſſæ auiæ, tanquam
8 proximiori ab inteſtato hæredi; & per eam adita ſolemniter hæreditas euaſit proprium mulieris patrimonium per *Rot. coram Merlin.*
9 *deciſ. 316. num. 4.* vt ex hoc, ſicuti ex alijs bonis legitima debeatur, *Text. in l. Libertus ff. de bonis liber. & Gloſſ. in c. Raynaldus in verb. Portiones de teſtam. Mangil. de imput. quæſt. 9. num. 32. Merl. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 1. cum ſeqq. Peregr. de fideic. art. 36. num. 72.*

Quin turbet prætenſio, quod ſucceſſio in bonis d. Comitis Antonij Franciſci ſpectet ad fratres de Buſſis vigore ceſſionis reportatæ à Comitibus de Marſciano Renunciatarijs antedictæ Comitiſſę Eleonoræ in tranſactione cum eiſdem ſuper his bonis inita, nam cum Comitiſſa dum viueret, introduxerit litem contra prærecenſitos Comites de Marſciano, tam ſuper fideicommiſſo Alberti, quàm ſuper libera hæreditate d. Com. Antonij Franciſci, & quamuis ob eius renunciationem per binas deciſiones Rotales coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano fuerit excluſa, & ſuccubuerit, tamen in hoc ſtatu è viuis ſublata, Buſſij eius hæredes poſt aditam hæreditatem ad relatam tranſactionem deuenerint cum Marſcianis ſu-

per præfata lite pendente cum Comitiſſa Au&rice, tam ſuper fideicommiſſo, quàm ſuper d. hęreditate, in qua pręuia ſolutione, ſeu promiſſione ſcut. 5000. facta à Buſſis, Marſciani ceſſerunt eiſdẽ omnia bona, & iura, tam fideicommiſſi, quàm hęreditatis, inde ſequitur, quod bona libera d. hęreditatis Balleonę augent hęreditatem Com. Eleonorę, ex cuius iuribus fuit expreſsè ſuper eadem hęreditate trā-
10 iactum, etiamſi expreſſum non fuerit nomen hæredis, dum verè pręceſſerat hęreditatis aditio, & nullo alio titulo Buſſij tranſigere poterant, vt pluribus allegatis firmauit *Rot. coram Dunoz. deciſ. 836. num. 12. & coram Card. Cerr. deciſ. 650. num. 2.* modo tamen adiecto, quod minui debeat proportionabiliter hæreditas libera Com. Antonij Franciſci pro rata dd. ſcut. 5000. per fratres de Buſſis ſolutorum, aut promiſſorum pro tranſactione ineunda, quatenus ſolutio reſpicit d. hęreditatem liberam.

Et ita Partibus auditis in hanc modum DD. reſponderunt, ſe relatiuè in reliquis habentes ad firmata in deciſione R.P.D. Capraræ in ſuperiori inſtantia emanata &c.

R.P.D. MOLINES.

Romana Legitimę.

Lunæ 23. Ianuarij 1695.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Legitima tranſit de triente ad ſemiſſem ſtante numero ſenario filiorum.*

2 *Fœminæ à Statuto excluſæ fauore maſculorum faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam legitimam, prout maſculis magis expedit, & num. 3.*

4 *Portio, quæ per Statutum auſertur fœminis poteſt fideicommiſſo grauari.*

5 *Si tamen deficiant abſque prole maſculi primo loco inſtituti, ceſſetque fauor agnationis, factuſque fuerit locus vocationi fœminarum ſubſtitutarum, in ea portione excitatur priſtina natura legitimæ reijcientis quodcunque onus.*

DECISIO LXVIII.

POST quam Domini perſiſtendo in Deciſis approbauerant reſolutionem alias captam fauore Catharinæ Penię pro conſequendo mēſtruo legato ſcut. 25. vt apparet ex alia Deciſione contemporaneè ædita coram me ſub hodierna die, Animaduertentes vlterius, quod in eodem dubio pro parte Olimpiæ Fonſecæ de Gallis contra fratres de Panizza filios, & heredes quondam Annæ ſororis fuerat commixta petitio, in qua ſumma eſſet taxanda legitima Gaſparis fratris, cuius præfata Olimpia eſt hęres fideicommiſſaria; Ideo in hac parte retenta facti ſerie expoſita in alia Deciſione mea promulgata ſub die 22. Iunij labentis Anni prodijt reſolutio, dictam legitimam importare integrum trientem fauore hæreditatis Gaſparis habito reſpectu ad ſemiſſem totius Aſſis hęreditatis Gabrielis communis Patris.

Præbuit namque huic reſolutioni fomentum calculus aliarum quatuor ſororum, quæ inſimul cum Gaſpare, & Balthaxarre fratribus extiterunt tempore obitus Gabrielis Patris; Ideoque ſtante numero ſex filiorum legitima fecit tran-
1 ſitum de triente ad ſemiſſem per *Text. in auth. nouiſſima C. de inoff. teſt. & § ſi verò auth. de trient. & ſemiſſ. Rota coram Cerr. deciſ. 638. num. 2. & deciſ. 11. num. 7. par. 19. recent.*

In nihilo releuante, quod ad augendam legitimam maſculorum de dicto triente ad ſemiſſem nulla eſſet habenda ratio de dd. quatuor ſororibus, ſtante Statuto Vrbis in *cap. 145.* excludente fœminas à ſucceſſionibus ab inteſtato,
2 Nam placuit Dominis ſequi opinionem communiter in hoc noſtro Auditorio receptam, quod ſcilicet cum præſatum Statutum reſpiciat fauorem maſculorum, hinc ſequitur, fœminas inibi excluſas minimè reputari vti mortuas ſimpliciter, ſed faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam legitimam prout maſculis magis expedit pro eorum intereſſe ad tradita per *Craſſ. in §. legitima. quæſt. 6. num. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 594. num. 22. Gabriel. var. concluſ. tit. de legit. concluſ. 2. num. 8. Merlin. eodem tract. lib. 1. tit. 4. qu. 3. num. 16. & 31. Rot. deciſ. 266. par. 1. diuerſ. & coram Priol. deciſ. 134. num. 4. & deciſ. 137. num. 13. par. 6. & deciſ. 499. num. 11. par. 18. recent.*

Et propterea, ſicuti inſinuabant ſcribentes
3 pro dicta Olimpia, Domini libenter inclinarunt, quod ſi in calculando per peritum aſſe hæreditario Gabrielis communis Patris, plenius videatur conſultum hęreditati Gaſparis filij, vt ſorores dotatę connumerentur ad augendam legitimam, iſtę debeant facere numerum, ſin minus magis expediat eaſdem fœminas dotatas excludere erunt excluſæ, concurrente potiſſimum voluntate eiuſdem Gaſparis expreſſa in ſuo vltimo, cum quo deceſſit Elogio per hęc verba -- *qual detrazione intendo, e voglio che ſi faccia in ogni miglior modo, e forma, che renda maggiormente pingue la mia Eredità.*

Abſque eo, quod viſum ſit obſtare, quod Gabriel, ex cuius aſſe hęreditario detrahenda eſt præfata legitima, inſtituerit in omnibus bonis ſuis fideicommiſſum, & proindę nequeat hodie fieri iſta voluntaria admiſſio, ſiue excluſio fœminarum pro regulanda legitima de trente ad ſemiſſem iuxta ſuperius allegata, ſtāte illa ratione, quod ſi reuertatur ex portione fœminarum demptis dotibus aliquod augumentum, iſtud remaneat obnoxium fideicommiſſo ordinato ad commodum omnium vocatorum.

Quia quidquid ſit de opinione; an illa portio,

4 tio,quę per Statutum auſertur feminis, cedat commodo maſculorum, vel potius po ſit fidei-commiſſo grauari,vt tenuit *Rota in deciſ.99. per tot.poſt Penzon.ad Statut. Vrbis* in præſenti themate Dominis viſa fuit ceſſare, quæ vis diſſicultas,ex quo maſculi primo loco inſtituti à Gabriele iam defecerunt abſque prole, cumq;
5 ceſſauerit illorum fauor, ſeu contemplatio agnationis,factuſque fuerit locus vocationi feminarum ſubſtitutarum,iterum in illa portione excitatur priſtina natura legitimæ, quæ exiſtentibus maſculis, & durante agnatione veluti ſopita quieuerat, proindeque ſuccedentibus fœminis per remotionem obſtaculi ſuum operatur effectum cuiuſcumque oneris reiectiuum,vt in his terminis formiter diſcuſſo articulo dixit *Rot.deciſ.267.num.5.vſque ad 7.par. 13. recent. & in Romana fideicommiſſi 5.Aprilis 1666. cor. Eminentiſſimo Carpineo*.

Et ita auditis tantum Informantibus pro dicta Olimpia reſolutum fuit.

R. P. D. MVTO.

Nepeſina Legitimæ.

Veneris 26. Aprilis 1697.

ARGVMENTVM.

Fœminas à Statuto propter maſculos excluſas numerari ad augendam legitimam deciditur; In quo præualet votum maſculorum illas numerare volentium.Statutum Nepeſinum excludens fœminas declaratur: Necnon agitur de probatione domicilij ad effectum validitatis teſtamenti.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt Semis,cum filij ſunt vltra quatuor.*

2 *Et diuiditur integra inter maſculos, licet adſint feminæ facientes partem.*

3 *Quæſtio,an feminæ excluſæ faciant numerum, & partem ad augendam legitimam fauore maſculorum,quæſtio erat olim inuoluta.*

4 *Dos ſuccedit loco legitimæ, cum Statutum incipit à dotatione.*

Statutum Nepeſinum cap. 35. ſubrogat dotem loco legitimæ.

5 *Feminæ excluſæ à Statuto faciunt numerum,& partem,cum dos ſuccedit loco legitimæ.*

6 *Præſertim cum id magis expedit filijs maſculis, ad impinguandam legitimam.*

7 *Quod procedit, etſi non omnes filij ſint hæredes patris.*

Statutum Nepeſinum ſimpliciter excludit ſorores propter fratres,nulla habita ratione,an ſint hæredes patris d.num.7.

9 *Statutum Nepeſinum eſt confirmatum à ſam. mem.Paulo IV.& Pio IV.*

10 *Confirmatio in forma communi ſufficit,vbi agitur de Statuto licito.*

11 *Statutum excludens feminas fauore fratrum, eorumque filiorum maſculorum, editum eſt pro conſeruatione agnationis.*

Statutum Nepeſinum excludens feminas propter fratres reſpicit agnationem ibidem.

12 *Tale Statutum dicitur æquum, & rationabile, vel ſaltem non odioſum odio irrationabili.*

13 *Iure Diuino feminæ excluduntur à maſculis.*

14 *Iure antiquo non ſcripto antiquam inueniuntur leges Imperiales feminæ excludebantur à maſculis.*

15 *Iure duodecim Tabularum, & Pretorio feminæ excludebantur à maſculis.*

16 *Confirmatio in forma communi ſufficit in materia æqua,& fauorabili.*

17 *Domicilium non contrahitur ex permanentia accidentali in aliquo loco,dum domus,familia & bona retinentur in loco originis.*

18 *Et excluditur ex reuerſione ad patriam, & permanentia vſque ad obitum.*

19 *Et cum ſe vocat de loco originis.*

Et in illo facit codicillos d.nu.19.

20 *Locus teſtamenti non attenditur, ſed originis in condendo teſtamento.*

21 *Legitima augetur de triente ad ſemiſſem, computatis feminis, etſi illas recuſent numerare filij hæredes.*

22 *Et præualet votum filiorum illas numerare volentium.*

23 Text.in l.actione 65.ſeu 66. pro Soc. *expenditur.*

DECISIO LXIX.

Diſputato in hac Cauſa Dubio die 8. Martij proximè elapſi. *An ſit danda Immiſſio pro legitima, ſeu potiùs debeatur Supplementum, & An ſit imputandum Legatum Caroli.* Reſpondit Rota fauore Leonis Cerbelli Actoris, Legitimę ſupplementum deberi ex bonis Ioannis Baptiſtæ patris,nec in illam imputandum eſſe Legatum Maſſarię Ouium ſibi à Carolo Patruo relictum, prout ex Deciſione coram me ædita ſub præcitata die. Cumque modò ſuper quantitate Legitimæ, nec non debita portione Leonį particulare fuerit examen aſſumptum,exiſtimarunt Patres,Legitimam eſſe ſemiſſem, tertiamque eius partem Leoni competere.

Memoratus ſiquidem Genitor ab humanis excedens tres filios maſculos, totidemque feminas reliquit,vt Iuris vulgati ſit, Leonis filij
1 Legitimam eſſe ſemiſſem,*Auth.nouiſſima C. de inoff.teſtam.§.Primo,verſ.Si verò vltra quatuor Auth.de trient.& ſemiſſ.Rota poſt Merlin.de legitim.deciſ.97.& 118. vtrobique num.1. in recent. deciſ.47.num.27.deciſ.137. num.4. & deciſ.160. num.17.par.6.& coram Priolo deciſ. 52.num.1.*
2 Tertiamque ſemiſſis partem eidem Actori deberi, licet tres adſint Sorores iam dotatæ, perque Patrium Statutum Ciuitatis Nepeſinæ *in Cap.35.*excluſæ; Nam quamuis antiquitus celeberrima non minus,ac ſubtilis,inuolutaque fuerit Iuris quæſtio: An fœminæ vigore Statu-

ti

ti excluſę numerum, & partem facerent ad au-
gendam Legitimam fauore Maſculorum, vt
adnotant *Bellon. de Iur. accreſcen. cap. 6. quæſt. 15*
Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 87. nu. 1. & 2. Theſaur.
deciſ. 159. ſub num. 1. Rota in recentior. deciſ.
499. num. 10. par. 18. Nihilominus deinde certa,
& inuariabilis opinio inualuit, vt quoties Dos
4 ſuccedit loco legitimę, prout in hypotheſi, cum
Statutum Nepeſinum à dotatione incipiat, *iux-*
ta Magiſtralem Theoricam *Caſtren. in l. Titio cen-*
tum ſeptuaginta, §. Titio genero num. 8. ff. de con-
dit. & demonſtrat. Adden. ad Gregor. deciſ. 565. nu.
11. Rota in recent. deciſ. 156. num. 4. & 6. par. 15. in
Anconitana Legitimæ 16. Iunij 1687. §. Nec dubi-
tarunt coram R. P. D. meo Caprara, & in Æſina
Dotis 23. Februarij §. Expleta, & 16. Iunij 1693.
§. Quoad tertium caput coram R. P. D. meo Moli-
nes, tunc fęminæ excluſę faciant numerum fa-
5 uore ipſorum Maſculorum ex firmatis per *A-*
retin. in l. Planè § Si duobus verſ. 2. ff. de legat. 1.
Morott. reſponſ. 23. per totum, Rocch. diſput. Iur.
Select. cap. 117. num. 19. tom. 2. Brun. de Statut. ex-
cluſiu. fœminarum art. 13. qu. 13. Tort. ad Statut.
Papiæ in Annotat. ad Rubr. 95. in Ciuil. ſub num.
201. Bellon. de iur. accreſcen. dicto cap. 6. quæſt. 15.
num. 8. cum ſeqq. Boſſ. de Dot. cap. 7. num. 45. circa
finem Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 47. nu-
41. Rota poſt Michalor. de fratrib. deciſ. 60. num.
15. poſt Merlin. de legit. deciſ. 106. num. 9. poſt Gi-
ſian. ad Statut. Peruſ. deciſ. 109. coram Priolo dec.
134. num. 13. in recentior. deciſ. 137. num. 13. & 14.
par. 6. deciſ. 499. num. 11. par. 18. & deciſ. 11. nu.
8. par. 19. & in Viterbien. Legitimæ 1. Iulij 1695.
§. Non obſtante coram me.

6 Indubitanter, cum magis vtile ſit filijs ma-
ſculis, quod fœminę excluſę computentur, fa-
ciantque numerum ad augendam ipſorum lę-
gitimam; nam hoc modo tranſeundo de Trien-
te ad ſemiſſem, eadem euadit pinguior, ſicuti
obſeruant *Rouit. conſ. 70. num. 1. cum ſeqq. ibiq.*
Altimar. in addit. lib. 1. Rocc. Diſput. Select. cap. 117
num. 18. Bottiglier. de ſucceſſ. cap. 1. Theor. 15. nu.
4. Craſſ. in §. legitima quæſt. 6. num. 7. Michalor. de
Fratr. par. 1. cap. 33. num. 10. Torr. de pact. futur.
ſucceſſ. lib. 2. cap. 97. num. 31. & 47. Thomat.
deciſ. March. 23. num. 117. Rota diuerſ. deciſ. 266.
num. 1. par. 1. in recent. deciſ. 477. num. 3. par. 1. dec.
543. num. 7. par. 4. deciſ. 620. num. 6. par. 5. deciſ.
137. num. 13. par. 6. deciſ. 147. num. 2. & 3. & dec.
267. num. 3. par. 13. deciſ. 499. num. 12. par. 18. &
in Romana legitimæ 23. Ianuarij ſuperioris anni,
§. in nihilo releuante coram R. P. D. Molines.

Tametſi non omnes filij ſint Patris hæredes,
quia cum Statutum Nepeſinum ſimpliciter ex-
cludat Sorores propter Fratres, nulla habita
7 ratione qualitatis hęreditariæ, ſicuti cenſetur
illas ad commodum Fratrum excludere voluiſ-
ſe, nullo habito reſpectu, an ipſi ſint hæredes,
necnę *Rouit. dicto conſil. 70. n. 4. lib. 1. Curt. Iun.*
conſ. 263. num. 51. & 52. Angelus *Rodulphinus*
allegat. 130. num. 4. & 5. & allegat. 131. num. 4. de
Marin. reſolut. Iur. cap. 252. num. 11. Bellon. de iur.
accreſcen. cap. 6. qu. 15. num. 45. & 51. Mart. Me-
dic. deciſ. Senen. 7. num. 5. & per tot. Rota in recen.
deciſ. 180. num. 11. verſ. Quod equidem par. 11. dec.
309. num. 8. par. 17. & deciſ. 100. §. Non obſtat
poſt Fenzon. ad Statutum Vrb. ita fœminæ nu-
8 merum faciunt etiam ad commodum, & vtili-
tatem Fratrum non hæredum, vt is propter
quem excluſio ſecuta eſt, ab eà recipiat, ac ſen-
tiat vtilitatem, *Cephal. conſil. 245. num. 48. lib. 2.*
Soccin. Sen. conſ. 5. ſub nu. 4. cum ſeqq. lib. 1. bene
Rouit. *dicto conſ. 70. ſub nu. 5. Mart. Medic. dicta*
deciſ. Senen. 7. num. 2. & 6. Bellon. de Iure accre-
ſcen. dicto cap. 6. quæſt. 11. num. 45. & 50. cum ſe-
quentibus & num. 79. Rota diuerſ. deciſ. 266. num.
3. par. 2. in recent. deciſ. 137. num. 16. cum ſeqq. par.
6. & in Viterbien. *Legitimæ 1. Iulij 1695. §. non*
obſtante coram me.

Abſque eo, quod obijci potuit, quod rela-
tum Statutum Nepeſinum attendi non debeat
vel ex quo non fuerit per Sedem Apoſtolicam,
confirmatum, aut ex quo Teſtamentum factum
fuerit in Vrbę, cuius propterea Statutum ex-
cludens fœminas propter maſculos hæredes
9 potius ſit attendendum; Etenim confirmatio
concurrit ex litteris ſan. memorię Pauli Quar-
ti, & Pij Quarti confirmantium omnes Immu-
nitates, & Gratias, atq; Statuta condita à Ciui-
10 bus, *Summario Leonis num.* 2. Quæ confirma-
tiones, licet ęmanauerint in forma communi,
ſufficiunt tamen in ſubiecta materia; Nam cum
11 Statutum editum fuerit fauore Fratrum, eo-
rumque filiorum maſculorum, & ſic pro con-
ſeruatione Agnationis, ex *Manſ. conſil. 14. num.*
7. Rocch. Select. Iur. diſput. cap. 38. num. 4. Brun. de
Statut. excluſiu. fœmin. art. 3. per tot. Merlin. de le-
gitim. lib. 1. tit. 4. qu. 3. num. 11. Rota in recent. dec.
147. ſub num. 7. par. 13. vt dicatur æquum, & ra-
12 tionabile, vel ſaltem non odioſum odio irra-
tionabili, *Actolin. reſolut. 13. num. 40. cum ſeqq.*
Rocch. dicta diſput. 33. num. 11. Bonden. collect. le-
gal. 31. num. 104. lib. 2. Thomat. deciſ. March. 204.
num. 10. Rota in recentior. deciſ. 177. num. 6. par
5. deciſ. 169. num. 11. par. 11. coram Merlin. deciſ.
353. num. 6. & 7. & in Auximana Immiſſionis 11.
Maij ſuperioris anni §. Admiſſo coram Reuerendiſ-
ſimo Domino meo Decano, ſignanter, cum fiat
reditus ad Ius Diuinum; Nam Moyſes ex ore
13 Dei reſponſum accepit, quod ſi filij maſculi ſu-
perſint, fęminæ non ſuccedant, vt habetur Nu-
mer. *capit. 27. & vltim. referunt* Rocch. *&*
Bonden. vbi ſupra, Palm. Nep. allegat. 251. num. 18.
& Rota coram Merlin. deciſ. 353. num. 8. & deciſ.
740. num. 3. & ad Ius antiquum tàm non ſcrip-
tum; nam in Italia introducta erat conſuetu-
14 do antequam à Claſſe Piſana ſub excidio A-
malphitano inuenirentur leges Imperiales; cũ
quibus hodię viuimus, vt extantibus maſculis
fœminæ non ſuccederent, ſicuti differit *Palm.*
Nep. *dicta alleg. 151. num. 6. Card. de Luca de ſuc-*
ceſſ. diſc. 1. num. 16. diſc. 12. num. 5. & diſc. 13. nu. 7
quam etiam ſcriptum duodecim Tabularum,
& Prætorium, quo idem diſponebatur, *Alto-*
15 *grad. conſil. 57. num. 67. lib. 1.* Rocch. *vbi ſupra,*
Palm. Nep. *dicta alleg. 251. num. 17.* Rota *coram*
Merlino, pariter vbi ſupra: His fauore, & æqui-
tate attentis fat eſt confirmatio in ſola forma
com.

16 communi ex firmatis per Rota *coram Durano, deciſ.36.num.42. coram Celſo deciſ.125. num.9. & 10.coram Pamphil.deciſ.32.num.8.ibique Adden.num.15.coram Merlin.deciſ.698.num.7.& in dicta Auximana Immiſſionis 11.Maij 1696.§.admiſſa autem in fin. coram* Reuerendiſs. *Dom. meo Decano*.

Neque ex eo, quod Teſtamentum in Vrbe conditum fuerit, huius Statutum attendi debet; Quoniam cum de teſtantis animo non conſtet
17 hic contrahendi Domicilium, vti reſultat tum ex accidentali ipſius permanentia in Vrbe, ac continua retentione domus, familiæ, & bonorum in Ciuitate Nepeſina, nulla eorum facta diſtractione, vti aduertunt *Cenſal. deciſ. Lucen.25.ante num.37.Rota in Recent.deciſ.589. num.11.par.5. deciſ.270. num.18. par.18. coram Buratto, deciſ.244. num.3. coram Dunozett. Iun. deciſ.743.num.6.* tum ex reuerſione ad patriam
18 poſt abſolutum Teſtamentum, permanentiaq; ibidem facta vſque ad obitum ex *Actolin.reſol.*
19 *76.num.15.cum ſeqq.* Tum demum ex eo, quod poſt dictam reuerſionem ad Patriam Teſtator ibidem ſe Nepeſinum nuncupando condidit Codicillos, *Rota in Romana, ſeu Iannen. Trebellianicæ 2.Martij 1693.§. Nec refragatur in fine, & 5.Iunij eiuſdem anni §. Quod ſi agitur corã* R.P.D. *meo Pio*; Quoties enim de tali animo
20 non conſtat, tunc non attenditur locus conditi Teſtamenti, ſed alius originis, & Patriæ teſtãtis, *Roman. in l.ſi.non ſpeciali num.6. in fine, C. de Teſtam. Marcian.conſ.1.num.170.cum ſeqq.lib. 1.Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.8.num. 13.& 14.* vbi concordantes, & in dicta *Romana, ſeu Iannen.Trebellianicæ 5.Iunij 1693.§. Nec eſt coram R.P.D.meo Pio.*

Minus demum obſtare potuit, quod maſculi hæredes huic augumento legitime contradi-
21 cant, illudque recuſent, Quoniam cum filijs, vti filijs ſit magis vtile, quod legitima augeatur de Triente ad ſemiſſem; ipſis in electione diſcordantibus præualere debet dicta maior vtilitas, quæ eis vti filijs prouenit, non attento
22 eo, quod vti heredibus eſſet damnoſa, *Angelus Rodulphinus allegat 130. num.4. & 5. & allegat. 131.num.3. & 4.* bene *Cardinalis de Luca de legit.& detract.in ſumma cap.2.ſub num.21. Rota in rec.deciſ.137.num.14.in fin.verſ.Non obſtat.& num.15.par.6. repetita poſt Farinacc. repertor.vlt. volunt.deciſ.39.num.15.& deciſ.160.num.22. cũ ſeqq.eadem par.6.* & facit optimus *Textus in leg. Actione 65.ſeu 66.poſt medium, ff. Pro ſocio*, vbi
23 ex Labeonis, & Proculi ſententia Paulus ita reſpondit: *Labeo autem poſteriorum libris ſcripſit, ſi renunciauerit Societati vnus ex Sociis eo tempore, quo interfuit Societati non dirimi Societatem committere eum in pro Socio actione, nam ſi emamus Mancipia inita Societate, deinde renuncies mihi eo tempore, quo vendere Mancipia non expedit, hoc caſu, quia deteriorem cauſam meam facis, teneri te pro Socio iudico, Proculus hoc ita verum eſſe ait, ſi Societatis interſit non dirimi Societatem, ſemper enim non id, quod priuatim intereſt vnius ex Socijs ſeruari ſolet, ſed quod Societati expedit.*

Et ita concluſum.

F I N I S.

INDEX
ARGVMENTORVM DECISIONVM
Summarijs, & Indice locupletiſſimo ornatarum
A FRANCISCO MEMMIO FLORENTINO I. V. D.

MELITEN. PRÆHEMINENTIARVM.

Veneris 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM I.

Iudex habens iuriſdictionem præuentiuam cum alio Iudice nequit auocare ab illo cauſas, in quibus præuenit, niſi ipſe eſſet, qui alteri Iudici dictam Iuriſdictionem conceſſiſſet. Auocatio cauſarum non ita de facili facienda eſt à Iudicibus Ordinarijs.

CIVITATIS CASTELLI FIDEICOMMISSI.

Lunæ 27. Februarij 1630.

ARGVMENTVM II.

In mandato cum facultate faciendi ea, quæ Dominus facere poterat, & cum expreſſione caſuum ſpeciale mandatum requirentium, includuntur omnes alij caſus ſpeciale mandatum requirentes, & ſignanter ad petendam reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis ad conficiendum inuentarium. Actus fauore pupilli geri valet abſque mandato. In confectione inuentarij, ac in reſtitutione in integrum aduerſus lapſum temporis ad illud cōficiendum, creditores certi, & præſentes ſunt citandi ſpecialiter, incerti, & abſentes per proclama. Omiſſio non doloſa non vitiat inuentarium, nec defectus ſubſcriptionis hæredis, cum illud fuit confectum à Notario.

EADEM.

Veneris 16. Maij 1631.

ARGVMENTVM III.

Omnes caſus ſpeciale mandatum requirentes includuntur in mandato cum facultate faciendi ea, quæ Dominus facere poterat, & habente expreſſos aliquos caſus ſpeciale mandatum requirentes. Fauore pupilli actus expleri poteſt abſque mandato. Clauſula *ad lites* in mandato expreſſa continet multos caſus ſpeciale mandatum requirentes.

ROMANA LAVDEMIORVM.

Lunæ 22. Iunij 1671.

ARGVMENTVM IV.

Laudemium debetur Domino directo, non primo emphyteutæ, vbi res alienatur à ſecundo emphyteuta.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 1. Decembris 1670.

ARGVMENTVM V.

Debitor tenetur cauere de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, dummodò non ſit Clericus, aduerſus quem nec poteſt relaxari mandatum ſuſpicionis fugæ.

NARNIEN. IVRIS OFFERENDI.

Lunæ 7. Februarij 1678.

ARGVMENTVM VI.

Ius offerendi amittitur à Creditore, qui citatus in iudicio deliberationis neglexit illud allegare: Et illud intentans debet offerre omnia credita anteriora, expenſas, melioramenta, & incrementum. Scientia vera ex quibus inducatur.

ROMANA, SEV CIVITATIS CASTELLI DOTIS.

Lunæ 17. Maij 1681.

ARGVMENTVM VII.

Vidua facit ſuos fructus bonorum mariti, quæ tenet iure pignoris, præſertim ſi tales fructus non excedant metam alimentorum, vel ſi teſtator mandauerit fructus non imputari. Exceptio redditionis rationis non retardat reſtitutionem dotis liquidę.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 27. Nouembris 1684.

ARGVMENTVM VIII.

In conficiendo Inuentario ſtylus Curię ſeruari debet, etſi iuri aduerſetur. Omiſſio aliquorum bonorum non illud ſemper vitiat. Apochæ crediti non præſumuntur in hęreditate decocti.

ROMANA CASALIVM.

Veneris 15. Iunij 1685.

ARGVMENTVM IX.

Interrogationes non poſſunt fieri ſuper deciſorijs, & concernentibus negocium principale, ſed ſolum ſuper præparatorijs ad fundandum, ſeu certificandum Iudicium: & in concernentibus negocium principale ſolum fieri poſſunt per viam poſitionum.

ANCONITANA LEGITIMÆ.

Lunæ 10. Iunij 1687.

ARGVMENTVM X.

Donatio immenſa facta vni ex liberis reuocatur vſque ad legitimam fauore aliorum. Cum dos ſuccedit loco legitimæ, fœminæ faciunt numerum, & partem ad augendam legitimam maſculorum. Dos quando dicatur ſuccedere loco legitimę.

Digitized by Google

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI DE TVRCHIS.
Martis 19. Auguſti 1687.
ARGVMENTVM XI.

Hæres non poteſt grauari in bonis proprijs, aut aliàs ſibi debitis per viam fideicommiſſi vniuerſalis, niſi quatenùs teſtator illi præbeat æquiualens, compntatis fructibus medio tempore perceptis.

ASCVLANA IVRIS OFFERENDI.
Lunæ 22. Martij 1688.
ARGVMENTVM XII.

Deciditur fauore ſecundi creditoris locum eſſe iuri offerendi aduerſus primum poſſidentem rem vtrique hypothecatam virtute ſubhaſtationis, Certius quando hic in ſubhaſtatione tantum pretij expoſuit, quantum erat eius creditum, vt etiam quando ſecundus creditor non fuit citatus in deliberatione, vel demum de illius validitate dubitatur.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI.
Lunæ 10. Martij 1688.
ARGVMENTVM XII. La ſeconda.

Conjecturæ deducuntur pro inducenda comprahenſione poſterorum, & deſcendentium ſub nomine filiorum. Iudex ad interponenda decreta nequit ſubrogari niſi Doctor legum, & in Iure peritus, & debet conſtare de ſubrogatione.

ASCVLANA IVRIS OFFERENDI.
Veneris 4. Martij 1689.
ARGVMENTVM XIII.

Secundo creditori competit ius offerendi aduerſus primum rem communis debitoris poſſidentem tanquam extraneum licitatorem, nec illius exercitium impediri valet exceptione retentionis pro credito inſubſiſtenti. Verbalis oblatio vim habet realis, quando ob contumaciam creditoris executioni demandari non valuit, etiamſi facta fuerit cum reſeruatione iurium offerenti competentium.

ROMANA CAMBIORVM.
Veneris 10. Martij 1690.
ARGVMENTVM XIV.

Cambia creata ex credito mercium ſunt valida, ſi illæ venditæ fuerunt bona fide, & iuſtò, ac rationabili pretio, ſecus ſi mala fide, & pretio exceſſiuo; Et adducuntur plures coniecturæ, & præſumptiones malæ fidei.

ROMANA PECVNIARIA.
Veneris 26. Aprilis 1690.
ARGVMENTVM XV.

Ceſſionem Iurium reportatam à creditore Cenſus impoſiti pro ſatisfaciendis fructibus alterius cenſus, operari ſolum quoad ſortem cenſus impoſiti, non quoad fructus exindè ortos deciditur. Bulla Baronum parit hypothecabilitatem à die editionis, non à die executionis.

BONONIEN. LITTERARVM CAMBII.
Lunæ 19. Iunij 1590.
ARGVMENTVM XVI.

Pro litteris cambij proteſtatis, & non ſolutis datur regreſſus tàm mandatario, quàm eius ceſſionario contra ſcribentem. Decoctio contra tertium debet concludenter probari.

CIVITATIS CASTELLANÆ MANVTENTIONIS.
Lunæ 3. Iulij 1690.
ARGVMENTVM XVII.

Manutentio datur poſſidenti eo modo, quo poſſediſſe probatur. Philoſophiæ Studium numeratur inter ſtudia maiora.

ROMANA PRÆLATIONIS.
Veneris 19. Ianuarij 1691.
ARGVMENTVM XVIII.

Prælationis ius cenſus ceſſionario competere ſuper fundo cenſitò, ex Bulla Piana ſolidè firmatur, & variæ inter retractum iure conſanguinitatis, & vicinitatis, & illum debitum cenſuario traduntur differentiæ.

ROMANA PRÆLATIONIS.
Lunæ 28. Ianuarij 1691.
ARGVMENTVM XIX.

Prælationis ius quando competat ceſſionario cenſus ad formam Bullæ Pianæ doctè, ac multipliciter explicatur.

ROMANA DEVOLVTIONIS DOMVS.
Lunæ 3. Martij 1692.
ARGVMENTVM XX.

Caducitas incurritur ob alienationem rei emphyteuticæ in Eccleſiam contra legem Inueſtituræ. Prohibitio alienandi legalis, & hominis inſimul vnitè includunt diſpoſitiones per viam vltimæ voluntatis. Caducitas ſine ſcientia non cenſetur remiſſa.

SABINEN. FIDEICOMMISSI.
Mercurij 5. Martij 1692.
ARGVMENTVM XXI.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta abſque cauſa iuſta, ſed in euerſionem fideicommiſſi, & ſupplantationem vocatorum eſt nulla. Hæres fideicommiſſarius poteſt agere, vel contra alienantem ad pretium, vel contra tertios poſſeſſores ad recuperationem bonorum, data in alienante, & emente, vel eorum alterutro ſcientia fideicommiſſi.

ANAGNINA IVRIS PASCENDI.
Lunæ 24. Martij 1692.
ARGVMENTVM XXII.

Conſuetudinem antiquiſſimam promiſcui vſus paſcendi inter Eccleſiaſticos, & Laicos, adeout animalia Eccleſiaſticorum in bonis Laicorum, & è conuerſo, paſcantur, tanquam iuſtam, & rationabilem eſſe ſeruandam decidi- tur.

Digitized by Google

INDEX

ROMANA CENSVVM.

Veneris 2. Maij 1692.

ARGVMENTVM XXIII.

Hypotheca competens creditoribus ſuper bonis transfertur in pretium in ipſorum locum ſubrogatum. Cautio de reſtituendo prioribus, & porioribus, quando ſit præſtanda, necne late diſcutitur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA.

Lunæ 16. Iunij 1692.

ARGVMENTVM XXIV.

Perpetuum, ac abſolutum fideicommiſſum ex onere iniuncto alicuius filijs, & deſcendentibus perpetuo deferendi cognomen, & arma familiæ teſtatoris leuibus etiam concurrentibus coniecturis firmatur. Ac examinantur coniecturæ. Reciproca inter deſcendentes vnius, & eiuſdem lineæ quòmodo reſultet.

ANAGNINA, SEV SVBLACEN. CONFINIVM.

Veneris 4. Iulij 1692.

ARGVMENTVM XXV.

Confinium multiplex probatio, ac poſſeſſio ad effectum manutentionis traditur.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 19. Ianuarij 1693.

ARGVMENTVM XXVI.

Vocationem collectiuam patris, filiorum, & deſcendentium, quæ regulariter vulgarem importat, in fideicommiſſariam reſolui firmatur coniecturis concurrentibus, quarum plures recenſentur.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA.

Veneris 23. Ianuarij 1693.

ARGVMENTVM XXVII.

Onus deferendi cognomen, & inſignia familiæ teſtatoris qualibet leui concurrente coniectura perpetuum, & abſolutum inducere fideicommiſſum firmat hæc deciſio, quæ plures coniecturas ponderat.

ANAGNINA, SEV SVBLACEN. CONFINIVM SVPER BONO IVRE.

Veneris 23. Februarij 1693.

ARGVMENTVM XXVIII.

Confinium multæ probationes etiam ad effectum dominij in hac Deciſione recenſentur.

ROMANA ALIMENTORVM.

Veneris 6. Martij 1693.

ARGVMENTVM XXIX.

Alimenta, & ſumptus pro nuptijs ineundis non deberi vocato ad primogenituram, quam interim alius poſſidet, multipliciter oſtenditur.

ROMANA MVLTIPLICORVM.

Veneris 17. Aprilis 1693.

ARGVMENTVM XXX.

Liberatio à rationis redditione non omnimodam parit exemptionem, ſed à ſcrupuloſa tantum rationis redditione, non ab obligatione abſoluta redditionis rationis.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 15. Iunij 1693.

ARGVMENTVM XXXI.

Debitor obtinens à Principe derogationem fideicommiſſi, & facultatem illud alienandi pro ſatisfaciendis creditoribus, ea poteſt vti, & non vti; ſed licet vſus ſit facultatiuus, attamen non itidem executio, nam libertatem nullam habet gratificandi creditores poſteriores, ſed ſeruato ordine eorum anterioritatis, & potioritatis dimittere debet, et ſi in huiuſmodi gratia, ſeu facultate aliqua inſit dubietas, iſta declaratur obſeruantia ſubſequuta.

ROMANA MVLTIPLICORVM.

Veneris 19. Iunij 1693.

ARGVMENTVM XXXII.

In confirmationem ſuperius impreſſæ Deciſionis 30. prodiens hæc deciſio firmat neceſſitatem in adminiſtratore reddendi rationem fructuum perceptorum, & ſi ab illa fuerit liberatus, dum aliàs teſtatoris voluntas non impleretur.

SABINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 1. Iulij 1693.

ARGVMEMTVM XXXIII.

Filium non pariformiter hæreditatem non aditam tranſmittere, ac ius illam adeundi, vbi viuens abſtinuit, diſertè explicatur in præſenti deciſione, in qua etiam adducuntur probationes animi filij, quod abſtinuerit.

ROMANA ALIMENTORVM.

Veneris 27. Nouembris 1693.

ARGVMENTVM XXXIV.

Recedendum à ſuperius firmatis in deciſ. 29. ex coniecturata teſtatoris voluntate deciditur, deberi alimenta, & ſumptus vocato ad inſignem Primogenituram pro parandis, & ſubſtinendis nuptijs.

ROMANA, SEV PORTVEN. TENVTARVM.

Mercurij 2. Decembris 1693.

ARGVMENTVM XXXV.

Iudicium caducitatis ob non ſolutionem canonis à pluribus obiectis nullitatibus vindicatur, Emphyteutam verò ad purgationem moræ eſſe admittendum deciditur etiam poſt factam executionem; dummodò reſarciat damnum à domino directo paſſum, & ſignanter fructus perceptos poſt captam ab illo poſſeſſionem instrumentalem.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 15. Februarij 1593.

ARGVMENTVM XXXVI.

In confirmationem præcedentis deciſionis 26. prodit præſens deciſio, in qua excluditur perpetuitas fideicommiſſi inſtituti in caſum obitus

Digitized by Google

tus ſine filijs, hærede cum filijs obeunte.

ROMANA ALIMENTORVM.
Veneris 5. Martij 1694.
ARGVMENTVM XXXVII.

Examinatis geminis inter ſe contrarijs deciſionibus 29. nimirum, ac 34. ſuperius impreſſis, ſecunda confirmatur, oſtenditurque alimenta, & ſumptus pro nuptijs parandis deberi vocato ad primogenituram, ex fructibus eiuſdem primogenituræ.

ROMANA ALIMENTORVM.
Veneris 5. Martij 1694.
ARGVMENTVM XXXVIII.

In ſequelam antecedentis deciſionis taxantur hæc alimenta iuxta dignitatem teſtatoris, & illa recipere debentis, morem regionis, & opulentam patrimonij.

INTERAMNEN. IVRIS PASCENDI.
Veneris 5. Martij 1694.
ARGVMENTVM XXXIX.

Statuto ſuper certo modo præbendi pabula animalibus in Territorio equum eſt Eccleſiaſticos quoque per ſuos Superiores ſubmitti, dummodo cauſæ contrauentionum à Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcantur.

ROMANA OFFICII.
Veneris 26. Martij 1694.
ARGVMENTVM XL.

Conſeruatores Almę Vrbis, nec quemcumque alium inferiorem à Principe ſupremo poſſe concedere futuras ſucceſſiones Officiorum adhuc non vacantium in præiudicium Officialium ſucceſſorum, nec nouas vitas ſuperaddere docte traditur.

ROMANA SALVIANI.
Lunæ 7. Iunij 1684.
ARGVMENTVM XLI.

Confirmata ſuperius recenſita Deciſione 31. iterum traditur, debitorem vtentem licentia Principis alienandi bona fideicommiſſi pro ſatisfaciendo creditoribus, debere inter eos ſeruare prærogatiuam anterioritatis, & potioritatis.

ROMANA ALIMENTORVM.
Lunæ 14. Iunij 1694.
ARGVMENTVM XLII.

Taxatio alimentorum, moduſque illa ſoluendi, à more regionis, & conditione patrimonij, alijſque regulatur.

ROMANA PECVNIARIA SVPER EXHIBITIONE.
Lunæ 21. Iunij 1694.
ARGVMENTVM XLIII.

Iudicij exhibitionis requiſita latè, docteque recenſentur, & à pluribus vindicantur obiectis. Teſtium dicta à mendacio, contrarietate, alijſque exceptionibus multifariam ſaluantur.

ROMANA, SEV FLORENTINA COMMENDÆ.
Lunæ 5. Iulij 1694.
ARGVMENTVM XLIV.

Commendæ fundatio à Teſtatore demandata eſt omnibus viribus curanda, adeundo miniſtros ad id deputatos. Impeditus quando quis dicatur, vt liberetur ab onere iniuncto.

ROMANA PECVNIARIA.
Lunæ 5. Iulij 1694.
ARGVMENTVM XLV.

Obligatum ad aliquid faciendum, non adimplentem ad intereſſe eſſe condemnandum decidîtur, abſque eo quod ſit locus purgationi moræ, poſtquam lis fuit conteſtata.

ROMANA DOTIS, ET FRVCTVVM.
Lunæ 5. Iulij 1594.
ARGVMENTVM XLVI.

Dotis fructus debentur, etiam abſque interpellatione, vbi illa promiſſa fuit correſpectiuè ad renunciationem ſucceſſionis, quæ ad dotatam poterat deuenire.

ROMANA MVLTIPLICORVM.
Lunæ 5. Iulij 1694.
ARGVMENTVM XLVII.

Confirmatis præcedentibus deciſionibus 30. & 32. reijcitur rationum redditio notulis in confuſo exaratis, ac libris contra ſtylum artis ſcriptis facta, & ob culpoſam ſuſpectamque adminiſtrationem prouiſionaliter, & Rotæ arbitrio duraturus deputatur adminiſtrator, etiam ad referendum.

NEAPOLITANA DEVOLVTIONIS.
Veneris 22. Aprilis 1695.
ARGVMENTVM XLVIII.

Conceſſionem factam ab Eccleſia fuiſſe ad cenſum, ſeu locationem perpetuam reſoluitur in hac deciſione, quæ vlterius expendit neceſſitatem adhibendi beneplacitum Apoſtolicum, vnà cum cauſa, ac vtilitate Eccleſiæ, harumque rerum verificationem.

NVLLIVS, SEV SENOGALLIEN. BONORVM.
Lunæ 13. Iunij 1695.
ARGVMENTVM XLIX.

Manutentio decernitur filio, & hæredi vltimi inueſtiti de bonis Eccleſiæ ob immemorabilem conſuetudinem coactiuam renouandi, ſufficitque dubietas, quod illi talis renouatio competere valeat, præſertim cum agitur de bonis Eccleſiæ appodiatis, vel adeſt Conſtitutio cogens ad renouandum.

ROMANA, SEV FLORENTINA COMMENDÆ.
Veneris 17. Iunij 1695.
ARGVMENTVM L.

Patet ex Summario.

ROMANA SEPTVAGENARIÆ.
Lunæ 27. Iunij 1697.
ARGVMENTVM LI.
Senes ſeptuagenarios propter reuerentiam, ac imbecillitatem non eſſe ex cauſa debiti carceri mancipandos, deciditur, dolo non probato.

ROMANA, SEV VENETA IMMISSIONIS.
Lunæ 14. Maij 1696.
ARGVMENTVM LII.
Amentia perpetua inualidat teſtamentum, ſecus lucidis interuallis interrupta. Onus probandi amentiam de tempore teſtamenti incumbit illam alleganti. Sanitas mentis dicto tempore teſtamenti, quibus probetur, & quomodo excludatur amentia. In condendo teſtamento non eſt neceſſaria perfecta prudentia, & iudicium, ſed ſufficit abeſſe poſitiuam amentiam. Iracundia non vitiat teſtamentum, quod teſtator diù ſuperſtes non reuocauit.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.
Mercurij 20. Iunij 1696.
ARGVMENTVM LIII.
Attergatio Locorum Montium poteſt fieri rogitu Secretarij Montium abſque licentia Theſaurarij, nec eſt neceſſariò facienda in tergo litterarum patentium, ſed ſufficit illam deſcribere in Broliardo, & Regeſtris.

ROMANA, SEV LIMANA CAMBIORVM.
Lunæ 10. Decembris 1696.
ARGVMENTVM LIV.
Procurator cum libera, & cum alijs ampliſſimis clauſulis conſtitutus poteſt pecunias ſub vſuris comparare, ſi aliter rem mandatam abſoluere nequit. Mandatum ſpeciale, quando dicatur traditū. Contrahens cum procuratore habente mandatum ſpeciale non tenetur de veritate cauſæ, ſeu de verſione pecuniæ eſſe ſollicitus.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.
Lunæ 10. Decembris 1696.
ARGVMENTVM LV.
De validitate, & iuſtitia ſequeſtri relaxati contra bona obligati de euictione pro releuatione indemnitatis, non obſtante quod idem ſequeſtrum tripliciter redargueretur, primo ſcilicet de illiquiditate crediti; Secundò ex quo prætendebatur illud non poſſe relaxari contra bona ſtabilia, & tertiò, quia euitari contendebatur mediante cautione: Et aliqua de intellectu Statuti Bononien. mandantis, quod duæ Sententiæ habeant vim trium, & faciant rem iudicatam.

NVLLIVS, SEV SENOGALLIEN. BONORVM SVPER MANVTENTIONE.
Mercurii 23. Ianuarij 1697.
ARGVMENTVM LVI.
Nouo examini ſuppoſitis fundamentis antecedentis Deciſionis 49. illa confirmatur, nonnullæque ſituarionis bonorum in aliquo loco probationes referuntur.

ROMANA ASSECVRATIONIS NAVIS.
Lunæ Die 4. Februarij 1697.
ARGVMENTVM LVII.
Extrema neceſſaria ad proponendam ab aſſecuratis contra aſſecuratores actionem aſſecuratoriam, ſeu periculi auerſi recenſentur: Et crimen Barattariæ tum in Dominis mercium, tum in Nauis Gubernatore, nautiſque reijcitur, pluraque ad materiam aſſecurationis ſatis erudito calamo congeruntur.

CORNETANA IVRIS OFFERENDI.
Veneris 22. Martij 1697.
ARGVMENTVM LVIII.
Ius offerendi ceſſat, vbi creditor poſterior fuit citatus, & non obtulit. Nouum Mandatum non eſt ſuſcipiendum à creditore, cui fuerunt adiudicata bona, quę iam poſſidet.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.
Veneris 19. Aprilis 1697.
ARGVMENTVM LIX.
In Iudicio exhibitionis quomodo probari debeat exiſtentia ſcripturæ penes Reum conuentum, & an præcisè requiratur probatio exiſtentiæ de tempore motæ litis, vel potius ſufficiat probari exiſtentiam de tempore proximo ante litem motam, præſertim ſi agatur contra eum, qui tenebatur ſcripturam conſeruare. Notarius an teneatur cuſtodire ſcripturas apud eum productas abſque clauſula *tenoris* &c. & an illi credatur, ſi aſſerat, produceentem rehabuiſſe Scripturas taliter productas.

INTERAMNEN. MANVTENTIONIS.
Lunæ 22. Aprilis 1697.
ARGVMENTVM LX.
Pleniſſimè examinatur quæſtio, an & quando hæres inſtitutus in proprietate poſt obitum Vſufructuarij dicatur hæres vſque ab initio tam ad effectum tranſmiſſionis, quam manutentionis, & incidenter, ac remiſſiuè tangitur articulus, an, & quando legatum Vſusfructus cenſeatur Vxori relictum animo compenſandi cum Dote.

ROMANA EXEQVTIONIS APOCHÆ.
Veneris 17. Maii 1697.
ARGVMENTVM LXI.
In contractibus correſpectiuis, vno annullato, cæteri corruunt. Interdictus à Principe bonorum adminiſtratione, & habens bona ſub concurſu nequit ſuper illis contrahere. Actus nullus in radice poteſt impugnari etiam ab eo, qui illum geſſit. Facultas legitimandi, ſeu arrogandi alicui conceſſa non intelligitur paſſiuè pro conceſſionario, ſed actiuè quoad alios. Arrogatio requirit authoritatem Principis, quæ ſuperueniens ex poſt operatur ex nunc.

RO-

ROMANA PECVNIARIA, SEV LOCORVM MONTIVM.

Veneris 14. Iunij 1697.

ARGVMENTVM LXII.

Obligatus inueſtire tenetur ad ſortem, & fructus ſi non adimpleuerit. Præſcriptionem ſtaturariam in debito iurato non admitti firmatur in hac Deciſione, quæ plures ponderat præſumptiones non factę ſolutionis. Filius actor, ergò hæres procedit etiam reſpectu matris.

ROMANA GRANI.

Lunæ 17. Iunij 1697.

ARGVMENTVM LXIII.

Potioritatem competere Locatori prædij, qui ſibi cauit de reſeruatione dominij ſuper frumento inibi Sato, & collecto, quoties identitas, & quantitas probatæ fuerunt, ſuper quibus etiam leuiores ſufficiunt probationes, eleganter firmat hæc Deciſio, quæ id extendit, etſi frumentum fuerit cum alio commixtum citra conſenſum locatoris.

ROMANA ASSECVRATIONIS NAVIS STELLA DORATA.

Veneris 28. Iunij 1697.

ARGVMENTVM LXIV.

Naufragium probatur ex Conſulatu facto in loco, quò primum appellere licuit: probaturque leuioribus probationibus, tamquam res probatu difficillima. Culpa Nauarchi, niſi ſit præordinata ad dolum, & ſit Barattaria formalis non liberat aſſecurantes, qui ſe ampliſſimè ſub quocumque caſu obligarunt; licet illos liberet culpa Domini, aut alias aſſecurati Barattaria eſt concludenter probanda.

RESPONSVM ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. MARCELLI SEVEROLI.

ARGVMENTVM.

Quæſtio olim valdè ardua, & inuoluta, An fæminæ excluſæ à Statuto faciant numerum, & partem ad fauorem maſculorum illam numerare volentium in computanda legitima, adhibita caſuum diſtinctione doctè, ac ſolidiſſimè reſoluitur fauore maſculorum illas numerare contendentium, quorum votum potius eſſe firmatur voluntate maſculorũ illas numerare negantium. Conſuetudo iudicandi non ex omnibus iudicatis inducitur, nec eſt ſequenda ubi contraria verior detegitur opinio.

CIVITATIS CASTELLI SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

25. Maij 1604.

ARGVMENTVM LXIV. il ſecondo.

Fęminę excluſę à Statuto propter maſculos faciunt partem in legitima, quæ quatenus maſculos interſit, tranſit de triente ad ſemiſſem.

ÆSINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 12. Febr. 1629.

ARGVMENTVM LXV.

Dotes Filiarum fideicommittentis non computantur in legitima filiorum, ſed tanquam æs alienum hæreditatis fideicommittentis detrahũtur, ſiuè fæminæ excludantur à Statuto propter Maſculos, ſiuè dotes ſuccedant loco legitimæ.

ASSISIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 28. Maij 1629.

ARGVMENTVM LXVI.

Excluſionem ſtatutariam fęminarum propter maſculos non impedire, quin illæ admittantur ad faciendam partem, & augendam legitimam ad fauorem eorumdem maſculorum, quoties id filijs maſculis expedit, iuxta communiorem opinionem firmat hæc Deciſio.

VITERBIEN. LEGITIMÆ.

Ven. 1. Iulij 1695.

ARGVMENTVM LXVII.

Patet ex Summario.

ROMANA LEGITIMÆ.

Lunæ 23. Ianuarij 1696.

ARGVMENTVM LXVIII.

Patet ex Summario.

NEPESINA LEGITIMÆ.

Veneris 26. Aprilis 1697.

ARGVMENTVM LXIX.

Fœminas à Statuto propter maſculos excluſas numerari ad augendam legitimam deciditur; In quo præualet votum maſculorum illas numerare volentium. Statutum Nepeſinum excludens fœminas declaratur: Necnon agitur de probatione domicilij ad effectum validitatis teſtamenti.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM
Ex his Deciſionibus collectarum.

A

ABSOLVI debet reus, actore ſuam actionem non iuſtificante, dec.48.num.18.

ABSTENSIO filij ab hæreditate paterna reſultat ex declaratione retinendi bona alio titulo, deciſ.33.num.11.

Leuioribus indiget probationibus, ibid.n.13.

V. Tranſmiſſio.

ACCEPTATIO hæredis non inducitur ſine ſcientia, deciſ.11.num.2.

ACCOLLATIO non liberat debitorem originarium ab anterioribus hypothecis, dec.21.n.4.

Non ſoluit debitorem à ſua obligatione erga creditores, dec.23.num.21.

Nec operatur, quod creditores teneantur ſuum creditum ab accollante vinculatum recipere, ibid.num.22.

ACTIO aſſecuratoria, ſeu periculi auerſi oritur ex apocha aſſecurationis, dec.57. num.1.

Et paſſio dantur in eodem ſubiecto in negotijs ſocialibus, Reſp.Seu.num.109. fol.195.

Omnis præſcribitur ſpatio triginta annorum, dec.18.num.23.

Realis competit pro petenda renouatione in vim ſtatuti, ſeu conſuetudinis immemorabilis, dec.43.num.36.

V. Hæredes fideicommiſſarij. Prælatio.

ACTIONVM formulæ, & impetrationes ſunt ſublatæ, dec.9.num.6.

ACTVS debent eſſe effectuati ad probandam obſeruantiam interpretatiuam, dec.40.num.35.

Difformes non attenduntur, ibid.num.37.

Facultatiuus non inducit obſeruantiam, ib.n.38.

Fauore pupilli ſubſtinetur, quamuis geſtus à perſona carente mandato, dec.2.n.4.& dec.3.n.2.

Initus ſub aliqua cauſa finali reſoluitur ob remotionem conſenſus, ceſſante cauſa finali, deciſ.61.num.13.

Liberè, & purè geſtus videtur ab eo, qui ſua iura non præſeruat, deciſ.61.num.19.

Nullus influit in omnes alios ab eo conſecutiuos, dec.61.num.33.

Poſterior incompatibilis cum primo videtur illum reuocare, dec.61.num.20.

Turbidi non ſunt manutenibiles, dec.25.n.11.

Nec clandeſtini, & turbatiui, ibid.num.12.

ACTVM in quo quis ſe fundat, nemo poteſt impugnare, dec.23.num.5.

ADITIO hæreditatis inconſulto facta à tutrice abſque Inuentario nequit operari, pupillum hæredem remanſiſſe grauatum in bonis proprijs vltra emolumentum hæreditatis, deciſ.11.num.12.

Simplex hæreditatis ſufficit in hærede, nec requiritur ſcientia grauaminis in re ſibi debita, dec.11.num.5.

Tanquam quid facti non præſumitur, ſed concludenter eſt probanda, dec.13.num.9.

V. Hæres. Mulier.

ADMINISTRATIO probatur culpoſa ex magna inuerisimilitudine, dec.47.num.6.

Vbi redditur ſuſpecta, Iudex debet prouidere, ne res adminiſtrationis pereant, ibid.n.19.

Potiſſimum, cum adminiſtrator iam diu adminiſtrauit, ibid.num.20.

ADMINISTRATOR conueniri valet, ſi ſit contumax in reddenda ratione fructuum, etſi teſtator dixerit, ſtari illius dicto, dec.30. nu.8.

Dicitur in dolo conuertens in proprios vſus bona adminiſtrata, dec.47.num.12.

Aut expendens contra præceptum teſtatoris in emptionem bonorum mobilium, ibid.n.13.

Et executores debent docere de difficultatibus percipiendi fructus, dec.32.num.5.

Et tutor eodem iure cenſetur, dec.47.n.21.

Etiam ad effectum prouidendi, ne culposè adminiſtrent, ibid.num.22.

Negligentior euadere ſolet ob lites, quas ipſe pro adminiſtratione ſubſtinet, dec.30.n.9.

Non abſoluitur ex ſimplici redditione rationis fructuum, quos percepit, ſed tenetur de omnibus alijs, quos percipere potuit, donec probet feciſſe quantum potuit, vt exigeret, deciſ.32.num.6.

Non perficiendo mandatum dicitur eſſe in dolo, ibid.num.7.

Non debet confundere in libris negocia propria cum illis adminiſtrationis, dec.47.n.9.

Remoueri nequit, niſi ſtante mala fide, ac dolo, dec.47.num.23.

Contrarium, quod remoueri valeat etiam propter culpam, & rationabilem ſuſpicionem, ibid.num.24.

Non obſtante quauis dilectione teſtatoris erga eumdem adminiſtratorem, ibid.num.25.

Tenetur remouere ſequeſtra, & fructus conuertere in cauſam à teſtatore demandatam, deciſ.47.num.14.

Et debet facere, quantum poteſt in exigendo, ibid.num.15.

Et ad hunc effectum non ſufficit expeditio, ſed requiritur executio mandatorum, ibid.n.18.

ADMINISTRATORIS defectus ſtat in committendo, & in omittendo, dec.47.n.16.

Præſertim, vbi omiſſio verſatur circa ea, quæ iniuncta fuerunt à teſtatore, ibid.num.17.

ADOPTIO omnimoda non reſultat ex onere deferendi cognomen, & arma, dec.29.n.9.

ÆMVLATIONIS auſa eſt amputanda d.19.n.42.

ÆQVA-

ÆQVALITATIS inter filios ſeruandæ cauſa à communibus regulis, & propria verborum ſignificatione receditur, Reſp. Seu. num. 117. fol.197.
Præſertim in legitima, ibid.num.118.
ÆQVITAS non intrat in præiudicium tertij, dec. 29.n.16.
Siue præiudicium ſit magnum, ſiue modicum, ibid.num.17.
Non ſcripta in iure, & ex alia parte iniquitatem redolens non attenditur, dec.9.n.8.
AGNATIO non dicitur contemplata, vbi ſunt vocatæ fęminæ, dec.36.n.11.
Potuit optari in vna parte bonorum, in alia non, dec.26.numıu.
AGNATIONIS conſeruandæ votum reſultat ex onere aſſumendi cognomen, & arma familiæ iniunctum alicuius filijs, & deſcendentibus in infinitum, dec.24 n.3.
Contemplatio ceſſat, vbi non adeſt expreſſio maſculinitatis, dec. 26. num.13.
Contemplatio reſtricta ad certa bona non operatur quoad alia. dec.26.n.10.
Ratio continens virtualiter perſonas diuerſas à prænominatis, non debet ſolummodo illis famulari, dec.12.la 2.num.7.
V. Fideicommiſſum.
ALENDI onus non tranſit ad hæredes, niſi ceſſantibus perſonis, quæ iure ſanguinis ad id cogi valeant, dec.29.n.4.
Spectat ad patrem, dec.29.n.1.
Ad patruum ſolum ſpectat excuſſis bonis patris ibid.num.2.
Imò debent prius excuti bona patrui viuentis, quam patrui defuncti, dec.29.num.3.
ALIENANDI neceſſitas eſt iuſtificanda præuio decreto Iudicis, dec.21.num.6.
ALIENATIO bonorum differt à commoditate percipiendi fructus dec.41.num.9.
Debet probari facta in caſu permiſſo ab illam allegante, dec.12.la 2.num.13.
Facta in euerſionem fideicommiſſi, & ſupplantationem vocatorum eſt nulla, dec.21.n.15.
Non cenſetur prohibita, vbi reſeruata fuit prælatio in caſu alienationis dec.48.n.15.
V. Facultas Prohibitio.
ALIMENTA debentur anticipatè, deciſ. 38. num.2.
Debentur perſonę à teſtatore hærede commendatæ, dec.34.n.3.& dec.37.n.7.
Debentur ſubſtituto ex hæreditate teſtatoris, dec.29.num.5.
Intellige, id procedere in deſcendentibus, non in tranſuerſalibus, ibid.num.6.
Et ſolum obtinet in alimentis ſubſidiarijs, ibid. num.7.
Debita iure actionis debentur etiam aliundè prouiſo, dec.34.num.14.& dec.37.n.14.
Denegantur, cum alias ſequeretur præiudicium tertij, dec.20.num.15.
Et ſumptus matrimonij præſtanda ſunt ex bonis illius familiæ, quam matrimonium contracturus debet propagare, dec.34. num. 6. & deciſ. 37.num.11.
Et ſumptus pro nuptijs contrahendis debentur ex bonis teſtatoris non ſimpliciter ſubſtituto, ſed ſubſtituto debenti conſeruare familiam teſtatoris, dec.37.n.4.
Ex iuſtis cauſis, præſertim litium inter partes vertentium poſſunt in certis fundis Iudicis arbitrio aſſignari, dec.38.num.3.
Non obſtante prohibitione teſtatoris, ne aſſignarentur corpora legatarijs, cum is qui ali debet eſt, eſt legatarius cum futura ſucceſſione in tota hæreditate teſtatoris, & prælectus ad conſeruandam illius domum, dec.38.num. 4.
Petere nequit adoptatus in filium ab extraneo adoptante, dec.37.num.12.
Præſtare ſatius eſt iuueni, qui propagare debet familiam teſtatoris, quam expectando caſum ſubſtitutionis, flos iuuentæ marceſcat, & ineptus reddatur propagationi, dec.34.n.8.
Solui debent anticipatè, dec.42.num.4.
Taxantur iuxta dignitatem teſtatoris, & illius, cui ſunt præſtanda, morem regionis, & opulentiam patrimonij, dec.38.num.1.
Solui debent anticipate, dec.42.num.3.
Taxantur iuxta dignitatem teſtatoris, & illius, cui ſunt pręſtanda, morem regionis, & opulentiam patrimonij, dec.38.num.1.
Taxantur ſecundum morem regionis, & conditionem patrimonij, dec. 42. num. 1. & num.3.
Et iuxta quantitatem dotis, & qualitatem mulieris, dec.7.num. 10.
Et ſecundum veriſimilem ſenſum, ac ſolitum teſtatoris, ibid.num.8.
V. Pater Teſtator.
AMENTES, & fatui vulgo *groſſolani*, ita ſunt in confinio, vt teſtes facile aberrare poſſint, dec. 52.num.54.
Nec talis probatio reſultat ex informibus teſtiũ depoſitionibus, ibid.num.55.
AMENTIS in nomine imponendo vulgus liberalius eſſe ſolet, dec.52.n.50.
AMENTIA cum lucidis interuallis probatur à teſtibus de illa deponentibus, ibid.n. 17.
De præciſo tempore conditi teſtamenti probanda eſt ab illam allegante, dec.52.n.13.
Potiſſimum, cum adeſt aliqua, licet imperfecta probatio ſanitatis mentis in diſponente, ibid. num.14.
Excluditur, ſi pater filium de curatore non prouidit, dec.52.num.4?.
Nondum perfectè probata, vel quod illa lucidis interuallis rumpatur non impedit factionem teſtamenti de tempore lucidi interualli, dec.52. num.10.
Non probatur ex deputatione curatoris furioſo habenti lucida interualla, dec.52.num.41.
Nec ex quo quis plura matrimonia re infecta tractauit, dec.52.n.46.
Nec ex detruſione in hoſpitale ſtultorum, ibid. num.47.
Pręſertim in Vrbe, in qua ad hoſpitale ducuntur tum amentes perpetui, tum furioſi cauſa curæ, ibid.num.48.
Excluditur ex dimiſſione à dicto hoſpitali, ibid. num.49.

Nec

Digitized by Google

Nec ex ſermone inordinato, nec ex inceſſu cum veſtimentis laceris, dec.52.num.56.

Non deſumitur, ſed quædam animi leuitaſ ex quolibet actu viro ſanæ mentis omnino non conuenienti, ibid.num.56.

Plenè probata, & firmata, non accidentaliter, & ad modicum tempus, ſed ſimpliciter, & cum longa permanentia præſumitur continuata, dec.52.num.7.

Probata, illa cenſetur cum lucidis interuallis, quoties ea non fuerunt excluſa dec, 52. num.18.

Amentia probatur ex datione curatoris pro tempore, quo fuit conſtitutus, ſed non ſequenti, dec.52.num.43.

Amentia reddit teſtamentum nullum, deciſ. 52. num.2.

Etſi inſtituta ſit cauſa pia, ibid.n.3.

Amentia, vt probetur iudicio medicorum, illud debet attingere tempus conditi teſtamenti, dec.52.num.52.

AMENTIÆ perpetuæ coniectura non eſt diſpoſitio paterna, in qua ſcriptis hæredibus nepotibus, filium in ſola legitima inſtituit, deciſ. 52. num.44.

Perpetuæ probatio non reſultat ex deputatione curatoris ad inſtantiam conſanguineorum, deciſ.52.num.40.

Probatio deprompta ex publica voce, & fama, plurimum à Iudicis circumſpectione pendet; ibid.num.50.

Probatio per teſtes eſt difficilis, dec. 52. n. 53.

Et periculoſa, & fallax, ibid.n.54.

Teſtatoris exceptio dicitur turbida, & altioris indaginis, & ideo reijcienda ad peritorum, dec.52.num.4.

